SACRAE ROTAE ROMANAE
DECISIONVM
RECENTIORVM
PARS QVINTA TOMVS SECVNDVS
Aliàs Residuum Partis Quintæ Recentiorum.

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO
THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS I. C. ROMANI FIL.

Selectarum, & nunc primùm in luce publica positarum.

Cum Argumentis, Summarijs, nonnullis Adnotationibus, & Indicibus locupletissimis,

Et Priuilegio Pontificio ad annos viginti vniuersali vbique Terrarum.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. MDCXLIII.

Superiorum auctoritate, & Priuilegijs.

CATHALOGVS
RR. PP. DD. S. ROT. ROMANAE
AVDITORVM

Prout de præſenti ſcilicet Anno 1642. feliciter in Rota præſident.



REVERENDISS.MVS P. D. AMATVS DVNOZETTVS ROTÆ DECANVS GALLVS.

R. P. D. FRANCISCVS MARIA GHISILERIVS BONONIENSIS.

REVERENDISS. P. D. IOANNES IACOBVS PANZIROLVS ROMANVS PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANVS.

R. P. D. PETRVS CARRILLVS HISPANVS.

R. P. D. FRANCISCVS ROIAS HISPANVS.

R. P. D. CHRISTOPHORVS PEVTINGERIVS GERMANVS.

R. P. D. COELIVS BICHVS SENENSIS.

R. P. D. CAROLVS CERRVS ROMANVS.

R. P. D. GEORGIVS CORNELIVS VENETVS EPISCOPVS PATAVINVS.

R. P. D. HIERONYMVS MELTIVS MEDIOLANENSIS.

R. P. D. LEO VEROSPIVS ROMANVS.

R. P. D.

PRI;

PRIVILEGII SVMMA PRO IMPRESSORE Camerali. & Vaticano.



CLEMENS Papa VIII. Diplomate ſanxit, ne quis citra voluntatem Dominici Baſæ, olim in Typographia Vaticana Impreſſoris, ſacram Bibliam Concilia Generalia, Epiſtolas decretales, libros ad Eccleſiaſticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, libros etiam cuiuſcunque generis, vel nouiter ab ipſo edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiuſque voluminis imprimat, vel impreſſa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I.V.D. ac Impreſſoris Cameralis tranſtulit, indulſitque. Id idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis, ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ ſententiæ pœna puniuntur. Quod ſi in Terris S.R.E. ſubiectis id contigerit, confiſcatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri ſolutione mulctabuntur, vt latius patet in literis ipſius Gregorij Papæ, datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub anulo Piſcatoris die 12. Octobris 1621. Pontificatus ſui anno primo. Quæ omnia Sanctiſſ. D. N. Vrbanus Papa VIII. in fauorem Andreæ Brugiotti Typographi Cameralis, & Vaticani tranſlata, & indulta haberi iuſſit, datis Literis apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die 23. Martij 1628. Pontificatus ſui anno quinto.

Signat. M.A. Maraldus.

Iterum imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sac. Pal. Apoſtolici.

Io. B. Epiſc. Camerinen. Viceſg.



Iterum imprimatur.

Fr. Reginaldus Lucarinus Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædicat.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE, quæ in præsenti Volumine continentur.

RE-

Index Argumentorum.

REV.MO P.D. MERLINO DECANO.
Barchinonen. Vicariæ.
Die Veneris 17. *Maij* 1624.
ARGVMENTVM CDXLV.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore pręsentium decisionum.

REV.MO COCCINO.
Cauen. Limitum Parochialium.
Die Mercurij 29. *Maij* 1624.
ARGVMENTVM CDXLVI.
Materia probationis confinium, cum sit res difficilis probatu, ideo leuiores sufficiunt probationes. Testes illi, qui magis distinctè deponunt, præferuntur alijs. Ad fauorem rei, vt pronuncietur, sufficit quod materia sit dubia.

REV.MO PIROVANO.
Sabinen. Alluuionis.
Die Veneris 24. *Maij* 1624.
ARGVMENTVM CDXLVII.
Ciuitas, Communitas, vel alius locus, si ex causa remunerationis donet, an sint necessariæ solemnitates, de quibus in l.fin.C.de vend.reb. Ciuitat.& quæ sint dictæ solemnitates, & plura circa hanc materiam traduntur. Vniuersitas, quando facit aliquem actũ valde ponderosum, veluti si aliquid alienet, vel quid simile faciat, tunc nomina congregatorum debent redigi in scriptis.

REV.MO PIROVANO.
Bononien. Fideicommissi de Volta.
Die Veneris 14. *Iunij* 1624.
ARGVMENTVM CDXLVIII.
Ad fideicommissum agenti obstat regula, substitutio de te non loquitur, &c. veluti si ipse testator declarauit, & iudicauit personas, quas ipse substituit hæredibus institutis, quia si ille non adsit inter personas indicatas, optima ratione reijcitur cum supradicta regula.

REV.MO P.D. MERLINO DECANO.
Romana Confiscationis.
Die Veneris 14. *Iunij* 1624.
ARGVMENTVM CDXLIX.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

R. P. D. REMBOLDO.
Die Veneris 24. *Iunij* 1624.
ARGVMENTVM CDL.
Clericus licet per bigamiam denudetur omni priuilegio clericali, tamen cum per eam character non deleatur, sed remaneat mortificatus, ideo clericus bigamus si fuerit dispensatus, caracter remanet illæsus, & sic sine dubio erit capax retentionis pensionum, & plura habes circa hanc, & similẽ materiam.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.
Burgen Expensarum.
Die Veneris 31. *Ianuarij* 1625.
ARGVMENTVM CDLI.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium deuisionum.

R. P. D. REMBOLDO.
Firmana pensionis.
Die Veneris 26. *Februarij* 1625.
ARGVMENTVM CDLII.
Pensionum translatarijs competit via executiua, sicuti competebat ipsi pensionario. Cardinales S.R.E. veniunt sub generali dispositione, & hoc est perpetuum, nisi in aliquo casu sint specialiter priuilegiati. Cardinalis acceptando beneficium, tenetur ad onus eidem iniunctum, & sibi præiudicat. & plura circa materiam an pensionis impositio, & priuilegium eam transferendi sit res odiosa, necne.

REVERENDISS. PIROVANO.
Bononien. Fideicommissi de Volta,
Die Veneris 14. *Martij* 1625.
ARGVMENTVM CDLIII.
Plura in facto deducuntur ad docendum quando mẽs testatoris non fuerit comprehendendi aliquem in fideicommisso, vt latè, & diffusè hic, & in præterita decisione in hac causa discutitur.

REVERENDISS. DVNOZETTO.
Archiepiscopo Seleucien.
Romana Vineæ.
Die Veneris 24. *Martij* 1625.
ARGVMENTVM. CDLIV.
Contractus celebratus a pupillo, vel pupilla sine tutore, sed cum auctoritate Curatoris specialiter, ad contrahendum à Iudice deputati, quando valeat, & teneat. Alienatio bonorum pupilli facta ab eo, quod creditores vrgeant, quando valida sit.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.
Romana Confiscationis.
Die Veneris 18. *Aprilis* 1625,
ARGVMENTVM CDLV.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

R. P. D. REMBOLDO.
Vlixbonen. Monasterii.
Die Lunæ 2. *Iunij* 1625.
ARGVMENTVM CDLVI.
Tractatur an Reuerendiss. P. Commissarius Generalis Fratrum Sancti Francisci de Obseruantia, &c. potuit dimittere ab eorum obedientia, & iurisdictione Moniales Conuentus S. Claræ Oppidi de Santarem. Fauori proprio, quando non possit renunciari.

R. P. D. VBALDO.
Meliten. Præeminentiarum.
Die Lunæ 9. *Iunij* 1625.
ARGVMENTVM CDLVII.
Marescialłus Religionis Hierosolymitanę an habeat cognitionem causarum in prima instantia vertentium inter Fratres, & Milites eiusdem Religionis priuatiuè, quo ad alios, præter Illustrissimum Magnum Magistrum, & alia de quibus in decisione.

REVERENDISS. COCCINO.
Corduben. Redecimarum.
Die Veneris 20. *Iunij* 3625.
ARGVMENTVM CDLVIII.
Latè in hac decisione discutitur, an solutio redecimarum sit contra, vel præter ins, & quando dicatur initium d. solutionis fuisse voluntarium, vel necessarium. Et plura etiam deducuntur, quod quando ex communi aceruo fuit iam deducta decima, tunc alia decima non veniat soluenda.

Item etiam quatenus sit verum, vt ex vna re duplex decima sit persoluenda, quando scilicet, & qualiter id procedat, & aliqua etiam habes circa præscriptionem immemorabilem.

REVERENDISS. COCCINO.

Hispalen. Præeminentiarum.

Die Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM CDLIX.

Concordia inter Canonicos, & Beneficiatos &c. in materia præeminentiarum si sit inita, & vtraque parte supplicante fuerit à Papa confirmata, sine dubio absq; alia iustificatione est executioni demandanda. Et multo magis si dicta concordia sit secundum disposita per Cœremoniale Romanum.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Burgi Sancti Sepulchri Beneficij Sancti Ioannis Baptistæ.

Die Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM CDLX.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ. prout in corpore præsentium decisionum.

REVERENDISS. COCCINO.

Vlixbonen. Monasterij.

Die Mercurij 19. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM CDLXI.

Papa si immunitatem à iurisdictione Ordinarij alicui Monasterio concesserit, illudque receperit sub protectione Sedis Apostolicæ, & eius administrationem aliquibus concesserit, non possunt deinde isti in præiudicium Papæ, & Sedis Apostolicæ iterum subijcere iurisdictioni Ordinariorum.

REVERENDISS. COCCINO.

Burgen. Expensarum.

Die Veneris 10. Decembris 1625.

ARGVMENTVM CDLXII.

Beneficiorum vnio, intelligitur facta sine præiudicio illorum, qui habent iura super dictis beneficijs. Consuetudo cuius ponderis sit. Beneficij vnio an tollat ius exigendi decimas.

REV.MO P.D. MANZANEDO.

Patriarca Hierosolymitano.

Corduben Dimidiæ portionis.

Die Lunæ 15. Decembris 1625.

ARGVMENTVM CDLXIII.

Sanguinis puritas qualiter bene probetur, & aliqua circa testes examinatos ad perpetuam rei memoriam.

R. P. D. REMBOLDO.

Firmana Pensionis.

Die Veneris 23. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM CDLXIV.

Cardinales S. R. E. licet ob eorum præeminentiam non veniant in generali dispositione, tamen dantur multi casus in quibus dicta conclusio non procedit, & benè ista materia defenditur ab illis, qui contrarium asserere non erubuerunt.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Paduana Feudi.

Die Veneris 23. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM CDLXV.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Romana de Victorijs.

Die Lunæ 23. Martij 1626.

ARGVMENTVM CDLXVI.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

REVERENDISS. PIROVANO.

Perusina Fideicommissi de Baptistis.

Die Veneris 27. Martij 1626.

ARGVMENTVM CDLXVII.

Testator ex quibus præsumatur voluisse inducere fideicommissum nedum perpetuum, & absolutum in casu mortis, sed etiam inter vocatos voluisse inducere reciprocam substitutionem, & quæ sint requisita dictæ reciprocæ substitutionis.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Bononien. Legati de Marescottis.

Die Veneris 24. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM CDLXVIII.

Omititur, quia fuerunt etiam decicones omissæ, sed tantum simpliciter iudicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

REV.MO P. D. MERLINO DECANO.

Egittanien. Commendæ.

Die Lunæ 8. Iunij 1626.

ARGVMENTVM CDLXIX.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

R. P. D. REMBOLDO.

Assisien. Bonorum.

Die Veneris 26. Iunij 1626.

ARGVMENTVM CDLXX.

Iudex nulliter procedens non priuat quem sua possessione. Sententia si non iustificetur ex actis non potest sustineri cum iudex aliunde non possit moueri. Melioramenta si sint probata ante immissionem, sunt reficienda.

REV.MO P. D. MERLINO DECANO.

Romana de Victorijs.

Die Veneris 26. Iunij 1626.

ARGVMENTVM CDLXXI.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

REV.MO P. D. MERLINO DECANO.

Romana Legati de Valentinis.

Die Veneris 6. Nouembr. 1626.

ARGVMENTVM CDLXXII.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Meleuitana Prioratus Nauarræ.

Die Lunæ 11. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM CDLXXIII.

Remissoria, vt in beneficialibus concedatur, quid sit necesse. Prioratus Religionis Hierosolymitanæ sunt veri tituli, & beneficia Ecclesiastica. Regulares ad omne nutum Superioris possunt remoueri à suis beneficijs, & quatenus hoc sit verum.

Index Argumentorum.

REV.MO P.D. MERLINO DECANO.
Paduana Feudi.
Die Lunæ 11. Ianuarij 1627.
ARGVMENTVM CDLXXIV.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.
Romana Legati de Valentinis.
Die Lunæ 8. Februarij 1627.
ARGVMENTVM CDLXXV.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

REVERENDISS. PIROVANO.
Romana Officij Notariatus.
Die Veneris 5. Martij 1627.
ARGVMENTVM CDLXXVI.
Vendens rem sub narratiua, quod est sua, constito ad eum non spectare, tenetur ad pretij restitutionem. Quæ conclusio multo magis procedit, si dicta assertio dederit causam contractui, veluti quia emptor animum minimè habebat emendi, sed alienũ erat, & hoc casu venditio ipso iure rescinditur, quæ conclusio etiam ampliatur, & alia circa hanc materiam tractantur.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.
Bergomen. Capellaniæ.
Die Lunæ 26. Aprilis 1627.
ARGVMENTVM CDLXXVII.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium deuisionum.

REV.MO P.D. MERLINO DECANO.
Paduana feudi.
Die Lunæ 17. Maij 1627.
ARGVMENTVM CDLXXVIII.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

EM.MO, ET REV.MO. D. CARD. VIRILI.
Romana fideicommissi de Cincijs.
Die Lunæ 17. Maij 1627.
ARGVMENTVM CDLXXIX.
Fideicommissum perpetuum ad fauorem descendentium, ex qua prohibitione alienationis censeatur inductum, & quando testator ad fideicommissum tantum censeatur vocasse familiam effectiuam. Odium Patris erga filium ex quo benè nõ arguatur. Et plura deducuntur, quando pater perpetrauerit aliquando enorme delictum, an eius occasione filij, & descendentes priuentur successione fideicommissi constituti ab eorum maioribus, &c.

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. VIRILI.
Perusina Hæreditatis.
Die Lunæ 7. Iunij 1627.
ARGVMENTVM CDLXXX.
Monasterio capaci bonorum debetur immissio ex persona professi, quando ipse succedit alicui. Renunciationes bonorum factæ à filiabus, qualiter veniant interpretandæ, & verba generalia in eis posita quomodo sint intelligenda.

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. VIRILI.
Romana Pecuniaria.
Die Lunæ 29. Nouembris 1627.
ARGVMENTVM CDLXXXI.
Adducuntur plures coniecturæ ad probandum quòd licet in contractu census plures interuenerint etiã vti principales, tamen ad vnum tantum pertinuerit eius commodum, & tantum eiusdem contemplatione fuerit celebratus contractus.

R. P. D. GHISILERIO.
Taruisina Feudi.
Die Lunæ 24. Ianuarij 1628.
ARGVMENTVM CDLXXXII.
Representationi locus est in feudo mixto ita vt neptis ex filia succedat auo vnà cum filiabus. Et quando feudum sine dubio dicatur mixtum. Feudum, quando dicatur hæreditarium, & sic in eo succedant etiam fœminæ, & sit locus repræsentationi.

R. P. D. GHISILERIO.
Lucana Precedentiæ.
Die Lunæ 24. Ianuarij 1628.
ARGVMENTVM CDLXXXIII.
Consuetudini in materia præcedentiarum potissimũ est deferendum. Actus qui in materia præcedentię non veniant attendendi. Actus recentes, & turbatiui non habentur in consideratione.

R.P.D. DVNOZETTO.
Bononien. Legati de Marescottis.
Die Lunæ 21. Februarij 1628.
ARGVMENTVM CDLXXXIV.
Testator non solum de hæredis, sed etiam de re in futurum ei debita potest liberè disponere, & hęres, præterquam in bonis feudalibus, non potest se excusare, vt ratione affectionis non teneatur ad illius præstationem. Hęres cum beneficio legis, & inuentarij preseruatur quidem à damno, sed non operatur, si vires hæreditariæ sufficiant, vt in totum nõ teneatur seruare disposita per testatorem.

R. P. D. DVNOZETTO.
Bononien. Fideicommissi de Volta.
Die Veneris 24. Martij 1628.
ARGVMENTVM CDLXXXV.
Remissoria quibus coucurrentibus nullo modo denegari possit, & quando concedenda sit sine retardatione expeditionis causæ dependentis.

R.P.D. GHISILERIO.
Paduana Feudi.
Die Mercurij 17. Maij 1628.
ARGVMENTVM CDLXXXVI.
Remissoriæ petitio rectè reijcitur, si probandum non releuet, vel id possit probari per scripturam. Repudiatio euanescit, & perinde est, ac si non esset facta, si deficiat conditio, seu suppositum, cuius intuitu fuit facta. Hæreditas semel adita, amplius non potest repudiari.

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.
Farfen. Pecuniaria.
Die Lunæ 24. Maij 1628.
ARGVMENTVM CDLXXXVII.
Fideiussores plures quando sunt simul obligati itaut sint confideiussores, si vnus soluat totum, vt repetat ratam ab alijs, habet plura remedia. Correus. sol-

EMI-

Index Argumentorum.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D.
CARD. VBALDO.
Romana restitutionis in integrum.
Cie Veneris 26. *Iauarij* 1629.

ARGVMENTVM. D.

Sentētia ad hoc vt substineatur,& nullitatis vitio nō subiaceat, ad hoc vt dicatur conformis libello, sufficit etiam, vt iustificetur ex actis factis, & petitionibus in iudicio deductis etiam post libellum Intentans remedium l. diffamari, licet regulariter dicatur reus, tamen quando illud intentatur cōtra possidentes fallit ista regula, cum ea tantum habeat locum, quando vtens tali remedio est possessor.

REV.MO P. D. MERLINO DECANO.
Bononien. Legitimitatis.
Die Mercurij 31. *Ianuarij* 1629.

ARGVMENTVM DI.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, provt in corpore præsentium deisionum.

EMI.MO ET REV.MO D. CARD. VBALDO.
Colonien̄ Monasterij.
Cie Mercurij 4. *Aprilis* 1629.

ARGVMENTVM DII.

Ad declaratoriæ relaxationem quibus concurrentibus procedatur, Contra Vniuersitatem quando agitur, licet collegialiter citanda veniat, tamen si renuat se congregare, vel si congregetur, & præcludantur portæ, vt nuncius nequeat fungi suo officio, tunc habetur pro sufficienter congregata.

R. P. D. GHISILERIO.
Nouarien. Legitimæ.
Die Veneris 11. *Maij* 1629.

ARGVMENTVM DIII.

Matri debetur legitima in bonis filij professi à die emissæ professionis, & quid si mater transiuerit ad secunda vota, vtrum Monasterium possit dare de iniuria eidem filio illata. Professus habetur pro mortuo, & quid si Monasterium sit capax bonorum. Ius personale, nec cedi, nec transmitti potest.

R. P. D. GHISILERIO.
Bonouien. Census.
Die Lunæ 14. *Maij* 1629.

ARGVMENTVM DIV.

Statutum si requirat aliquid in contractibus pro forma, id adamussim debet interuenire, ita vt non potest adimpleri per æquipollens. Minor, si iurauerit se esse maiorem, quando non impediatur allegare nullitatem contractus ob non seruatas solemnitates.

R. P. D. GHISILERIO.
Aliphana Iurispatronatus.
Dic Veneris 1. *Iunij* 1629.

ARGVMENTVM DV.

Patronus, qui probauit suam quasi possessionē præsentandi, est manutenendus, & qualiter ea probebetur, & præsentandus ab eo venit instituendus. Iuspatronatus non expirat per extinctionem lineæ fundatoris, Vnio iurispatronatus sine consensu patroni est nulla.

REV.MO P.D. MERLINO DECANO.
Romana Vineæ.
Die Mercurij 13. *Iunij* 1629.

ARGVMENTVM DVI.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

R. P. D. MOTMANNO.
Mediolanen. Pecuniaria.
Die Lunæ 18. *Iunij* 1629.

ARGVMENTVM DVII.

Creditor quando præsumi possit, quod fuerit satisfactus à suo debitore. Crediti, & debiti compēsatio, quando, & quid requiratur, vt admittatur; & quando nullo modo possit admitti talis compensatio.

R. P. D. GHISILERIO.
Ciuitatis Castelli Decimarum.
Die Lunæ 25. *Iunij* 1629.

ARGVMENTVM DVIII.

Tractatur de amplissima exemptione concessa Patribus Societatis IESV circa solutionem decimarum, in qua cū adsit derogatio specifica cap. nuper de decim. & sit munita clausulis amplissimis, & decreto irritanti, ideo si quis contra eos in hac materia exactionis decimarum petat manutentionē, audiendus non est, quod procedit etiam quoad bona Post exemptionem acquisita.

R. P. D. GHISILERIO.
Aliphana Iurispatronatus.
Die Mercurij 4. *Iulij* 1629.

ARGVMENTVM DIX.

Præsentationum initio, & fine dato, illæ de medio tempore factæ præsumuntur ab eodem, qui pariter eas fecit, dum contrarium non probatur. Cōtra prouisum Apostolicum, quando sufficiat quasi possessio præsentandi, & quando nullatenus suffragatur. Iuspatronatus non expirat, si terminetur linea fundatoris, sed transit ad hæredes. Et aliqua, quando non intret præsumptio vsurpationis iurispatronatus.

R. P. D. GHISILERIO.
Bononien. Census.
Die Mercuro 16 *Ianuarij* 1630.

ARGVMENTVM DX.

Contractus Celebratus per pupillū cum obligatione, & fideiussione tutoris, & se obligauerit vti principalis principaliter, & insolidum, tunc non obstante, quod contractus declaretur nullus respectu pupilli respectu minoris etatis ob non seruatas debitas solemnitates, nō tamen ex hoc corruit obligatio tutoris, & quare.

R. P. D. GHISILERIO.
Parmen. Nullitatis Ordinum.
Die Lunæ 11. *Martij* 1630.

ARGVMENTVM DXI.

Filiatio, & legitimitas qualiter, & ex quibus probari potest, & maximè si agatur ad effectum successionis. Testes, quantum fieri potest, reducendi sunt ad concordiam.

REVERENDISS. PIROVANO.
Illerden. Decimarum.
Die Veneris 15. *Martij* 1630.

ARGVMENTVM DXII.

Tractatur qualiter deponere debeant testes ad hoc, vt per eos probata dicatur immemorabilis, & diluuntur, atque reijciuntur, quædam oppositæ exceptiones circa hanc materiam. Testes examinati

nati extra locum remissoriæ an sint nulliter examinati, & quid si sine interrogatorijs datis à parte.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.
Asisien. Emphyteusis.
Die Mercurij 18. Martij 1630.

ARGVMENTVM DXIII.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ. prout in corpore præsentium decisionum.

R. P. D. GHISILERIO.
Spoletana Fideicommissi.
Die Lunæ 3. Iunij 1630.

ARGVMENTVM DXIV.
Fœminæ continentur appellatione *filiorum*, quod procedit etiamsi simus in materia fauorabili, & hoc amplia si genus masculinum sit conceptum in numero plurali, & non fuit habita ratio conseruationis agnationis, & quando testator habuisset rationem ad conseruationem dictæ agnationis, & adducuntur aliqua circa statuta exclusiua fœminarum, quando scilicet non habeant locum.

REVERENDISS. PIROVANO.
Calaguritana Processionum.
Die Mercurij 27. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM DXV.
Ad censurarum fulminationem, si Executor non ritè procedat relaxatio est attentata, & pars indebitè grauata, est absoluenda ab eis, & latè discutitur vtrum festum S.Stephani, S.Ioannis, SS.Innocentium, & feriæ secundæ, & tertiæ immediatè sequentium solemnitati Paschali, & Pentecostes, sint eiusdem naturæ, sicut est ipsa dies Natalis DOMINI, & Paschæ, & conclusio est negatiua, cũ differant nomine, ordine, & effectu, & alia, de quibus in summarijs.

R. P. D. GHISILERIO.
Parmen. Nullitatis Ordinum.
Die Lunæ 2. Decembr. 1630.

ARGVMENTVM DXVI.
Nullitas, & iniustitia sententiæ sufficit, vt qualiscunque sit, ad effectum contra eam obtinendi restitutionem in integrum. Princeps si à primo Iudice auocauerit causam, non potest deinde sine nouo rescripto in ea se intromittere. Sacri ordines, quãdo non dicantur per vim, & metum suscepti. Et testes quando non probent metum illatum.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.
Bononien. Dotis.
Die Veneris 4. Decembris 1630.

ARGVMENTVM DXVII.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

R. P. D. GHISILERIO.
Romana Prælationis.
Die Veneris 20. Decembris 1630.

ARGVMENTVM DXVIII.
Censuarij duo si simul, & insolidum litigauerint ad obtinendam prælationem in re censuata, & insolidum obtinuerint duas sententias fauorabiles, si vnus ex his litem deserat, & nolit amplius præferri, ille, qui remansit in lite, nullo modo impeditur obtinere tertiam sententiam, & mandatum exequutiuum in tota re, &c. De depositi validitate, quando non possit controuerti, & aliqua quando dicatur integrum in hac materia prælationis rei censuatæ.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.
Romana Fideicommissi de Coronis.
Die Mercurij 18. Iunij 1630.

ARGVMENTVM DXIX.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

REVERENDISS. PIROVANO.
Illerden. Decimarum.
Die Lunæ 23. Iunij 1631.

ARGVMENTVM DXX.
Ius vniuersale decimandi per motionem litis super decimis, quando, & ex quibus non dicatur effectũ litigiosum.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.
Bononien. Pretij Clericatus.
Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM DXXI.
Articuli, quando, & ex quibus causis non sint admittendi, & etiam si simus in Curia.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D.CARD. VEROSPIO IVNIORI.
Reatina iuris redimendi.
Die Veneris 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM DXXII.
Damnorum, & interesse appellatione quid veniat, & alia circa petitionem, & liquidationem fructuum.

REVERENDISS. P D. MERLINO DECANO.
Bononien. dotis.
Die Veneris 23. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM DXXIII.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatę, prout in corpore præsentium decisionum.

EMIN. ET REV. D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.
Ceruien. Pensionis.
Die Lunæ 22. Martij 1632.

ARGVMENTVM DXXIV.
Cumulatio possessorij cum petitorio admittitur, quãdo à cognitione negotij principalis, ac iuris, quod pars habet in petitorio dependet exitus, & finis iudicij in possessorio. Arbitrium emanatum è Signatura Gratiæ, non debet ita restringi, ac si esset emanatum è Signatura iustitiæ, & alia, &c.

EMIN. ET REV. D. CARD VEROSPIO IVNIORI.

Tullen. *Reformationis.*
Die Lunæ 5. Iulij 1632.

AR-

possessione, illum non facit verum possessorem, nec priuat possessorem sua anteriori possessione. Processus per contradictas, quando non sustineatur.

R. P. D. GHISILERIO.

Albaracinen. Pensionis.

Die Lunæ 15. *Maij* 1634.

ARGVMENTVM DXXXIX.

Papa, si reseruauit pensionem alicui, cum hoc vt antequam dictę pensionis aliquos terminos percipiat, officium militis Lauretani sibi concedi obtineat, dubitatur modo, an pensio debeatur de tempore reseruationis, vel de tempore, quo fuit acquisita Militia Lauretana.

REV.MO COCCINO.

Tiburtina Spolij.

Die Lunæ 22. *Maij* 1634.

ARGVMENTVM DXL.

In spolio quid sit probandum, ad effectum obtinendi. Statutum si disponat, quod possessio defuncti continuetur in suum hæredem, ista possessio an suffragetur ad effectum spolij.

R. P. D. GHISILERIO.

Rauennaten. Saluiani.

Die Veneris 26. *Maij* 1634.

ARGVMENTVM DXLI.

Hæres, si rem alicui à testatore legatam vendiderit potest Legatarius, vel causam ab eo habens, vigore hypothecæ, obtinere in ea re immissionem non obstante anteriori possessione emptoris. Copula, & quando stet repetitiuè, & quando non. Hæres grauatus, si non confecto inuentario, aliqua bona alienauerit, præsumitur in eis consumpsisse suas detractiones, & si ipse contrarium efferat, ei incumbit onus probandi; reliqua vide in summario.

R. P. D. DVNOZETTO.

Florentina Capellaniæ.

Die Lunæ 29. *Maij* 1634.

ARGVMENTVM DXLII.

Iuspatronatus, quando de eo agitur incidenter leuioribus probatur probationibus. Iuspatronatus totum transit ad hæredem vniuersalem, nec transit in fideicommissarium, nisi de contraria mente testatoris apertè appareat, quod declaratur.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana renunciationis.

Die Mercurij 7. *Ianuarij* 1634.

ARGVMENTVM DXLIII.

Filia ingrediens Monasterium, si amplissimam renũciationem fecerit de bonis ascendentium ad fauorem fratrum, vtrum si omnes fratres decesserint ab intestato, nullo relicto descendente, an Monasterium possit prætendere eorum hæreditatem.

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.

Alerien. Pensionis.

Die Mercurij 7. *Iunij* 1634.

ARGVMENTVM DXLIV.

Valor fructuum quomodo probetur, & quomodo testes super ijs deponere debeant. Ad interpretationem Constitutionis S. D. N. Vrbani super moderatione indultorum transferendi pensiones.

REV.MO P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Cambiorum 20. mil.

Die Mercurij 7. *Iunij* 1634.

ARGVMENTVM DXLV.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, si promittat creditoribus defuncti satisfacere, obligando se, non tantum tanquam hæredem, sed etiam proprio, ac particulari nomine, an censeatur renunciasse beneficio inuentarij.

REV.MO PIROVANO.

Brixinen. iurisdictionis.

Die Veneris 9. *Iunij* 1634.

ARGVMENTVM DXLVI.

Ordinarius licet habeat intẽtionem fundatam exercendi iurisdictionem in omnibus locis positis intra fines suæ Diœcesis, tamen si aliquis exhibetur titulus, & possessio exemptionis à sua iurisdictione, non est dicto Ordinario concedenda manutentio, sed exempto, donec cognoscitur de validitate tituli, & possessionis.

R. P. D. DVNOZETTO.

Perusina fideicommissi de Alphanis.

Die Lunæ 19. *Iunij* 1634.

ARGVMENTVM DXLVII.

Statuta exclusiua fœminarum, licet emanauerint pro conseruatione agnationis, tamen vt ea extendantur, identitas rationis non sufficit, sed requiritur maioritas. Filia dotata, si excludatur à successione, intelligitur de dotata tempore delatæ successionis. Administrator, de quibus bonis præsumatur soluisse æs alienum.

REV.MO P. D. MERLINO DECANO.

Gerunden. beneficij.

Die Lunæ 19. *Iunij* 1634.

ARGVMENTVM DXLVIII.

Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

R. P. D. DVNOZETTO.

Pistorien. seu nullius beneficij.

Die Lunæ 19. *Iunij* 1634.

ARGVMENTVM DXLIX.

Possidens aliquid ex titulo infecto, si superueniat ei titulus validus, an illi sit concedendum mandatũ de manutenendo, vel immissio. Clausula statum litis, &c. quid operetur. Clausulę. Dummodo non sit intrusus in beneficio, & dummodo alteri non sit ius quæsitum, & sine præiudicio, cuius sint naturæ. Subrogato gratiosè, quando non denegetur immissio.

R. P. D. GHISILERIO.

Camerinen. Tutelæ.

Die Veneris 23. *Iunij* 1634.

ARGVMENTVM DL.

Tutor petens se manuteneri in quasi possessione iuris administrandi, quid probari teneatur. Priuatio iudicialis, quando non probet possessionem.

REV.

REV.MO PIROVANO.
Volaterana Prioratus.
Die Veneris 23. Iunij 1634.

ARGVMENTVM DLI.
Literis Apostolicis iustificatis, datur immissio illam petenti, sicuti ex testamento non abolito nec cancellato. Beneficij valor, qualiter probetur, Item qualiter negatiua possessionis, Item quomodo negatiua existentiæ eius, quod quæritur, & sicuti etiam negatiua prouisionis Apostolicæ. Regulæ de triennali, vt sit locus, quid requiratur.

REVERENDISS. COCCINO.
Auersana Funeralium.
Die Veneris 23. Iunij 1634.

ARGVMENTVM DLII.
Iura Parochialia, in quibus consistant. Ecclesia Parochialis in Ecclesijs sitis intra limites Parochiæ, præter iura Parochialia, in alio iure non habet intentionem fundatam. Defunctus, quando sibi eligit sepulturam in aliqua Ecclesia sita intra limites suæ Parochiæ postquam cadauer est ibi illatum, Parochus Ecclesiæ d. defuncti, nequaquã potest ibi facere officium.

REV.MO P.D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.
Firmana dotis.
Die Lunæ 26. Iunij 1634.

ARGVMENTVM DLIII.
Transactio, vt per læsionem rescindatur, qualis esse debeat. In donationibus, & non in compensationibus reciprocis requiruntur solemnitates requisitæ per Constitutionem Marchiæ.

REVERENDISS. PIROVANO.
Romana Affictus.
Die Mercurij 28. Iunij 1634.

ARGVMENTVM DLIV.
Conductor finito tempore conductionis, non potest amplius fructus rei iam sibi locatę percipere. Testibus practicis, & deponentibus de facto proprio, est plena fides adhibenda. Gratia, quando recipiat suum esse. Item quando honoraria debeãtur pro expeditione gratiæ Expeditoribus beneficiorum.

R.P.D. DVNOZETTO.
Beneuentana Salium.
Die Mercurij 28. Iunij 1634.

ARGVMENTVM DLV.
Simulationis suspicio in apochis priuatis, quando cesset, mandata rotalia contra debitores existentes etiam extra statum Ecclesiasticum exequuntur. Remissoriæ petitio reijcitur stante præsumptione calumniæ, vel irreleuantiæ.

R. P. D. GHISILERIO.
Romana Cambij.
Die Lunæ 3. Iulij 1634.

ARGVMENTVM DLVI.
Sententię validitas, & iustitia, ex quibus colligatur. Libri Mercatorum non probant contra tertium, nisi concurrentibus adminiculis text. in l. quintus. C. de donat. inter vir. & vxor. quando cesset.

R. P. D. GHISILERIO.
Illerden. Canonicatus.
Die Veneris 17. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM DLVII.
Mandatum de immittendo in possessionem beneficij ad fauorem alicuius, si à Rota fuerit relaxatum, & alius eodem die cœpit possessionem dicti beneficij, non expresso certo tempore, hoc casu cum certum sit, quod decreta in Rota fiunt de mane, præsumitur prius dictum mandatum relaxatum, quàm capta possessio, eo quod non constat an de mane, vel de serò fuerit capta. Acta facta contra antecessorem in beneficio nocent eius successori: reliqua vide in summarijs.

R.P.D. GHISILERIO.
Florentina Affrancationis.
Die Lunæ 20. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM DLVIII.
Emphyteusis concessio facta alicui pro se, & filijs, & descendentibus in infinitum cum pacto, quod si ipse inuestitus, vel eius filij, aliquid inter eos cõuentum, acquirant Domino directo, tunc d. emphyteusis intelligatur libera, & affrancata d. inuestito, Quæritur modo an filij, & descendentes in infinitum possint d. bona affrancare, si primus inuestitus id non fecit.

R.P.D. BVCCABELLA.
Tudertina Bonorum.
Die Veneris 24. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM DLIX.
Testator si prohibeat, ne sua bona hæredes possint aliquo modo alienare, vendere, donare, pignorare, &c. modo si hæredes donent omnia, & singula sua bona, an per hanc generalem donationem, in ea etiam videantur compræhensa supradicta bona testatoris, ad effectum, vt intret caducitas.

REV.MO PIROVANO.
Romana Affictus.
Die Lunæ 27. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM DLX.
Beneficiorum expeditiones, quę proueniunt ex gratia Summorum Pontificum, quemadmodum sunt diuersæ, ita habent diuersum stylum, & obseruantiam. Et quid seruetur, quando dictæ expeditiones transeunt per Concistorium, & quid, quando fiunt per officiales Datariæ. Et honoraria in vtroque casu; quando sint præstanda.

R. P. D. BVCCABELLA.
Elnen. distributionum.
Die Lunæ 4. Decembris 1634.

ARGVMENTVM DLXI.
Alienatio bonorum Ecclesiasticorũ vt sit valida inter alias solemnitates, beneplacitum Apostolicum est necessarium, quodque magis procedit, si sit reseruatum. cum clausula non aliàs, &c. & aliqua circa extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.

REV.MO PIROVANO.
Meleditana Commendæ.
Die Lunæ 4. Decembris 1634.

ARGVMENTVM DLXII.
Commendæ adiudicatio Equiti Hierosolymitano, quando non sit deneganda. Et priores, vt rectè illas conferant, quidnam sit necessarium.

REV.MO COCCINO.
Tiburtina Spolij.
Die Lunæ 21. Decembris 1634.

ARGVMENTVM DLXIII.
In spolio tempus præscriptionis, quãdo incipiat currere. Possessor semel, semper præsumitur possessor, nisi aliud doceatur.

R.P.D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.
Die Lunæ 11. Decembris 1634.
ARGVMENTVM DLXIV.
Mandatum de manutenendo super possessione beneficij, quando alicui non possit denegari.
R. P. D. GHISILERIO.
Romana Pensionis.
Die Lunæ 18. Decembris 1634.
ARGVMENTVM DLXV.
Papa, si Ecclesiam vniuit alicui loco, quandoque d. Ecclesia per cessum, vel decessum Rectoris, vel alio quouis modo vacare contingeret, modo si d. Rector consentiat reseruationi pensionis super d. Ecclesia, nulla facta mentione vnionis, an talis impositio pensionis substineatur.

REV.MO PIROVANO.
Brixien. iurisdictionis.
Die Lunæ 11. Decembris 1634.
ARGVMENTVM DLXVI.
Exemptus à iurisdictione Ordinarij, quando pendente controuersia super d. exemptione nõn debeat priuari, aut turbari in eius possessione, & quando è contra.
R. P. D. GHISILERIO.
Gerunden. Canonicatus, & Sacristiæ.
Die Veneris 15. Decemb. 1634.
ARGVMENTVM DLXVII.
Iuris conferendi pertinentia, quod ad aliquem spectet, qualiter probetur, & alia circa hanc materiam.
R.P.D. DVNOZETTO.
Beneuentana Salium.
Die Veneris 15. Decembris 1634.
ARGVMENTVM DLXVIII.
Bona de tempore executionis si fuerint reperta penes tertium possessorem, & non penes debitores, cessat præsumptio iuris, quæ militet pro executione, quod illa præsumantur esse debitorum, & intrat alia præsumptio, quod bona præsumuntur eius, penes quem reperiuntur.
R.P.D. DVNOZETTO.
Pistorien. seu nullius beneficij.
Die Lunæ 18. Decemb. 1634.
ARGVMENTVM DLXIX.
Possessio beneficij capta lite pendente, & intra terminum ad appellandum, licet non sit manutenenda, tanquam vitiosa, & attentata, tamen ex superuenienti titulo subrogationis, in qua fuit narratum d. possessionem esse vitiosam, & attentatam, purgatur omne vitium, & possessor potest mutare causam, possessionis absq; alia declaratione, & est manutenibilis, & alia, de quibus in summarijs.
REV.MO PIROVANO.
Volterana Prioratus.
Die Lunæ 27. Decembr. 1634.
ARGVMENTVM DLXX.
In regula de triennal, à quo tempore supputentur tempora. Diligentiæ ad aliquid reperiendum, quãdo suffragentur.

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. VEROSPIO.
Romana Assecurationis.
Die Veneris 19. Ianuarij 1635.
ARGVMENTVM DLXXI.
Assecurationis contractus consistit in periculo mercium, quod in se suscipit assecurator, cuius obligatio propterea non datur. quoties oneratio mercium omninò facta non sit vel facta sit super re, de qua possit dubitari, an sit diuersa à re, super qua suscepta fuit obligatio, & promissio ab assecuratoribus. Et ex quibus ostendatur hæc diuersitas.
R. P. D. GHISILERIO.
Romana de Bonellis.
Die Mercurij 24. Ianuarij 1635.
ARGVMENTVM DLXXII.
Legitimatus cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato circa successionem ad quæ videtur habilitatus, & talis legitimatio quid importet.

R. P. D. GHISILERIO.
Camerinen. Tutelæ.
Die Mercurij 24. Ianuarij 1635.
ARGVMENTVM DLXXIII.
Testator, quando dedit plures tutores, non nominato, quis administret, tunc quis debeat administrare. Tutori petenti manutentionem in iure administrandi, qui actus non suffragentur.

R.P.D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.
Maceraten. Fideicommissi.
Die Mercurij 7. Februarij 1635.
ARGVMENTVM DLXXIV.
Appellatione hæredum, & successorum; licet regulariter veniant etiam fœminæ, tamen ab ista regula receditur, concurrentibus coniecturis enixè suadentibus contrariam testatoris mentem. Testatoris memoria per quæ conseruetur. Agnationem, quando dicatur testator contemplasse.

REV.MO COCCINO.
Auersana funeralium.
Die Lunæ 30. Aprilis 1635.
ARGVMENTVM DLXXV.
Referuntur nonnulli casus, in quibus remissoria solet denegari, & in quibus non. Testes deponentes secundum assistentiam iuris, præferuntur alijs contrarium deponentibus, licet illi sint pauciores.

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. MACHIAVELLO.
Imolen. Saluiani.
Die Veneris 11. Maij 1635.
ARGVMENTVM DLXXVI.
Creditum non sufficit probare in genere ad hoc, vt sit locus Saluiano interdicto, sed constare de eius specifica, & determinata quantitate.

REV.MO PIROVANO.
Vlixbonen. iuris conferendi habitum.
Die Veneris 25. Maij 1635.
ARGVMENTVM DLXXVII.
Discutitur in hac decisione, ad quem pertineat dare habitum Tertij Ordinis S. Francisci, vel Fratribus Ter-

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. MACCHIAVELLO.
Vicen. Capellæ.
Die Veneris 2. Maij 1636.

ARGVMENTVM DXC.
Appellatio, quando remaneat deserta, Episcopus Ecclesiam in sua diœcesi existentem, & pro derelicta habitam, est in sua voluntate facere, quid vult. Remissoria quando non concedatur.

R. P. D. CARRILLO.
Oritana decimæ oliuæ.
Die Veneris 13. Maij 1636.

ARGVMENTVM DXCI.
Ex oliua an debeatur decima, in hac decisione discutitur. Et aliqua circa prescriptionem.

R. P. D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.
Firmana Pecuniaria.
Die. Lunæ 30. Maij 1636.

ARGVMENTVM DXCII.
Actio indebiti, quando statim oriatur. Fideiussionē si quis alicui fecerit pro certo, & determinato tempore, extra illud non est extendenda, & plura circa hanc materiam.

REV.MO COCCINO.
Toletana iurispatronatus de Grinnon.
Die Lunæ 2. Iunij 1636.

ARGVMENTVM DXCIII.
Patronus quando fundauit iuspatronatus, & in eo leges, & conditiones apposuit, non potest ex interuallo nouum quid apponere, etiam cum consensu Ordinarij, si addita sint contra ius. Iuspatronatus, quando possit competere in Ecclesia Regulari.

REV.MO P. D. MERLINO DECANO.
Romana Pecuniaria.
Die Lunæ 9. Iunij 1636.

ARGVMENTVM DXCIV.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore præsentium decisionum.

R. P. D. GHISILERIO.
Meleuitana Pensionis.
Die Lunæ 9. Iunij 1636.

ARGVMENTVM DXCV.
Magnus Magister tantum, vel habentes causam à Concilio generali possunt reseruare pensiones, & super commendis, &c. & ideò si alius eas reseruet. in tantum annullatur d. reseruatio, vt nec à Magno Magistro possit conualidari,

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. MACCHIAVELLO.
Gerunden. iuris fabricandi.
Die Veneris 13. Iunij 1636.

ARGVMENTVM DXCVI.
Ius prohibendi alicui ne ædificet in aliquo loco, si quis prætendat habere, qualiter, & quomodo illud ius probare debet.

REV.MO P. D. MERLINO DECANO.
Romana de Catalanis.
Die Lunæ 16. Iunij 1636.

ARGVMENTVM DXCVII.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore presentium decisionum.

REV.MO P. D. MERLINO DECANO.
Vlixbonen. iuris conferendi habitum.
Die Lunæ 23. Iunij 1636.

ARGVMENTVM DXCVIII.
Omittitur, quia fuerunt etiam decisiones omissæ, sed tantum simpliciter indicatæ, prout in corpore presentium decisionum.

REVERENDISS. COCCINO.
Gerunden. altius non tollendi.
Die Lunæ 24. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM DXCIX.
Aedificium suum quis de iure vsque ad Cœlum extollere potest, dummodo seruitus in contrarium constituta non sit, vel ædificetur tantum ad æmulationem, vt vicino damnum inferatur, quæ res in dubio non præsumitur, & plura circa hoc.

REV.MO P. D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.
Lucana diuisionis.
Die Lunæ 15. Decembris 1636.

ARGVMENTVM DC.
In diuisione bonorum hæreditariorum, si fuerit erratum, cum contractus sit bonæ fidei, agi potest ad rescissionē. Diuisio hæreditatis patrui inter nepotes alio patruo non existente, qualiter sit facienda.

REV.MO P. D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.
Romana Concordiæ.
Die Lunæ 15. Decembris 1636.

ARGVMENTVM DCI.
Clausula, constituti, quid operetur, & quando sit nullius considerationis. Promittens tradere, & effectualiter soluere certam summam pecuniarum, vt dicatur adimpleuisse, quid requiratur.

REV.

REV.MO COCCINO.

Valentina Coadiutoriæ.
Die Lunæ 12. *Ianuarij* 1637.

ARGVMENTVM DCII.

Coadiuto mortuo, beneficium debetur coadiutori, si coadiutoria fuerit data cum futura successione, non obstante, quòd aliàs d. coadiuto fuerit datus alius coadiutor, si iste fuerit effectus inhabilis ad beneficia obtinenda, puta cæcus.

REVERENDISS. COCCINO.

Hispalen. Sponsalium.
Die Veneris 6. *Martij* 1637.

ARGVMENTVM DCIII.

Sponsalia contracta inter coniunctos, sub conditione, si Papa dispensauerit, an secuta dispensatione, validentur dicta sponsalia sic contracta, vel potius sit necessarium, quod interueniat nouus consensus.

REV.MO PIROVANO.

Romana seu Tudertina Educationis.
Die Lunæ 13. *Martij* 1637.

ARGVMENTVM DCIV.

Pupillus, vbi educandus sit, id totum residet in religione, & æquitate iudicantis, quod procedit etiã si super hoc adsit patris dispositio expressa, quia si Iudex videat, id non expediri pupillo, potest arbitrari, vt penes alios educetur.

R. P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.
Romana Officij Mandatariatus.
Die Lunæ 23. *Martij* 1637.

ARGVMENTVM DCV.

Resignatio officij venalis facta ab eo, qui illud obtinebat, quando non dicatur valida, itaut non subsistineatur, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.
Firmana Pecuniaria.
Die Lunæ 30. *Martij* 1637.

ARGVMENTVM DCVI.

Remissoria non conceditur ad probandum id, quod aliter potest probari, & nec conceditur ad probãdum id, quod postquam est probatum, non releuat, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.
Romana Beneficiatus S. Mariæ Maioris.
Die Lunæ 30. *Martij* 1637.

ARGVMENTVM DCVII.

Vnus ex collitigantibus super aliquo beneficio si decedat, altero superstite, si modo concurrant necessaria requisita, est subrogandus in dicto beneficio, & quæ requisita ad hoc sufficiant.

REV.MO PIROVANO.

Ferrarien. Præbendæ.
Die Lunæ 11. *Maij* 1637.

ARGVMENTVM DCVIII.

Subrogatus, quando quis est gratiosè, quibus probatis ei denegari non potest immissio. Beneficia Prothonotariorum, & subcollectorum, &c. sunt reseruata. Legitimus contradictor ad impediendam immissionem gratiosam, quando quis non sit.

R. P. D. CARRILLO.

Abulen. iurispatronatus.
Die Lunæ 8. *Iunij* 1637.

ARGVMENTVM DCIX.

Hæres, potest apponere inscriptionem in Capella fundata à testatore, & quare. Vniuersitas non acquirit iuspatronatus, si aliqua Capella sit constructa, vel dotata ex eleemosynis piorum, vti singulorum.

R. P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.
Romana Pecuniaria, seu Inuestimenti.
Die Veneris 13. *Iunij* 1637.

ARGVMENTVM DCX.

Tractatur in hac decisione, quando clausulæ positæ in fine alicuius dispositionis, non referantur ad omnia, & singula, quæ habentur in dicta dispositione.

R. P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.
Gerunden. Altius non tollendi.
Die Lunæ 15. *Iunij* 1637.

ARGVMENTVM DCXI.

Domum suam, cum quis possit extollere vsque ad Cœlum, ideò si vicinus ei se opponat; debet plenè, & concludenter probare seruitutem altius nõ tollendi, aliàs illum non potest impedire, & quando d. seruitus non dicatur probata.

R. P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.
Firmana Pecuniaria.
Die Lunę 15. *Iunij* 1637.

ARGVMENTVM DCXII.

Conductiones duæ, si quis successiuè fecerit, sed distinctè, & separatè, & vnaqueque conductio habuit suum fideiussorem separatum, tunc solutio facta in secunda conductione non potest referri ad primam.

R.P.D.

R. P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Stagni.

Die Lunæ 19. Iunij 1637.

ARGVMENTVM DCXIII.

Dominium ad effectũ recognitionis ex quibus benè, & plusquam concludenter dicatur probatum. Error, vel ignorantia quando, & ex quibus casibus non sit alleganda.

R. P. D. CARRILLO.

Abulen. Iuspatronatus.

Die Lunæ 22. Iunij 1637.

ARGVMENTVM DCXIV.

Capellam aliquam dotans, sibi acquirit iuspatronatus, etiam si illud expresse sibi non reseruauerit, dummodo illud non remiserit. Vniuersitas, vel populus vt acquirat iuspatronatus ex constructione Capellæ ex piorum eleemosynis, quid requiratur.

REV.MO P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Officij Mandatariatus.

Die Mercurij 1. Iunij 1637.

ARGVMENTVM DCXV.

Officium aliquod, si sit de regalibus Principis, vt eius resignatio facta à possidente ad fauorem tertij, valeat, quid requiratur, & ad hoc, vt non remaneat amplius sub periculo vitæ resignantis.

REV.MO P. D. PANZIROLO.

Patriarcha Constantinopolitano.

Camerinen. Spolij.

Die Veneris 5. Iulij 1637.

ARGVMENTVM DCXVI.

Alienatio bonorum immobilium minorum, vt valeat, quid requiratur. Possessionis reintegratio, quando competat. Contractus etiam nominatus, quo casu ob non adimplementum rescindatur.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Census.

Die Veneris 27. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM DCXVII.

In aliquo contractu si fideiussores plures intercesserint, si vnus ex eis soluat totum debitum, obtenta cessione contra alios fideiussores à creditore pro parte eis tangeñ. quando eam possit consequi, & quando non.

R. P. D. ROIAS.

Vlixbonen. Iuris conferendi habitum.

Die Veneris 11. Decembris 1637.

ARGVMENTVM DCXVIII.

Ius conferendi habitum Tertiarijs sęcularibus Ordinis S.Francisci, cumulatiuè spectat ad Fratres Minores, & ad Tertiarios Regulares eiusdem Ordinis reformatis sententijs alijs disponentibus.

ARGVMENTORVM FINIS.

SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONES NOVISSIMAE

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTAE.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. SACRATO.

Viterbien. Castrorum.

Die Lunæ 29. Aprilis. 1619.

ARGVMENTVM.

Hæres adire volens hæreditatem, an scire debeat ex qua causa adeat. Hæreditas adita amplius non aditur &c. Error circa quotam hæreditatis, an vitiet aditionem.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem adire volens, scire debet ex qua causa sit hæres, an purè, vel sub conditione.*

2 *Hæreditas, quando semel est adita, amplius adiri non potest.*

3 *Bona hæreditatis alicuius aliud est, & aliud est ipsa hæreditas.*

4 *Ignorantia circa vnum, non infert ignorantiam circa aliud.*

5 *Put. decis. 421. lib. 3. vers. & illa lex. intellectus.*

6 *Totum non potest stare sine omnibus suis partibus.*

7 *Hæreditas potest stare sine vllis bonis.*

8 *Error circa quotam hæreditatis vitiat aditionem, cum sit circa formale hæreditatis.*

9 *Cum aliàs sequeretur, vel quod adiens fieret hæres pro quota ignorata, & sic siue proprio consensu, vel quod illa quota remaneret non adita.*

10 *Testator non debet manere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

11 *Hæreditatem adire volens debet habere notitiam illius, quod est formale iuris adeundi.*

12 *Pater, si mandet filio, vt adeat hæreditatem, debet esse certus, an filius sit hæres ex institutione, vel substitutione.*

13 *L. pater. ff. de acquir. hæred. declaratur.*

14 *In substitutione fideicommissaria non cadit aditio.*

15 *Menoch. in cons. 707. num. 8. declaratur, & reicitur, num. 19.*

¶ Allegatur hæc decisio supra in decisione 4. coram bon. mem. Reuerendiss. Coccino, quæ est in eadem causa sub die 11. Martij 1626. allegatur etiam infra præsens decisio coram eodem bon. mem. Card. Sacrato sub diebus 9. Decemb. 1620. & 24. Maij 1621. coram eodem Coccino, sunt in ordine decisiones 418. & 421.

DECISIO CCCCXVII.

ROTA stetit in decisis coram me die prima Februarij proximi, * quod scilicet ignorantia fideicommissi Honuphrij senioris, quæ supponitur fuisse in Honuphrio iuniore, quando adiuit hæreditatem Georgij, non debeat vitiare dictam aditionem, iuribus, & rationibus, de quibus in prædicta decisione, & dixit non obstare, quod adire † volens
1 scire debeat ex qua causa sit hæres, & an purè, vel sub conditione & signanter ex qua parte iuxta *not, in l. ex semisse. ff. de aquir. hæred.* quia pro resolutione fuit presuppositum, quod hic tantum agitur de hæreditate Georgij, quia de hæreditate Honuphrij senioris non potest am-
2 plius agi, cum illa fuerit semel adita † per Georgium, & hæreditas semel adita non potest amplius adiri, *ex trad. per Bart. in rubr. ff. de acqu. hæred. num. 1. vers. aut. intelligis post. ipsam successionem, & in Authen. de non eligen. 2. nuben. num. 1. & Dec. in l. hæreditas, nu. 2, & Cagn. num. 3. ff. de reg. iur.* Strictè igitur ad hæreditatem Georgij hæc omnia concurrunt, quia quoad illam Honuphrius iunior sciuit se hæredem ex causa testati, & purè, & ex qua parte, ex eo quod ignorauerit, aliqua ex bonis relictis per Georgium esse subiecta fideicommisso Honuphrij senioris, potest di-

ci quod ignorauerit aliquod ex prædictis requisitis ad adeundam hæreditatẽ Ge-
3 orgij, quia aliud sunt † bona hæreditatis, aliud verò est ipsa hæreditas, vt per *Scrib. in rubr. ff. de acq. hæred. vbi Bart. num. 4. late Bald. in l. ædita. num. 24. in 1. lectura, C. de eden. & facit. l. bonorum appellatio 208. de verb. signif. & l. si quis seruum. § fin. vbi Bart. num. 2. iunct. l. seq. ff. de leg. 2. & l. nam quod. §. fin. ff. ad Trebell. cum simil.* ideoque non benè
4 infertur de ignorantia † circa vnum, ad ignorantiam, circa aliud. Nec subsistit, quod *Put. decis. 421. lib. 3. vers. & licet illa lex*, dicat simpliciter non esse differentiam, an error sit in quota hæredita-
5 tis, vel in corporibus, quia † Put. ibi addit infrascripta verba, dum tamen ille error ex parte instituti proueniat ex facto ipsius testatoris, prout non prouenit in hoc casu, Put. potius sensit contrariũ, & re vera multum differt error circa quotam, vel circa bona, quia quota hæreditatis est de forma ipsius hæreditatis,
6 quia † totum non potest stare sine omnibus suis partibus, *l. recte dicimus, ff. de verb. signif.* bona verò non sunt de forma
7 † ipsius hæreditatis, quia hæreditas potest stare sine vllis bonis, *iux. text. in l. hæreditas in prin. ff. de petit. hæred. & Bald. in rubr. ff. de acq. hæred. post med.* multo igitur magis potest stare sine certa parte bo-
8 norum, ideo nil mirum si èrror circa quotam † hæreditatis vitiat aditionem, quia est circa formale ipsius hæreditatis, aliàs sequeretur, vel quod adiens fieret hæres pro quota ignorata, † & sic sine proprio
9 consensu, vel quod illa quota remaneret non adita vnde testatore remaneret pro parte testatus, & pro parte intestatus,
10 † quorum vtrumque absurdum esset in iure, ex notis regulis; & hoc est, quod in substantia dixit, Bald. in alia decisione allegatus, quod scilicet, adire volens, debet habere notitiam illius, † quod est forma-
11 le iuris adeundi, & quod talis scientia sufficit pro validitate aditionis. Atque ex his videbatur non applicari materiam *l. pater q. 2. ff. de acq. hæred.* vbi dicitur,
12 quod pater, qui mandat † filio vt adeat, debeat esse certus, an filius sit hæres ex institutione, vel substiturione: nam omissis quæ tradunt Doctores pro concordantia illius *text. cum l. si quis mihi bona. §. sed si mandauerit. ff. eod. tit.* quæ videtur dicere contrarium, animaduerterunt Do-
13 mini, quod *d. l. pater*, † loquitur de substitutione, per quam quis fit verè, & propriè hæres, vt est substitutio per vulgare, & simile, etenim in substitutione fideicõ-
14 missaria † non cadit aditio, cum hæreditas semel adita non possit amplius adiri ex scilicet in princ. alleg., in proposito autem casu nullatenus fuit erratum circa hãc substitutionem, quia quoad hæreditatem Georgij Honuphrius iunior fuit simpliciter institutus, & tanquam talis adiuit hęreditatem, quo verò ad hæreditatem Honuphrij senioris non agitur, neque agi potest de illius aditione ex prædictis.

Ex his etiam tollitur *cons. Menoch. 707.*
15 *num. 8.* † quia Menoch. ibi supponit fuisse actum de aditione duarum diuersarum hæreditatum, vt in *vers. sed diuersum, & in vers. sed si filij*, hic autem agitur de vna tantum hæreditate, & quatenus fortè Menoch niteretur loqui in istis terminis, malè loqueretur, vt patet ex prædictis.

☞* *Cum decisio hæc ferè tota consistat in facto ideo non curaui eam apponere. Et plures alias decisiones in hac causa factas annotaui supra ad d. decis. 4. in eadem causa, & vltima, quæ fuit facta super hac celebri controuersia sub die 23. Maij 1635. quæ est omnium decisionum, quas hactenus vidi, longissima, erit in altero Tom.*

EMINENTISS. ET REVERENDISS. CARD. SACRATO.

Viterbien. Castrorum.

Die Mercurij 9. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Pręlegata aliqua si sint facta hæredi, quando ea non comprehendantur in fideicommisso postea vniuersali ab eo relicto.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum, quando est vniuersale, tunc hæres etiamsi non confecerit inuentarium, potest detrahere fideicommissum particulare.*
2 *Bonorum pars, si sit prælegata, non autem hæreditatis, & legatarius sit rogatus restituere, hoc casu fideicommissum dicitur particulare.*
3 *Quodque multo magis procedit, quando testator expressit nominatim bona.*
4 *Prælegatum bonorum influit in fideicommissum vniuersale, quando est factum illi, qui est hæres vniuersalis institutus, vel substitutus.*

5 Actio

5 *Actio, & passio non potest cadere in eodem subiecto.*

6 *Accidentale quid, si poterat sine corruptione subiecti abesse, non mutat illius naturam.*

7 *Natura rei intrinseca, est potius attendenda, quàm accidentalis.*

8 *Iure diuerso, vna eademque res non debet existimari.*

9 *Fideicommissum an sit vniuersale vel particulare, id ante omnia pendet à præsumpta voluntate testantis.*

10 *Testator, quando præsumatur noluisse prælegatum ab eo factum hæredi, venire in fideicommissum vniuersale.*

11 *Substitutionis finis, quando est diuersus, tunc prælegata non comprehenduntur in generali substitutione.*

12 *Testator, quando censeatur voluisse separare relicta titulo prælegati, à relictis titulo substitutionis.*

13 *Tempus contractus est attendendum.*

14 *Hæreditatis aditio est quasi contractus.*

15 *Text. in l. quid ergo §. planè. ff. de legat. 1. quando procedat, & n. 16.*

17 *Rot. decis. 67. nu. 3. p. 1. in recent. & Cephal. cons. 634. nu. 12. declarantur.*

18 *Bart. in l. si quis seruum. §. si cui certum. n. 3. ff. de leg. 2. intellectus.*

19 *Peregr. de fideicom. art. 7. n. 60. in quibus terminis loquatur.*

20 *Sub Fideicommisso vniuersali, & sub particulari non est inconueniens, quod vna eadem res dicatur supposita.*

¶ Allegatur hæc decisio supra in decisione 4. quæ est in adem causa coram bon. me. Coccino, & infra in decisione 420. quæ est pariter in eadem causa.

DECISIO CCCCXVIII.

PRoposui dubium reseruatum in decisionibus, in hac causa factis sub die 1. Februarij, & 29. Aprilis 1619.* An scilicet Honuphrius iunior, non obstante, quod fuerit hæres Georgij patris, potuerit (scilicet ex fideicommisso dicti Georgij) detrahere fideicommissum Honuphrij senioris, ad quod ipse Honuphrius iunior erat vocatus; & informantes pro vtraque parte, restringebant præcipuè difficultatem ad illud, an fideicommissum Georgij, ad quod agit D. Valerius possit dici vniuersale, vel potius particulare, quasi quod si est vniuersale, potuerit Honuphrius iunior, etiamsi non confecerit inuentarium
1 detrahere † fideicommissum Honuphrij senioris, secus si fideicommissum esset particulare, ex *tradit. per Rolan in suo tract. de confect. inuent. par. 5. & vlt. §. pone hæres num. 8. Phanuc. eod. tract. par. 7. nu. 47. & per Peregr. de fideicom. art. 36. n. 140.* & 141. Ideo DD. mandarunt, vt strictè informaretur, an fideicommissum Georgij fuerit vniuersale, vel particulare. Causa itaque denuo proposita DD. inhærendo restrictioni, resoluerunt fideicommissum Georgij, de quo in prælegato, fuisse particulare; moti sunt, quia fuit prælegata †
2 pars bonorum, non autem hæreditatis, quo casu fideicommissum dicitur particulare, iuxta *distinct. glos. in l. si quis seruum. §. fin. ff. de legat. 2. & not. ibi Bart. in summario, & passim Scrib.* & latè prosequitur *Peregr. de fideicomm. art. 5. num. 4. cum pluribus seqq. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. c. 10. nu. 8.* prædicta autem magis de plano procedunt, quando, vt in hoc casu,
3 testator † expressit nominatim bona quæ prælegabat, vt *aduert. Mantic. de coniect. vltim. lib. 2. tit. 2. n. 7. in fin. & loquitur dec. Caputaq. 22. n. 1. & 2. p. 2.*

Non obstat, quod prælegatum influat
4 in fideicommissum vniuersale, quando † est factum illi, qui est vniuersalis hęres institutus, vel substitutus, *ad not. per Peregr. de fideicom. art. 7. n. 11.* vbi allegat rationem, quod actio, & passio non potest cadere in eodem subiecto: nam in primis *Peregr. ibid. n. 15.* limitat dictam conclusionem, quando vt in hoc casu, filius est
5 institutus, † postea sub num. 16. cum pluribus seqq. per multas rationes tenet contrariam conclusionem, & num. 20. respondet ad obiectũ actionis, & passionis in eodem subiecto, *Peregr. sequitur Honded. cons. 62. n. 23. & seqq. lib. 2. Rota in causa Romana de Surdis 18. Febr. 1619. coram R.P.D. meo Vbaldo*; Secundò fuit responsum non subsistere, quod prælegatum & institutio, in hoc casu sit facta eidem: nam prælegatum fuit factum soli Honuphrio, institutio verò fuit de Honuphrio & Paulo, & alijs nascituris; item substitutio in prælegato est de solis primogenitis, & cum onere augendi primogenituram, substitutio verò in vniuersali institutione est etiam de alijs non primogenitis: & quamuis per mortẽ Pauli, qui prædecessit Honuphrio, tota hæreditas peruenerit ad Honuphrium, attamen censuerunt DD. hoc tanquam accidentale, & quod poterat sine corruptio-
6 substituttonis abesse, non mutare † naturam fideicommissi, quod ab initio, tan-

quam conceptum per verba specialia fuit
particulare, quod visum fuit sentire, *Bald.*
cons.464. incipit incipiendo, à primo puncto
7 *nu.2. & 3. lib.2.* est enim regulare, quod
visum fuit sentire illud, † quod venit ex
natura rei intrinseca, & non per accidens,
l.qui habent. ff.de tutel. Alex. cons.103. nu.
6. lib.5. Abb. cons.62. num.9. cum pluribus
seqq. lib.2. Bald. cons.182. n.7. lib.1. alias
idem fideicommissum modo particulare,
nempè si Paulus non prædecessisset Honu-
phrio, modo vniuersale, nempè si præde-
cessisset, † esset existimandum, & sic di-
uerso iure censeri, *contr. not. in l.iam hoc*
8 *iure, ff. de vulg. & in l.hæreditatem, & in*
l.quamuis, C. de impub. &c. & facit, quod
9 ista materia, ante † omnia pendet, à præ-
sumpta voluntate testatoris, ad cumulata
per *Peregr. d.art. 7. num. 21. & habetur in*
l.quid ergo. §.planè, ff. de leg. 1. vbi glos. in
verb. voluntas, in proposito autem casu,
voluntas testatoris fuit separare fideicom-
missum prælegati à fideicommisso vniuer-
10 sali, † cum in illo substituerit primoge-
tos, & in isto alios descendentes, ista au-
tem specialis dispositio in bonis prælega-
tis facit, vt non veniant sub generali di-
spositione de alijs bonis, *l.cohæredi. §.qui*
partem. ff. de vulg. Bart. cons. 54. Peregr.
d.art.7. num.30. Menoch. præsumpt.54. nu.
15. lib. 4. Eadem voluntas etiam arguitur
à fine diuerso expresso in fideicommisso,
de quo in prælegato, nempè vt bona præ-
legata intelligerentur relicta in augumen-
tum primogenituræ, vt celeriùs perueni-
ret ad summam declaratam in donatione,
11 quando autem finis † substitutionum est
diuersus, tunc prælegata non continentur
in generali substitutione, *l.Lucius §.pluri-*
bus ff. de Trebell. hoc eo magis, quando
substitutio vniuersalis, vt in hoc casu, est
facta per verba, in omnibus alijs meis bo-
12 nis, &c. hoc enim casu † voluisse testa-
torem separare relicta titulo prælegati, à
relictis titulo substitutionis, tenuit *Rota*
in causa Romana locorum montium die 3.
Decembris 1601. coram bon. mem. Cordu-
ba, & in Romana de Surdis 18. Februarij
1619. coram R.P.D.meo Vbaldo, post Rimi-
nal. iun. cons. 147. nu. 50. lib.2. quicquid
dixerit *Honded. cons.71. num.44. lib.1.* fuit
etiam consideratum hic agi de vniuersita-
te, vel particularitate de tempore aditio-
13 nis factæ per Honuphrium, quia † de iu-
re attenditur tempus contractus, *l.si vo-*
luntate, in fin. C.de rescind. vend. l.3. §.diui
fratres ff.de iur. fisc. l.denique. §.scio ff. de
14 *minor.* aditio autem est † quasi cõtractus,
§.hæres, instit. de oblig. qua ex quasi con-
tract. l.apud Iulianum. §.fin. & seqq. ff.
ex quibus caus. in poss. eat.

Ad *l.quid ergo. § planè, ff. de leg.1.* cum
15 sua materia, fuit responsum † procedere,
quando testator prælegauit totum ferè
patrimonium, & inter filios fecit prælega-
ta quasi æqualia, etenim huiusmodi lega-
ta diuisoria, non ex natura verborum, sed
ex præsumpta mente testatoris, vt *not. ibi*
glos. in verb. voluntas, videntur succede-
re in locum portionum hæreditariarum, †
16 secus si cessat alterum ex prædictis, *Aldo-*
br. cons.6. num.16. Cephal. cons.259. n.60.
& seqq. lib.2. Peregr. d.art.7. n.61. & 68.
Mantic. de coniect. vltim. lib.7. tit.7. nu.9.

In proposito autem casu vtrumque ces-
sat, quia Georgius non prælegauit talem
partem bonorum suorum: vt restitutio fi-
deicommissi vniuersalis remaneat quasi
inutilis, cessat etiam secundum, quia Ho-
nuphrius habuit magnam prælegatorum
partem, Paulus verò eius frater minimam.

17 Ad *cons. Cephal.634. num.12.* † *Rot.de-*
cis. 67. num.2. par.1. in recen. &c. fuit re-
sponsum ibi patere voluisse testatorem fa-
cere vnicum fideicommissum, in quo cõ-
plecterentur bona, hic autem fecisse duo
fideicommissa, & ad fauorem diuersarum
personarum, licet euentualiter potuissent
cumulari in vna persona, vt supra proba-
tum est.

18 Ad *Bart. in l.si quis seruum*, † *§.si cui*
certum num. 3. ff. de leg. 2. fuit responsum
loqui in hærede instituto in quota hæredi-
tatis, & rogato restituere sub appellatio-
ne bonorum, quod hic non applicatur,
quia bona prælegata, de quibus agitur,
non fuerunt relicta titulo institutionis, &
19 sic etiam cessat † doctr. *Peregr. d.art.7.*
num.60. quia loquitur in eisdem terminis,
nempè in relicto titulo institutionis.

Postremò dicebãt aliqui ex DD. quod
dato, & non concesso, quod bona præle-
gata possint dici comprehensa in fideicõ-
misso vniuersali, hoc non implicare, quod
non possint etiam remanere subiecta fidei-
20 commisso particulari, † & sic duplici fi-
deicommisso deberi vocatis, vt latè de-
monstrat *Gabr. cons. 132. num. 20.* quem
sequitur *Rot. decis.41. num. 2. par.2. in re-*
cent.

Et ex his, & alijs deductis per informã-
tes pro D.Valerio, fuit conclusum fidei-
commissum esse particulare.

☞* *Est decisio præcedens, & ibi in fine videa-*
tur.

EMI-

EMINEN.mo ET REVER.mo D. CARD. VEROSPIO SENIORI.

Ferrarienſis Fideicommiſſi de Raſurijs.

Die Veneris 5. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio ſi à teſtatore fuerit ordinata in caſu contrauentionis, ſcilicet in pœnam noluntatis, quia hæres noluerit obtemperare eius præceptis, tunc niſi appareat de coniecturata mente teſtatoris conſeruandi agnationem, non eſt facienda extenſio fideicommiſſi in caſu impotentiæ, ſcilicet ſi hæres non potuerit teſtatoris præceptum adimplere, vt puta, quia non eſt in rerum natura.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non poteſt dici apertum ſi conditiones, ſub quibus fuit factum, non ſint purificatæ.*

2 *Fideicommiſſum factum in caſu contrauentionis non poteſt dici purificatum ſi diſpoſita per teſtatorem ſunt per hæredem ſeruata.*

3 *Caſu noluntatis, quando pariter trahatur ad caſum impotentiæ.*

4 *Conditio inſignia deferendi impoſita à teſtatore hæredi, quamuis ſit voluntaria, verificari tamen etiam poteſt in caſu impotentiæ.*

5 *Fideicommiſſum, quando fuit factum in caſu contrauentionis, in pœnam noluntatis, tunc illud non extenditur ad caſum impotentiæ.*

6 *Verba, tunc, & eo caſu, reſtringunt diſpoſitionem ad præcedentia tantum.*

7 *In Fideicommiſſis extenſio admittitur, quando conſtat de monte teſtatoris ſuam volentis agnationem conſeruare.*

8 *Fideicommiſſum non eſt extendendum de de caſu ad caſum, ſi aperte non fuit habita ratio de conſeruanda agnatione.*

9 *Teſtator ſi habuerit rationem ad ſolam conſeruationem nominis, & agnationis, quando ex hoc non infertur ad diſpoſitionem agnationis.*

10 *Teſtator non dicitur agnationem contemplaſſe, ſi primo loco vocauerit fœminas.*

¶ Allegatur præſens deciſio infra in deciſione, quæ eſt in eadem cauſa ſub die 24. Maij 1622. & receditur hic à deciſis, quod & latè comprobatur infra in eadẽ cauſa ſub die 25. Februarij 1622. coram Reuerendiſſ. P. D. meo Merlino Decano eſt deciſio 426. quę magiſtralis, & inſignis eſt, adeſt atiam altera deciſio pariter infra in hac cauſa ſub die 12. Deceb. 1622. coram Reuerendiſſ. Decano. eſt in ordine deciſio 436.

DECISIO CCCCXIX.

HIronymus de Raſurijs teſtamentũ condidit, in quo filios ſuos maſculos hæredes ſibi vniuerſales inſtituit, eoſque pupillariter ad inuicem ſubſtituit, & illis non extantibus, vel in pupillaritate decedẽtibus, ſubſtituit Hippolytã, necnon alias filias ſuas, quas ad inuicem ſubſtituit, vltimo verò decedenti ſubſtituit ac totam, & integram ſuam hæreditatem deuenire voluit ad Naſcimbenem ex Hippolyta filia nepotem, & ipſo non exiſtẽte ad alium eiuſdem filiæ natu maiorem, ea conditione, quod ſemper, & in perpetuum ipſe, ac illius deſcendentes de Raſurijs nuncuparentur, necnon inſignibus vterentur ipſius teſtatoris, in quo ſi defeciſſent, vel ſi nullus ex ipſa Hippolyta filius maſculus ſupereſſet, totam ſuam hæreditatem voluit ad Raſurios de Ferraria, cum quibuſdam conditionibus in teſtamento expreſſis deuenire.

Obijt ſine filijs maſculis teſtator, Hippolyta, necnon alijs filiabus relictis, quæ ſuperſtite Hieronymo dictæ Hippolytæ filio deceſſerunt, & mortuo nuper Hieronymo, Violantes, & Hippolyta illius ex fratre neptes, necnon eiuſdem ex teſtamento hæredes in dictis bonis ſucceſſerunt. Verùm Franciſcus de Raſurijs in vim teſtamenti Hieronymi ſenioris, cum ſe vocatum prætenderet egit in partibus contra dictas Hieronymi iunioris hæredes, & duabus ad ſui fauorem ſententijs latis, petijt vigore ſtatuti Ferrarienſis de re iudicata ex duabus conformibus executionem, ad quam impediendam dicti Hieronymi hæredes introduxerunt in Rota cauſam reſtitutionis in integrum, & propoſito per me dubio viſum Dominis fuit conſtare de cauſis, quia non docetur factum ¶ fuiſſe locum
1 fideicommiſſo ad Franciſci fauorem, vt fuerat pronunciatum, conditiones enim ſub quibus ille vocatus extitit non appa-ret

ret esse purificatas, cum testator mandauerit suam hæreditatem deficiente Hippolyta filia, ad Nascimbenem, & eo non existente ad reliquos Hippolytæ filios deuenire, dummodo ipsi eorumq; descendentes de Rasurijs vocentur, & testatoris vtantur insignibus, quæ si non adimpleuerint, tunc, & eo casu dictam hæreditatem ad illos de Rasurijs voluit deuolui, vnde cum Hippolytæ filius
2 eiusque descendentes † prædicta per testatorem iniuncta seruauerint, non dicitur factum fuisse locum fideicommisso ad Francisci fauorem *Peregr. de fideicom. art. 43. num. 10. Cephal. cons. 31. num. 26. Menoch. cons. 262. num. 1.*
3 Non obstat, casum voluntatis † trahi pariter ad casum impotentiæ, & ita conditionem insignia deferendi quamuis sit voluntaria, verificari etiam in ca-
4 su † impotentiæ, si videlicet insignia deferre non potuerint Hippolytæ filij, ex quo nulli extiterunt, *Rimin. iun. cons. 23. num. 205. Cephal. cons. 298. num. 20. & 21.* Ista enim conclusio locum non habet, quando in pœnam noluntatis facta fuit substitutio, vt in casu nostro; nam
5 illi de Rasurijs vocati fuerunt † si filij, & descendentes Hippolytæ nomen, & insignia non assumpserint, & sic in pœnā noluntatis; vnde non potest hæc substitutio ad impotentiæ causam extendi, *l. pater seuerinam, vbi Bart. de cond. & demonstr. Dec. cons. 272. Thesaur. decis. 270. num. 18. Odd. cons. 56. num. 30. Decian. cons. 1. num. 86. lib. 1. Menoch. cons. 325. num. 14. lib. 4. Soccin. cons. 259. num. 6. in fin. lib. 2.*
6 Cum adsint præsertim in dicta substitutione verba, *tunc, & eo casu* dictam *hæreditatem peruenire voluit*, quæ substitutionem ad casum tantummodo noluntatis coarctant *Soccin. d. cons. 259. nu. 6. & 7. lib. 2. Decian. d. cons. 1. Anchar. consil. 356. ex serie numer. 3. Roman. cons. 131. num. 3. & cons. 138. num. 3. Menoch. cons. 326. num. 16. & cons. 532. num. 7.*
7 Nec releuat extensionem admitti, † quando constat vt hic de testatoris mente suam volentis agnationem perpetua-
8 ri; nam vltra † quod ex sola nominis, & agnationis conseruatione non infertur
9 ad dispositionem † agnationis fauore ad effectum, vt de casu ad casum fiat extensio, *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 9. Rota in recent. decis. 667. num. 10. par. 2.*

Cum tamen defunctus primo loco filias vocauerit non adhibita † conditione, quod ipsius insignia, & familiæ nomen assumerent, vtique non fuit in omnibus ille agnationem contemplatus, *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. d. lib. 6. tit. 15. num. 9. Surd. cons. 448. nu. 18. Menoch. præsumpt. 96. num. 10. lib. 4. Rota in Amerina successionis 28. Maij 1597. & 19. Iunij 1598. coram Penia, & decis. 486. num. 4. par. 1. in recent. & decis. 667. num. 10. par. 2. ibidem &c.* Et ita &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Firmana Prædij.

Die Veneris 5. Maij. 1621.

ARGVMENTVM.

Testes requiruntur, quod sint multum idonei, ad effectum probandi donationem, cum requiratur, vt plenè, & concludenter eam iustificent, cum non sit verisimile, quod quis voluerit se spoliare sua substantia.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponens sine iuramento non attenditur.*
2 *Testis affinis est suspectus, & non integer, & idoneus testis.*
3 *Testis si se referat ad aliquam scripturam, quæ non potuit reperiri, eius dictum redditur suspectum.*
4 *Testes, qui metu excommunicationis se disdixerunt, non probant.*
5 *Testis si vnum dicat extraiudicium, & aliud in iudicio non creditur, nec reputatur integer.*
6 *Ad Donationem probandam requiruntur testes multum idonei.*
7 *Bonis suis, quod quis voluerit se expoliare inter uiuos, non est præsumendum.*

¶ Allegatur præsens hæc decisio supra in decisione 82. quæ est in eadem causa sub die 7. Iunij 1627. coram bon. mem. Reuerendiss. Pirouano, vbi reciditur à decisis in hac decisione.

DE-

DECISIO CCCCXX.

Domini dixerunt donationem non probari, quia omissis etiam quæ circa nullitatem examinis testium ad probādam dictam donationem inductorum, deducebantur; visum fuit quod dicti testes non probent dictam donationē quia ex tribus qui de huiusmodi dona-
1 tione deponere conantur, † vnus deposuit sine iuramento, *cap. tuis, & cap. nuper. de test. glos. in cap. præsentium. verbo producendos eod. tit. in 6. l. iusiurandi. C. eodem*: Alius vero est affinis Cleriæ, qui propterea quamuis non repellatur in to-
2 tum, † tamen vti suspectus non remanet integer, & satis idoneus ad probandam dictam donationem, *cap. consanguinei, & cap. accusatores 3. q. 5. Abbas in cap. fin. sub num. 12. vers. si vero testis de iur. iur.* & in terminis donationis, *Alex. cons. 93. num. 10. & cons. 237. num. 9. lib. 6.* cum alijs latè congestis per *Gabr. de test. conclus. 13. numer. 1.* Præterea dicti quoque testes referunt se ad instrumentum donationis, & cum non constet de
3 relato, neque illud † in protocollis præsentis Notarij de dicta donatione rogati potuerit reperiri, redditur saltem eorum dictum suspectum ad trad. per *Hond. cons. 66. nu. 37. lib. 1. Menoch. cons. 199. num. 3. Curt. iun. cons. 106. num. 10.*
4 Eoque magis quod ijdem, & testes metu † excommunicationis extraiudicialiter se disdixerunt, *Innoc. in cap. præterea de test. cogen. Rol. cons. 10. num. 12. Alex. d. cons. 237. num. 7.* vbi quod te-
5 sti, qui vnum dicit † extraiudicium, & aliud in iudicio, non creditur, & non reputatur integer.

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis apparet quod dicti testes non possint censeri idonei ad probandam dictam donationem, præsertim quod ad hunc ef-
6 fectum † requiruntur testes multum idonei, & plenè huiusmodi donationem cocludentes, quia verisimile non est, †
7 quod aliquis inter viuos voluerit se spoliare sua substantia, *Alex. d. cons. 93. & 237. lib. 6. Rol. d. cons. 4. cum ibi allegatis &c.*

Et ita &c.

REVERENDISS. P.D. COCCINO.

Viterbieñ. Castrorum.

Die Lunæ 24. Maij. 1621.

ARGVMENTVM.

Hæres, si non conficiat inuentarium, Iure nouo non grauatur vltra dispositionem Iuris antiqui. Legata, & fideicommissa particularia, in quo differant ab vniuersalibus, Et quando fideicommissa dicantur particularia, & quando vniuersalia. Prelegatum quando habeatur, vel non habeatur pro portione hæreditaria.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, si sit grauatus in tota, vel quota hæreditatis, in qua prius fuit honoratus si non conficiat inuentarium, tenetur restituere solum, vsque ad quantitatem relicti.*

2 *Inuentarij omissio non grauat hæredem adeuntem Iure nouo, vltra dispositionem iuris antiqui, nisi, quo ad legata, & fideicommissa particularia.*

3 *Legata, & fideicommissa particularia possunt fieri vltra vires hæreditarias, cum non fiant de ipsa hæeditate.*

4 *Fideicommissum vniuersale, vel de quota hæreditatis, non potest fieri vltra vires hæreditarias, cum fiat de ipsa hæreditate.*

5 *Fideicommissum vniuersale, vel de quota hæreditatis si fiat vltra vires hæreditarias, & hæres non recuset, sibi imputet.*

6 *Fideicommissum non potest negari, quin sit particulare, si corpora particularia fuerint relicta.*

7 *Fideicommissum uniuersale tunc dicitur, quando fit de tota hæreditate, uel de quota.*

7 *Fideicommissum corporum particularium non potest dici uniuersale.*

9 *Prælegatum, quando est factum de maiori parte hæreditatis, habetur pro portione hæreditaria, & num. 10.*

10 *Prælegatum in dubio persumitur caper maiorem partem hæreditatis.*

11 *Prælegatum, quando habeatur pro portione hæreditaria.*

12 *Pater, si diuiserit omnia sua bona, u maiorem partem eorum inter filios, u re-*

resimile est non aliter uelle habere assignata, nisi essent hæredes.

13 *Fideicommissi restitutio inanis quodammodo redderetur, si prælegata fere totũ patrimonium absorberent.*

14 *Text. in l. quid ergo 2. in fin. ff. de legat. 3. quando procedat.*

15 *Testator, si filijs pluribus institutis inter eos legato mediante bona diuisit, tunc ratione legati, actio denegabitur ei, qui non agnouit hæreditatem, & hoc qua ratione.*

16 *Emphyteusis acquisita pro se, & filijs, transit ad ipsos filios, non autem pro portionibus hærepitarijs.*

17 *Prælegatum, quando est filio tamquam primogenito, non tamquam hæredi, tunc non est habendum pro portione hæreditaria.*

18 *Prælegatum, quando est factum vni tantum filio, non est locus portioni hæreditatis.*

19 *Hæredi uni solum, si testator fecit prælegatum, quamuis sit maioris partis, seu magnæ partis bonorum hoc casu non est loco portionis hæreditariæ.*

20 *Ex Testatoris mente quotiescumque colligi potest, quod legatum non censeatur portio hæreditaria, non officit, quod sit maioris partis bonorum.*

21 *Bart. in l. si quis seruum §. fin. num. 3. ff. de legat. 2. intellectus.*

22 *Hæres, si sub nomine bonorum sit honoratus, & grauatus, hoc casu fideicommissum dicitur particulare.*

23 *Prælegatum particulare, quando compræhendatur sub fideicommisso vniuersali postea a testatore facto, & num. 24. & 25. limita num. 26.*

27 *Fideicommissum particulare non comprehenditur in vniuersali.*

28 *Substitutio vniuuersalis non refertur ad ea, in quibus facta fuit specialis prouisio.*

29 *Hæres, si sit grauatus restituere hæreditatem pluribus personis, tenetur vnicuique partem suam restituere.*

30 *Hæres, quis esse non potest, & legatarius, cum quis sibi ipsi legare non possit.*

31 *Quod intellige hoc esse verum quando quis est solus hæres, secus, quando adest cohæres, quia tunc vnus ab alio accipere dicitur.*

32 *Hæres, quis potest esse, & prælegatarius.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in decisione 4. quæ est in eadem causa coram bon. mem. Reuerendiss. Coccino.

DECISIO CCCCXXI.

GEorgius de aliquibus bonis subiectis fideicommisso Honuphrij Senioris, ad fauorem Honuphrij Iunioris disposuit per prælegatum ad fauorem eiusdemmet Honuphrij Iunioris, illumq; grauauit ad restituendum d. prælegatum, vocatis in primogenitura Episcopi Scipionis. Vnde quæsitum fuit coram Illustriss. D. meo Card. Sacrato, tunc Rotæ Auditore, An scientia Honuphrij Iunioris esset necessaria ad effectum, quod huiusmodi dispositio sustineretur, & cum resolutio penderet ex eo, An fideicommissum esset particulare, vel vniuersale, ideo ad hoc fuit restricta difficultas die 13. Ianuarij superioris anni, & posteà resolutum 9. Decembr. præteriti, coram eodem Illustriss. Sacrato, nos versari in in fideicommisso particulari. Ratio restrictionis, fuit, quia si hæres grauatus †
1 in tota, vel quota hæreditatis, in qua priùs fuit honoratus, non conficiat Inuentarium, tenetur restituere solùm vsque ad quantitatem relicti, habendo rationem ad fructus perceptos: nam Inuentarij omissio non grauat hæredem
2 adeuntem Iure † nouo vltrà dispositionem Iuris antiqui, nisi quoad legata, & fideicommissa particularia, hęc enim Iure priori reducebantur ad vires patrimonij, & deinde per Falcidiam defalcaban-
3 tur ea ratione, quia singularia † relicta possunt fieri vltra vires hæreditarias, cum non fiant de ipsa hæreditate, sed de alijs rebus, sed fideicommissum vniuersale,
4 vel de quota † hæreditatis non potest fieri vltra vires hæreditarias, cum fiat de ipsa hæreditate, *l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupill. l. si arrogator. ff. de adopt. Castr. cons. 11. num. 5. & seq. par. 3. Peregr. de fideicom. art. 3. nu. 77.* & hanc differentiam expresè considerat *Castr. in l. ab omnibus. §. final. nu. 2. ff. de leg. 1. & in l. ita tamen. § si ex Trebelliano, sub n. 2. ff. ad Trebell. & Castren. sequitur Roland. de inuent. q. 202. n. 12. alias in verbo, pone nu. 8. vers. & dicatur.* si tamen fidei-
5 commissum † vniuersale, vel de quota hæreditatis fiat vltra vires hæreditarias, & grauatus non recuset, sed consentiat, sibi debet imputare, si grauamen agnouit,

uit, vt dicit *Bart. in l. Imperator.* §. *cum quidam. num. 4. verſ. aut grauatur in ſpecie de leg. 2. Anchar. conſ. 365. num. 5. Socc. iun. conſ. 57. num. 16. & ſeqq. vol. 3. latè Peregr. de fideicom. art. 33. num. 47.*

Vnde merito dum diſputaretur ſuper ſcientia Honuphrij iunioris, fuit reſtricta difficultas, vt videretur, an fideicommiſſum eſſet particulare, vel vniuerſale, quia ſi particulare, non erat opus ſcientia, ſecus autem ſi erat vniuerſale ex ſupradictis.

Et cum fuerit reſolutum fideicommiſſum eſſe particulare, & ego ſuffectus in locum Illuſtriſſ. Card. Sacrati, propoſuerim cauſam ſuper eiſdem, Domini ſteterunt in deciſis, ſcilicet, fideicommiſſum eſſe particulare. Nam Georgius ita diſpoſuit: iure prælegati reliquit, & legauit Illuſtriſſ. D. Honuphrio eius filio legitimo, & naturali, ac primogenito, omnes Molendinos, Furnos, Panetterias, Hoſtarias, Pizzicarias, Gabellas, & omnes alias ſuas iuriſdictiones, monopolia licita, &c. necnon omnes iuriſdictiones, auctoritates, ac merum, & mixtum imperium, tàm ſuper Caſtro Viani, & Orioli, quàm eorum territorijs, hominibus, & vaſſallis, vnde negari non poteſt, †
6 quin iſtud fideicommiſſum ſit particulare, cum corpora particularia fuerint relicta, *Inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relict. l. cogi* §. *ſi quis hæres, &* §. *ſed ſimiles, ff. ad Trebell. & l. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam.* & iſta eſt verior opinio, de qua *Bart. in l. ſi quis ſeruum* §. *ſi cui certam num. 2. verſ. ſed quando pars ff. de leg. 2. Dec. conſ. 387. num. 1. & 2. Natta conſ. 199. num. 1. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 10. nu. 8. Peregr. de fideicom. art. 5. num. 28. Caputaq. deciſ. 22. n. 1. & 2. par. 2.* fideicommiſſum enim vniuer-
7 ſale tunc † demum dicitur, aut quando fit de tota hæreditate, aut de quota, *l. nã quod 14.* §. *fin. & in l. ſeq. l. ita tamen 27.* §. *Trebell. & l. Paulus 48. ff. ad Senat. conſ. Trebell. l. Titia 86. ff. ad l. Falcid.* §. *nihil autem, Inſtit. de fideicom. hæred.* quale non eſt iſtud, cum ſit fideicommiſſum
8 corporum particularium, vt ſupra relatum eſt.

Non obſtat, quod prælegatum quan-
9 do eſt factum de maiori † parte hæreditatis, habetur pro portione hæreditaria, vt probatur *in l. quid ergo 29. in fine, ff. de leg. 3.* ibi voluntatis ratione legatorũ, actio denegabitur ei, qui non agnouit hæreditatem, & hoc ibi not. *Bart. q. 2. num. 1. & 2. per illum text. Iaſ. in l. filio pater num. 27. ff. de legat. 1.* vbi ex alijs ait huiuſmodi prælegata maioris partis †
10 hæreditatis haberi pro portione hæreditaria, *Ruin. conſ. 152. n. 6. ad med. verſ. quinimo vol. 3.* vbi de cõmuni, prout etiam aſſerit *Dec. in conſ. 254. nu. 1. verſ. ſed tamen prædictis, Peregr. de fideicom. art. 7. num. 61. & 68.* in dubio autem præſumitur, quod prælegatum capiat maiorem partem hæreditatis *Ruin. conſ. 116. nu. 8. vol. 2. Zanchus in l. hæredes mei* §. *cum ita. ff. ad Trebell. par. 5. num. 82.* nam pro reſponſione fuit conſideratum, quod hic non agitur de hæreditate teſtatoris, ſed de bonis ſubiectis fideicommiſſo Honuphrij ſenioris, de quibus voluit diſponere teſtator, & ſic caſus eſt longè diuerſus, vnde conſtare deberet, quod bona propria relicta per Georgium in prælegato conſtituerent maiorem partem illius hæreditatis, vt obiectum procederet, quia
11 tunc ſi illud † prælegatum eſſet maioris partis bonorum Georgij, haberetur pro portione hæreditaria, quod ibi not. *gloſ. in verb. bona*, cuius verba ſunt: Diuiſit ſcilicet non omnia, ſed maiorem partem, alia bona indiuiſa reliquit, & alia *gloſ. ſequens in verb. voluntatis*, cuius verba ſunt voluntatis præſumptæ, cum enim pater inter eos diuiſerit omnia bona, vel
12 maiorem † partem eorum, veriſimile eſt non aliter velle eos habere aſſignata, niſi eſſent hæredes, & ita interpretatur *Padilla, alijs relatis in l. cum virum, nu. 14. C. de fideicom.* & tunc etiam ſi teſtator diſpoſuiſſet de bonis proprijs, itaut prælegatum contineret maiorem partem hæreditatis, ad effectum, vt haberetur pro portione hæreditaria, opus fuiſſet, quod prælegata abſorberent totum ferè patri-
13 monium, itaut † reſtitutio fideicommiſſi inutilis quodammodo redderetur, vt voluit *Silueſt. Aldobrand. in conſ. 6. verſ. 2. contrarium procedit lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 9. in nouiſ. addit.*

Secundò firmiter fuit reſponſum, quod obiectum procederet, ſi dictum prælegatum fuiſſet factum per viam aſſigna-
14 tionis partium hæreditariarum, † in quibus terminis procedit *text. in d. l. quid ergo, Caſtr. in l. quoties, num. 2. C. famil. hercifc. Molin. de primog. Hiſpan. cap. 8. nu. 13. & 14. Azeued. nouar. recompil. lib. 5. tit. 6. num. 4. quod non fuit factum*: nam

text. in l. quid ergo, loquitur in casu, quo testator filijs pluribus institutis inter eos
15 † legato mediante bona diuisit, tunc ratione legati, actio denegabitur ei, qui non agnouit hæreditatem ea ratione, quia prælegatum est factum sub nomine appellatiuo hæreditatis, vt aduertit *Azeud. loco proximè allegato, vers. secundo limitatur per doctrinam Bart. in l. si non sortem, §. libertus, nu. 34.* quam communem dicit *Ias. ibid. nu. 35. ff. de cond.*
16 *indeb.* vbi quod emphyteusis † acquisita pro se, & filijs, transit ad ipsos vti filios, non autem pro portionibus hæreditarijs, secus autem quando est acquisita pro filijs hæredibus, quia tunc transit pro portione hæreditaria, quod non est in no-
17 stro casu, quia prælegatum † fuit quidem factum Honuphrio tãquam primogenito, non autem tanquam hæredi, & sic non est habendum pro portione hæreditaria, etiam quod esset maioris partis bonorum testatoris, hinc videmus,
18 quod quando prælegatum † est factum vni tantum, non est loco portionis hæreditariæ, vt post *Torniell. dicit Peregr. de fideicom. art. 7. num. 61.* vbi diuersum est, inquit, cum testator vni soli hæredum fecisset prælegatum, quamuis maioris partis, seu magnæ partis bonorum, quia hoc
19 casu non est loco portionis hæreditariæ, quod dictum licet per se sumptum non applicetur, quia etiam prælegatum minimum fuit factum Paulo fratri Honuphrij iunioris, benè tamen applicatur ratio, scilicet, quotiescumque colligi po-
20 test ex mente † testatoris, legatum non censeri portionem hæreditariam non officere, quod sit maioris partis bonorum.

21 Neque etiam obstat *Bart. in l. si quis seruum 8. §. fin. num. 3. ff. de legat. 2.* quia ibi solum dicit, quod si testator instituit me hæredem in certa parte hæreditatis (& sic loquitur quando hæres est institutus in quota hæreditatis) & rogauit me restituere illam partem, etiam si in onere restituendi testator vtatur verbo (bonorum) fideicommissum dicitur vniuersale, & bene quia totum id, quod mihi relinquitur, scilicet, illam quotam hæreditatis, quæ mihi fuit relicta, cogor restituere, licet sim oneratus sub nomine (bonorum) nam sufficit, quod relictum sit sub nomine quotæ, quia tunc satis est, quod sub quocumque nomine sim grauatus restituere id, quod sub nomine quotæ mihi relictam est, licet secus
22 esset, si etiam sub nomine † bonorum fuerim honoratus, quo casu fideicommissum dicitur particulare, vt not. eod. loco *Bart. num. 2. in fin.* qui est casus noster, cum sub nomine bonorum, non autem quotæ hæreditatis Honuphrius iunior fuerit honoratus, & respectiuè etiã grauatus, vt supra relatum est, & infra etiam dicetur, non autem nomine quotę honoratus, oneratus vero sub nomine bonorum, qui est casus Bartoli.

Non obstat, quod etiam quod versaremur in prælegato particulari, nihilo-
23 minus † comprehenditur sub vniuersali, ex quo cum prælegatam præcesserit, & postea sequitur fideicommissum vniuersale, sub eo comprehenditur, quando verba sunt apta comprehendere, *Glos. in l. Marcellus §. quidam libens in uerb. hæredit. ff. ad Trebell. ubi Bart. n. 9. & communem dicit Dec. cons. 80. n. 2. Corn. cons. 114. n. 1. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 7. n. 34. ubi etiam de comm. & hanc uerissimam, & magis commun. sententiam, esse probat Pasquales Saulius de alienan. reb. fideicomm. subiectis q. 65. per tot.* etiam quod in institutione vniuersali fuerit dictum:
24 † in omnibus autem suis bonis, quia fuerunt adiecta institutioni, non autem substitutioni, *Oldrad. cons. 158. in fin. Mantic. de coniect. ult. uolunt. lib. 7. tit. 7. n. 7. uers. sed est diligenter*, vbi quod aut alia verba sunt posita in capite substitutionis fideicommissariæ, vt puta si dictum fuerit, in omnibus autem alijs bonis substituit, vel alia bona mea, vel residuum bonorum meorum perueniat ad Titium, & tunc prælegata non includuntur fideicõmisso, sed censentur excepta, secus autem si sunt apposita in vniuersali institutione,
25 † quia non impediunt, quin prælegata debeant fideicommissario restitui, quando verba deseruiunt *Natt. cons. 321. n. 1. & seq. lib. 2. & latè Hond. cons. 71. n. 44. lib. 1. ubi de communi.*

Huic obiecto fuit responsum, quod quicquid sit de hac opinione, ista est aliqua consideratione digna, & quatenus vera procederet, si fideicommissum vniuersale factum fuisset ad fauorem earum personarum, ad quarum fauorem factum fuit fideicommissum particulare, in quibus terminis videtur loqui *Cuman. in cons. 70.* cui subscripserunt Raphael Fulgosius, Prodocimus de Comitibus, Albertus de Taccoleis, & hoc dictum sequitur *Peregr. de fideicomm. art. 7. n. 31.*

26 se-

26 secus autem quando fideicommissum † particulare est factum ad fauorem vnius personæ, fideicommissum verò vniuersale ad fauorem alterius, *Bart. in l. Lucius 78. §. pluribus ff. ad Trebell. Castr. in l. Marcellus §. quidem liberis, n. 2. uers. primo quando ff. eod. Cephal. cons. 259. præsertim n. 15. & 6. lib. 2. cum alijs relatis per Menoch. præsumpt. 194. n. 15. & 16. lib. 4.* cum autem fideicommissum particulare sit factum ad fauorem primogenitorum tantum, vniuersale verò ad fauorem omnium descendentium, hinc sequitur diuersitas personarum, & proptе-
27 rea contraria conclusio, quod † fideicommissum particulare non comprehenditur in generali, *l. Lucius, §. sed pluribus ff. ad Trebell.* vniuersalis enim substitutio regulariter non refertur, ad ea, † in
28 quibus facta fuit specialis prouisio, maximè ad fauorem diuersæ personæ, *l. cohæredi, §. qui partem ff. de vulgar. Bart. cons. 54. n. 1. lib. 1. latè Peregr. d. art. 7. n. 30. & benè Bero. in cons. 81. n. 26. vers. stantibus præmissis, & n. 27. & 28. lib. 2.*

Neque obstat, quod hodie totum istud fideicommissum sit vnitum in personam D. Valerij, quia nihilominus fideicommissum particulare non euanuit, sed remanet apud ipsum cum onere suo, ita vt vigore fideicommissi particularis teneatur restituere suis primogenitis, re-
29 spectu † verò fideicommissi vniuersalis, alijs descendentibus etiam non primogenitis, vt bene ad propositum *Bald. in cons. 464. nu. 2. quod incipit. incipiendo à primo vol. 2. & benè Menoch. in cons. 86.*
30 *num. 84.* vbi licet quis † non possit esse hæres & legatarius, cum quis sibi legari non possit, hoc tamen procedit cum ipse
31 solus est hæres, secus † quando adest cohæres, quia tunc vnus ab altero accipere dicitur, sic in nostro casu, cum adsit substitutus, videlicet primogenitus D. Vale-
32 rius potest esse hæres, † & prælegatarius, ad effectum restituendi suo tempore vocatis in prælegato, *Roland. cons. 34. n. 41. lib. 4.*

Et cessat omnis difficultas, quia cum hoc dubium disputetur ad effectum, an requiratur, nec ne scientia Honuphrij iunioris, non debet attendi præsens tem-
33 pus, † sed tempus acquisitionis Honuphrij iunioris, vt cognosci possit, an sibi præiudicauerit acceptando hereditatem, & legatum, vt benè fuit consideratum in decisione facta coram Illustriss. D. meo Cardinali Sacrato.

Ex quibus Domini steterunt.

¶ *Plures decisiones in hac causa allegaui supra ad decis. 4. quæ est in eadem causa.*

EMINEN.^mo ET REVER.^mo D. CARD. VEROSPIO SENIORI.

Ferrariensis Fideicommissi de Rasurijs.

Die Lunæ 4. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum, quando fuit à testatore præordinatum ad effectum conseruationis familiæ, & agnationis, tunc dispositio facta in pœnam noluntatis, extendi sine scrupulo etiam potest ad casum impotentiæ. Ratio agnationis conseruandæ, quando dicatur habita.

SVMMARIVM.

1 *Testator, quando dicatur respexisse non tantum ad casum solum noluntatis, sed etiam impotentiæ.*
2 *Impotentia respicit etiam casum non existentiæ.*
3 *L. pater seuerinam ff. de condit. & demonstr. quando non intret.*
4 *Substitutio, quando non fuit facta in pœnam noluntatis, sed vt conseruaretur testatoris agnatio.*
Hoc casu non interest, quod grauatus noluit, vel non possit nomen, & familiæ insignia deferre.
5 *Substitutio pro conseruanda familia, & agnatione, quando sine dubio dicatur habita.*
6 *Fœminæ nuptæ extra familiam, de familia etiam paterna dicuntur.*
8 *Agnationis ciuilis conseruatio, quando dicatur inducta per modum cuiusdam adoptionis.*
9 *Testator non dicitur in omnibus habuisse rationem ad conseruandam agnationem si filias simpliciter vocauerit.*
10 *Testatoris filiæ de eius familia dicuntur esse, etiam si sint nuptæ.*
11 *Verba, tunc, & eo casu, quando non coarctentur tantum ad præcedentia.*
12 *Testator, quando apparet, quod noluit se restringere ad casum noluntatis tantum.*
13 *Tunc bene potest fieri extensio ad casum etiam impotentiæ.*

¶ Allegatur infra hæc decisio in eadem causa sub die 25. Februarij 1622. coram Reuerendiss. P. D. Merlino Decano est decis. 427.

DECISIO CCCCXXII.

PRoposito super decisis coram me sub die 5. Martij præteriti* dubio, visum Dominis fuit à dicta decisione recedere, tanquam consideratus à testatore solummodo non esset noluntatis casus, nec in pœnam proximior de familia vocatus, vt firmatum fuit, cum illa verba, & casu quo nollet vocari, & nominari, &c. & se, & sui vt supra non se vocarent, & nominarent de Rasurijs, vtrumque casum comprehendere videantur nimirum priora verba, & † casu quo nollet, &c.
1 noluntatis casum subsequentia verò, & sic & sui &c. casum impotentiæ, vt in terminis habet *Riminald. iun. cons. 23. num. 205. vers. quod vero Dec. cons. 272. num. 1. Cephal. cons. 196.* plenè per *Gouean. cons. impress. post Thesaur. decis. 270. sub n. 26.*

Quod pariter confirmatur quia testator considerauit similiter casum, † quando nullus filius masculus ex ipsa Hippo-
2 lyta superesset, qui casus, etiam respicit impotentiam, *Dec. d. cons. 272. sub num. 1. vers. & hæc maximè Hippol. Rimin. d. cons. 23. n. 205.*

3 Vnde non obstat † lex *pater seuerinam ff. de condit. & demonstr. cum alijs in decis. alleg.* nam hæc substitutio facta non fuit in pœnam noluntatis, sed vt conseruaretur testatoris agnatio, quo casu
4 † non interest, quod grauatus nolit, vel non possit nomen, & familiæ insignia deferre, *Rimin. d. cons. 23. num. 205. Cephal. cons. 196.* plenè per dictum *Gouean. alleg. cons. 270. nu. 28.*

5 Quod autem substitutio † pro conseruanda familia, & agnatione testatoris emanauerit, satis patet, cum ille primo loco filios suos masculos instituerit, eosque substituerit inuicem, postea verò fæminas vocauerit, quas ad inuicem siue cum filijs, siue absque filijs decedentes
6 substituit, & licet nuptæ, † de familia nihilominus dicuntur *l. pronũciatio §. familiæ ff. de verb. signif. l. voluntas C. de fideicomm. Card. cons. 91. num. 2. Dec. cons. 287. num. 5. lib. 2. Surd. cons. 140. n. 67. Rota decis. 282. n. 1. par. 2. in recent.*

Demum vltima filia decedente to-
7 tam integram hæreditatem † deuenire voluit ad Nascimbenem Hippolytæ filium superstitem, eo verò non extante ad alium natu maiorem, ita tamen, vt semper, & in perpetuum de Rasurijs nuncupetur, & ipse, ac eius descendentes dictæ familiæ insignibus vtantur; vnde per modum cuiusdam adoptionis † quæ-
8 dam inducitur ciuilis agnationis conseruatio, *Gouean. d. cons. 270. num. 19. in fin. Thesaur. eadem decis. 270. num. 10. vers. & quod testator, Decian. resp. 31. nu. 95. lib. 1. Surd. cons. 375. num. 19. Rota decis. 266. num. 16. & decis. 319. num. 4. par. 1. in recent.* necnon *decis. 494. lib. 2. par. 2. recent.*

9 Nec releuat in omnibus † contemplatã non dici agnationem, cum testator filias vocauerit, non apposita conditione, quod ipsius insignia, & familiæ nomẽ assumerẽt,
10 ex quo † enim testatoris filiæ de illius familia dicuntur etiam nuptæ, sufficit ad hunc effectum ex alleg.

Non obstant verba in decisione ponderata tunc, † & eo casu, &c. quæ sub-
11 stitutionem coarctare dicuntur ad casum tantummodo noluntatis *ex Soccin. cons. 256. num. 6. lib. 2.* Quia prædicta locum
12 non habent, vbi † ex verbis, vel testatoris mente, vt hic arguitur ad casum tantummodo noluntatis illum † se re-
13 stringere noluisse, *Cephal. cons. 196. Riminal. cons. 23. n. 214.*

* *Est decisio supra 419. Et infra adest altera decisio sub die 12. Decemb. 1622. coram Reuerendiss. P. D. Merlino Decano est in ordine 436.*

EMINTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO SENIORI.

Perusina Ratificationis.

Die Lunæ 14. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Procurator in transigendo dicitur excessisse fines mandati, si tantum poterat transigere super lites motas, & transactio fuit facta super litibus omnibus cogitatis, & incogitatis, & quid si in mandato aderant clausulæ amplissimę, & generales.

SVMMARIVM.

1 *Mandati fines excedens tenetur ad interesse.*

2 *Et*

2 *Et hoc maximè si promisit de rato, aliàs de proprio voluerit teneri.*

3 *Mandatum excessisse videtur, qui vltra in eo contenta fecit.*

4 *Procurator si vltra facultatem sibi in mandato attributam disposuerit, nulliter agit excedendo illius fines.*

5 *Procurator vt dicatur excessisse fines mandati, sufficit vt per eum disposita non legantur in mandato.*

6 *In Mandato benè excessus potest considerari, si vltra personas in eo expressas procurator promiserit.*

7 *Excessus in mandato non potest considerari, stantibus clausulis amplissimis.*

8 *Clausulæ, quantumuis generales appositæ in mandato, ad expressa tantum sunt restringendæ.*

9 *Et hoc procedit etiamsi in mandato adesset clausula, permittens facere quod, & ipse Dominus posset.*

☞* Allegatur infra præsens decisio in eadem causa sub die 11. Martij 1622. coram Reuerendiss. P.D. Merlino Decano.

DECISIO CCCCXXIII.

Restaurus Castaldus bonorum suorum dimidiam partem inter viuos donauit Octauio filio suo, cui prohibuit illorum alienationem, aliàs dicta bona voluit ad filias ex eodem Octauio, & Gentili eius vxore nascituros deuenire, necnon eidem Gentili matrimonio durante istorum bonorum vsumfructū reliquit. mortuo Restauro nonnulla ex bonis donatis Octauius in quendam Angelum alienauit, contra quem, & contra ipsum Octauium, qui defensionem susceperat, egit in vim dictæ prohibitionis Restauri Gentilis, verum cum successiuè partes mediante transactione vellent à lite recedere, Gentilis procuratorem cū facultate substituendi cōstituit Ioannem Mariam de Oddis fratrem suum ad transigendum super omnibus litibus cum Octauio motis, necnon ad promittendum Isiphiæ ipsius Ioannis Mariæ filiæ, & Gentilis nepti post eiusdē Gentilis obitum scuta tricenta, in vim dicti mandati Ioannes Maria substituit Comitem Iuliū Cæsarem de Oddis, qui Gentilis nomine transegit cum Octauio, à cuius deinde successoribus, quia prætendebatur Comitem excessisse mandatum, & sic ad interesse ob præmissorum inobseruantiā teneri, cum in transactione ille asseruerit,
1 † sufficiens se habere mandatum,
necnon de rato pro Gentili promiserit,
2 aliàs teneri voluerit † de proprio, ideo
commissa mihi causa in Rota, dubitaui, An Comes ad interesse teneretur; verum postea restricta ad excessum difficultate, fuit hodie responsum de illo constare, quia Comes Iulius Cæsar fuit substitutus Ioanni Mariæ procuratori cum eisdem facultatibus à Gentili constituto, nimirum ad componendas omnes lites
3 cum Octauio motas; vnde ille postea †
litibus omnibus cogitatis, & incogitatis ad Octauij fauorem cedendo, vt ex transactionis instrumento, videtur mandatum excessisse, *l. diligenter. ff. mand. l. quoties, & l. de duobus* §. 1. & §. *si seruus ff. qui satisd. cog.*

Quod mandatum vlterius excessit,
4 quia omnes † scripturas, & instrumenta
deleri mandauit, itaut de bonis sibi à parte relictis Octauius liberè posset disponere non obstante donatione ex Restauri testamento, & insuper Gentilem
5 ad iurium defensionem † obligauit, quæ
facultas in mandato data non legitur.

Deducitur etiam Comitis excessus, cum ille post Gentilis obitum scuta duo millia exigenda, ad Florauantis fauo-
6 rem † obligauerit, quod repugnat Gen-
tilis intentioni, quæ dedit solummodo facultatem scuta trecenta, nepti, & non alijs promittendi.

Non obstant clausulæ amplissimæ, ad
7 transigendum cum pactis, & conditio-
nibus † sibi bene visis in mandato appositæ, per quas excludi prætenditur excessus; nam dictæ clausulæ quantumuis ge-
8 nerales, † & amplissimæ ad expressa in
transactione restringuntur *Lauren. de Pinel. cons.* 95. *num.* 1. & 3. *Decian. cons.* 91. *num.* 31. *lib.* 3. *Seraph. decis.* 1224. *num.* 3. & *fuit dictum in Romana societatis officij* 30. *Ianuarij* 1600. *coram Iusto.*

9 Etiam quod adesset † in mandato
clausula, permittens facere quod, & ipse Dominus posset *Io. And. in cap. fin. num.* 13. *de dilat. Anton. ibid. num.* 20. *Gemin. in cap.* 1. *num.* 21. *de rescript. in* 6. *Bero. q.* 25. *num.* 5. & *fuit dictum in Valentina beneficij* 17. *Decemb.* 1582. *coram Clemente VIII.*

Verùm quia Comes non obstante mandati excessu prætendebat se ad interesse non teneri, super hoc Dñi particulariter informari mandarunt.

RE-

REVERENDISS. P.D. PIROVANO

Sabineñ. Alluuionis.

Die Lunæ 19. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Testes, vt probent famam, tempus præcisum concludere debent. tempus quale dicatur antiquum in probatione facienda per testes. Prabationes leuiores sufficiunt, quando agitur de re antiqua.

SVMMARIVM.

1 *Testes, vt probent publicam vocem, & famam debent concludere de tempore præciso, cum possibile sit ortum habuisse post litem motam.*

2 *Probatio publicæ vocis, & famæ facit plenam probationem in re antiqua.*

3 *Tempus 60. annorum, dicitur antiquum in probatione facienda per testes.*

4 *Senex, vt quis dicatur, ætas solet regulari supra sexagesimum annum.*

5 *Probationes leuiores scilicet per coniecturas, & præsumptiones sufficiunt, quando agitur de re antiqua.*

6 *Dominium leuioribus probationibus probatur, quando agitur de eo incidenter.*

7 *Testis deponens de auditu in materia antiqua, non est de substantia, vt deponat de tempore præciso.*

8 *Testis asserens, quod articulus est verus, benè probat.*

9 *Testes de auditu ab eis, qui possunt esse testes in causa, non repelluntur.*

10 *Testes probant famam, licet non dicant, à quibus audiuerint, si ciuiliter agatur.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in decisione 292. quæ est in eadem causa sub die 21 Maij 1629. coram eodem Reuerendiss. Pirouano, vbi Rota recessit à resolutione, de qua hic in decisione.

DECISIO CCCCXXIV.

FVit iam firmatum in hac causa sub die 15. Martij 1629. flumen Tiberis antiquitus habuisse cursum subtus Moronos magnos, verùm, an vnico impetu alueum mutauerit particulari disputatione fuit reseruatum, hodie verò suscepta disputatione super reseruatis.

Censuerunt Domini constare de mutatione vnico impetu.

De hac enim præcisa mutatione deponunt testes dati, nempè octauus, nonus, vndecimus, & vigesimus, omnes enim super quarto articulo interrogati dicunt hanc fluminis mutationem vnico impetu, & vna nocte sola sequutam fuisse, & signanter octauus testis asserit se audiuisse dicere hanc mutationem continuatis temporibus, & publicè ab eius patre, & alijs senioribus de Gallesio, qui dicebant se vidisse dictam mutationem, & quod de ea extabat publica vox & fama, & prout semper fuit toto tempore eius recordatus, quæ visio possibilis est, cum iste testis de tempore examinis anni scilicet 1604. esset ætatis annorum 72. & sic natus de anno 1532. vnde addito tempore puerilis ætatis, potuit audire, & intelligere hanc mutationem à patre suo, de visu attestante de anno 1546. qui potuit, & seu potuerunt in diebus eorum vidisse hanc mutationem si adhuc annum 90. non excessissent, ex quo de anno 1470. debuissent esse ætatis annorum 14. deducendo illam ab anno 1546. vigesimus verò testis ætatis annorum 65. non deponit audiuisse ab eis, qui viderint mutationem, sed concludit de publica voce, & fama à pluribus & diuersis personis, & de toto tempore suo eandem extitisse, & ab eis etiã audiuisse, quod de tempore suorum maiorum eadem vox, & fama extiterat, nonus autem, & vndecimus dicunt articulum quartum esse verum, in quo ponitur ista mutatio vnico impetu, & publica vox & fama à maioribus, & maiores illi à suis antecessoribus, itaut benẽ percutiant tempus articulatum scilicet 1470.

1 Non obstat, quod † testes non concludant tempus præcisum recessus, & seu mutationis fluminis (prout necessarium est) ad effectum releuantiæ probationis vocis, & famæ, quæ cum possibilis sit ortum habuisse de tempore post motam litem, vel citra tempus annorum 60. itaut de recenti dicatur, non esset concludens, & sufficiens ad quemcumque effectum, *Bald. in l. proprietatis. C. de probat. Couar. epit. in 2. p. c. 8. §. 3. num. 3.*

Quia fuit responsum nos versari in antiqua mutatione aluei, in quo probatio †
2 publicæ vocis, & famæ facit plenam, &

con-

concludentem probationem, *Felin. in c. veniens num. 17. de testibus. Cassad. decis. 2. de probat. Crauett. de antiq. tempor. §. viso in hac parte, num. 1. & sequen.* & est *Glos. in l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest.* per quam *Angel. ibidem*, & per eam tenuit dominium alicuius probari posse per famam in antiquis, & ita in contingentia facti se practicasse Paduæ.

3 In probatione autem † fienda per testes tempus antiquum dicitur 60. annorum à die litis motæ secundum opinionem, quam seruat Rota, vt in *decis. 490. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 694. nu. 2. par. 2. recent. Caputaq. decis. 5. num. 3. par. 3. Seraph. decis. 75. in fine*, & tale concluditur per testes supponendo initium litis fuisse de anno 1578. Nam octauus testis cum esset ætatis annorum 72. deponit de toto suo recordatu, qui saltem refertur ad annum 1546. ex iam relata supputatione, & deinde quod audiuit à suis senioribus, qui referebant de toto tempore eorum, & de tempore eorum recordatus, quorum ætas cum

4 soleat regulari † supra sexagesimum annum, vt senes dicantur *Caputaq. decis. 311. par. 1. Menoch. de arbitr. iud. cas. 59. per totum*, inde consequitur famam extitisse supra sexagesimum annum; quod sufficere iam dictum est; Eadem consequentia, & supputatio fit de vndecimo teste, & vigesimo, qui de eorum, & seniorum recordatu, & illi ab alijs, & pro tempore eorum vitæ deponunt, quibus si addantur articuli, & seu positiones, in quibus articulatur recessus fluminis subtus Moronos magnos ad locũ inter Gallesium, & Malleanum antiquitus, & per prius circa centum annos retro, & *cons. Cornei 322. lib. 1. & 287. lib. 3.* qui decessit ante annum 1487. & consuluit supposita mutatione, de qua agitur, satis conuincitur per veras, & concludentes probationes antiquitas temporis, & fama releuans, cum ta-

5 men † leuiores etiam probationes per coniecturas scilicet, & præsumptiones sufficerent ad hunc effectum *Crauet. de antiq. p. 1. §. vltimo num. 30. & 33.* maximè quia non diriguntur ad substantiã probationis dominij, sed ad qualitatem

6 † circa dominium incidenter, quæ per leuiores probationes admittitur, *Bart. in l. certi conditio. §. quoniam. num. 4. ff. si cert. petat. Cephal. cons. 170. num. 24. Natta cons. 102. num. 2. & 3. Crau. de antiq. tempor. par. 2. num. 63. in fine.*

Non obstat, quod dicti testes non deponant de tempore præcisæ mutationis, quinimmo interrogati responderint se

7 nescire, quia in antiquis † hoc non est de substantia, dum testis deponit de auditu, *c. licet ex quadam, vbi Bald. extra de testib.* & plenè comprobat *Farinac. de testib. quæst. 69. cap. 3. per totum.*

Similiter non obstat, quod vndecimus testis non deponat per rationes, sed eius dictum deducatur ex sola responsione, quoſt articulus quartus sit verus, & testis vigesimus deponat de annis 25. aut 30. quod non percutit tempus ante litem motam, itaut dictum illius coniungi non possit cum dicto maiorum.

8 Quia quod sufficiat † responsio articulum esse verum, benè probat *Soccin. sen. cons. 56. num. 12. & 14. lib. 4.* lis autem non habuit suum initium de anno 1567. sed de anno 1578. à quo tempore auditus testis præcessit litem, & potuit coniungi cum dicto & auditu seniorum ad constituendum tempus sexaginta annorum, de hac enim lite datur commissio coram Cantuccio ad instantiam bo. me. Aliprandi Madrutij de mense Iunij 1578. illa autem de anno 1567. continet alias personas, & bona, & similiter extat particularis commissio, quæ data fuit, & in ea latæ fuerunt tres sententiæ.

Neque etiam obstat, quod nonnulli testes dicant vidisse mutationem aluei fluminis, quę contingere non potuit respectiuè ad illorum ætatem nisi citra tempus sexaginta annorum, & sic de recenti, quia flumen fecit duas mutationes, primã de Moronis magnis ad Moronos paruos, & de hac in præsenti agitur, & hanc nullus ex testibus vidit, secunda est de Moronis paruis ad locum, vbi nunc flumen habet decursum, & de hac tanquam de recenti testes loquuntur, si benè eorum dicta attendantur.

Nec est attendenda altera exceptio, quod testes deponant de auditu à Gallesanis, & post motam litem, quia † si-

9 cuti Gallesani non repelluntur à testimonio ferendo in hac lite, vt iam fuit resolutum coram Sanctissimo de anno 1607. 19. Nouembris, ita nec eorum dictum videtur posse improbari, & ex supradictis iustificatur testes deponere de auditu ante motam litem.

Demum

Demum non obstat, quod depositio testium deficiat in requisitis ad probandam famam, quia ex lectura illorum contrarium colligitur, & quamuis aliqui non dixerint † à quibus audiuerint, hoc in ciuilibus necessarium non videtur, *Caputaq. decis. 7. par. 2. & decis. 289. par. 3.*

Et testes Communitatis, qui dantur ad conquassandam probationem Illustriss. Cardinalis, iam fuit dictum in decis. 15. Martij, quod non releuant, & idem hodie fuit responsum, cum nihil plus contineant,

Et ita &c.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Rauennaten. Saluiani.

Die Mercurij 15. Decemb. 1621.

DECISIO CCCCXXV.

Est Impressa in Decis. Merlini to. 1. Decis. 2.

¶ Allegatur præsens hæc decisio infra in eadem causa sub die 2. Maij 1622. coram eodem Reuerendiss. P. D. Merlino Decano.

REVERENDISS. P.D. MERLINO, DECANO.

Faneñ. Tutelæ;

Lunæ Die 21. Februarij 1622.

DECISIO CCCCXXVI.

Est Impressa in Decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 10.

¶ Allegatur præsens decisio infra in eadem causa sub die 23. Maij 1622. coram eodem Reuerendiss. D. Merlino Decano.

REVERENDISS. P. D. MERLINO.

Ferrarien. Fideicommissi de Rasurijs.

Die Veneris 25. Februarij. 1622.

DECISIO CCCCXXVII.

Est Impressa in Decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 12.

¶ Allegatur præsens hæc decisio infra coram eodem Reuerendiss. P. D. Merlino Decano sub die 12. Decemb. 1622. quæ decisio est in eadem causa, & est in ordine 436.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Perusina prætensæ ratificationis.

Die Veneris 11. Martij 1622.

DECISIO CCCCXXVIII.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 17.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO

Romana Beneficiatus S. Petri.

Die Veneris 8. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Beneficia vacantia apud Sedem cadunt sub reseruatione, item beneficia familiarium Papæ, & vt dicta beneficia dicantur reseruata, quid requiratur. Curiaiitas semel contracta, præsumitur continuata vsque ad mortem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Curiam, si quis sequatur, Curialis propterea est dicendus.*
3 *Beneficia Curialium, si vacant, etiamsi in Curia existant, dicuntur vacare apud, & num. 4.*
5 *Beneficiorum collatio vacantium apud Sedem spectat ad Papam.*
6 *Curialium beneficia, vt dicantur reseruata Papæ, duo requiruntur. Primò, quod*

quod sit contracta vera Curialitas. Secundò, quod eadem qualitas in Curiali continuauerit, vsque ad mortem, nu.6.

7 *Curialitas, si semel fuerit contracta, nisi probetur mutata, præsumitur continuata vsque ad mortem.*

8 *Qualitas semel inhærens personæ, præsumitur semper durare.*

9 *Curialitatis desertio, & mutatio benè probatur per assecutionem beneficij, requirentis residentiam, per quod dicitur curialem contraxisse domicilium in Vrbe.*

10 *Habitationis accidentalis animum dicitur quis deposuisse, dum deficit causa accidentaliter commorandi in Vrbe, ex vera, & naturali superueniente occasione domicilij contracti.*

11 *Domiciliarius Vrbis si quis est effectus, an ex hoc desinat esse curialis.*

12 *Curialis, si contraxerit domicilium in Vrbe, simul etiam stare potest, quod permaneat curialis, & sequendi Curiam animum retineat.*

13 *Domicilium acquisitum cum domicilio originis, est compatibile.*

14 *Per Domicilium contractum, intrat compatibilitas nedum in retinenda curialitate, sed etiam ad eam acquirendam.*

15 *Familiaritas Cardinalis remanet, etiam si familiaris haberet Ecclesiam Parochialem extra Curiam.*

16 *Habitatio non omnis in Curia facit curialem, sed illa, quæ remanet qualificata ab aliquo exercitio inducente curialitatem.*

17 *Curialitatem, si quis contraxerit, si postea aliquis asserat, eum non esse amplius curialem, tenetur probare eam fuisse dimissam per eum, vel verbo, vel facto contrario.*

18 *Beneficia familiarium Papæ, sunt reseruata.*

19 *Familiaris familiaris mei an sit meus familiaris.*

20 *Auditor Rotæ est familiaris Papæ.*

21 *Familiaris familiaris Principis, est etiã familiaris ipsi Principi, & hoc ratione excellentiæ Principis, & protectionis illius, sub qua, & dominus, & familiares sui conseruantur.*

22 *Blneficia familiarium familiaris Papæ, cadunt sub regula reseruatoria beneficiorum familiarium Papæ.*

23 *Papa circa ea, quæ sunt iuris non errat.*

24 *Papa, si in collatione beneficij, apponat clausulam dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat &c. quid importet.*

25 *Contrarietas in eadem scriptura, ne admittatur, sumenda est omnis interpretatio ad eam euitandam.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa, de qua supra decisio 9. sub die 30. Martij 1626. coram eodem bon mem Reuerendiss. Pirouano, & decisio, quæ ibi allegatur, & reuocatur, emanata die 20. Nouemb. 1624. coram eodem, erit in altero Tom.

DECISIO CCCCXXIX.

IN casu proposito cõcurrunt duæ gratię ad fauorem D.Prosperi de Molaria. Prima ad collationem beneficij de quo agitur, vti de reseruato, ad cuius impugnationem non erat necessaria aperitio oris pro D.Petro Paulo Patriarcha, dum non contineret clausulam, per quã esset sublata facultas illam impugnandi. Secunda verò respiciebat facultatem capiendi possessionem eiusdem beneficij amotis quibuscumque, ac etiam non verificatis præmissis narratis pro obtinenda dicta gratia. & in hac erat apposita clausula sublata, vnde pro ea remouenda instante Patriarcha emanauit rescriptum super aperitione oris, & reductione breuis ad viam iuris arbitrio Rotę & dato dubio. An intret arbitrium ad effectum prædictum, Domini voluerunt gustare de reseruatione, partibusque super ea informantibus.

Censuerunt non intrare arbitrium, quia constat de reseruatione beneficij, de quo agitur, & ea supposita deficit ius conferendi in alijs collatoribus, & consequenter eiusdem Patriarchæ, à quo †
1 arbitrium debet regulari, *Cæs. de Grass. decis. 8. n.2. de sent. & re iud.*

Vacauit enim per obitum Bernardini Toni, dum ille esset exter, & famulando in seruitijs Auditoris Rotæ, † Curiam
2 sequeretur, & Curialis propterea diceretur, *Mandos. ad reg.5. in prima par.num.* 18. cuius beneficia etiam † in Curia exi-
3 stentia dicuntur vacare apud Sedem, *cap.præsenti §.sanè de præb. in 6. vbi glos. Monach. Archid. Franc. Gemin.* idem no-
4 tant *& Aegid. & Simon.* de quibus † in voto bon mem. Card. Lancellotti tunc Rotæ Auditoris, & Reuerendiss. Decani

 idem

idem confirmant, quorum dicta prius Rota sequuta fuerat *in Romana Beneficiatus S. Petri 10. Ianuarij 1593. coram bon. mem. Card. Blanchetto*, & in alia simili *Clericatus S. Petri 27. Nouembris 1602. coram bon. mem. Card. Pamphilio*,
5 *quæ est inter impress. in 4. par. diuers. 616.* & cum huiusmodi † beneficiorum collatio ex vacatione apud Sedem, de qua in *cap. 2. de præb. in 6.* spectet ad S.D.N. meritò visum fuit constare de reseruatione.

Non obstat, quod ad effectum reser-
6 uationis prædictæ duo debeant probari, nempè vera Curialitas contracta per Bernardinum. Secundò, quod eadem qualitas in eo continuauerit vsque ad mortem, & prout dicebatur hæc qualitas desiderari, per *extrauag. ad regimen. & regul. 5. Cancell.* & idem disponatur *in d. §. sanè*, quem in hunc sensum intelligunt ibidem *Archid. in fin. & Anchar. in 5. notab. & Mandos. in regul. 5. in 3. quæst. in fine.*

7 Quia vbi semel acquisita curialitas † non impugnatur, eadem vsque ad mortem continuata censetur, nisi probetur mutata, *Bart.* qui loquitur de domicilio accidentali acquisito per habitationem, & incolatũ in *l. assumptio §. vlt. ff. ad municip. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 42. num. 12. & præsumpt. 25. num. 3.* vbi
8 loquitur de qualitate semel † inhærente personæ, quæ præsumitur semper durare.

Non obstat quod mutatio, & seu de-
9 sertio curialitatis benè probetur † per assecutionem huius beneficij ab eodem Bernardino requirentis residentiam, per quod dicitur contraxisse domicilium in Vrbe, *Felin. in cap. dilectus, il 2. num. 4. de rescript. decis. 113. par. 2. in recent.* & inde deposuisse animum accidentalis † ha-
10 bitationis, dum deficit causa accidentaliter commorandi in Vrbe ex vera, & naturali superueniente occasione domicilij contracti.

Quia adhuc non est consequentia necessaria, si dicatur, Bernardinus effectus est domiciliarius Vrbis, † ergo desinit
11 esse curialis, quia simul esse potest, †
12 quod quis contraxerit domicilium in Vrbe, & nihilominus permaneat curialis, & sequendi curiam animum reti-
13 neat, prout compatibile † est domiciliũ acquisitum cum domicilio originis, *Menoch. ead. præsumpt. 42. lib. 6.* quinimmo eadem compatibilitas intrat nedum in
14 retinenda curialitate, † sed ad illam acquirendam post contractum domicilium, vt dictum fuit de familiaritate Cardina-
15 lis, etiam † quod ille haberet parochialem Ecclesiam extra Curiam, *in Papien. Præpositura 10. Nouembris 1610. coram Episcopo Attrebaten.*

Neque dicatur, quod hæc duo admitti possunt scilicet, vt Bernardinus ab initio fuerit curialis, & quod curialitas non sit incompatibilis, cum beneficio requirente residentiam, sed nihilominus durat tertia difficultas, quod beneficiatus continuauerit vsque ad mortem in
16 eodem officio, quod dedit causam curialitati, † cum non omnis habitatio in Curia facit curialem, sed illa, quæ remanet qualificata ab aliquo exercitio inducente curialitatem, vt in eadem *dec. 616. n. 2. par. 4. diuers.* fuit dictum.

Quia hoc est, quod supra firmatum fuit, Patriarcham habere regulam contra se, super continuatione curialitatis, quam tenetur probare fuisse dimissam †
17 per Bernardinum, vel verbo, vel facto contrario, vel per cessationem causæ accidentalis, quæ releuet, vt inde reseruatio excludatur, de quibus adhuc visum fuit non constare, vt interim Breue arguatur, quod sit fundatum in falsa causa reseruationis.

Placebat etiam Dominis alterum caput reseruationis deductum † ex familia-
18 ritate Papæ, dum breue emanauit motu proprio, & narratiua continet, quod Bernardinus exter, & vnius ex causarum Palatij Apostolici Auditoribus continuus Commensalis, atque Curialis existens, præfatum beneficium obtinuit, & hodie, seu nuper apud Sedem præfatam diem clauserit extremum, vacauerit, & vacet, nullusque de illo præter nos hac vice disponere potuerit, siue possit, reseruatione, & decreto obstantibus supradictis. Nam & si quæstio sit apud scriben-
19 tes an familiaris † familiaris mei sit meus familiaris, vt inde dicatur familiaris Papæ, ille qui est familiaris Auditoris causarum Palatij Apostolici, qui indubi-
20 tanter † est familiaris Papæ, ex Constitutione Pauli III. quę est tertia in ordine Bullarij, attamen cum multi sequuti
21 fuerint † partem affirmatiuam ratione excellentiæ Principis, & protectionis illius, sub qua, & dominus, & familiares sui conseruantur, vt *Salyset. in l. 2. num. 5. C. de*

C. de Episc. & Cleric. dicens propterea illorum beneficia comprehendi sub † regula reseruatoria beneficiorum familiarium Papæ, & alij allegati per *Menoch. de arbitr. cas.* 201. *num.* 120. inde dicendum est saltem ad euitandum obiectum falsitatis causæ ex eo, quod Papa affirmatiuè narrauit reseruationem, & super ea disposuerit, voluisse declarare quæstionem iuris ex indubitata facti † suppositione, quod Bernardinus esset familiaris Auditoris Rotæ, sequendo rationes, *Anchar. in cons.* 293. *num.* 1. *& sequentibus*.

22 (margin number, beside the line "regula reseruatoria beneficiorum fami-")

25 (margin number, beside the line "suppositione, quod Bernardinus esset")

24 Neque obstat clausula dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat, quę † solet ostendere Papam noluisse de beneficio prouidere, nisi reseruatum probetur, vt in eadem *decis.* 616. *num.* 2. *p.* 4. *diuers.* admittitur.

Quia prius in eodem Breui affirmatiuè loquutus fuit Papa, quoad vacationem præsentis beneficij, propter familiaritatem, & curialitatem, & addidit, ibi, nullusque de illo præter nos hac vice disponere potuerit, siue possit, vnde † ne

25 in eadem scriptura admittatur contrarietas, sumenda est omnis interpretatio ad eam euitandam, *cap. inter dilectos, de fid. instr. Bart. in l. fin. §. idem quæsiuit ff. de cond. indeb. Aretin. cons.* 9. *num.* 1. qui loquitur in Bullis Papæ, *Peregr. cons.* 14. *num.* 7. *vol.* 3. atque ita quoad alios vocandi modos sub clausula restrictiua, siue præmisso, contentos, operetur suos effectus, & quoad familiaritatem pura remaneat declaratio.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Parmeñ. Status.

Die Mercurij 27. Aprilis 1622.

DECISIO CCCCXXX.

Est impressa apud Coccinum to. 3. Decis. 1369.

¶ Allegatur hæc decisio infra in eadem causa sub die 14. Iunij 1623. coram eodē Reuerendiss. Coccino, est decisio 439. Decisio etiam ista est in eadem causa de qua sunt supra decis. 16. 162. 201. 264. 330. nempè sub diebus 8. Iunij 1626. 24. Martij, & 26. Iunij 1628. & 30. Martij, & 14. Decembris 1629. coram eodem bon. mem. Coccino.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Rauennaten. Saluiani.

Die Lunæ 2. Maij 1622.

DECISIO CCCCXXXI.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 28.

☞ Decisio hæc est in eadem causa, de qua supra decisio 425. sub die 15. Decemb. 1621. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, & statur hic in decisis.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Stantiarum ad Scalas Sanctas.

Die Lunæ 9. Maij 1622.

DECISIO CCCCXXXII.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 31.

☞ Allegatur præsens decisio infra in eadem causa sub die 16. Ianuarij 1623. coram eodem Reuerendiss. D. Decano, est decisio 437.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cauen. Limitum Parochialium.

Die Lunæ 14. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Ecclesia illa Parochialis est manutenenda in quasi possessione parochialitatis, si per actus ad eam necessariò inferentes, probat suam quasi possessionem de tempore motæ litis, & qui sint isti actus. Testes in concursu, qui sint præferendi.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda est ei, qui probat possessionem de tempore motæ litis.*

2 *In Incorporalibus, si non probetur ius assistere alteri parti, per exercitiū vnius actus, acquiritur possessio quoad omnes.*

3 *Ex Libris parochialibus probatur personas in eis descriptas, fuisse baptizatas per Parochum eiusdem Ecclesiæ.*

4 *Ex Libris parochialibus probatur, mortuos in eis descriptos, fuisse traditos sepulturæ per parochos eiusdem Ecclesiæ.*

5 *Libri alicuius, quando pro eo tribuant* ma-

magnum adminiculum.

6 *Ex tumulatione probatur quasi possessio Parochialitatis, si non probetur sepulturam fuisse electam, per ibi sepultos.*

7 *Actus facti post litem motam non sunt attendendi.*

8 *Testi in causa propria non est credendum.*

9 *Testes qui deponũt in specie, & de pluribus actibus, sunt præferendi illis, qui in genere, & de aliquibus tantum actibus fidem faciunt.*

☞ Allegatur ista decisio infra in eadem causa sub die 29. Maij 1624. in fin. coram eodem bon.mem. Reuerendiss. Coccino, & etiam infra part. 7. sub die 25. Iunij 1635. coram bon.mem. Buccabella, quæ est pariter in eadem causa, est decisio 63. num. 3.

DECISIO CCCCXXXIII.

DVbitaui cui sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi Iura parochialia in locis, de quibus agitur, An Ecclesiæ Sanctissimi Saluatoris, an verò Ecclesiæ S. Michaelis Arcangeli, & pluries proposito dubio, tandem fuit firmatum de consensu partium quoad Ecclesiam Sanctissimi Saluatoris habendam esse rationem viginti testium tantum, & quoad Ecclesiam Sancti Archangeli duodecim tantũ: Quia alij sunt nulliter examinati, & cum huiusmodi testibus reproposita causa, fuit resolutum Ecclesiæ Sanctissimi Saluatoris dandum esse mandatum de manutenendo in locis, in quibus agitur,
1 cum de eius possessione † cõstet de tempore litis motæ, iuxtà vulgatum, *tex. in §. hodiè Instit. de interdict.*

Nam quoad domus illorum de Iuuenibus probatur per plures testes, qui dãtur, *in Summar. num. 2. videlicet, secundum, 3. 4. 5. 6. 8. 9. super 1. 5. 6. 7. 8. & 9.* quod Parochi Sanctissimi Saluatoris administrarunt Sacramenta, & fecerunt alias functiones Parochianorum in dictis domibus de Iuuenibus, & quoad domus Annibalis Gagliardi idem deponũt plures Testes, qui dantur, *in Summar. num. 3. super 2. 3. & 4. & 12. videlicet testem 1. 2. 3. 4. & 12.* & pariter quoad domum Felicis Vitalis idem probant testes, qui dantur *Summar. num. 4. videlicet, 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.* super articulis ibidem expressis, & tandem quoad locũ Sancti Martini deponũt testes super 18. *articulo, 2. 3. 5. 6. & 7. vt in Summar. num. 5.* quod cum in illo loco fuisset repertum cadauer, illud fuit datum ecclesiasticæ sepulturæ per Parochos
2 Sanctissimi Saluatoris. Quare ex istis omnibus eis non potest denegari manutentio, cum in istis Incorporalibus si non probetur Ius assistere alteri parti per exercitium vnius actus acquiritur quasi possessio quoad omnes. *Innoc. in cap. dilectus num. 2. de Capell. Monach. & in cap. 1. vbi Abb. num. 3. de religios. domib. Bald. in repet. leg. 1. num. 2. C. de emancip. liber. Felin. in cap. auditis num. 19. de præscript. Rot. decis. 273. num. 2. par. 2. in Recent.*

Et prædicta possessio comprobatur ex libris Baptismi, ex quibus constat plurimos fuisse baptizatos in Ecclesia Sanctissimi Saluatoris, qui sunt ex locis contro-
3 uersis, † ex quibus actibus acquiritur quasi possessio Iurium Parochialium, cum ex dictis libris probetur personas in eis descriptas fuisse baptizatas per Parochos Sanctissimi Saluatoris. *Odd. de rest. in integr. quæst. 37. num. 83. Caputaq. decis. 314. num. 1. par. 1. Seraphin. decis. 1138. num. 2. Rota decis. 699. num. 1. & decis. 481. num. 4. & decis. 647. num. 6. & decis. 132. num. 2. par. 2. in recent.* & ex
4 libris mortuorum, ex quibus † constat multos ex locis controuersis traditos fuisse Ecclesiasticæ sepulturæ per Parochos Sanctissimi Saluatoris. *Mandos. super reg. 18. q. 10. num. 4. Rebuff. ad Const. Gall. tom. 2. tit. de Regestr. baptis. sepult. ante fin. vers. sic patet. Rot. decis. 605. num. 4. part. 2. & decis. 220. num. 1. par. 1.*
5 ex quo etiam acquiritur quasi possessio Parochialitatis, † cum non probetur sepulturam fuisse electam per descriptos in dictis libris in Ecclesia Sãctissimi Saluatoris, & quamuis dicti libri sint Ecclesiæ Sanctissimi Saluatoris, negari tamen non potest quin magnum præbeant ad-
6 miniculum testibus, † de quibus supradictum est, cum sint antiqui, & contineant plures partitas.

Non obstat, quod dicti actus videan-
7 tur facti post † annum 1565. de quo tempore cœpit lis: Quia omisso quod dantur actus de anno 1513. 1558. & 1661. lis de anno 1565. fuit tantum mota super domo Ioannis Antonij Iuuenis vt constat ex libello, & tamen Ecclesia Sanctissimi Saluatoris erat in possessione Iurium Parochialium quoad dictas domos

mos de Iuuenibus, cum duos ex dictis domibus baptizauerit, & licet Parochus Sancti Archangeli examinatus deponat, quòd alter ex duobus fuit baptizatus
8 de mandato Parochi, † tamen ei non est creden. cum sit pars formalis, *l.si nullus C.de testib. C.omnibus C.eodem titulo.*

Non obstant testes Parochi Sancti Archangeli, quia solum deponunt tres interemptos in locis, de quibus agitur, fuisse sepultos in Parochia Sancti Archangeli, & hoc euenit, quia erant eiusdem Parochię, & ibi debebāt de Iure tradi Ecclesiasticæ sepulturæ, & in omnem euentum præualent probationes Paro-
9 chorum Sanctissimi Saluatoris, † quorum testes deponunt in specie de pluribus actibus. *Dec.cons. 302. num.17. & 448. num. 37. Rota decis.511. num. 8. & decis. 237. n. 5. & decis.277.n.1.in recent.*

Alia respiciunt petitorium, & ideo consulto fuerunt omissa in hoc Iudicio possessorio.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Camerinen. Bonorum.

Die Veneris 20. Maij 1622.

DECISIO CCCCXXXIV.

Est Impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 34.

☞ Allegatur præsens decisio infra *in eadem causa sub die 22. Martij 1624*, coram eodem Reuerendiss. P. D. meo Decano, vbi resolutio ista confirmatur, est decisio 441.

REVERENDISS. P.D. MERLINO. DECANO.

Faneñ. Tutelæ.

Die Lunæ 23. Maij 1622.

DECISIO CCCCXXXV.

Est Impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 35.

¶ Allegatur præsens decisio supra in eadem causa sub die 21. Februarij 1622. coram eod. Reuerendiss. D. meo Decano, est decis. 426.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Ferrarien. Fideicommissi de Rasurijs.

Die Lunæ 12. Decembris 1622.

DECISIO CCCCXXXVI.

Est Impressa in Decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 63.

☞* Decisio præsens est in eadem causa, de qua supra decisio 419. coram bon. mem. Card. Verospio, sub die 5. Martij 1621. & decisio 422. die 24. Maij 1621. coram eodem Cardin. Verospio, & decis. 427. sub die 25. Februarij 1622. coram Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Stantiarum ad Scalas Sanctas.

Die Lunæ 16. Ianuarij 1623.

DECISIO CCCCXXXVII.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 65.

¶ Decisio præsens est in eadem causa, de qua supra decisio 432. sub die 9. Maij 1622. coram eodem Reuerendiss. meo Decano.

REVERENDISS. P.D. COCCINO.

Viterbieñ. Castrorum.

Die Lunæ 12. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Pro Legatis, an competat hypoteca, & vtrum ista actio hypotecaria detur ad res ipsas legatas consequendas. Hæres adiens hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij videtur contrahere cum legatarijs, &c. & latè an hypoteca possit cadere in re aliena.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pro Legatis competit hypoteca legalis, & & propterea etiam competit saluianum.*

2 *Saluianum, quoad hypotecariæ exemplũ fuit institutum.*

3 *Hypotecaria actio an detur ad res ipsas legatas consequendas, anceps est quæstio, sed affirmatiua est receptior.*

4 *Hæres adiens hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij censetur contraxisse cum legatarijs. & nu. 12.*

5 *Hoc est solutionem legatorum in se suscepisse videtur, perindeque legatarij ab eo rectè legatum actione in personam petere possunt.*

6 *Quodque multo magis procedit, stante quod hæres acceptauit hæreditatem.*

7 *Pro Legato, & fideicommisso, quando datur actio personalis, datur etiam actio hypotecaria.*

8 *Actio hypotecaria est accessoria actioni personali, & ideo cum ea concurrit, & num. 9.*

10 *Legatario an competat hypoteca, non confecto inuentario, etiam contra bona propria hæredis.*

11 *Bona propria hæredis non censentur expressè à testatore hypotecata ad fauorem legatarij, nec hoc potest operari omissio inuentarij.*

13 *Testator, si disponat de bonis fideicommissarijs ad fauorem hæredis, & ipse hæres consentiat, adeundo hæreditatem simpliciter, & num. 31. tunc legatarius non habet necesse probare dominium testatoris, & quid sufficiat, vt probet num. 14.*

15 *Hypotecaria agens tenetur probare dominium vel quasi.*

16 *Hypoteca non cadit in re aliena.*

17 *Legatario, vt competat hypoteca legalis, lex contentatur, quod bona proueniant à testatore in hæredem.*

18 *Text. in l. 1. C. comm. de legat. qualiter sit intelligendus, & num. 27. 28. & 29.*

19 *Hypoteca legalis etiam cadit in re aliena, vt in re possessa à debitore, & n. 21.*

20 *Vxoris bona sunt obligata pro debito principali ad fauorem fisci.*

21 *Hypoteca, cum lex constituat in rebus, quæ à testatore in hæredem peruenerunt, illa generalitas potest etiam intelligi de rebus, in quibus testator non habet dominium.*

23 *In Legati hypoteca non est necessè probare dominium testatoris.*

24 *Casu speciali Doctores possunt vti ad interpretationem verborum generalium.*

25 *Leges, sunt difficiles vt intelligantur, quia plerumque videntur velle aliud, quàm velint, & sæpè decipiuntur magistri, & scholares.*

26 *Leges scire non est earum verba tenere, sed vim, & potestatem.*

29 *De Fideicommissaria substitutione quando agitur, tunc succeditur testatori, non autem hæredi grauato. amplia n. 30.*

32 *Consequens, qui vult, censetur etiam velle omne necessarium antecedens.*

33 *Dominium rerum subiectarum fideicommisso, ipso iure acquiritur fideicommissarijs, dummodo ipsi agnoscant fideicommissum.*

34 *Hypotecã legalis de qua in l. 1. C. comm. de legat. quando intret.*

35 *Hæres, si adeat hæreditatem sine beneficio, l. & inuentarij, ad hoc, vt ei hoc præiudicet, non requiritur scientia.*

36 *Productio facta, quoad certos effectus non prodest, quoad diuersos.*

37 *Hæres, intra quod tempus, debet incipere, & perficere inuentarium.*

38 *Post Præiudicium sibi factum, quis non potest propria auctoritate euitare, & num. 39.*

40 *Cuiac. in l. 1. col. 2. C. comm. de legat. & alij Doctores declarantur, & num. 41. 42. 47.*

43 *Hypoteca in re aliena, licet lex non possit inducere, non tamen videtur verisimile, quod velit in dubio eam inducere.*

44 *Testator solum in rebus suis dat hypotecã.*

45 *Hypoteca legalis etiam in re aliena contrahitur.*

46 *Exempla non restringunt regulam.*

48 *Nomina, meum, tuum, vel suum, quid denotent.*

50 *Rei appellatione, venit proprietas, non autem simplex possessio, & nu. 53.*

51 *Rem, quis non dicitur consequutus, qui solum eius possessionem consequutus est.*

52 *Dictio, per, denotat perfectionem, & n. 54.*

54 *Res, dicitur de bonis, ex bonis, & in bonis.*

55 *Hæres factum defuncti tenetur seruare, & hoc præsertim, quando hæres approbauit factum. num. 56.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa, de qua supra decisio 4. cum alijs ibi allegatis.

DE-

DECISIO CCCCXXXVIII.

Honuphrius senior supposuit bona sua fideicommisso, quod cum per obitum Georgij deberet purificari ad fauorem Honuphrij iunioris, idem Georgius instituit hæredem Honuphrium prædictum, & Paulum, eidemque Honuphrio fecit pingue prælegatum, in quo supposuit nouo fideicommisso diuersa bona subiecta fideicommisso ad fauorem dicti Honuphrij, & cum diuersas fecerit substitutiones, & hodie per obitum d. Honuphrij iunioris sit factus locus substitutioni ad fauorem D. Valerij, & Excell. D. Dux Bracchiani habeat iura dicti Honuphrij.

Dubitaui an dicto D. Valerio esset danda immissio vigore saluiani pro consecutione dicti prælegati.

Et Rota bis affirmatiuè resoluit, & nunc tertio eandem sententiam fuit amplexa.

1 Indubitati enim iuris est, quod cum † pro legatis competat hypoteca legalis, vt in *l. 1. C. comm. de legat.* competit propterea etiam saluianum, quod † ad
2 hypotecariæ exemplum fuit institutum, *vt in l. prima C. de præcar. & saluian. & ibi glos. & DD.*

Et quamuis quæstio sit an hypoteca-
3 ria † detur ad res ipsas legatas consequendas; & negatiuam sententiam teneat, *glos. in §. nostra in verbo hypotecariam instit. de legat. Bald. in l. prima sub num. 21. vers. item competit C. commun. de legat. & de communi testetur Iason. in l. prima sub num. 132. vers. 2. in quantum de legat.* 1. Contrariam tamen sententiã tenent *Bart. in d. l. prima sub num. 13. vers. & ita intelligit glos. delegat. 1. Imol. num. 4. Aretin. sub num. 5. vers. & approbant hic late Socc. sen. num. 15.* qui de communi testatur, & communem etiam dicit, *Ripa ibidem num. 65. Surd. decis. 76. num. 7. Peregr. de fideicom. art. 45. num. 49.* & ab hac opinione non esse recedendum in consulendo, & iudicando dicit *Purpurat. cons. 37. num. 714. inter cons. feudalia*, & magis communem affirmat *Gabr. cons. 46. num. 21. lib. 1.* & nouissimè *Harprechtus in d. §. nostra nu. 20. in fine*, & sentit *lex Regia 26. tit. 26. p. 1. & ibi Greg. Lopez. in verbo obligandos*, quam etiam opinionem sequitur *Rota in causa Montis falisci hæreditatis 27. Septembris 1587. coram bon. mem. Lauretano, & in Romana saluiani interdicti 8. Iunij 1601. coram Reuerendiss. Attrebaten.* & aliàs sæpius.

Istæ conclusiones non controuertebatur. Sed difficultas consistebat in eo, an ista hypoteca legalis, de qua *in d. l. prima C. comm. delegat.* competat D. Valerio in casu isto, cum Georgius disposuerit de bonis ab ipsomet possessis, quæ erant subiecta fideicommisso ad fauorem Honuphrij iunioris. Et affirmatiuè hodie fuit resolutum, prout etiam hoc articulo indiuidualiter discusso die 10. Iunij superioris anni.

Ratio resolutionis prima fuit, quia cum Honuphrius adiuerit hæreditatem
4 Georgij sine † beneficio legis, & inuentarij, censetur contraxisse cum legatarijs *l. apud Iulianum 3. §. fin. ff. quib. caus. in posses. eat.* hoc est solutionem legatorum in se suscepisse videtur, proindeque legatarij ab eo rectè legatum actione in personam petere potuissent, † hæcque in
5 personam actio ex testamento dici solet *§. si res aliena 6. institut. de legat. l. seruo 71. §. vltimo l. non quocumque 84. in prin. l. quæsitum 93. §. vlt. ff. delegat. 1. l. qui concubinam 29. §. si hæres ff. delegat. 3.*
6 eoque magis cum Honuphrius † hæreditatem Georgij acceptauerit, vt firmauit *Rota in hac causa 14. Martij 1618. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato*; & regula est in illis casibus, in quibus
7 pro legato, † & fideicommisso actio personalis datur, in ijsdem etiam hypotecariam dari, *l. 1. in fin. C. comm. deleg. Alciat. in l. 1. num. 29. ff. deleg. 1. & ibi Soccin. iun. num. 448. Bart. nu. 23. Alex. num. 23. Bolognett. nu. 308. & 313. Ruin. nu. 86. & 87. Crot. nu. 76. 77. Iacob. de Nigr. n. 330. Franch. decis. 80. n. 17. & decis. 119. & 183. nu. 4. Aretin. in §. hæres quoque nu. 3. & seqq. institut. de obligat. quæ ex quasi contract. Io. Faber. instit. eodem titulo in §. idem iuris n. 1.* actio enim
8 hypotecaria est † accessoria actione personali, *l. solutum §. solutam ff. de pign. act.* & ideo cum ea concurrit *§. sed neque auth. de fideicom.* & quidem non insolidum secundum naturam communem, *l. 1. & 2. ff. si vnus ex plur. hæred.*
9 † sed pro portionibus hæreditarijs sicut, & personalis datur *dicta l. 1. vbi Bart. in prima opposit. Alciat. in loco præcitato Rota in causa Romana hæreditatis de Comitibus 30. Ianuar. 1581. coram san. me.* Cle-

Clemente VIII. relata in dec.44. n.3. p.1.

Et quamuis quæstio videatur esse: an
10 ista hypoteca † non confecto inuentario competat contra bona propria hæredis,& negatiuam sententiam teneat *Fulgos. cons.178. in fine*, licèt velit quod teneatur insolidum *Castren. cons. 323. viso puncto num.3. vers. præterea bona hæredis iuncto vers. antecedenti lib. 1. Negusan. de pignor par.8. memb.1. n.21. vers. octauo fallit, Phanuc.de inuent. par.7.nu.*109. & contrarium dicat *Bald. cons.89.n.7. &* 8.ibi item tenetur hypotecaria *lib.1.Ias.* ex mente *Bart. in l.prima. n.132. ff. de legat.1.*

Nihilominus si rectè perpendantur dicta Doctorum, benè omnes loquentur. Prima enim opinio negatiua procedit †
11 vt bona hæredis non censeantur expressè hypotecata à testatore,nec hoc potest operari omissio inuentarij, sed non propterea cessat, quod si hæres adeat absq; beneficio legis,& inuentarij,non censea-
12 tur † contrahere cum legatarijs, & inde oriatur actio personalis, & consequenter hypotecaria *ex l.prima C.com. de legat.* quæ est accessoria personali, vt supra dictum est,& eleganter declarat *Bald.in d. cons.89. n.8.*vt videtur de mente,*Phanuc. de inuent. loco citato n. 143. & Negusan. de pignor.2. memb.2. part. nu.53. limit.6. in fine.*

Secunda ratio resolutionis fuit, quia cum Georgius expressè disposuerit de
13 bonis subiectis fideicommisso † ad fauorem Honuphrij, & ipse Honuphrius approbauerit talem dispositionem adeundo hæreditatem simpliciter,D.Valerius non habet opus hodie probare dominium Georgij, sed sufficit quod probet bona peruenisse à Georgio in Honuphrium,
14 prout probat, † vt statim dicetur, & sic sufficit, quod probet bona fuisse in bonis, quod est diuersum à dominio *Ias. in §.item seruiana num. 87. instit. de action.*
15 Nam & si regula sit,quod agens † hypotecaria, teneatur probare dominium vel quasi testatoris, *l.ea quæ nondum §.*
16 *quod dicitur ff. de pignor.* in re namque † aliena non cadit hypoteca *l.si alienam ff. de pignor.* Hæc tamen regula non habet locum in casu, de quo agitur, quia vt supradictum est, *tex. in d.l.prima C. comm. delegat.* ad effectum vt competat
17 hypoteca legalis, † contētatur quod bona perueniant à testatore in hæredē,
18 & sic † tex.est intelligendus etiam quod res sit aliena, modo à testatore peruenerit in hæredem. Cum & alias in re
19 aliena possessa à debitore cadat hypoteca legalis, *vt in l.satis notum C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* cuius textus dispositio, licèt sit singularis;
20 vt bona † vxoris sint obligata pro debito principali ad fauorem fisci, *vt colligitur ex test. in l.vtilitas publica C. de primipil. XII. Abb. in cap.ex parte num.5. in gloss. in verb. alienat. de consuetud. Couarr. variar. lib. 1. cap. 16. num.6. ante fin.vers. minus obstat. Greg. Lopez.gloss.7. post princ. l.25. tit. 13. partit. 5. Azeued. lib.7. tit.3. lib.5. recompilat. num.1.& 2. Pax. ad leges stil. l.223. num.2.*Attamen hoc non facit, quia DD. non allegant
21 tex. in dicta l.satis notum, vt constituat regulam generalem, quod hypoteca † legalis competat etiam in re aliena possessa à debitore, sed cum *text. in d.l.prima C. comm. delegat.* constituat hypote-
22 cam legalem in rebus, quæ à testatore † in hæredem peruenerunt, illa generalitas potest intelligi etiam de rebus, in quibus testator non habebat dominium, sed solam possessionem, cum & alias † in hypoteca legali non sit necesse probare do-
23 minium, *vt d l.satis notum*, qui casus licet sit specialis, possunt tamen † eo vti
24 DD.ad interpretationem verborum generalium *l.prima C.comm. delegat. vt habetur in l.non dubiū est C. de legibus gloss. in l.sciendum in verb. non compelli ff. qui satisd. cogan.* nam vt inquit *Bald.in cons.* 122. *verba testamenti in fin. lib.* 1. leges sunt difficiles, vt intelligantur, † quia
25 plerumque aliud videntur velle, quàm velint, & sæpe decipiuntur magistri, & scholares,& ideo subdit quod scire leges
26 non † est earum verba tenere, sed vim, & potestatem *l. scire ff. de legat.* hanc in-
27 terpretationem † *l. 1. C. comm. de legat.* propter generalitatem verborum ex speciali *in d. l. satis notum. C. in quib. caus. pig. vel hypoth. tacit. contrah. sequti sunt Bal. in l. cum res in fine vers. vltimo attende*, & ibi etiam *Angel. pariter in fine vers.vlt.sit modus probandi C. si res alien. pign. data sit Ias. in d. l. 1. num. 8. C. comm. deleg. vbi allegat. Ang. ibidem in lectura Florentina Rebuff. in tract. de constit. reddit. art. 5. glos. 14. num. 54.vers. etiam in rebus, quæ non sunt testatoris fol. mihi 546. Alciat. in d. l. 1. num. 29. col. antepen. vers. addunt aliqui ff. de leg. 1. fol. 812. Neguf. de pig.par. 2. memb. 4. num.*

num. 157. *verſ.* 5. *amplia Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 17. *num.* 4. *Surd. conſ.* 191. *num.* 2. *vol.* 2. *Pacif. de saluian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 201. *cum ſeqq.* quibus poteſt addi *Io Faber. in* §. *ſed olim num.* 2. *verſ. ſed quid ſi res inſtitut. delegat.* quem ſequitur *Iacobus de Nigr. in repetit. l.* 1. *num.* 131. *verſ. & amplia ff. de legat.* 1. *Surd. deciſ.* 76. *num.* 2. *verſ. ampliat.* vbi firmant, quod ſi res, † quæ
28 auocatur, non erat defuncti, ſed eam bona fide poſſidebat, hoc ſufficit, *vt in l. ea quæ nondum ſunt.* §. *dicitur. ff. de pignor.* ſed melius fuiſſet allegare, *tex. in l. inter.* §. 1. *ff. eod.* quem allegat *Alciat ſequendo dictum Fabri in d. l.* 1. *num.* 29. *col. antepen. verſ. addũt aliqui fol. mih.* 812.

Quod autem bona, de quibus agitur, peruenerint à Georgio teſtatore in Honuphrium iuniorem ſatis patet, nam. & ſi eſſent ſubiecta fideicommiſſo Honuphrij ſenioris ad fauorem iunioris, & propterea cum ageretur de ſubſtitutione fideicommiſſaria ſuccedatur † teſtatori,
29 non autem vltimo defuncto grauato *l. cohæredi.* §. *cum filiæ. ff. de vulg. & pupill. l. vnum ex familia* §. 1. *ff. de legat.* 2. *Bart. in l.* 1. *num.* 5. *C. de pact.* latè *Menoch. conſ.* 317. *num.* 5. qui dicit hanc receptiſſimam eſſe ſententiam, & hæc
30 concluſio procedit etiam † quod Honuphrius eſſet ſcriptus hæres à Georgio *Aym. conſ.* 141. *num.* 4. & 5. *Surd. conſ.* 29. *num.* 5. & 6. Tamen cum Georgius expreſsè diſpoſuerit de iſtis bonis ſubiectis fideicommiſſo ad fauorem Honuphrij, qui adiuit hæreditatem ſimplici-
31 ter, † ſine beneficio legis, & inuentarij cenſetur diſpoſitionem Georgij approbaſſe, *Ruin. qui loquitur in iſtis terminis in l.* 1. *num.* 89. *ff. de legat.* 1. *Alex. conſ.* 173. *num.* 4. *lib.* 2. Immò, & expreſsè approbauit, vt Rota reſoluit, vt ſupra dictum eſt. Propterea fit quod, cum Honuphrius approbauerit factum Georgij voluerit ſuccedere ipſi Georgio, non autem vigore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ Honuphrio ſeniori, qui enim vult:
32 † conſequens intelligitur velle omne neceſſarium antecedens *l. ad rem mobilem* 56. *ff. de procurat l. illud.* 76. *vbi DD. ff. de acq. vel. amitt. hæredit. Decian. conſ.* 1. *nu.* 219. *vol.* 1. & probatur cla-
33 riſſimè, quia dominium rerum † ſubiectarum fideicommiſſo, ipſo iure fideicommiſſarijs acquiritur, modo ipſi agnoſcant fideicommiſſum, & ſuper eo voluntatem ſuam declarauerint *l. legatum* 82. *ibi & legatarius ff. de legat.* 2. *l. ſi tibi homo* 88. §. *cum ſeruus ibi ſi legatarius ff. de legat.* 1. *l.* 1. §. *vtrum autem. verſ. quamuis enim legatum. ff. ſi quid in fraud. patr. Surd. deciſ.* 25. *nu.* 10. *Card. Mant. de coniect. vltim. vol. lib.* 7. *tit.* 10. *ſub num.* 32. *verſ. ſufficit Peregr. de fid. art.* 2. *num.* 63. *& ſeqq.* quæ quidem declaratio hic non adeſt, immò cum adierit hæreditatem Georgij ſimpliciter, volens, & libens, bona, de quibus agitur, in prælegato contenta non ex fideicomm. Honuphrij ſenioris, ſed ex teſtamento Georgij cenſentur in Honuphriũ
34 perueniſſe, † ita vt intret hypoteca legalis de qua *in d. l.* 1. *C. comm. delegat.* & hæc procedunt etiam quod admittatur Honuphrium ignoraſſe fideicommiſſum, quia cum prælegatum factum à Georgio contineat fideicommiſſum, particulare, non autem vniuerſale iuxta reſolutiones factas, vt inferretur præiudicium Honuphrio adeunti hæreditatem †
35 ſine beneficio legis, & inuentarij, non requirebatur ſcientia per *doctr. Caſtr. in l. ab omnibus* §. *ſi ſocero. num.* 2. *ff. de legat.* 1. & abundè fuit deductum in alia deciſione facta 10. Iunij ſuperioris anni coram me, * & in alijs coram Illuſtriſſ. D. Card. Sacrato. *

Neque poteſt deduci pro agnitione fideicõmiſſi Honuphrij ſen. productio teſtamẽtis facta ab Honuphrio iuniore mediante perſona ſui procuratoris contra filias Fabij Sanctacrucij, quę erant excluſæ à fideicomm. vniuerſali Honuphrij ſenioris, cum vocaret tantum maſculos. Similiter nec alia productio facta per Honuphrium iuniorem ad excludendum fiſcum agentem contra bona Pauli, quia vltra quod iſtę productiones fuerunt fa-
36 ctæ † ad certos effectus: nam prima fuit facta ab Honuphrio, & Paulo pro excluſione fœminarum, contra quas fuerat commiſſa cauſa, ſecunda ad excludendũ fiſcum agentem contra bona Pauli, ceſſat omnis difficultas, cum fuerint factę
37 productiones poſt lapſa † tempora ad incipiendum, & perficiendum inuentarium, de quibus *in l. ſcimus* 22. §. *ſimili modo. C. de iur. deliber.* Vnde poſt factum
38 ſibi præiudicium non potuit † Honuphrius ſua auctoritate illud euitare agnoſcendo fideicommiſſum antiquum, cum iam eſſet acquiſitum ius creditori-
39 bus, † & legatarijs, vt *in d. l. ſcimus.* §.

D *ſin*

sin vero. C. de iur. deliber. & cessat omnis difficultas quia constat de acceptatione hæreditatis Georgij, facta per Honuphrium vt supra dictum est.

40 Neque est verum quod † *Cuiac. in d. l. 1. col. 2. ad fin. vers. & actio in rem, & col. 3. vers. igitur non possunt, C. comm. delegat. & Balduin. de pig. par. 6. in fin. vers. sed cum nouum Corn. in d. l. 1. num. 8. & 16. & nouissime Harpprech. in §. 2. num. 19. institut. de legat. teneant contra Bald. Angel. & supra relatos.*

41 Nam præter Corneum † alij nihil dicunt quod obstet, firmant enim solum, quod si testator facit legatum, non videtur hypotecare pro dicto legato bona hæredi, sed non dicunt quod ex actione personali non sequatur hypotecaria, prout sequitur, vt in principio ostensum est, & Harpprechtus expresse sentire videtur quod competat hypoteca lega-
42 lis secundum terminos † Baldi, Aretin. & aliorum his verbis. Cæterum res ipsius hæredis quas non accepit à defuncto, nullo hypotecæ aut pignoris nexu obligantur, quasi dicat contrarium si accepisset à testatore, vt in casu nostro.

Rationes verò Cornei de facili tolluntur, nam dum dicit, quod licet lex
43 possit † inducere hypotecam in re aliena, non tamen videtur verisimile, quod velit in dubio eam inducere maximè cũ *text. in dicta l. 1. C. comm. delegat. vers. cum enim tam hoc iure*, æquiparet hanc hypotecam legalem hypotecæ, quę à
44 testatore inducitur, qui tamen † solum in rebus suis dat hypotecam, *vt ex dicto vers. cum enim*, colligitur. Fuit responsum, quod dum *text. in dicta l. 1. C. comm. delegat. in dicto vers.* ponat simile de testatore, qui inducit hypotecam solum in re propria, non propterea fit, quod idem sit in casu hypothecæ legalis,
45 cum illa etiam † in re aliena aliquando contrahatur, quapropter † generalitas textus bene potest recipere hunc intellectum, vt supra abunde dictum est.
46 Exempla † enim non restringunt regulam *l. damni infecti stipulatio ff. de damn. infect. Tiraquel. in l. si vnq. in verb. libertis num. 37. C. de reuocand. donat.*

Dum verò idem *Corn. dicit quod in di-*
47 *cta l. 1. C. com. delegat. in verb.* † omnibus asseritur, quod præstatur hypoteca in res mortui, & in vers. si enim, quod dictæ actiones sunt inductæ contra res testatoris, & sic non contra res alienas, cum granatum soleat designare dominium *l. 2. §. 1. ff. de religios. & sumpt. funer.*

48 Fuit etiam responsum, quod per nomina † meum, tuum, vel suum, sed etiã iure possessionis, aut obligationis *l. cum suæ 71. & l. sequenti, & l. suos autem seruos 73. ff. de legat. 3.* & propterea dum
49 textus loquitur de re † testatoris, non se restringit ad ea, quæ sunt testatoris ratione dominij, sed etiam iure possessionis.

Et quamuis idem Corn. locis prædictis subdat appellatione rei venire pro-
50 prietatẽ, † nõ autẽ simplicem, possessionẽ *iuxta l. si alij fundum ff. de vsufruct. leg. & l. si rem meam ff. de verb. oblig.* & ideo
51 non dicitur rem † consecutus, qui solum eius possessionem consecutus est, nec minus dicitur rem ad hæredem per-
52 uenisse, quia dictio, † per, denotat perfectionem *iuxta l. vrbana 166. §. pernoctare ff. de verb. signif.*

Fuit tamen pariter responsum, verum esse quod appellatione rei, non veniat †
53 possessio, sed esse etiam verum, quod res dicitur in bonis ex bonis, & de bonis, vt colligitur *ex l. item ff. de acq. rer. domin.* & propterea cum tex. loquatur de rebus mortui, sufficit quod fuerint in bonis, licet non probetur dominium, quia in hoc casu non agitur an appellatione rei veniat possessio, sed solum an sufficiat ad effectum hypothecæ, quod res fuerint in bonis, vel potius debeat constare de dominio, & propterea nihil facit di-
54 ctio, † per, quæ denotat perfectionem acquisitionis, quia facto legato rei alienæ, vel hæredis, non reclamante Domino, & hærede adeunte sine beneficio legis, & inuentarij, satis inducitur per-
55 fectio acquisitionis, cum † hæres non possit impugnare factum defuncti, vt supra dictum est, & præsertim hoc casu in
56 quo † approbauit factum, vt fuit firmatum coram Illustriss. D. meo Cardinali Sacrato, & coram me &c.

Ex quibus Domini steterunt in decisis.

☞ *Sunt supra decisiones* 417. & 418. & 421.

RE-

REVERENDISS. P.D. COCCINO.

Parmeñ Status.

Die Mercurij 14. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Legitimatus per subsequens matrimonium an dicatur verè, & non fictè legitimus, ita vt admittatur ad fideicommissum, ad quod vocati sunt per fideicommittentem filij tantum legitimi verè, & non fictè. Legitimatio quando non principaliter, sed incidenter deducitur, leuioribus probationibus doceri potest.

SVMMARIVM.

1 *Testator, si ad fideicommissum vocauerit filios verè, & non fictè legitimos, ista verba excludunt legitimatos etiam ex subsequenti matrimonio.*

2 *Legitimatus per subsequens matrimoniũ dicitur verè legitimus, cum admittatur retrotractio.*

In Matrimonio de Iure Ciuili sufficit maritalis effectio.

3 *In Matrimonio de Iure Canonico requiritur materia, & forma.*

4 *Legitimatis retrotractio per subsequens matrimonium an admitttatur.*

5 *Legitimatio per subsequens matrimonium est multò præstantior cœteris legitimationibus.*

6 *De Legitimitate, quando principaliter agitur, tunc plenæ, & concludentes probationes necessariæ sunt.*

7 *De Legitimitatione, quando non agitur principaliter, sed incidenter, scilicet mortuo patre ad effectum successionis, tunc leuiores probationes admittuntur.*

8 *Et in hoc reprobata distinctione Bald. inter filium actorem, & reum.*

9 *Dominium quando deducitur principaliter, tunc plenior, & magis exacta probatio requiritur.*

Dominium, quando deducitur incidenter, & propter aliud, leuior sufficit, & minus plena probatio.

10 *Ad Filiationem legitimam probandam regulariter requiritur.*

Vel quod probetur quasi possessio filiationis.

Vel paternorum bonorum possessio.

Vel quod filius sit natus ex ea, quæ vxor credebatur.

11 *Quæ omnia simul non requiruntur sed vnum sufficit.*

12 *Matrimonij communis reputatio inducit in filio quasi possessionem legitimitatis veræ, & non fictæ.*

13 *Patris tractatus erga filium, quamuis regulariter contra tertium non probet, concurrentibus tamen adminiculis solidam probationem inducit.*

14 *Filius præsumitur legitimus, si admissus reperiatur ad ea bona, ad quæ filij tantum legitimi ex præcepto testatoris erant admittendi.*

15 *Consequens, qui ponit, omne necessarium antecedens ponere etiam dicitur.*

16 *Filium tamquam legitimũ, & naturalem ex quibus necessariò inferatur, quod quis tractauerit, & num. 18.*

17 *Confessionem sui auctoris, quis nequit impugnare.*

20 *Facta melius declarant voluntatem, quàm verba.*

21 *Filius, ex quibus dicatur probatum, fuisse post matrimonium conceptus.*

¶ Decisio præsens est in eadem causa, de qua supra decisio 430. sub die 27. Aprilis 1622. coram eodem bon. mem. Coccino, vbi alias decisiones in hac causa cumulaui.

DECISIO CCCCXXXIX.

IN hac causa coram bon. mem. Card. Seraphino, vt in decis. 1000. in eius libris, & coram Sanctiss. D. N. decis. 247. fuit firmatum constare de matrimonio absque coarctatione temporis inter Bernardinum, & Catherinam, ex quibus natus est Vbertus, sed hoc non sufficit, cum ad fideicommissum, de quo agitur, vocentur legitimi, & naturales de legitimo matrimonio procreati, &
1 nati, verè, & non fictè; quæ verba † excluduntur legitimatos per subsequens matrimonium: Legitimatio enim trahitur retro ad diem contractus matrimonij, & fingitur filius legitimè conceptus, *Bald. in l. qui in Prouincia §. diuus Marcus in princ. de rit. nupt.* latè *Tiraquel. alios cumulans de iur. primog. q. 34. num. 34.* itaut de iure ciuili ista fictio operetur præsumptionem matrimonij vsque ab
2 initio, † cum de iure sufficiat matrimonialis effectio, *l. nuptias ff. de reg. iur.* sed de iure Canonico requiritur † materia, & for-

3 & forma, & ideò remanet fictio, *Alciat. & Surd. in* 1. *decis. allegati*. Et quamuis ista fictio de vtroque iure non operetur fictionem legitimitatis; itaut verè legi-
4 timi † efficiantur, sed solum fingat circà retrotrahitionem, vt per *Hieronym. Schrupb. cons.* 2. *num.* 6. Tamen hoc satis non est in casu de quo agitur, vbi vt dictum est, vocantur procreati; & nati de legitimo matrimonio verè, & non fictè, & sic excluditur fictio, licèt legitima-
5 tio per subsequens † multo sit præstantior cæteris omnibus legitimationibus *Dec. in cap. cum in cunctis nu.* 9. *de elect. & cons.* 155. *num.* 4. & 5. *Angel. & cons.* 20. *num.* 1. *Schruph. cons.* 1. *nu.* 19. *cent.* 1. *Hippol. sing.* 54. *textu num.* 3. *Franc. Curt. cons.* 74. *num.* 6. latè *Tiraquel. in tract. de primog. quæst.* 34. *nu.* 54. *Cassan. in consuet. Burgund. rub.* 8. §. 13.

Ex quibus cum ad effectum successionis de qua agitur, non sufficiat legitimatio per subsequens matrimonium, bis fuit disputatum: An DD. Pallauicini tenerentur probare contractum matrimonij inter Bernardinum, & Catherinam de certo tempore, & de quo; In cuius dubij discussione, quia pro DD. Pallauicinis allegabatur se esse in possessione legitimitatis requisitę à Testatore, ex qua de iure ab onere alterius probationis releuabantur, ideò die 27. Februarij 1617. coram Illustriss. D. meo Card. Sacrato fuit ordinatum, quod informaretur strictè: An DD. Pallauicini ex persona Vberti sint in sufficienti quasi possessione legitimitatis requisitæ à Testatore, hoc est tanquam legitimi, & naturales, ex legitimo matrimonio procreati verè, & non fictè, quod dubium fuit germanum, & legitimum præsentis
6 controuersiæ, † quia cum non agatur de legitimatione probanda viuente patre, quo casu requiruntur validiores probationes, cùm de legitimatione principaliter ageretur: *Felin. in cap. per tuas n.* 17. *de probat. Abb. in cap. transmissa num.* 4. *qui fil. sint legit.* Agitur incidenter de legitimatione mortuo patre ad effectum
7 successionis, † vbi minores, & leuiores probationes admittuntur, *Felin. in d. cap. per tuas num.* 17. *in fin. Abb. in d. c. transmissa num.* 4. & propterea sufficit quasi possessio, *Bart. in l. non nudis in vtraque lectura C. de probat.* & benè discutiunt, longèque disertius tradunt *Alciat. præsumpt.* 38. *nu.* 5. & 6. *cum. seqq. par. vlt.* & ante cum *Alex. cons.* 51. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. *Dec. cons.* 54. *num.* 3. *qui dicit Bald. in cons.* 138. *num.* 3. & 4. *lib.*
8 3. distinguentem † inter filium actorem, & reum communiter reprobari, & allegat *Bart. Ang. & tex. in l. si quis* 5. §. *meminisse*, & §. *solent de liber. & agnos.* Et prædicta comprobantur, quia generale est quod in realibus, & petitorijs, Et quando ius dominij deducitur principaliter, requiritur plenior, & magis exa-
9 cta probatio, † quandocumque verò incidenter, & propter aliud, leuior sufficit, & minus plena probatio, vt pulchrè *Bart. in l. quidam in suo num.* 4. *ff. de cond. institut. Glos. in l. sicuti* §. *si quæratur verb. possessoris in fin. ff. si seruit. vind. Ang. in* §. *æquè num.* 13. *Instit. de actio.*

Secundùm hanc restrictionem licet die 26. Martij 1618. coram Illustriss. Sacrato * fuerit resolutum DD. de Pallauicinis non probare sufficientem possessionem, ab illa tamen decisione fuit recessum coram me 27. Aprilis superioris anni, & hodiè repproposito dubio hanc postremam resolutionẽ denuò DD. con-
10 firmauere, quia † regulariter ad probandam filiationem legitimã requiritur vel quod probetur possessio, filiationis, vel bonorum paternorum possessio, vel quod sit natus ex ea quæ vxor credebatur, *glos. in cap. lator. in verb. probare qui fil. sint legit.* quam distinctiuè, non autem copulatiuè loqui, itaut non † omnia prædi-
11 cta requirantur simul, sed vnum sufficiat, asserit. *Dec. in cons* 54. *in fin. Alex. Gozad. & alij in d.* 1. *decis. allegati*. Et in hoc casu non solum prima duo requisita probantur, cùm qualitatibus ad effectũ successionis necessarijs, scilicet quòd Vbertus fuerit in possessione filiationis legitimæ verè, & nõ fictè, quod tanquàm talis bona paterna possederit, quod est secundum requisitum, sed etiam plenè probatur tertium, quod nimirum natus sit ex ea, quæ vxor credebatur.

Et incipiendo ab isto tertio speciali, de cuius existentia in vltima decisione fuit plenè discussum, satis illud probari visum fuit ex testibus DD. de Rangonibus in alia decisione ponderatis, qui deponunt Vbertum conceptum, & natum constante matrimonio inter Bernardinũ, & Catherinam contracto, & de communi reputatione deponunt, quæ inducit in ipso Vberto quasi possessionem †
12 legitimitatis veræ, & nom fictæ, Et licet

cet illa probatio videatur sufficere, Nihilominus in eadem decis. fuit additus tractatus parentum erga Vbertum, qui quamuis regulariter contra tertium non
13 probet, † concurrentibus tamen adminiculis, solidam probationem constituit, vt in d. decisione consideratum fuit, in qua nè dùm factum deduximus, sed innumeros etiam Doctores hanc conclusionem tuentes, cui tractatui, & hodie superadditur instrumentum, in quo, occasione matrimonij inter Vbertum, Euphrosinam Vicecomitem Bernardinus assignauit Vberto medietatem Castri Zibelli, quæ Bernardino propter hoc fideicommissum obuenerat, adiecto pacto, quòd in prædicta assignatione computatum, & compensatum esse deberet omne, & totum id, quod Vbertus petere, exigere, consequi, recuperare, & habere potuisset, & posset quouis modo nunc, & in futurum super bonis ipsius Patris, vel à fratribus suis quomodolibet vigore, virtute, causa, & occasione successionis, & fideicommissi q. Io. Francisci Aui paterni prædicti Vberti, quod est fideicommissum, de quo agitur, vel alio-
14 rum ascendentium suorum: † Quapropter negari non potest quin ista assignatio benè probet tractatum parentis, cum ci dederit bona, ad quæ legitimi, & nati, verè, & non fictè vocantur, etiam cum qualitate, quod in assignatione computaretur totum id, quod posset petere,
15 & consequi ex fideicommisso † præsenti, qui enim ponit consequens, ponit omne necessarium antecedens, *l. ad rem mobilem l. ad legatum ff. de procurat.* Insuper iste tractatus coadiuuatur ex commissione per Bernardinum obtenta, in qua pro suo, & filiorum interesse, quibus bona huiusmodi fideicommisso subiecta deberi narrat, supplicauit admitti ad causam per Fiscum motam contra Rolandum auctorem DD. de Rangonibus super cofiscatione; quos filios suos, quibus bona ist hęc hæreditaria deberi †
16 narrauit, facto ipso pluries iteratis vicibus esse Vbertum, & subsequentes fratres declarauit; Et sic ex supradictis rationibus negari non potest, quin Vbertũ tanquam filium legitimũ, & naturalẽ, cũ qualitatibus supra expressis, tractauerit.
17 His accedunt confessiones, & actus positiui † Rolandi, à quo DD. de Rangonibus causam habent, & Com. Ludouici Rangoni eius generi, & Barbaræ filiæ d. Rolandi. Nam vltra ea, quæ deducta sunt in decisione vltimo loco facta, concurrit etiam, quòd non solum mortuo Polidoro de anno 1527. germano Fratre Rolandi, ipsemet Rolandus ad exclusionem Liuiæ propriæ filiæ Polidori, vigore fideicommissi adeptus fuerit possessionẽ portionis Castri Monticellorum fideicõmisso subiectæ, sed etiam admiserit in consortem ad illius possessionem Vbertum, vt clarè constat ex positionibus datis in iudicio cum ipsamet Liuia ad instantiam Michaelis Casalis, vbi explicitis verbis habetur, possessionem Polidori patris super Castro Monticellorum post eius obitum occupatam fuisse, detentamque per Rolandum, & Vbertum de Pallauicinis, quod & ostenditur ex Breui Apostolico per ipsammet Liuiam obtento commissionis auocationis, possessionis huiusmodi contra Rolandum, & consortes, quos fuisse Vbertum patet ex supradictis positionibus, in quo Breui fatetur occupationem possessionis à Rolando, & Vberto ibi; Ante mortem d. Rolandi ab Vberto March. Pallauicino d. Liuię fratre patruele, & rursus ibi. Vocatis Vberto, & consortibus. Hinc ergò † apparet
18 Vbertum vnà cum Rolando possedisse, & per consequens habitum fuisse tanquàm vnum ex comprehensis in fideicõmisso. Et quamuis ista ex se non probarent, cum res sit inter alios acta, tamen negandum nullo pacto est, quin magnũ veritatis primordium præseferant, & satis reliquæ probationes DD. de Pallauicinis fulciantur.

Quantum attinet ad Com. Ludouicũ Rangonum, illius actus positiui, & confessiones, sat, superque eliciuntur, nam cũ Vbertus patrauerit homicidium, & propterea medietas Castri Zibelli ipsius Vberti fuerit adscripta Fisco D. Com. Ludouicus post litem motam in locationẽ accepit à Fisco, & Camera Apostolica d. Castri medietatem ad biennium, quo elapso illam restituere promisit, & obtinuit Breue à fel. rec. Clemente VII. vt illa sibi locaretur cum specifica expressione, quòd Vbertus erat dominus d. medietatis, quod etiam confirmatur ex mandato procuræ per eumdem Com. Ludouicum facto, ad recipiendum in locationẽ d. medietatem, vti ad Fiscum Apostolicum legitimè spectantem: Quare satis apparet, quòd Com. Ludouicus pro legiti-
19 mo haberet D. Vbertum, † & quamuis ad

ad hæc posset quis suas inuestigare responsiones, illas nos admitteremus, si principale fundamentum in his iactum esset, sed cùm vnà cùm alijs deducantur in alia decisione ponderatis, clara, & euidens ex omnibus facti veritas elucescit, quòd scilicet etiam à Com. Ludouico fuerit Vbertus tractatus tanquàm legitimus, & naturalis, & de legitimo matrimonio natus, & procreatus.

Quantum verò attinet ad Barbaram, actus etiam positiui ex eo deducuntur, quia prædicta instrumentum locationis, mandati procuræ, & Breue produxit in hoc iudicio contra DD. Pallauicinos; & obtinuit supplicationem, in qua fatetur ex relatione facta per bon. me. Card. Simonettam fel. rec. Paulo III. DD. Pallauicinos exposito prius hoc fideicommisso, declaratos fuisse legitimos, & pater-
20 næ successionis capaces, † quam confessionem Rota habuit pro releuanti, prius coram bo. me. Card. Seraphino, vt in d. decis. 1000. sub n. 17. Et postea coram Sãctiss. D. N. decis. 247. n. 18. in cuius fine concluditur, successibilitatem ad fideicommissum dari non posse, nisi in nato ex matrimonio.

Superadditur tractatus Ioannis Francisci Iunioris, qui ipsum Vbertum Fratrẽ vti procreatum, & natum ex matrimonio tractauit, & reputauit, illum in successione Castrorum, & bonorum fideicommisso subiectorum secùm in simul admittendo æqualitèr, tàm in aditione hæreditatis Gasparis filij fideicommittentis, quàm in prosequutione litis huiusmodi contra DD, Rangonos, ipsum Vbertum consortem faciendo, & in suo testamento March. Alphonsum Vberti filium hæredem vniuersalem instituendo, qui tractatus factus ab ipso Io: Francisco, quem in
21 decis. firmatur † indubitanter fuisse conceptum post matrimonium, & consequẽter primam causam habentem in fideicommisso, de quo agitur, & totaliter excludentem fœminas, & ob id DD. Rangonos ab illis descendentes, efficacitèr constituit eumdem Vbertũ in quasi possessione legitimitatis à testatore requisitæ.

Non obstat vnicum fundamentum DD. de Rangonibus in hac positione exhibitum, qui in reliquis noluerunt informare, sed petiere dilationem, nimirum quòd Vbertus fuerit per Senatum Mediolani exclusus, vt patet ex voto dato per d. Senatum Sanct. mem. Philippo II. Hispaniarum Regi Catholico, Prudenti nuncupato; Quia hoc nihil facit, ibi enim Vbertus intentauit remedium recuperan-
22 dæ, & † in specie remedium *l. si quis conductionis C. locat.* Idque ex eo, quod medietas Castri Zibelli, ad quam agebatur, locata fuisset Com. Ludouico ad biennium, quo elapso illam restituere promiserat, & in prædicto suffragio excluditur Vbertùs, quia illa remedia non competebant. In Rota autem cum DD. Pallauicini agant iudicio vniuersali, videlicet ex remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* vt ipsamet Rota in hac causa firmauit 13. Iunij *1616.* coram Illustriss. Card. Sacrato, nihil commune habent remedia tunc ab Vberto intentata, quæ, cum non competerent, illum excludere potuerunt.

Ex quibus DD. perstiterunt in resolutis 27. Aprilis anni superioris.

☞* *Decisio ista reuocata est in recent. part. 4. decis. 645.*

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cremoneñ Canonicatus.

Die Veneris 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Concordia inita inter Capitulum, & Ordinarium circa prouisionem Canonicatũ, si ea loquatur tantum in mensibus alternatis, non comprehendit menses reseruatos, & ideo si Ordinarius vigore Indulti conferat in mensibus reseruatis, hoc casu d. concordia intrare nequit.

SVMMARIVM.

1 *Regula 8. hodie 9. Cancellar. non comprehendit Cardinales.*
2 *Dispositio, si super aliquo supposito reperiatur facta, cessante supposito, cessat etiam dispositio.*
3 *Concordia inita super aliquo casu non cõprehendit non expressos.*
4 *Casus aliquis an sit expressus in aliqua dispositione, ex quibus bene probetur.*
5 *Mensis Nouembris est semper fixus.*
6 *In Concordijs tempus datæ inspici debet.*
8 *Canonicatus, quando sunt simultaneæ collationis, indultum concessum Ordina-*

dinario, suffragatur etiam Capitulo.

9 *Canonicatus in dubio præsumuntur simultaneæ collationis inter Capitulum, & Ordinarium.*

10 *Canonicatus, quando sunt electiui, eadem est ratio, ac si essent simultaneè collationis, ad effectum, vt indultum suffragetur Capitulo.*

11 *Concordiæ restrictæ ad vnum casum, non debent extendi ad alium.*

12 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

13 *Cardinalis Ordinarius, quando confert vigore Indulti, in hoc casu non remouet obstaculum reseruationum.*

Prout remouet, quando sola reseruatio obstat collationi.

14 *Sed aperit viam conferendi reseruata, ac si talia non essent.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa, de qua infra decisio 444. sub die 26. Aprilis 1624. coram eodem bon. mem. Coccino, & ibi allegatur, nec non receditur hic à decisis.

DECISIO CCCCXL.

FVit resolutum nouam prouisionem esse dandam Domino Melio prouiso ab Illustriss. D. Card. quia non est locus concordię, vt Capitulum eligat, Episcopus verò confirmet, concordia enim loquitur in mensibus alternatis, de quibus non est agendum in hoc casu, tum quia vacatio contigit in mense fixo, in quo scilicet nunquam cadit alternatiua, tum quia alternatiua est inducta ex regula
1 octaua, quæ cum † non compræhendat Cardinales, non est locus alternatiuæ qua, ex vtroque capite cessante non est locus concordiæ, vt scilicet ele-
2 ctio spectet ad Capitulum, quia † quando vnum præsupponitur, & super eo disponitur, cessante præsupposito, cessat dispositio, *l. Mancipia C. de seru. fugitiu.* itaut prædicta concordia non possit † suf-
3 fragari nisi in quatuor mensibus ordinarijs, *vt respondit bon. mem. Card. Seraphinus in quodam suo voto dato occasione huius concordiæ.*

Neque est simpliciter verum, quod
4 concordia loquatur de omnibus mensibus alternatis, & de alijs etiam mẽsibus, si in illis quocunque modo prouisio spectaret ad Capitulum, & proptereà cum vacatio contigerit in mense Nouembris,
5 † qui est fixus, in illo non potest prætendere aliquid Capitulum, & quamuis prædicta clara sint, nihilominus quando adest aliqua dubietas, non esset dicendũ, quod de mensibus Apostolicis fuerit actum, vt ferè in terminis dicit *Caputaq. decis. 58. par. 2.* quod maximè procedit, quia concordia fuit inita cum tunc exi- 6
stente † tantum Episcopo, ideo cum debeat attendi tempus datæ concordiæ, quæ cum expresse non loquatur de mensibus Apostolicis, debet interpretari, vt
7 loquatur tantum † de illis mensibus, qui erant Ordinarij vigore alternatiuæ non autem de alijs mensibus, vt *per Verall. dicta decis. 58. n. 2. p. 2.*

Non obstat, quod quando Canonicatus sunt simultaneæ collationis, Indultũ
8 ratione communionis suffragatur † Capitulo, *vt Rota resoluit in causa Ispalen. portionis 19. Ianuarij 1594. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio relata per Garziam par. 5. c. 1. n. 53. Gonzal. glos. 24. nu.*
9 *59.* quia licet in dubio Canonicatus † præsumatur simultaneæ collationis, hoc est verum, nisi constet de contrario, vt dicit *Cassad. decis. 22. de præbend.* prout constat in casu isto ex concordia.

Neque facit, quod isti Canonicatus sint electiui vigore dictæ concordiæ, &
10 ideo eadem est ratio, ac si essent simultaneæ † collationis ad effectum, quòd Indultum suffragetur Capitulo *Put. decis. 190. nu. 2. lib. 3.* quia electio † est restri-
11 cta ad menses alternatos, quibus non est locus in hoc casu, & ideo concordia non
12 debet extendi, cum † limitata causa limitatum producat effectum *l. in agris ff. de acq. rer. dom.*

Ex quibus cum non intret concordia quoad electionem Capituli, & Canoni-
13 catus non sint simultaneæ collationis, sequitur, quòd Illustriss. D. Cardinalis contulerit vigore Indulti, quod in hoc casu non remouet obstaculum reseruationum, prout remouet, quando sola reseruatio obstat collationi *Cassad. decis.*
14 *3. de priuileg.* † sed aperit viam conferendi reseruata, ac si talia non essent, *Cassad. decis. 8. n. 10. & 11. cum seqq. de præbend.* & cum Capitulum extra casus concordiæ, cui non est locus, nihil possit prætendere, ideo Capitulo non suffragatur communio cum Episcopo, quia hic non adest, nec minus ius eligendi, cum non agatur de mensibus reseruatis, vt supra dictum est.

Et ita conclusum, &c.

RE-

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Barchinonen̄ Vicariæ.

Die Veneris 9. Februarij 1624.

DECISIO CCCCXLI.

Est Impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 95.

¶ Allegatur præsens decisio infra in eadem causa sub die 17. Maij 1624. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano; est decisio 445. quæ decisiones fuerunt deinde latè confirmatæ, & canonizatæ à Rota in eadem causa tamquam plenæ, & elegantes sub die 2. Decembris 1624. coram bon. mem. Vbaldo.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Camerinen̄ Bonorum.

Die Veneris 22. Martij 1624.

DECISIO CCCCXLII.

Est Impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 103.

☞* Decisio ista in eadem causa, de qua supra decisio 434. die 20. Maij 1622. & hic statur in decisis in ea.

EVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Dertusen̄ Vicariæ.

Die Lunæ 22. Aprilis 1624.

DECISIO CCCCXLIII.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 106.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cremonen̄ Canonicatus.

Die Veneris 26. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Ordinarius, puta si sit Cardinalis, & sic habeat indultum cōferendi beneficia etiam reseruata, talis exemptio suffragatur etiā Capitulo, quando iam cum eo concurrit ad prouidendum, & latè discutitur quid si ad Capitulum spectet electio, & ad Ordinarium confirmatio, an hoc casu Ordinarius possit tueri indulto, prætendendo ad eum spectare liberam collationem beneficiorum, hac occasione perpenduntur verba indultorum.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus præsumūtur simultaneæ collationis inter Ordinariū, & Capitulum.*
2 *Verba ampla, & generalia omnia comprehendunt.*
3 *Status vltimus in beneficialibus attenditur, & per vnicum actum inducitur.*
4 *Canonicatus, quando dicantur electiui.*
5 *Actus assignationis stalli in choro, & loci in Capitulo, habent vim collationis.*
6 *Canonicatus an sint electiui, attenditur antiqua consuetudo.*
7 *Beneficia an sint electiua, in hoc magnā vim habet consuetudo.*
8 *Prætensiones non tollunt veritatem rei, cum nihil aliud sint, quàm velamina defensionum.*
9 *Regul. 8. Cancellar. hodie 9. non comprehendit Cardinales.*
10 *Cardinales cum non comprehendantur sub reg. 8. Cancell. hoc prodest etiam Capitulis.*
11 *In Indiuiduis retinet quis per socium, quod per se ipsum non potest.*
12 *Electio Canonicatus, quando est simultanea inter Ordinarium, & Capitulum si Ordinarius reperiatur exemptus à regul. 8. Cancell. id prodest etiam Capitulo.*
13 *Regul. 8. Cancell. an sit verum, quod non comprehendat beneficia electiua.*
15 *Electio dicitur potentior confirmatione, quia est principium, & dicitur potissima pars.*
16 *Electio trahit ad se confirmationem.*
17 *Per Electionem plenū ius acquiritur, per confirmationē verò nihil noui iuris additur, sed solum exercitium.*
18 *Verbum prouisio est generale continens in se omnes modos, per quos Ecclesia prouidetur.*
19 *Verba, quamuis, & similia sunt latissima.*
20 *Greg. XV. fel. rec. decisio 240. n. 10.*
21 *Regul. 8. Cancellar. capit nedum electionem, sed etiam confirmationem.*
22 *Ad Aemulationem, quid facere non licet.*

23 Cre-

¶ Decisio præsens est in eadem causa, de qua supra decisio 440. sub die 22. Iunij 1623. coram eodem bon. me. Coccino.

DECISIO CCCCXLIV.

IN Ecclesia Cathedrali Cremoneñ adest Cõcordia inita de anno 1575. & per Sedem Apostolicam confirmata inter Episcopum, & Capitulum, in qua disponitur, quod quotiescumque in mẽsibus alternatis ad fauorem Episcopi, vel aliàs quomodolibet ad Capituli electionem, vel prouisionem in alijs mensibus spectantibus vacare contigerit aliqua dignitas, circa quam in fundatione non fuisset data certa forma conferendi, vel etiam Canonicatus, Episcopus vel eius Vicarius intra tres dies à die scientiæ, vel monitionis vacationis, nominare semel tres idoneos posset, quorum vnus à Capitulo intra tres alios dies eligeretur, & Episcopus similiter intra alios tres dies electum ex illis tribus confirmare teneretur, aliàs electio Capituli sine confirmatione valeret. Et si quacumque de causa Episcopus, vel Vicarius nollet, aut non posset, vel recusaret, seu differret

infra tres dies nominare, tunc Capitulũ
per se liberè & absolutè posset eligere,
& sic electum etiam illis (scilicet Episco-
po & Vicario) recusantibus confirmare.
Euenit casus, quod Canonicatus vaca-
uit in mense Nouembris, qui est fixus,&
Illustrissimus Cardinalis vigore sui in-
dulti, & aliàs omni meliori modo ele-
git vnum, Capitulum prætendens esse
factum locum concordiæ, cum Illustrissi-
mus Cardinalis tres minimè nominaue-
rit, elegit alium. Quare vtroque peten-
te nouam prouisionem à Dataria, de
eiusdem ordine dubitaui, cui esset danda
noua prouisio, & causa bis proposita, &
maturè discussa, Domini censuerunt no-
uam prouisionem dandam esse electo à
Capitulo, & sic recedendum à decisione
facta 23. Iunij superioris anni.

Ratio decisionis fuit, quia Canonica-
tus Ecclesiæ Cremoneñ sunt electiui, &
ideo licet Canonicatus, de quo agitur,
vacauerit in mense fixo, tamen cum tàm
regul. 8. quàm indultum remoueat ob-
stacula reseruationum, Capitulum ex
persona Cardinalis gaudet ista remotio-
ne. Ideo cum in isto mense etiam fixo,
stante dicta remotione obstaculi, electio
spectaret ad Capitulum, & Illustrissimus
D. Cardinalis non nominauerit iuxta te-
norem concordiæ, electio & prouisio re-
mansit libera Capitulo, itaut noua pro-
uisio sit danda electo ab ipsomet Capitu-
lo: & idem dicendum esset, si Canoni-
1 catus † essent simultaneæ collationis
prout de iure præsumuntur, nisi adsit cõ-
suetudo in contrarium, *Cassad. decis. 22.
de præbend. & ex infra dicendis apparebit.*
Concordia enim non est restricta ad so-
los menses alternatos, sed se extendit ad
alios menses, *qui aliàs quomodolibet spe-
ctarent ad electionem vel prouisionem Ca-
pituli*, vt ibi legitur ad literam, quę ver-
ba sunt tàm ampla, vt sine violentia †
2 comprehendant omnes menses, qui ex
consortio Episcopi Cardinalis vel aliàs
quomodolibet essent Ordinarij, ac tan-
quam tales caderent sub electione &
prouisione Capituli, *Put. decis. 209. lib. 1.
in nou. & fuit dictum coram me in causa
Plocen. Canonicatus 15. Decemb. 1614.
quæ est decisio 614. n. 2. p. 2. in recent.* Et
prædicta eo magis procedunt, quia con-
stat *de vltimo statu* ad fauorem Capituli
per electionem ab ipso factam in mense
alioquin reseruato de persona Constan-
tij Tassoni ad Canonicatum huius Ec-
clesiæ vacantem per obitum Angeli Oli-
uæ, quæ fuit à Vicario Illustrissimi Car-
dinalis Camporei confirmata, & succes-
siuè, per possessionem pacificam effectua-
3 ta, † qui vltimus status in beneficialibus
attenditur, & per vnicum actum induci-
tur, *cap. cum Ecclesia Sutrina vbi Abb. nu.
23. Rip. n. 91. de caus. possess. & propr.*

Quod autem sublatis reseruationibus
ius eligẽdi haberet Capitulum, satis pa-
tet, quia ad hos Canonicatus, *circum-
scripta Concordia*, eligit Capitulum, &
4 Episcopus confirmat, † & ideo Canoni-
catus appellantur electiui, *Card. in Cle-
men. quia contingit, §. siue versic. vt au-
tem n. 2. in 4. notab. de Religios. dom. Clem.
1. §. hæc nos quæst. 4. de præbend. & cons.
103. n. 6. in fin. & n. 7. vers. at hic Felin.
in c. in nostra n. 26. de rescript. Ripa cons. 8.
n. 2. de rescript. Rot. decis. 1. de elect. in an-
tiq. Germon. de indult. in §. ac beneficia
n. 23. & 24. latè Gonzal. ad reg. 8. glos. 19.
n. 11.* Quod quidem ius eligendi, quod
habet Capitulum, satis probatur *ex lau-
do lato per Ioannem de Lignano vsque de
anno* 1366. in quo fuit dictum, quod Ca-
pitulum & Episcopus tanquam Canoni-
cus eligerent, & infra triduum electus
deberet accedere ad Episcopum vel Vi-
carium, & ab ipsis requirere installatio-
nem, & loco confirmationis, Episcopus
vt Prælatus per se, vel ipso absente per
Vicarium, vel alium auctoritate sua Ca-
nonico sic electo & recepto assignare
5 stallum in choro, † & locum in Capitu-
lo absque edicto teneretur; qui actus ha-
bent vim collationis, *Rot. decis. 16. de
concess. præbend. in nou. Achill. decis. 4. nu.
3. & seqq. de præbend. in nou. Put. de-
cis. 119. & 121. lib. 3. in nou.* Et fuit ad-
ditum in dicto laudo, quod si Episcopus
absque iusta causa prædicta neglexerit,
ipsam installationem, & alia Capitulum
præstare faciat. *Et vlterius dantur* plu-
res electiones Capituli, & confirmatio-
nes Episcoporum ab anno 1407. & vltra
ferè omnes effectum sortitæ: *dantur in-
super* plures litteræ commendatitiæ Ca-
pitulo Cremonensi missæ ad fauorem
certæ personę pro electione facienda, quę
optimè probant Canonicatus esse electi-
6 uos, cum ad hoc probandum † attenda-
tur antiqua consuetudo, *Ioan. Andr. in
addit. ad Specul. tit. de actio & petit. §. su-
per petitionibus ad fin. versic. per literas
quoque* in istis enim consuetudo † ma-
7 gnam vim habet: *Felin. in cap. in no-*

stra,

stra, num.26. versic. & nota diligenter de rescript. vbi reprehendit Calderinum; qui tenet contrarium in cons. 13. de præbend. Germon. de indult. §.ac beneficia, num.31. & propterea parum refert, quod in Concordia de anno 1575. referantur prætensiones vtriusque partis, & super illis fuerit facta concordia, quia prætensio-
8 nes † non tollunt veritatem rei, cum nihil aliud sint quàm velamina defensionum, *l.miles* 11. §.*quod priuilegium vers. non videtur mihi ff.ad l.Iul. de adult.*

Et vltra alias electiones factas à Capitulo placuit Dominis ad propositum nostrum considerare, quod Capitulum de anno 1499. elegit Antonium de Portis præsente Vicario Cardinalis Ascanij Sfortiæ Episcopi Cremonensis, qui dictum electum in possessionem induxit, & iste Cardinalis habebat indultum per hæc verba, *Vt personis tibi gratis, & obsequentibus in gratiarum exhibitione te gratiosum reddere valeas, &c. tibi quoad vixeris solus per te vel alium seu alios, &c. de quibuscumque beneficijs &c. quæ ad collationem, &c. coniunctim vel diuisim, &c. pertinent, &c. quibusuis personis idoneis, quibus tibi videbitur, prouidere ac disponere, ac illa liberè, & licitè conferre possis.* Secunda electio, quam considerarunt, fuit facta de anno 1505. ad fauorem Iacobi Schitij de Archipresbyteratu dictæ ecclesiæ, quæ habuit effectum contra Ioannem Antonium Orpheum à Sede Apostolica prouisum de consensu Cardinalis S. Petri ad Vincula Episcopi Cremonensis, vt constat ex possessione, & ex sententia Rotali tunc lata ab Antonio de Monte ad fauorem dicti Iacobi, & tamen Cardinalis habebat indultum, *vt solus posset conferre,* vt patet ex informatione iuris bon. mem. Angeli Cæsij, qui in dicta causa patrocinabatur. Et licet ista prouisio sit de dignitate, non autem de Canonicatu, multum tamen inferuit ad rem, de qua agitur, propter indultum. Rota enim non se principaliter fundat in ista electione, sed in alijs electionibus Canonicatuum, quæ plures sunt, vt supra dictum est.

Quod verò regula octaua faueat Capi-
9 tulo, satis patet, quia † regula illa non comprehendit Cardinales, vt sunt verba clara, & propterea cum isti Canonicatus sint electiui, itaut circumscripta concordia electio spectet ad Capitulum,
10 confirmatio verò ad Episcopum, & † regula octaua non comprehendat Cardinales, prodest etiam Capitulo ex *text.in l.si communem fundum 10. ff.quemadm. seruit. amitt.* vbi si communem fundum
11 ego, & † pupillus haberemus, licet vterque non vteremur, tamen propter pupillum, & ego viam retineo, *& per istum*
12 *textum ita resoluit Rota, quando prouisio est simultanea, † in causa Hispalen. portionis 19. Ianuarij 1594. coram bon.mem. Card. Pamphilio relata apud Garziam de benef. par. 5. cap.1. num. 35. & in causa Bononien. præbendæ 5. Octobris 1608. coram bon. mem. Card.Sacrato, & in Spoletana Iurispatronatus 26. Iunij 1619. coram eodem,* & latè prosequitur *articulum Gonzal. super regul.8. gloss.24. num.52.& seqq.* & hic repetenda sunt omnia, quæ circa indultum infra dicentur.

Neque est verum, quod regula octaua
13 non comprehendat † electiua, & sic exceptio Cardinalium posita in regula, illis non suffragetur quoad electiua. Nam contrarium apparet ex regulæ verbis expressis, ibi, *ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem,* quæ verba (*ad electionem*) comprehendunt electiua, †
14 prout sunt Canonicatus, de quibus agitur, vt supra dictum est, *Gonzal. gloss.19. n.11.& supra nu.10. dicit quod illa verba ad electionem, fuerunt apposita ad tollendas omnes dubitationes san.mem.Greg.XV. decis.240. n.1. & seqq.*

Nec valet replicatio, quod etsi beneficia electiua comprehendantur sub regula, non tamen sequitur, quod comprehendatur sub relaxatione regulæ ad fauorem Cardinalium illa confirmatio, quã debet facere Episcopus post electionem. Quia contrarium est verum, nam vt dictum est, regula comprehendit etiam electiua. Quare in necessariam conse-
15 quentiam comprehendit † etiam confirmationem Episcopi, cum electio dicatur potentior, quia est principium, & di-
16 citur † potissima pars, *Angel. cons.348. num.3.* & trahit confirmationem *Dec. in c.postquam n.38. in fin. de elect.* & quia per electionem plenum ius acquiritur, † per
17 cõfirmationem verò nihil noui iuris additur, sed tantum exercitium, *Oldrad. cons.146. n.4. Dec. loco allegato, n.18. & in similibus terminis in decisio san.mem. Gregor.140. n.16. & 17.* Vnde sequitur, quod cum regula octaua comprehendat nedũ electionem, sed etiam confirmationem, &

non comprehendat Cardinales, illos nec respectu confirmationis comprehendat, quam facere debent in beneficijs electiuis. Et cessat omnis difficultas, quia regula
18 octaua habet verbum, *ad prouisionem*, † quod est generale, & latissimum continens in se omnes modos, per quos Ecclesia prouidetur scilicet, *nominationē, postulationem, confirmationem, institutionem, & collationem, glos. in clem.* 1. *fin. in verb. prouisioni de elect. c. vt circa, in fin. & ibi glos. in verb. prouisionem, de elect. in 6. cum alijs per Gonzal. ad regul. 8. glos.* 11. *nu.* 1. tollitur omnis amaritudo stantibus alijs verbis, *& quamuis aliam di-*
19 *spositionem*, quæ † sunt latissima, & comprehendunt omnem modum prouidendi, *Gonzal. glos.* 20. *n.* 1. *& per tot.* Quare si regula octaua comprehendit electionē Capituli, & confirmationem Episcopi, ita respectu Cardinalis vtrumque relaxat. Neque contrarium dicit prædicta *decisio san. mem. Gregor.* 240. *n.* 10. † *& seq.* quia
20 solum confirmat, quod regula octaua nō comprehendit quoad beneficia electiua solam confirmationem, quam facere deberet Episcopus, sed totalem etiam dispositionem ponderando verba, *vt pauperibus clericis prouidere valeas*, quod est verum, sed non officit in casu isto, quia conceditur, quod regula † octaua capiat
21 nedum electionem, sed etiam confirmationem, non tamen in præiudicium Cardinalium.

Minus etiam facit, quod Cardinalis Episcopus potest dicere, se nolle vti beneficio regulæ octauæ, quia responderi potest, quod cum regula octaua in verbis non comprehendat Cardinales, si
22 hoc faceret, † esset ad æmulationem Capituli, quod non licet, vt in simili *Grat. cons.* 113. *n.* 23. *lib.* 1. & cessat obiectum, quia cum regula ab initio non cōprehendat Cardinales, & sic ab initio fuerit acquisitum ius Capitulo, Cardinalis saltem causatiuè potest cogi stare dispositioni iuris communis, ex quo sub regula octaua non comprehenditur, *benè ad propositum Signorol. cons.* 42. *nu.* 2. *vbi*
23 *quod † creditor saltem causatiuè compellitur accipere creditum à debitore oblatum, vt debitor obtineat absolutionem, & liberationem*. Et in omnem euentum si Cardinalis, nollet vti beneficio regulæ octauæ, deberet vti beneficio indulti, quod pariter remouet obstaculum, & suffragatur Capitulo, vt statim dicetur.

Quod verò etiam indultum faueat Capitulo, satis patet, quia cum Canonicatus sint electiui, indultum concessum Illustrissimo Cardinali suffragatur etiam Capitulo, cum indulta concessa Ordina-
24 rijs † nihil tribuant, sed solum remoueāt obstacula reseruationum, *Cassad. decis.* 3. *n.* 2. *& decis.* 4. *n.* 2. *de priuil. Put. dec.* 200. *n.* 2. *lib.* 1. *in nou. & decis.* 93. *nu.* 3. *lib.* 3. *& passim Rota hanc conclusionem sequitur etiā in modernis indultis, vt in decisionibus allegatis per Gonzal. glos.* 24. *nu.* 25. & propterea cum dicta indulta cōcessa Ordinarijs remoueant tantum obstacula reseruationum, quamuis Capitulum in indulto non sit nominatum, illi tamen suffragatur indultum, † cum hoc ratio con-
25 nexionis suadeat *l.* 1. *C. de diuers. rescript.* quæ connexio manifesta est in casu isto, quia dari non potest confirmatio † nisi
26 detur electio, quæ eam præcedat, vt optimè ad propositū & plura adducit *Abb. in c. quia in tantum nu.* 4. *de præbend.* vbi ait in fortioribus, quod licet dispensatio contra ius sit strictè intelligenda, exten-
27 ditur † tamen ad necessaria consecutiua ex eo, super quo fuit dispensatum, *& benè Felin. in c. postulasti, n.* 10. *de rescript.*
28 quod de plano hic videtur procedere, cum agatur de † indulto, quod remouet obstacula reseruationum, & reducit prouisionem ad viam iuris, & supra dictum est, propterea latè est interpretandum. Quodque † ratione connexionis fiat ex-
29 tensio de vna persona ad aliam *probat textus in cap. penult. de appellat.* & sæpè contingit quod consequatur aliquis ex
30 persona aliena, quod non consequatur ex sua *l. Aristot. in fin. ff. quæ res pign. oblig. poss. & infinita exempla tradit Ias. in l. emancipati n.* 5. *& seqq. C. de collat. & magis in terminis optimè conferunt notata per Gemin. in c. cum in illis, §. cum autem n.* 3. *de præbend. in* 6. vbi ait quod actus confirmationis, vel institutionis necessariò præsupponunt actum electionis, &
31 præsentationis † adeo vt propter connexionem dispositum in vno trahatur ad aliud, & subdit, quod qui partem rei tangit, totam rem videtur tetigisse, & per istas rationes in nostris terminis, quod
32 indultum † concessum Ordinario, qui habet confirmationem, suffragetur etiam Capitulo, ad quod spectat electio, dicit *Alben. cons.* 183. *nu.* 8. *& seq. & in puncto est decisio Put.* 190. *n.* 1. *lib.* 3. *in nou. quæ dicit indulta prædicta comprehendere electi-*

ua

ua propter verba, ad collationem, prouisionem, &c. & quamlibet aliam similem vel dissimilem dispositionem, maximè si adsunt verba, prout in casu isto, & ad illa consueuerunt qui per electionem assumi, & illam comprehensionem præiudicare Papæ, non autem illis, qui habent ius eligendi.

Neque obstat, quod prædicta videantur regulariter vera, sed non constat, quod indulta de quibus loquuntur decisiones prædictæ, habeant clausulas, quas habet indultum, de quo agitur, & propterea prædicta non officiant, quia stant simul, quod illa benè procedant, & quod tamē indultum in casu isto habeat clau-
33 sulas, per quas Papa † aliquid vlterius concedat quam remotionem obstaculi, vt per *Cassad. d. decis. 3. in fin. de priuileg.* Nam fuit responsum, quod omnia indulta concessa † Ordinarijs reincidunt in
34 idem, vt supra dictum est de indulto cōcesso Ascanio Card. Sfortiæ Episcopo Cremonensi de anno 1492. & de alio concesso Cardinali S. Petri ad Vincula Episcopo pariter Cremoneñ, & constat ex duobus alijs indultis concessis duobus Archiepiscopis Toletanis Siliceo, & Quiroghæ de annis 1555. & 1579. & ex modernioribus cōcessis Cardinali Taurineñ de anno 1586. & Card. de Castro de eodē anno, super quo emanauit decisio Hispaleñ supra relata coram bo. me. Card. Pāphilio, & etiā ex alijs indultis cōcessis, bo. me. Card. S. Cęcilię, Illustriss. D. Card. Lenio Episc. Ferrarieñ, & Illustiss. Card. Estieñsi Episc. Regieñ, *vt in copijs, quæ fuerunt datæ.* Et in omnē euentū fuit formiter responsum clausulas indulti Illustriss. Card. Camporei non suffragari ad exclusionem Capituli. Et vt res clarius pateat, hic ponenda sunt verba indulti, quæ faciunt ad rem nostram, quæ ita se habent.

Dignum quin potius debitum reputamus ea tibi fauorabiliter cōcedere, per quæ sublatis impedimentis quibuslibet possis de beneficijs Ecclesiasticis tuæ dispositioni cōmissis, personis idoneis, & aliàs tibi gratis & acceptis prouidere. Motu proprio, &c. Tibi vt quoad vixeris solus per te ipsum vel alium seu alios, &c. quæcumque beneficia cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumuis ordinum Regularium ad tuam etiam cum alio vel alijs collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam similem vel dissimilem prouisionem, tàm ratione S. Thom. &c. quā Cremonen. Ecclesiæ, &c. etiāsi secularia, Canonicatus, præbendæ, dignitates, &c. non tamen maiores, &c. Ac beneficia huiusmodi ad quæ consueuerunt qui per electionem assumi, eisque cura etiam iurisdictionalis immineat animarum, ac beneficia huiusmodi ratione mensium Apostolicorum, seu etiam ex quo illa obtinentes aliquorum Romanorum Pōtificum prædecessorum nostrorum familiares, &c. Seu ex quauis alia causa dispositioni Apostolicæ specialiter, &c. vel alias præterquam ratione veræ, & actualis familiaritatis, &c. erunt generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione affecta existant seu fuerint, quæ extra dictā curā, &c. vacare contigerit, quibusuis personis idoneis quibus, tibi videbitur cū omnibus iuribus, & pertinētijs suis, &c. conferre, & de illis etiā prouidere, aliasq; disponere, & etiā Monasteria, Prioratus, &c. commendare, cæteraque super his necessaria, & opportuna facere, & exequi liberè & licitè valeas in omnibus, & per omnia auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali dono gratiæ indulgemus. Et infine indulti habetur. *Volumus autem vt ij. quibus generaliter beneficia reseruata, vel effecta huiusmodi, quorum fructus, &c. viginti quatuor ducatorum auri de Camera, &c. valorem annuum nō excedunt, vigore præsentium per te vel alium contuleris, ac etiā ij, quibus beneficia ipsa Regularia commendaueris, infra quatuor menses si citra, si vero vltra montes, collationes, seu Commendæ ipsæ fiant intra octo menses, &c. nouas prouisiones seu Commendas à Sede Apostolica impetrare, &c. Ac iura omnia Cameræ persoluere teneantur.*

Inspecto tenore huius indulti, & singulis eius partibus consideratis, nihil in eo continetur, aut fuit additum, per quod Papa vltra remotionem obstaculi aliquid voluerit concedere, itaut censeatur illatum præiudicium Capitulo. Nam etsi in proœmio dicatur *Sublatis impedimētis quibuslibet possis de beneficijs Ecclesiasticis tuæ dispositioni commissis, personis idoneis, & aliàs tibi gratis, & acceptis prouidere, &c.* quæ verba, *gratis & acceptis*, etiam habentur in indultis Ascanij Sfortiæ, Silicei, Lenij & Estensis; tamen non important liberam collationem, sed secundum subiectam materiam, vt statim dicetur in explicatione verborum. *Quibusuis personis.* Vltra quod ista sunt ver-
35 ba proœmij, quæ non † faciūt ius sed ius facit id, quod ipsum proœmiū subsequitur, *vt bene per Bald. cons. 49. n. 4. vers. ad-*

de

*de quod præmium lib.3.*vbi quòd licet sta-
tutum dicat,quòd vsurarij faciunt instru-
menta de duplo eius, quod soluunt, ideo
statuimus, quod detur executio solum
pro summa verè soluta, statutum non
propterea probat, quod sola medietas sit
36 soluta, ea ratione, † quia non attendi-
tur proœmiũ, sed quod ad ipsum proœ-
mium sequitur.

Aut verò ponderantur verba, *solus per
te ipsum* & ista verba sunt intelligẽda re-
spectu Papæ, non autem ad exclusionem
Capituli, ad quod spectat electio, quia
37 beneficia electiua † comprehenduntur
sub indulto in præiudicium Papæ, non au-
tem in præiudicium Capituli, vt in termi-
nis censuerunt maiores nostri apud *Put.
decis.190. nu.2.lib.3.& decis.16.de priuil.
Achil.decis.10. de priuileg.Germon.in §.ac
beneficia, n.31.& 32.vers.his ita peractis,
& n.39.*& in terminis huius Ecclesię *fuit
resolutum in causa Cremonen. Cantoriæ 7.
Maij 1557.coram Iunio, vbi Rota simpli-
citer resoluit, quod Cantoria Cremonen.
comprehendebatur sub indulto Cardinalis
Episcopi,& in eadẽ causa 22. Maij 1551.
coram Paleotto, quæ est decisio 535. lib.3.
par.3.* quæ licet loquantur de Cantoria,
benè tamen applicantur ad Canonica-
tus electiuos, & sic ad casum nostrum ex
38 identitate rationis,† cum dignitates se-
cundum magis communem opinionem
ad electionem Capituli & confirmationẽ
Episcopi spectent, *Oldrad.cons.146.nu.2.
Franch. in cap.deliberationi n.1. de off. le-
gat.* & prædicta comprobantur optima
ratione,quia dictio, *solus*, non semper ex-
39 cludit, † immò includit quod est sibi
connexum. Vnde per hæc verba, *solus
40 Episcopus*, † non excluditur Capitulum,
vt probat *Bald. in l.1.n.4.& ibi Ias. n.7.
C.de bon.possess.contr. tabul.* hinc videmus
41 quod licet Papa dicat *solus † Episcopus
possit degradare*, non tamen excludit Ca-
pitulum cõcurrens in degradatione, *c.1.
in fin.de hæretic. in 6. vbi gloss.in verb.so-
lus, Monach. n.1. Archidiac.n.1. Io. Andr.
in princ. & Franch. in fin. & hoc videtur
procedere in omni materia, vt per glos. in
cap. Episcopus sine consilio Clericorum di-
stin. 24. vbi benè Gemin. num.3. & Alex.
de Næu. num. 4. qui dicunt quod † si adsit
42 statutum, vt solus Episcopus confirmet, in-
telligitur Episcopus, & Capitulum.*

Aut verò ponderantur verba, *ad quæ
consueuerunt per electionem assumi*, & ista
43 verba sunt † intelligenda, vt dictum
est, sine præiudicio iurium Capituli, vt
in puncto considerauit *Rota apud Put. d.
decis. 190. num. 1. lib. 3.* & huiusmodi
verba fuerunt appotita ad cautelam, quia
licet beneficia electiua comprehende-
44 rentur † sub verbis, *ad collationem, pro-
uisionem, & quamlibet aliam similem vel
dissimilem dispositionem, Germon. de in-
dult. §. ac beneficia, num 31. & 32. &
45 39.* tamen † quia sunt speciali nota di-
gna, *Verall. decis. 41. num. 1. par. 3.&
Card. in clem. quia contingit.§.vt autem
num.2.de Religios.dom.Felin.in cap. in no-
stra num. 26. in 31. corollar. & in 32. de
rescript.* Verba prædicta fuerunt apposita
ad tollendas omnes difficultates, *Put.
d. decis. 190. n. 2. & decis. 16. de priuil.*

Aut considerantur verba, *Quibusuis
personis idoneis, quibus tibi videbitur*, &
nihil faciunt. Pro resolutione huius ar-
ticuli duo sunt præmittenda. Primò quod
Papa dat facultatem Cardinali conferẽ-
di, prouidendi, aliasque disponendi de
beneficijs ad suam, scilicet, Cardinalis
cum alio vel alijs collationem, prouisio-
nem, præsentationem, seu quamuis aliã
similem vel dissimilem dispositionem.
Et sic dum dicitur, *ad tuam cum alio vel
alijs collationem*, denotatur assignatio be-
neficij Ecclesiastici, quam Prælatus facit
46 alicui de aliquo beneficio vacante, †
quæ propriè dicitur translatio seu libera
iuris concessio, *Abb. in cap. auctoritate,
num. 9. de institut. Doct.in cap.cum in il-
lis §.1. & præcipuè Gemin. de præb. in 6.
Gonzal. ad reg. 8. glos. 16. num. 8.* Dum
verò in eodem indulto dicitur, *prouisio-
nem*, Papa denotat, vt modò dictum est,
omnes modos per quod Ecclesiæ proui-
detur, scilicet, nominationem, con-
firmationem, institutionem, & colla-
47 tionem, † quia istud verbum est genera-
le & latissimum, *Glos. in verb. prouisioni.
in clement. fin. de elect. cap. vt circa, in
princ. & ibi glos. in verb. prouisionem. de
elect. in 6. cum alijs per Gonzal. glos. 17.
num.1.* dum verò dicitur, *ad præsentatio-
48 nem*, comprehendit omnia † beneficia
iurispatronatus, quæ cadunt sub reser-
uatione, vt per *Gonzal. glos. 18. num.
1.& seqq.*& denique dum dicitur *& qua-
muis aliam similem, vel dissimilem dispo-
sitionem*, includitur omnis prouidẽdi mo-
49 dus, cum verbum habeat † latissimam si-
gnificationem, *Gonzal. vbi supra glos. 20.*

Secundò præmittendũ venit, quod dũ
Papa in indulto dat facultatem confe-
rendi,

rendi, prouidendi, aliasque disponendi. Ista verba sunt referenda ad alia ibi, *ad tuam cum alio vel alijs collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositio-*
50 *nem*, ita † vt singula singulis sint referenda, *l. quoties C. famil. ercisc. Aym. cons.* 870. *num.* 8. *Surd. cons.* 43. *num.* 62. *lib.* 3. adeo vt verbum, *disponere*, propriè referatur ad beneficia, quæ spectant ad dispositionem Episcopi, quod verbum,
51 vt supra dixi, † amplissimum est, aptũ comprehendere omnes prouidendi modos de beneficio *c.* 2. *de præben. in* 6. & in specie *confirmationem*, quæ tribuit electo facultatem administrandi *c. transmissum*, *& cap. qualiter de elect.* & sic istud verbum propriè adaptatur, quando Capitulum eligit, & Episcopus confirmat:
52 † illa enim cõfirmatio dicitur dispositio Episcopi, vt per dictas rationes in puncto concludit, *Rip. cons.* 8. *num.* 1. *&* 2. *vers. nec obstat. de rescript. Vbi solum hoc negat in indulto concesso alteri quàm Ordinario,*
53 *& mouetur*, † *quia beneficia electiua sunt speciali nota digna*, *Put. decis.* 190. *lib.* 3. & supra dictum est.

His duobus prænotatis, non obstant illa verba, *Quibusuis personis idoneis, quibus tibi videbitur*, nam, vt dixi, singula singulis referri debent, & propterea Cardinalis potest etiam confirmare
54 electionem. Vnde verbũ, † *videbitur*, non importat liberam voluntatem, itaut Cardinalis possit conferre personis sibi beneuisis, sed importat *arbitrium boni viri*, *Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur num.* 1. itaut tanquam
55 bonus † vir prouidere debeat, *Bart. ibid. num.* 7. Scilicet in hoc casu, si persona electa à Capitulo est idonea, tanquam probus vir debet illi prouidere confirmando electionem. Et hinc remanet etiã
56 † firma responsio ad verba procemij, de quibus supra dictum est, *Vt sublatis impedimentis possis de beneficijs tuæ dispositioni commissis personis idoneis, & alias tibi gratis & acceptis prouidere*, quia nõ propterea sequitur, quod liberè possit prouidere. Illud enim verbum, *liberè*, non refertur ad prouisionem, vt statim dicam, sed prouidere personis idoneis, & alias gratis & acceptis, ad electionem
57 Capituli, quando electio spectat ad ipsum, *arbitrio tamen boni viri* vt interpretatur dispositiua de iure, prœmium enim non facit ius, sed consequens ad prooemium *Bald. d. cons.* 449. *numer.* 4. *lib.* 3.

Aut ponderantur verba indulti, ibi, *ratione mensium Apostolicorum reseruata conferre possis, &c.* Quæ verba, vt prætenditur, non leguntur in alijs indultis, & tamen non est simpliciter verum, quia leguntur etiam in alijs, licet fortè non in omnibus, & non alterant indultum,
58 † itaut aliquid de nouo concedant, sed præseruant tantum collatoribus ius primæuum, *Rota in Cremonen. Cantoriæ* 22. *Maij* 1559. *coram Paleotto, quæ est decis.* 537. *nu.* 7. *&* 8. *lib.* 3. *p.* 3. & meritò hoc ibi firmatur, quia ista verba vel apponun-
59 tur † ex abundanti, & non alterant indultum, *l. testamentum, C. de testament. Roman. cons.* 343. *num.* 7. *plenè Gonzal. super reg.* 8. *glos.* 6. *num.* 26. *& seqq.* qui alios concordantes allegat, vel verius fuerunt apposita ad euitandum præiudicium Cancellariæ, quia, vt supra relatum fuit *in* §. *volumus*, dicitur quod qui prouisi fuerint de beneficij reseruatis vel affectis huiusmodi teneantur expedire litteras Romæ. Vnde si supra non fuisset facta mentio de reseruatis vigore regulæ 8. quoad ista beneficia expeditio non debuisset Romæ fieri, quia cum Cardinales non comprehendantur sub dicta regula, omnes menses dicuntur ordinarij, & sic dictum decretum nunquam haberet locum in electione facta per obitum ratione mensis, ex quo resultaret præiudicium Cancellariæ, quod secus est cum fuerit habita mentio, & indultum
60 loquatur per dictionem, † *huiusmodi*, quæ est repetitiua præcedentium cum omnibus qualitatibus suis, *Glos. in cap. Abbatem de elect. in* 6. *Paris. cons.* 53. *num.* 32. *lib.* 3. *& cons.* 40. *num.* 8. *lib.* 4. Et potest etiam considerari, quod appositio dictorum verborum non videatur superflua, cum esse posset, quod aliquis Pontifex non vellet excludere Cardinales à
61 reseruatione regulæ 8. & sufficit † ista possibilitas ad excludendum dictorum verborum superfluitatem.

Aut denique ponderatur verbum, *liberè*, & non obstat, quia hoc verbum non refertur ad collationem, nam si diceret indultum, *liberè conferre possis*, hoc casu videretur extraordinarium, & censeretur data libera facultas conferendi absque Capituli electione, quia si Capi-
62 tulũ † eligeret, prouisio Cardinalis non esset libera, vt benè considerat *Germon. in.*

in §. ac beneficia, num. 35. & seqq. Sed illa dictio, *liberè* refertur ad ea verba *sic alia facere possis*, consecutiua ad collationem perindè, ac si reseruationes non emanassent. Quare indultum non disponit, quòd liberè scilicet simpliciter possit conferre, sed disponit quod liberè possit facere, scilicet consecutiuè de electionem, vel liberè conferre non obstanti-
63 bus reseruationibus † non autem liberè, vt tollat ius Capituli, & sic electionem, vt in puncto *Cassad. decis. 3. num. 3. vers. non obstat verbum, liberè, de priuileg.*

Neque obstat, quod Cardinalis prouiderit *vigore indulti, & aliàs omni meliori modo*, quia cum indultum tollat obstacula reseruationum, semper cense-
64 tur prouidere † auctoritate ordinaria, non autem vigore indulti *Cassad. decis. 8. num. 6. & 10. de præbend.* etiamsi dixerit, se prouidere vigore indulti, *Paris. cons. 42. num. 5. vol. 4. & latè Gonzal. Ad regul. 8. gloss. 24. num. 68. & fuit resolutum in causa Reatina Præpositura 23. Ianuarij 1615. coram. me.*

Ex quibus resolutum *dandam esse nouam prouisionem Beuilacquæ electo à Capitulo*, & sic recedendum ab alia decisione, quia, & regula octaua, quæ non comprehendit Cardinales, & ipsum indultum suffragatur Capitulo, quando Canonicatus sunt simultaneæ collationis vel electiui, prout in hac eadem Rota, quod regula & indultum suffragetur Capitulo, quando Canonicatus sunt simultaneæ collationis vel electiui, prout in hac eadem Rota, quod regula & indultũ suffragetur Capitulo, quando Canonicatus sunt simulteneæ vel electiui dixit Rota in causa *Ferrarien. Canonic. coram R.P.D. meo Remboldo*, & quod etiam indultum suffragetur Capitulo, quando Canonicatus sunt reseruati aliàs quàm ratione mensis, & Canonicatus sunt simultaneæ, vel electiui fuit resolutum in hac eadem Rota *corã R.P.D. meo Pirouano*, quæ tres causæ ex industria de ordine Rotæ simul propositæ fuerunt, vt totius Tribunalis sentẽtia haberetur vnanimis.

¶ *Super hac eadem concordia Ecclesiæ Cathedralis Cremonen. inita inter Episcopum, & Capitulum, dum in ea disponitur, quod Episcopus solum tres Cremonenses, & vnũ forensem nominare possit, fuit dubitatum an nominati debeant esse quatuor, vel tres solum, itaut in illis tribus computetur etiam forensis videatur in causa Cremonen. Canonicatus 3. Iunij 1633. coram Reuerendiss. Patriarcha Panzirolo, & melius 2. Iunij 1634. coram eodem.*

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Barchinonen. Vicariæ.

Die Veneris 17. Maij 1624.

DECISIO CCCCXLV.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 115.

¶ Decisio ista est in eadem causa, de qua supra decisio 441. die 9. Februarij 1624. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, quæ decisiones postea fuerunt à Rota canonizatæ tanquam plenæ, & elegantes sub die 2. Decemb. 1624. coram bon. mem. Vbaldo.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cauen. Limitum Parochialium.

Die Mercurij 29. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Materia probationis confinium, cum sit res difficilis probatu, ideo leuiores sufficiunt probationes. Testes illi, qui magis distinctè deponunt, preferuntur alijs. Ad fauorem rei, vt pronuncietur, sufficit quod materia sit dubia.

SVMMARIVM.

1 *De Confinibus probandis, quando agitur, leuiores probationes sufficiunt.*
2 *Testibus, qui confusè deponunt, standum non est.*
3 *Testis inuerisimilia, & de auditu si deponat, non probat.*
4 *Testibus illis in cuncursu standum est, qui distinctè deponunt, reiectis illis, qui vitio confusionis laborant.*
5 *Articulans non fatetur.*
6 *Testes nulliter examinati, nullatenus probant.*
7 *Ad Rei, & possessoris fauorem, vt pronuncietur sufficit, quod materia sit dubia.*

Actor

8 *Actor tenetur plenè, & concludenter probare intentionem suam.*

¶ Decisio præsens est in eadem causa de qua supra decisio 433. sub die 14. Iunij 1622. coram bon. mem. Coccino, & pariter in eadem causa adest infra part. 7. alia decisio sub die 25. Iunij 1635. corā bon. mem. Buccabella, est in ordine 63.

DECISIO CCCCXLVI.

PLacuit Dominis limites Parochiales Sancti Saluatoris extendi iuxta depositionem octo testium, qui fuerunt dati pro illius parte Dicunt enim, limites incipere à loco detto la Lauinella, seu Pozzo del Capo, ac per Vallonem, & viam Fretij descendere propè mænia Gasparis Tagliaferri, & Angressani vsque ad domum Ioannis Matthæi de Adinulfo, & illinc recta linea protrahi ante domus quorundam de Iuuenibus, vsque ad viam Regiam Sancti Sebastiani, & dicti testes deponunt de pluribus actibus Parochialibus, tàm de visu, quàm de auditu ab eorum antecessoribus, quæ probatio visa fuit sufficiens, cum materia contentur leuioribus etiam probatio-
1 nibus. Agitur enim † de proban. confinibus inter Ecclesias, *cap. causam quæ*, vbi *Felin. num.* 12. & alij de probat. *Gloss. in cap. si Papa verb. probatam. de priuil. in 6. Dec. cons.* 42. *num.* 10. *Paris. cons.* 104. *num.* 24. *lib.* 1. & fuit resolutum *in causa Barchinon. Confinium* 19. *Ianuarij* 1607. *coram. bon. mem. Card. Sacrato.*

Non obstat, quod Parochialis Sancti Archangeli videatur probare contrariū ex quinque testibus concluden. Caput distinctionis limitum incipere alla Lauinella, & deindè descendere per Vallonum vsque ad locum vbi dicitur la Croce strada, & ad Arcam publicam, vbi diuiditur territorium Cauæ, & territorium Nuceriæ, quia magis standum est alijs testibus. Cum primus ex istis de †
2 scientia confusè deponat, non distinguendo limites, cum multæ sint viæ delineatæ, quæ possunt tendere ad locum vbi diuiduntur illa duo territoria. Secundus testis deponit de auditu descendendo ad viam Crucis, & videtur excludere partem versus Ecclesiam Sancti Martini, quod est Inuerisimile, & vltra †
3 assertionem de auditu eadem etiam confusione laborat. Tertius autem testis ab eadem Crucis via ad diuisionem duorum territoriorum nihil distinguit. Quartus pariter descendit ad viam Crucis, sed includit Ecclesiam Sancti Martini, quod est pariter inuerisimile. Quintus tandem deponit de auditu includendo similiter Ecclesiam Sancti Martini, absque limitum distinctione. Quare in concursu, †
4 vt dictum est, standum videtur testibus Sancti Saluatoris magis distinctè deponentibus *Gabr. concl.* 4. *num.* 7. *de testib. sanct. mem. Greg. XV. decis.* 449. *num.* 8.

Non obstat, quod de anno 1592. Ecclesia Sancti Saluatoris dederit articulū, in quo articulatum non fuit totum territorium, sed sola pars illius includendo domum Annibalis Gagliardi. Huic enim
5 motiuo fuit responsum, † quod articulans non fatetur. *Lanfranc. in cap. quoniam contra in princ. num.* 34. *de probat.* Nec potest fieri vis in testibus super dicto articulo examinatis, quia iam in alia po-
6 sitione † tanquam nulliter examinati de consensu partium fuerunt reiecti. Secundò fuit responsum, quod prædicta Domus Annibalis Gagliardi erat in controuersia, vt probatur, ex quo in 6. & 7. articulo ponitur domos illorum de Iuuenibus esse infra fines Parochiæ Sancti Saluatoris, quæ tamen sunt extra fines, vt ex planta videre est. Tertiò respondetur, quod limites in dicto articulo nō sunt restricti ad locum Crucis viæ, sed eodem articulo additur, & à dicta Crucis via descendere ad Burgos Ciuitatis, & sic non possunt ex dicto articulo restringi limites ad dictam viam.

Tandem fuit dictum, quod cum Rota
8 resoluierit 14. Martij 1622. † dandum esse mādatum de manutenendo Ecclesiæ Sancti Saluatoris, sufficit, quod materia sit dubia, vt pronunciandum sit ad fauo-
8 rem Rei, & possessoris, † quia actor tenetur plenè, & concludenter probare intentionem suam, *l. qui accusare. C. de eden.*

Et ita conclusum, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sabineñ Alluuionis.

Die Veneris 24. *Maij.* 1624.

ARGVMENTVM.

Ciuitas, Communitas, vel alius locus, si

ex causa remunerationis donet, an sint necessariæ solemnitates, de quibus in l. fin. C. de vend. reb. Ciuitat. & quæ sint dictæ solemitates, & plura circa hanc materiam traduntur. Vniuersitas quando facit aliquem actum valdè ponderosum, veluti si aliquid alienet, vel quid simile faciat, tunc nomina congregatorum debent redigi in scriptis.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, quando donat, an sint seruandæ solemnitates requisitæ in alienationibus, quæ fiunt per Ciuitates.*

2 *Primò, quod interueniat maior pars Ciuium.*

3 *Secundò, quod iurent talem alienationem esse vtilem Ciuitati.*

4 *Tertio, quod Iudex causa cognita interponat decretum.*

5 *Quartò, quod alienanda subhastentur.*

6 *Ciuitas in omni contractu debet seruare disposita in l. fin. C. de vedit. re. Ciuit. lib. 11. quando scilicet eius bona alienantur.*

7 *Ciuitas tunc in alienatione debet seruare disposita in l. fin. C. de vendit. re. Ciuit. lib. 11. quando venduntur res, quæ sunt Aedificia, Plateæ, Theatra, Pontes, Fontes, & similia.*

8 *Secus verò in rebus publicis in vsum priuatum destinatis, vt sunt pascua, domus, Molendina, & similia.*

9 *L. fin. C. de vendit. re. Ciuit. lib. 11. habet locum in omni alienatione saltem simili.*

10 *L. fin. C. de vendit. re. Ciuit lib. 1. locum habet, quando Ciuitas vendit, non autem, quande facit aliquem contractũ vbi non interuenit pecunia, prout est donatio.*

11 *Procurator sine speciali mandato donare nequit.*

12 *Vniuersitas dum alienat bona, nomina congregatorum debent describi.*

13 *Et licet in hoc variæ sint opiniones, attamen in actibus valde ponderosis, prout est, quando alienantur stabilia, requiritur talis descriptio.*

14 *Cessio iurium, aut eorumdem donatio an veniat appellatione mobilium.*

16 *Nullitas aliqua, vt dicatur per ratificationem sublata, quid requiratur.*

17 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter.*

18 *Ciuitas, quando sumus in voluntaria, & absoluta donatione, domina non est, & donare nequit.*

19 *Ciuitas, cum causa donare potest.*

20 *Vniuersitati, seu Ciuitati ex causa meritorum donare permissum est.*

21 *Ciuitas licèt ex causa danare possit, tamen vt valeat donatio, quid requiratur.*

22 *Donatio facta per Ciuitatem, quando ipso iure sit nulla.*

23 *Donare, quando quis est probibitus, licèt ob benemerita donare possit, tamen benemerita aliunde, quàm per eius assertionem probari debent.*

24 *Ex Scripturæ lectura bene colligitur negatiua, an aliquid in ea deficiat.*

25 *Decretum Iudicis est necessariũ in donationibus minorum etiam ex causa remunerationis.*

26 *Communitas diuerso iure censeri non debet, quàm sit minor.*

27 *Communitas, quando donat etiam ex causa remunerationis, requiritur decretum Iudicis.*

28 *Iuramentum an sit valens supplere decretum Iudicis, tutoris, curatoris, ac cuiuscumque alterius auctoritatis, &c.*

29 *Peæsentia Iudicis, vt suppleat defectum Decreti riquisiti in aliquo contractu quid requiratur.*

30 *Iuramentum non potest supplere defectum decreti Iudicis, quando cautum est, vt vtrumque copulatiuè interueniat.*

32 *L. fin. C. de vend. rer. Ciuit. lib. 11. an habeat locum in donatione remuneratoria indecisum est.*

33 *Procurator sine speciali mandato si iuret, nihil operatur tale iuramentum.*

34 *Donatio si sit reciproca, & ob causam, & maxime si id, quod donatur est incertum, tunc in ea non requiruntur solemnitates.*

35 *Insinuatio in donatione requiritur.*

36 *Donatio, quando est ob causam, vel in est intertum, tunc insinuatio non est necessaria.*

37 *Communitas, quando celebrat aliquem contractum etiam ex iusta causa, an requiratur decretum Iudicis.*

38 *In Transactionibus minorum, licèt soleant fieri de re incerta, & dubia, & litigiosa, nihilominus requiritur decretum Iudicis.*

39 *De Nullitate contractus tertius dare nequit.*

40 *Donatio, quando dicatur habere implicitum statum validitatis.*

41 *Donatio facta per Communitatem ex causa meritorum, statur assertioni Decuriorum Communitatis, donec contrarium probetur.*

42 De

¶ Præsens hæc decisio allegatur supra in decisione 292. quæ est in eadem causa sub die 21. Maij 1629. coram eodem bon mem. Pirouano.

DECISIO CCCCXLVII.

IN disputatione diei 19. Ianuar. præteriti dum controuerteretur. An insula spectaret ad Illustrissimum D. Cardinalem, firmatum in primis fuit Insulã siue Scapiam, de qua agitur, esse distinctam à Iuuo Veteri, & quoad alia mandarunt, vt videretur de validitate donationum, & quid contineant, donationes autem cum emanassent à Communitate Gallesij, & à particularibus Dominis terrarum, de prima hodie fuit actum, quã Domini censuerunt esse inualidam.

1 Et quamuis, non † essent concordens quoad solemnitates requisitas *per l. fin. C. de vend. Reb. ciuit. lib.* 11. an essent adhiben. in supradicta donatione, quæ sunt, †
2 vt interueniant maior pars eorum, qui in loco, & super finibus bona possident,
3 secundò, quod ij curent accedere, quod
4 talis alienatio sit vtilis Ciuitati, tertiò, † quod Iudex causa cognita suum interpo-
5 nat decretum, quartò † quod bona alienanda subhastentur, prout prædicta omnia adnotarunt, *Luc. de Penna, & Io. de Platea in auth. fin.* alij enim indistinctè affirmatiuam tenuerunt † seruan. esse
6 in quocunque contractu, & casu per quẽ bona vniuersitatis alienãtur sequen. *Calcan. cons. 49. in fin. Bald. cons. 400. lib. 4. & in l. in princ. ff. de mag. conuen. & in l. Ciuitas in fine ff. si cert. pet. Corn. cons. 284. num. 10. vol. 4. Capic. decis. 93. n. 2. Roland. cons. 90. num. 23. lib. 1. quos refert, & sequitur Surd. cons. 28. num. 81. & seq. lib. 1.* quibus addi potest *Ioseph. Ludou. decis. Perus. 93. num. 38. par. 2. & Nicolaus Losius de vniuers. par. 3. cap. 5. num. 13.* Alij verò eandem opinionem affirmatiuam sequuti sunt, sed cum distinctione, vt requisita *d. l. fin.* sint necessaria, quando venduntur res vniuersitatum, † quæ sint iuris publici ad vsum 7
publicum destinatæ, vt sunt edificia, Plateæ, Theatra, Pontes, fontes, & similia, secus verò in rebus † publicis ad 8
vsum priuatorum destinatis, prout sunt pascua, domus aratoriç Molendina, & similia, inherendo rationibus, de quibus per *Bald. in rubr. C. de contr. empt. in 3. quæst. num. 4. & 5. lib. 5.* nec Capic. dissentit ab opinione *Bald. dum in dicta decis. 93. num. 3.* dicit dispositionem *d. l.*
9 *fin.* vendicare sibi † locum in omni alienatione saltem simili, & magis dispositionem *d. l. fin.* restringant. *Alex. in l. si tibi 38. §. Diui seuerus num. 22. ff. de leg. 1. & Ruin. cons. 125. num. 18. vol. 1.* dum volunt obseruari, vbi agitur de ven-
10 ditione, non autem † in alio contractu, vbi non interuenit pretium, prout in donatione per *text. in l. vltim. C. de præd. Decur. sine decr. non alienan.* vbi *Bart.* hoc ipsum admisit cum expositione rationis traditæ in contextu *d. l. vlt.*

Attamen inualiditatem concluserunt ex insufficientia mandati ad donan. & ex commissione decreti in Instrumento sti-
11 pulatæ donationis, † per procuratores constitutos, sine quo donatio substineri non potest.

Mandatum insufficiens visum fuit probari ex inualida deliberatione congregatorum in consilio, quod datur, quorum nomina ignorantur, & tamen
12 describi debuissent † dum agebatur de alienatione stabilium vniuersitatis *Bart. in l. 1. ff. de alb. scrib. Dec. in cap. cum omnes num. 12. de const. Alex. cons. 1. nu. 3. lib. 4. Roland. cons. 90. num. 21. vol. 1.* asserentes, quod etsi variç sint opiniones in hoc an requiratur de necessitate, quod
13 exprimantur nomina, attamen in † actibus multum ponderosis, prout est vbi agitur de alienatione stabilium vniuersitatis omnino requiri nominum specificationem, neque dubitari potest, quia
14 cessio iurium, aut eorumdem donatio tanquam relata ad recuperationem immobilium veniat appellatione stabilium quia *Auers. in l. 1. C. si aduestrans, & Spec. tit. de vos. act. §. 1. vers. ad nunquã minor.* pro indubitato hoc ponunt, & latissimè infinitis adductis comprobat *Simon. de Decr. lib. 1. tit. 3. casu 1. & idem fuit firmatum in Hidruntina Bonorũ 13.*

 Martij

Martij 1622. coram R.P.D. meo Buratto,
quod si replicetur nomina singulorum
15 fuisse expressa † in deliberatione con-
gregatorum pro constituen. procurato-
ribus ad insinuan. donationem iam factã,
ex qua videtur inferri ratificatio iam ge-
storum nomine eorumdem, adhuc non
16 videtur actus ille sufficiens † cum non
fuerit probata nullitas prædicta ommis-
sæ descriptionis dicto consilio generali,
aut insertus tenor insinuandus Gabr. cons.
146. num. 14. lib. 1. Osasc. decis. 152. nu. 14.
Natta cons. 162. n. 23. lib. 1. Surd. cons. 49.
nu. 33. & de necessitate inserendi totum
tenorem ad eum effectum Castrens. cons.
465. num. 5. lib. 1. cum alijs relatis per il-
lũ, & sequũtur per Surd. d. cons. 28. n. 118.
præterea deficit etiam mandatum addu-
nantiæ generalis deficiente facultate in
eis ad donan. quamuis enim consilium
generale, quòd vniuersitate repræsenta-
17 tur, & populus sit rei † suæ moderator,
& arbiter l. in re mandata C. mandat. Cra-
uet. cons. 851. n. 2. Natt. cons. 431. nu. 23.
18 attamen in † voluntaria, & absoluta do-
natione sine causa dominus non est, nec
donare potest l. ambitiosa vbi Bart. per il-
lum text. sub n. 6. ff. de decret. ab ord. fac.
Bald. in l. ad Instructiones n. 6. C. de sacr.
sanct. Ecc. Thesaur. decis. 255. n. 4. Los de
Iur. Vniu. p. 3. cap. 11. num. 2.

Neque obstat quod causa non defi-
ciat, & quidem sufficiens, nempè quia †
19 † præcessit donatio ex causa remunera-
toria expressa tam per congregatos ibi
per ricompensa di questo beneficio, &
altri riceuuti, & che speriamo riceuere,
quam per Procuratores in ipsa donatio-
ne ibi, & propter multa beneficia, quæ
hanc donationem excedere asseruerunt,
20 ex quibus dicebatur licuisse † Populo, &
vniuersitati donare, prout limitando su-
pradictam regulam, l. ambitiosa tenuerunt
Bart. & alij supra allegati, & idem con-
firmat Ruin. d. cons. 175. nu. 20. vol. 1. &
Roland. cons. 5. n. 9. vol. 1. quia semper po-
test excipi de inualiditate etiam dona-
21 tionis remuneratoriæ ex qua non † pro-
batur in ea non interuenisse solemnem
numerum eorum, qui debuerunt con-
gregari, dum nomina ignorantur, nec
fuerunt expressa quò casu donatio † ipso
22 iure est nulla l. 2. & 3. ff. de decr. ab ord.
fac. & de carentia decreti, de quò mox
dicetur, sine quo donatio non substine-
23 tur, ac demum quia † benemerita aliun-
de essent probanda, quàm per assertionẽ
donantium Seraph. decis. 1184. n. 5.

Decreti autem omissio probatur ex ip-
sa instrumenti lectura, qui modus est cer-
tus probandi negatiuam contentorum
24 † in scriptura prædicta Bart. in l. fin. C. de
reb. Cred. Alciat. reg. 3. præsump. 16. Becc.
cons. 40. n. 2. Hercul. in tract. quis teneatur
probare negat. n. 166. & 167. & illud esse
25 necessarium in donationibus minorum †
etiam ex causa remunerationis firmauit
ex multorum sententia Simon. de Decret.
lib. 5. tit. 2. inspect. 4. & ex alia quacumque
causa idem tenuit Menoch. de arbitr. casu
171. nu. 45. quæ solemnitas non debet
26 diuerso iure censeri in † communitati-
bus siue paruis, siue magnis, in quibus
hic debet Iure suo vti, l. rem publicam C.
de iur. reipub. lib. 11. & late comprobat Od-
do de restit. in integr. par. 1. quæst. 3. art. 9.
27 & 10. & Bart. in † indiuiduo Vniuer-
sitatum idem tenuit, quod decretum in-
terponatur in l. fin. nu. 4. C. de Præd. Decur.
sine decr. non venden. lib. 10. & eidem ad-
misit Ruin. d. cons. 175. n. 18. vol. 1.

Non obstat si dicatur decretum inter-
uenisse ex assistentia Prætoris auctoritate
præstantis Consilio generali, & vlterius
iuramentum additum fuisse, quod solet
28 supplere † decretum Iudicis Tutoris, &
curatoris, ac cuiuscumque alterius aucto-
ritatis requisitum, secundum veriorem
de qua per glos. in l. 1. & in Auth. sacra-
menta puberum C. si aduers. vend. & alios
allegatos per Simonc. de decret. min. lib. 3.
tit. 8. inspect. 18. n. 137. Clar. in §. Donatio
quæst. 8. vers. sed quæro Seraph. decis. 1184.
num. 6.

Quia quoad ipsum decretum præsen-
tia locumtenentis Cappelli tunc Præto-
ris Gallesij solum fuit adhibita, vt d. V-
29 niuersitas † posset congregari, vt moris
est, non autem, vt suo decreto confirma-
ret ordinationem de donando, & ita in-
telligunt, & declarant Roland. cons. 33.
n. 9. lib. 1. & Menoch. cons. 80. n. 27. lib. 1.
Quò verò ad iuramẽtum fuit responsum
30 ex quo † per l. fin. de vend. reb. Ciu. lib.
10. si vtrumque requiritur, & de forma
31 per verba, & non aliter † tunc per iura-
mentum non potest suppleri decretum,
quia copulatiuè vtrumque requiritur Ro-
ta decis. 729. n. 1. par. 4. diuers. verum tuta
non est ista responsio, dum pendet inde-
32 cisa quæstio † an solẽnitates dicta l. fint
adhibendę in casu, de quo agitur, secun-
dò fuit responsum iuramentum deficere,
quia procuratores, qui iurarunt, carebãt
spe-

33 speciali † mandato ad iurandum, prout ad hunc effectum de Iure requiritur *Seraph. de priuil. Iuram. priu. 19. n. 3. Simonc. de decret. d. lib. 3. tit. 8. n. 189.*

Non etiam aduersatur, quod donatio
34 sit reciproca, & † ob causam, ac etiam versemur circa ius incertum, & primo casu non requiri solemnitates voluerunt *Clar. in §. donatio quæst. 16. vers. sed numquid Gaib. obseru. 126. nu. 4. secundò vero casu idem senserint Bald. in l. contra ius in fine n. 3. in 3. lect. & in l. tale pactum lect. 1. in princip. n. 4. ff. de pact. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 4. n. 12.*

Quia in vtroque casu præallegat. quęrunt
35 de solemnitate † insinuationis, quæ conuenit prius donationibus, vt ideo quando sunt ob causam, vel de Iure non
36 liquido † tunc illa solemnitas non sit necessaria ex eo, quod non sint veræ donationes, sed quod non requiratur decretum etiam, quod sit alter contractus
37 † ex iusta causa celebratus, hoc non dicunt, quia semper obstat *text. in l. obes. C. de præd. min.* & videmus quod in trans-
38 actionibus, quæ solent fieri de re † incerta, & dubia, & litigiosa semper requiritur decretum Iudicis *Corn. cons. 284. nu. 7. vol. 4. Capic. decis. 93. per tot.*

Demum non obstat, quod Communitas Malliani, quæ non donauit, sed est
39 tertia, non possit dare de † huiusmodi nullitate, quæ respicit solum commoditatem Communitatis Gallesij *Osasch. decis. 94. num. 23. Surd. decis. 108. n. 5. & decis. 179. nu. 27.*

Quia si essemus in donatione habente statum validitatis, prout si ageretur tantũmodo de probandis benemeritis aliũde quàm ex assertione eorum, qui donarunt, ex quo interim ipso Iure tenet do-
40 natio quamuis † ex falsa aut non æquiualenti causa possit rescindi, aut moderari, vt expresse admittunt *Bart. in d. l. ambitiosa n. 6. ff. de decret. ab ord. fac. Ruin. d. cons. 175. nu. 20. vol. 1. Losius de iur. vniuers. par. 3. cap. 11. n. 8.* dicentes sufficere assertionem Communitatis Decurionũ
41 circa benemerita donec † per contrariũ probetur, ac etiam si admitteretur expressam nominum descriptionem non esse necessariam secundum aliquorum ex Dominis opinionem, vt scilicet non aga-
42 tur de re ponderosa, dum † istorum bonorum existimatio est incerta, & litigiosa per 50. annos, & vltra, & tunc exceptio esset releuans tanquam de statu vali-
43 dæ donationis, de † quo tertius non potest dare nolente donatore, prout in
44 supra allegatis decisionibus dicitur † de emphyteuta Vassallo, aut delinquente contra quos agi, aut excipi non potest ante sententiam nisi Domino, aut Fisco declarante postquam interim sunt in statu veri dominij.

Cæterum quia donatio prędicta non est in statu validitatis propter omissionem decreti, semper possunt possessores
45 opponere de iure tertij, illud allegando in modum probationis contra vendicãtem bona, vt non ille, sed alter sit Dominus *Surd. cons. 415. n. 18. ponderans hac ratione Vrsill. & Afflict. decis. 107. nu. 11. Menoch. de adispisc. remed. 4. n. 594.*

Quæ autem opponebantur de *stat. Vrbis cap. 149. lib. 1.* & Bulla Pij IV. visa fuerunt non egere alia responsione, dum non conueniunt casui, de quo agitur.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Bononieñ Fideicommissi de Volta.

Die Veneris 14. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Ad fideicommissum agenti obstat regula, substitutio de te non loquitur, &c. veluti si ipse testator declarauit, & indicauit personas, quas ipse substituit hæredibus institutis, quia si ille non adsit inter personas indicatas, optima ratione reijcitur cum supradicta regula.

SVMMARIVM.

1 *Ad Fideicommissum agenti, semper obstat regula substitutio de te non loquitur, & hic casus non est in verbis substitutionis comprehensus.*

2 *Relatio ad superius expressa contra mentem disponentis non potest, nec debet fieri.*

Relatio debet fieri ad suum casum expressum, cui verè conueniunt verba.

3 *Relatio potest quidem qualificare supra relata, sed non multiplicare species casuum contra mentem disponentis.*

4 *Relatio est facienda stantibus dictionibus relatiuis.*

5 *Ordo de vna specie ad aliam non potest dici repetitus, vt euitetur correctio, incompatibilitas, vel contrarius effectus voluntatis.*

6 *Te-*

6 *Testator quando se declarauit, non est aliud quærendum, & nu.12.*
7 *Prohibitio ne remaneat superflua, interpretandum, est nu.8.*
9 *Argui non potest ab exclusione eorum, qui testatori sunt odiosi, ad inclusionem incognitorum.*
10 *Fœminæ potest esse, vt nolint, aut non possint nuptias contrahere.*
11 *A Testatoris præcepto circa assumptionem cognominis familiæ argui potest.*
13 *Testator si designauerit substitutos, de alijs non est habenda ratio.*
14 *Aequiparatio vniuersalis in omnibus, & per omnia ex quibus tollatur.*

¶ Decisio hæc allegatur supra in decisione 44. sub die 8.Martij 1627.coram Reuerendiss. P.D.meo Merlino Decano, & statur hic in decisis.Infra etiam in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus 14. Martij 1625. coram eodem bon. me. Pirouano; est decis.453. & 15. Martij 1628. & 3. Iulij eiusdem anni coram R.P.D.meo Dunozetto.

DECISIO CCCCXLVIII.

CEnsuerunt Domini non esse factum locum fideicommisso Bartholomei Voltæ Senioris, ad fauorem Com.Antonij Campeggij.

Ex contextu enim testamenti, quod datur, colligitur testatorem subordinasse suam dispositionem incipiendo ab Antonio eius filio,tunc nato,sed adhuc infante, quem hæredem vniuersalem instituit in omnibus suis bonis, & alios etiam nascituros masculos, quos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum,nullis verò filijs, vel descendentibus masculis ex legitimo matrimonio superstitibus, vocauit quoscunque filios naturales, aut spurios ipsius Antonij, aut aliorum eiusdem testatoris filiorum; Deficiente autem vtraq; linea masculorum, tam ex matrimonio, quàm ex incestuoso, ac nefario complexu, vocauit Cornelium ipsius testatoris filium naturalem, eiusque filios masculos ex legitimo matrimonio, & legitimis cessantibus naturales pariter, & spurios descendentes. Non existentibus verò descendentibus masculis ex vtraque radice, tam legitima, quàm infecta, & adhuc superstitibus filiabus fœminis ipsius testatoris ex legitimo matrimonio, duo disposuit. Primnm, quod dictæ fœminæ iure in[...] tutionis haberent dotes congruas,& [...] paratus taxandas per Commissarios. S[e]cundum quod si vna tantum esset fil[ia] aut si plures ex illis primogenita nub[ere] teneatur Antonio filio Camilli de Vol[ta] seù vni alij ex filijs eiusdem, aut succe[ssi]uè vni ex filijs Philippi de Volta, vel [...] ex filijsq; Constantij de Vrsis, aut [...] alij tandem de domo de Volta, secun[dum] ordinem, modum, & formam, & in o[m]nibus, & per omnia, prout supra fuit d[i]spositum in personam Polisenæ. Cæte[ro]rum ne huiusmodi grauamen nubendi [in] personam certam, aut de incerto ge[ne]re, & familia videretur appositum ab[s] ratione, paulo infra sub num.30. in ve[rs.] & Ideo præcepit, & ordinauit, seip[sum] declarauit testator dicens: Ideò præ[di]cta ordinasse,& præcepisse de dictis n[up]tijs, quia ipso decedente sine aliquo, [vel] aliquibus filijs, vel descendentibus m[a]sculis, vt supra, vel cum filijs, & desce[n]dentibus prædictis, qui quandocunq[ue] deficerent, & sic finita linea masculi[na] quod tunc, & eo casu filius masculus, ipso non extañ. vel quandocunque de[fi]ciente sine filijs masculis de verò, & [le]gitimo matrimonio natis, secũdus fili[us] & secundo non extante, vel quandocu[n]que decedente, vt sup. tertius filius, [&] successiuo ordine, tunc natus, & n[a]sciturus posteà ex supradictis nupt[ijs] contrahen. secundum ordinem, de q[uo] supra, prout casus contigerit, sit sibi te[]statori hæres vniuersalis.

Et cum ex hac præordinata Bartholo[]mæi voluntate appareat extinctis line[is] masculorum, vocatos respectiuè fui[sse] primogenitos filiarum legitimarum ip[]sius testatoris, nec Com. Antonium do[]cuisse in eo concurrere qualitates, quo[d] sit natus ex nuptijs contractis cum Do[]minis de Volta, aut de Vrsis, merito di[]
1 ci potest † non esse factum locum fidei[]commisso ad eius fauorem, quia illi sem[]per obstat registrata substitutio de [re] non loquitur, & hic Casus non est sub[]stitutionis verbis comprehensus secund[um] *Io. Andr. ad specul. in tit. de testam. §.1. vers. occurrit in fin. Soccin. Sen. consil.62. n.4. vol.3.Crau. consil.161.n.16. Roland. consil.56. num.4.vol.3. Card.Mant.de coniect. vlt. vol.lib.5.tit.1.nu.18.Surd.consil. 554.n.4.Peregr.de fideicom. art.19.n.1.*

Non obstat, quod præordinatio familiarum, & personarum, cum quibus te[]sta-

ſtator mandauit primogenitas filias debere nubere, non sit præciſa, ſed relatiua ad ordinem, modum, & formam, & in omnibus, & per omnia, prout ſupra diſpoſuerat in perſonam Poliſenæ, quæ forma duos Caſus videtur reſpicere. Primum de tempore quando non extarent filij, aut filiæ legitimæ ex filijs teſtatoris, & tunc debuiſſe nubere in familijs deſignatis,& hunc non eſſe Caſum noſtrum, Secundum verò quatenus extarent filij legitimi, & naturales, & tunc fuiſſe præſcriptum alium modum nubendi, nempè cum dotibus, apparatibus, & conſenſibus, & taxa, & iſte aſſerebatur caſus, de quo eſt quæſtio, ex quo D. Comitiſſa Vrſina nupſit de tempore, quo extabant filij maſculi, cum dote, conſenſibus, & quantitate per Commiſſarios taxata, ex qua D. Com. Vrſina ſecundum nuptias in hoc ſecundo caſu præordinatas dicebatur natus Com. Antonius qualificatus, ac capax vocationis prædictæ.

Quia in verbis reſponſio patet, nam Ideò teſtator hoc præcepit, & ordinauit de dictis nuptijs, vt tunc natus, & naſciturus poſtea ex dictis nuptijs contrahen. ſecundum ordinem, de quo ſupra, prout Caſus contigerit, ſit ſibi teſtatori hæres vniuerſalis, ordo autem contrahendi, & ſuccedendi, de quo ſupra datus non legitur expreſſus in ſecundo Caſu, neque in grauamine filiarum legitimarum, quando maſculi non extarent, neque per relationē ad perſonam Poliſenæ, quando maſculi & fæminę legitimę extarēt, ſed ſimpliciter filijs, vel filiabus legitimis exiſten. vel nō exiſten. reſpectiuè mādans dotari, nihil diſponēdo, aut ordinādo de natis aut naſcituris ex dictis nuptijs † cū in-
2 cognitis cōtrahen. ergò relatio contra ordinē teſtatoris, neq; poteſt, aut debet fieri, ſed ad ſuum Caſum expreſſum, cui verè conueniunt verba. *Rota dec. 384. n. 2. coram Gregor. XV. Ceph. conſil. 137. n. 26. in fin. Card. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 7. n. 14.*

Quod ſi dicatur ordinem datum in ſui proprietate, nedum poſſe inferre perſonas, aut familias, cum quibus, & in quibus nubendum ſit, aut deſcendentes futuros ab eis, ſed etiam numerum, & qualitatem nuptiarum, ac temporum, in quibus debent contrahi, vt ideò nati, & naſciturí poſtea ex ſupradictis nuptijs contrahen. ſecundum ordinem, de quo ſupra, prout caſus contigerit, ſit teſtatori hæres, atque ita maſculis extinctis fœminæ legitimæ nubant in familia de Volta, & de Vrſis, ſi verò maſculi extabunt, nubant honorificè, & cum conſenſibus, prout factum fuit per D. Com. Vrſinam ſequendo ordinem datum per teſtatorem.

Adhuc patet reſponſio, quia in Caſu grauaminis filiarum legitimarum maſculis extinctis, qui legitur ſub num. 24. ordo datus reſpicit perſonas certas, & de certo genere, cum quibus nuptiæ ſunt contrahendæ, nec ad alium caſum, ſcilicet exiſtētiæ maſculorum referri poteſt, poſtquam de eo non eſt facta aliqua mentio, relatio autem in omnibus, & per omnia ad diſpoſita in perſonam Poliſenæ reſtricta eſt ad congruam relationem, & adaptationem, & non aliter, nec alio modo, quæ congrua relatio poteſt quidem qualificare expreſſum † non exiſtentiæ ma-
3 ſculorum, ſed non multiplicare ſpecies caſuum contra, aut præter voluntatem diſponentis, quando ſcilicet extarent maſculi. *Oldrad. conſ. 152. num. 2. in fin. Cald. conſ. 107. num. 2. lib. 2. Dec. conſil. 163. num. 21. Soc. Iun. conſil. 81. num. 21. lib. 3. Rot. coram Papa Gregorio XV. deciſ. 495. num. 11.* Cæterum ſi relatio adhuc vtrumque caſum comprehenderet, prout ponuntur in perſonam Poliſenæ, nec ille, qui ponitur ſub num. 13. contingens tempore nuptus Poliſenæ, quando extarent filij maſculi, vel filiæ fœminæ legitimæ habet ordinem, modum, aut formam à teſtatore nuptijs præſcriptam, ſed quoad Poliſenam continet ſimplex legatum Scut. 2000. auri, vt honorificè nubere poſſit, legitimas verò filias purè, & ſimpliciter mandauit dotari iuxta conditionem ipſius teſtatoris, neque dicatur eo amplius ordinem eſſe datum Poliſenæ nubendi cum conſilio, & voluntate filio-
4 rum, qui debet eſſe repetitus, quoad filias † legitimas propter dictiones relatiuas, & de iſto ordine ſeruando ſenſiſſe teſtatorem, quia neque ſenſus iſte verus eſt, neque verificatus releuaret, nam teſtator in vtroque caſu, ſiuè extent maſculi, ſiuè non extent, loquutus eſt diſpoſitiuè de dotibus legitimarum filiarū ſub num. 24. & 13. diuerſimodè à dote Poliſenæ; vnde ordo de vna ſpecie ad †
5 alteram non poteſt dici repetitus, vt euitetur correctio, incompatibilitas, vel contrarius effectus voluntatis. *Crau. conſil. 70. num. 5. Rot. deciſ. 297. num. 4. & deciſ. 95. num. 10. & 11. coram Papa Gre-*

go-

gorio XV. & repetitus non releuaret, quia ad alium effectum fuit datus, nempè cõsequendi certam dotem Scut. duorum millium auri, non autem pro futura successione contemplata per testatorẽ, quando contingeret nuptus filiarum legitimarum masculis extinctis, vel etiam ipsius Polisenæ masculis, & fœminis legitimis extinctis, vel vbi ipsæ legitimæ fœminæ nollent nubere in familijs designatis,
6 quem effectum, & ipse testator † indicauit, dum voluit Polisenam legitimari, ad hoc solum, vt esset capax summę legatæ.

Neque etiam obstant ponderationes deductię ad conuincendam voluntatem testatoris, quod senserit de ordine nato in vtroque casu. Et

Primò dum testator sub num. 28. voluit, quod; si non sequantur nuptiæ cum aliqua ex dictis filiabus legitimis, onus nuben. illis iniunctum repetitum sit in personam Polisenæ sub pœna in omnibus, & per omnia, prout in relicto eidem Polisenæ continetur sub num. 10. & 12. quæ prohibitio, & pœna fuit repetita etiam quoad filias legitimas sub nu. 29. nè possint nubere cum personis reproba-
7 tis. Vndè dicebatur sicuti prohibitio † de personis reprobatis comprehendit vtrumque casum, ijdem Casus debent cẽseri in sequenti dispositione comprehensi, postquam testator illas curauit, & magni fecit, aliàs prohibitio remaneret superflua.

Nam fuit responsum consequentiam non esse necessariam, quia in vtroque cadit particularis, & diuersa ratio, nam masculis non existentibus potuit filias
8 legitimas inuitare ad contrahen. † cum certis de certo genere, & etiam prohibere, ne cum certis contrahãt, masculis verò extan. potuit etiam prohibere, & priuare illas beneficio legati in casum contrauentionis, sed totaliter, & absolutè, prout nec valuit testator, ex quo illis reliquit certum quid iure institutionis propter testamenti validitatem, atque ita non benè ex aduersis infertur nempè ab exclusione, & declaratione eorum, qui
9 † testatori erant odiosi ad inclusionem eorum, qui nascerentur ex nuptijs, cum incognitis testatori contractis, aut contrahendis.

Secundò dicebatur testatorem sub n. 32. voluisse, si nuptiæ non sequerentur, vel ipsis sequutis ex eis neminem masculum nasci, vel natum quandocumq; d cedere sine filijs, vel descendentibus m sculis legitimis, tunc vltimo de prædict decedenti esset substitutus, & prout su stituit prædictum Antonium Camilli Volta filium, qui vocari non potuit eum casum, nisi suppositis nuptijs in s cundo casu, quando filij masculi extar ex quo in primo casu, quando filij masc li non extarent, nuptiæ primò erant cu eo contrahen. atque ita filij ipsi Anton erant substituti, non ipsi filijs suis.

Verum, & hæc secunda considerat facilè euitatur ex eadem lectura retine do primum casum, quando non extare filij masculi, nam contingere poterat, s quutis nupijs masculos non nasci, vel na tos decedere sine prole masculina, adhu Antonio patre viuente, vel superstite, tunc benè conueniebat. substitutio, prouisio in dictis casibus absque suppo sitione filiorum natorum ex alijs nu tijs.

Tertiò arguebatur à præcepto testa
11 toris, circa † assumptionem cognominis familiæ de Volta sub num. 35. dum voluit hæredem substitutum facere se vocari de Volta purè, & simpliciter, & sine additione aliqua, non autem de cognomine de Vrsis, vel aliquo alio cognomine, quæ postrema verba videntur præsupponere admissionem aliarum familiarũ, quæ non possunt considerari, nisi per secundum casum, & illius comprehensionem:

Sed, & hic sensus facilè conciliatur ponderando, quod testator noluit admixtionem alterius cognominis, ne suum in obliuionem transiret, propterea noluit de Vrsis nominari, neque de alio cognomine, quatenus necesse forsan etiam habuissent ijdem de Vrsis, propter similem hæreditatem, quæ illis potuisset cũ simili onere contingere.

Et quatenus ex prædictis superesset aliqua leuis coniectura respectu compre-
12 hensionis secundi casus, tota remouetur † ex declaratione posita sub nu. 34. vbi seipsum testator declarauit, qui nam essent instituti, & substituti, ibi, quos omnes institutos, & substitutos, ipse D. Testator incipiens à primo hærede nasciturо ex dictis nuptijs, & sic deinceps procedendo vsq; ad dictos de Vrsis inclusiuè inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, si igitur testator omnes designauit, qui essent

13 sent supra instituti, & substituti, † nempè nascituros † primo hærede ex dictis nuptijs, & procedendo vsque ad Vrsos inclusiuè, certum est, quod de natis, aut nascituris ex alijs nuptijs contractis masculis existentibus non fuit habita ratio, quia in processu de familia de Volta ad familiam de Vrsis includi non possunt.

Ex quibus omnibus patet erroneam fuisse,& esse illationem pro D.Com.Antonio factam, vt sicuti eueniente casu nuptiarum Polisenæ extan. masculis cũ consensibus tamen, & consilio iuxta formam datam, & defecissent masculi, & fæminę legitimæ,primogenitus Polisenæ esset vocatus, ità dicendũ sit de primogenito fæminarum legitimarum, † prop-
14 ter vniuersalem æquiparationem in omnibus, & per omnia inter ipsos; quia eadem ratione tollitur illatio, quod sicuti, nec primogeniti Polisenę eo casu admitterentur ex supra deductis,ita nec primogeniti fæminarum legitimarum erũt admittendi.

Et ita, &c.

EVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Romana Confiscationis.

Die Veneris 14. Iunij 1624.

DECISIO CCCCXLIX.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 125.

¶ Allegatur infra præsens hæc decisio in eadem causa sub die 18. Aprilis 1625. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, est in ordine decis. 455.

R. P. D. REMBOLDO

Ferrarieñ Pensionis.

Die Veneris 14. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Clericus licet per bigamiam denudetur omni priuilegio clericali,tamen cum per eam caracter non deleatur, sed remaneat mortificatus, ideo Clericus bigamus si fuerit dispensatus, caracter remanet illæsus, & sic sine dubio erit capax retentionis pensionum, & plura habes circa hanc, & similem materiam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione personarum Ecclesiasticarũ veniunt etiam, qui solo clericali caractere sunt insigniti.*

2 *Clericus per bigamiam denudatur omni priuilegio clericali.*

3 *Laici sunt capaces pensionum, quando nõ conferuntur in titulum.*

4 *Clericis tantum de stylo Curiæ solum reseruantur pensiones.*

5 *Pensionis incapax quis redditur per simplicis matrimonij contractum absque bigamia.*

6 *Pensio extinguitur siue quis contrahat cum virgine, siue cum vidua.*

7 *Episcopalis dignitas, & prima tonsura sunt ordines, quicquid dicant Theologi.*

8 *Clericalis caracter non tollitur per bigamiam.*

9 *Clericus licet per bigamiam priuetur priuilegijs clericalibus, non autem deletur character.*

11 *Dispensatio relaxat iuris dispositionem, & impedit cursum, & effectum illius, eximitque dispensatum à lege.*

12 *Cap. 1. de bigam. in 6. desumptum ex decret. Concil. general. & 13.*

14 *Bigamia licet non extinguat characterem, eumdem tamen mortificat.*

15 *Bigamus non potest deferre habitum clericalem, nec tonsuram.*

16 *Clericus coniugatus potest deferre habitũ clericalem, & tonsuram.*

17 *Clericus bigamus si sit dispensatus, retinet caracterem penitus illæsum.*

18 *Bigamia non tollit de medio clericatum.*

19 *Bigamus si sit dispensatus ad retinendũ pensiones, censetur etiam dispensatus ad retinendum priuilegium caracteris clericalis ad d. effectum, & 21. & 23.*

24 *Bigamo si sit concessa facultas retinendi pensiones, ad quæ se porrigatur ista facultas.*

26 *Minor censetur etiam dispensatus ad sacerdotium, si sit dispensatus ad Parochialem.*

28 *Ex Inscriptione colligitur mens disponentis.*

30 *Laicus bigamus nullo Concilio generali, cauetur, quod sit incapax pensionis.*

31 *Clericus bigamus non gaudet priuilegijs clericalibus.*

32 *Gratiæ qualitas declaratur ex derogatione obstantiarum.*

33 *Papa, quando disponit, vt laicus possit re-*

retinere pensiones, qualiter dispenset.

34 *Pensiones habent annexam spiritualitatem, quæ non communicatur laicis.*

36 *Bigamus per retentionem cleritatus stante dispensatione est persona ecclesiastica.*

37 *Et hoc indubitanter ad effectum obtinendi pensiones.*

39 *Pensiones transferendi facultatem si quis habeat, vt possit illas transferre in laicum dummodo, &c. multo magis censetur eam habere, vt eas transferat in iã clericum.*

40 *Pensionis translatio est noua pensionis reseruatio.*

Pensionis translatio fit per viam extinctionis primæ, & creationis, seu reseruationis nouæ pensionis, num. 40.

41 *Pensio translata certè respectu translatarij est noua pensio, quicquid sit respectu titularis.*

¶ In eadem causa habetur supra in hac parte altera decisio, quæ est 12. sub die 15. Maij 1626. coram eodem bon. me. Remboldo, & statur hic in decisis, quæ duæ decisiones deinde fuerunt canonizatæ in eadem causa coram bon. mem. Card. Virili die 21. Martij 1627. est supra pariter decisio 50.

DECISIO CCCCL.

SIxtus Quintus fel. rec. reseruauit 15. Iulij 1587. Motu proprio ad fauorem præcl. me. Cardinalis Montalti pensionem annuã sc. 3. mill. auri inauro super fructibus mensæ Episcopalis Ferrarieñ.

Eodemque anno concessit d. D. Cardinali facultatem transferendi omnes, & quascumque pensiones sibi reseruandas ad fauorem vnius, vel plurium personarum Ecclesiasticarum.

Et dictam facultatem anno 1588. in pluribus ampliauit, & præsertim quod liceat D. Cardinali dd. pensiones transferre in eos, qui forsan nondum clericali caractere fuerint insigniti cum clausula tamen ex nunc prout ex tunc, & postquam eodem caractere ritè insigniti fuerint.

Anno 1587. supradictus dispensauit Excellentissimum D. Michaelem Perettum iam tunc Clericum existen. ad retinendum omnes, & quascumque pensiones reseruatas, & reseruandas, etiam si contigerit, vel non contigerit illum qualemcumque militiam ingredi, & etiã matrimonium cum quauis muliere, vidua, & successiuè cum diuersis nuptias vel aliàs corrupta semel, vel pluries contrahere, & ad secunda, & plura laicalia seu matrimonialia vota, seu secundas aut plures nuptias transire, harum facultatum vigore dictus Illustrissimus D. Cardinalis transtulit supradictam annuam pensionem scut. 3. mill. auri in auro super fructibus mensæ Episcopalis, vt dictum est reseruatam ad fauorem d. Excellentissimi D. Principis Peretti, quare dubitatum fuit, an d. translatio sustineretur, quo dubio maturè discusso fuit resolutum d. trãslationem substinere, dummodo tamen indulta D. Cardinalis Montalto concessa transferendi pensiones comprehendant Illustrissimos DD. Cardinales, quod quia in controuersia deducebatur a scribentibus pro Illustriss. D. Cardinale Ordinario Ferrarieñ DD. reseruarunt particulariter videre.

Nam quod attinet ad translationem ea visa fuit valida, quia ex lectura dd. indultorum apparet d. D. Cardinalem Montaltum fuisse sufficienti facultate suffultum transferendi d. pensionem in Excellentiss. D. Principem Perettum.

Non obstat, quod D. Cardinalis habuit facultatem tantum transferendi pensiones in personas Ecclesiasticas, ideoque non potuit vigore dictæ facultatis transferre d. pensionem in d. Principem, cum ipse non sit persona Ecclesiastica, quia D. *Princeps* vsque de anno 1585. fuit caractere clericali insignitus, & sic 1 vel ex tunc fuit effectus persona Ecclesiastica, quia nulli dubium, quin appellatione † personarum Ecclesiasticarum veniant etiam qui solo clericali caractere sunt insigniti, *cap. cum contingat*, & ibi *Doct. de æt. & qualit. cap. cleros*, & ibi *Præpos. & alij communiter 20. dist. & fuit dictum in Veronen. pensionis 23. Februarij* 1600. *coram bon. me. Card. Lancellotto*, vel certè fuit effectus capax pensionis in ipsum transferendæ vigore dd. indultorum, quia in dictis indultis, vt supra premissis apparet, fuit concessa D. Cardinali facultas transferendi pensiones etiam in eos qui solo clericali caractere sunt insigniti.

2 Nec obstat, quod D. Princeps fuit † per bigamiam ab ipso contractam denudatus omni priuilegio clericali, *c. 1. de bigam. in 6.* quia vel prætenditur quod D. Princeps fuit per d. bigamiam effectus

ctus incapax pensionum Ecclesiasticarũ, & hoc vltrò conceditur.

Nam licet de iure communi inspecto
3 etiam merè † laici sint capaces pensionũ, quando non conferuntur in titulum *Gig. de pens. q. 21. etiam illegitimi q. 17. & vxorati q. 54.*

4 Tamen, quia ex stylo, & obseruantia Curiæ † non conceduntur nisi Clericis ijs, videlicet qui sunt capaces beneficiorum Ecclesiasticorum d. D. Princeps reddidit se procul dubbio per d. bigamiam incapacem pensionum, cum immò ad hunc etiam effectum, quis efficiatur in-
5 capax † per contractum simplicis matrimonij absque bigamia, *vt fuit dictum in Cæsaraugustana pensionis 18. Iunij 1610. coram bon. mem. Card. Lancellotto relat. per Moder. ad stat. Vrd. decis.* 2. in qua
6 in specie dicitur, † quod ita extinguitur pensio, si Clericus contrahat matrimonium cum virgine, sicuti si contrahat cũ vidua, *Gig. d. tract. de pens. q. 54.*

Vel prætenditur, quòd per d. bigamiam fuerit deletus totaliter caracter clericalis, itaut D. Princeps sit effectus per d. bigamiam purus, & simplex laicus adeo, quòd licet fuerit dispensatus ad retinendum pensiones, nihilominus non possit censeri dispensatus tanquam Clericus, cum qualitas clericalis remanserit totaliter per d. bigamiam extincta, sed tanquam purus, & simplex laicus, & hoc neutiquam subsistit, quia quicquid teneant Theologi, qui negant primam
7 tonsuram, & Episcopalem † dignitatem esse ordines iuxta magis communem, & receptam Canonistarum opinionem etiã clericalis caracter inter ordines Ecclesiastos connumeratur, estque caracter indelebilis, vt post *Host.* concludunt communiter alij in *cap. cum contingat. de æt. & qualit. Abb. in c. 1. num. 6. de vit. & honest. cleric. Felyn. in cap. sicut pro certo, num. 2. de simon. Gemin. in c. cleros, & ibidem, latissimè Præpos. num. 4. dist. 21.* qui testatur de communi *Gabr. cons. 181. num. 3. lib. 2. com alijs per Garz. de benef. 3. par. cap. 1. num. 2. & seqq. Rot. decis. 731. num. 5. & 6. par. 1. diuers.*

8 Et in puncto, quod caracter clericalis † non tollitur per bigamiam, firmat *Butr. in cap. Ioannes num.* 17. vbi quod Clerico non potest euelli caracter per bigamiam *Imol. num. 18. in fin. de cleric. coniuget* eãdem opinionẽ sæpius amplexa est Rota, & signanter in *d. Veronen. pensionis 23. Febr. 1600. coram bon. me. Card. Lancellotto, & in Cæseraugustana pensionis 1. Iulij 1611. coram san. mem. Greg. XV. & in eadem Cæsaraugustana pensionis 18. Iunij 1610. coram eodem Card. Lancellotto*, in quibus in specie dicitur, & pluribus auctoritatibus firma-
9 tur, † quod licet per bigamiam Clericus priuetur exercitio, & priuilegio clericali, in fundamento tamen, ratione caracteris non destituitur clericatu, quodq. *cap. 1. de bigam. in 6.* non dicit quod bigamus non sit clericus, sed solum quod est nudatus omni priuilegio.

Præterea quatenus etiam per bigami-
10 am qualitas, seu caracter † clericalis extingueretur, quod tamen nulla ratione subsistit; nihilominus quia dictus Princeps fuit longè ante contractam bigamiam, & sic tempore, quod ipse erat Clericus gaudens priuilegio clericali dispensatus ad retinendas pensiones, non obstante bigamia contrahenda, dicendum foret, quod fuit in eo mediante dicta dispensatione, nedum dicti caracteris clericalis exercitium, seu priuilegium, sed etiam ipse caracter præseruatus: Dispensatio enim relaxat iuris dispositionẽ,
11 † & impedit cursum, & effectum illius, eximitque dispensatum a lege, vt latè per *Sanch. de matr. lib. 8. disp. 1. num. 1. vers. dispensari est aliquem à lege eximere.*

Nec propterea dicta dispensatione stante; potuit superueniens bigamia extinguere caracterem, quem D. Princeps habebat impressum, sed ea non obstante D. Princeps remansit Clericus, vt prius ad effectum ad quem fuit dispensatus.

Et cessat difficultas, quia in d. dispen-
12 satione fuit expresè † derogatum Concilijs generalibus & sic *d. c. 1. de bigam. in 6.* desumpto ex decretis Concilij generalis Lugduneñ, ex quo enim Papa Concilia generalia, & sic dispositionem *dict. cap. 1.* non obstare D. Principi, quatenus prætendatur per *d. c.* fuisse etiam
13 inductam pœnam ammissionis † caracteris clericalis, vtique fateri oportet D. Principem fuisse etiam a pœna dictæ amissionis mediante dicta dispensatione præseruatum.

Atque hinc patet etiam responsio ad id, in quo multum insistebant scribentes pro Illustriss. D. Cardinali titulari, quod
14 licet bigamia non † extinguat caracterẽ,

eundem tamen adeo mortificat, vt bigamus non poſſit dici, nec cenſeri clericus, neque etiam ad effectum retinendi penſiones, quia certum quidem eſt, quod vt ſupra dictum fuit, bigamus denudatur omni priuilegio clericali *d. cap.*
15 *1. de bigam. in 6.* quia etiam † non poteſt deferre habitum clericalem, nec tonſuram, vt cauetur in *eod cap.* 1. quod
16 tamen eſt † permiſſum Clerico coniugato.

Verum id locum minimè obtinet in bigamo diſpenſato, quia in eo, in quo eſt diſpenſatus, eſt verus clericus, quia habet caracterem, & gaudet priuilegio
17 ſuper quo eſt diſpenſatus, & quoad † dictum effectum retinet clericatum penitus illæſum, vt benè per *Turrecrem in c. quiſquis, ante nu. 1. verſ. niſi cum tali diſpenſetur, & ibid. Præpoſ. ante num. 1. verſ. tamen. ſi corrigatur, diſt.* 84. ac propterea d. Princeps, qui erat diſpenſatus ad obtinendum penſiones, non obſtante bigamia, fuit tempore translatæ in eum penſionis verus clericus ad d.
18 effectum: Bigamia enim non † ſubſtulit clericatum, vt ſupra dictum fuit, nec ſtante diſpenſatione illius effectum, ſeu priuilegium.

Nec obſtat, quod D. Princeps non fuit diſpenſatus ad retinendum priuilegium, ſeu exercitium caracteris clericalis, ſed tantum ad retinendum, ſeu obtinendum penſiones Eccleſiaſticas, non obſtante bigamia, quia eo ipſo quòd fuit diſpenſatus ad obtinendum † penſiones
19 non obſtante bigamia, fuit diſpenſatus ad retinendum priuilegium, ſeu exercitium caracteris clericalis ad d. effectum,
20 cum enim ex ſtylo, & obſeruantia Sedis Apoſtolicæ penſiones non concedantur niſi clericis, vtique inter priuilegia d. caracteris connumerari debet habilitas, ſeu capacitas obtinendi penſiones, & ſic Clericus diſpenſatus, vt non obſtante bigamia contrahenda poſſit retinere,
21 & conſequi penſiones, proculdubio dicitur diſpenſatus ad retinendum exercitium, ſeu priuilegium caracteris clericalis.

Quinimmò cum, vt dictum eſt ex ſtylo Curiæ, penſiones non concedantur,
22 niſi Clericis, † cum exercitio, ſeu priuilegio clericali, ſemper quod diſpenſatur Clericus ad retinendas penſiones, non obſtante bigamia contrahenda, cen-
23 ſetur diſpenſatus † ad retinendum priuilegium caracteris clericalis ad *trad. per Ioan. And. in c. cum ex eo, ad fin. verſ. hac ratione videtur de elect. lib. 6. Abb. in c. cum in cunctis, §. cum verò, num. 9. de elect. Hoyed. de incompar. benef. 2. p. cap. 12. num. 82.*

Non obſtat, quod diſpenſatio porrigitur tantum ad ea, quæ ſunt inſeparabi-
24 lia à facultate retinendi penſiones † non autem ad ea quæ ſunt etiam à dicta facultate ſeparabilia, ita quod cum facultas retinendi penſionem poſſit ſubſtinei abſque clericatu, illiuſque exercitio videlicet in merè laico, non poſſit inferri ex eoquod D. Princeps fuit diſpēſatus ad retinendum penſiones, fuit etiam diſpenſatus ad retinendum clericatum, & illius priuilegium, quia ſtante ſtylo, & obſeruantia Curiæ clericatus, & illius exercitium eſt omninò inſeparabile à facultate retinendi penſiones, neque enim dicta facultas ſtante dicto ſtylo poteſt ſine clericatu, & illius exercitio ſubſiſteri, & licèt non negetur quod poſſit con-
25 cedi huiuſmodi † facultas etiam laico, & ſic per Papam ſeparari à clericatu, tamen niſi talis ſeparatio fiat per Papam d. facultas non poteſt ſubſiſteri ſine clericatu, ideoque verum quidem eſt, quod quando Papa diſpenſat laicum, & ſic derogat d. ſtylo, tunc talis laicus poteſt retinere penſionem ſine clericatu, nec ſub tali diſpenſatione cenſetur conceſſus clericatus, verum quando diſpenſatus clericus, vt non obſtante bigamia forſan contrahenda poſſit retinere penſiones, tunc cenſetur diſpenſatus ad retinendū exercitium clericatus, quod requiritur ad hoc, vt Clericus poſſit retinere penſiones proinde, ac cenſetur diſpenſatus
26 † minor ad ſacerdotium, quando eſt diſpenſatus ad Parochialem *Archid. in d. c. cum ex eo, num. 2. verſ. quod dicitur, Io. Andr. num. 4. verſ. ponit. hic Archid. Butr. num. 4. & 5. de elect. lib. 6. Felyn. in c. poſtulaſti num. 2. de reſcrip.*

Nec dicatur, quod Papa intellexit D. Principem diſpenſare tanquam merè laicum ad obtinendum penſiones, non verò eidem etiam d. exercitium, ſeu priuilegium conſeruare, quia hoc nulla ratione ſuadetur, D. Princeps enim erat, vt ſæpè dictum eſt, longè ante diſpenſationem clericus, neque adhuc contraxerat bigamiam, & ſic retinebat, nedum caracterem clericalem, ſed ipſius etiam exercitium; vnde cum in hoc ſtatu exi-

ſtens

stens fuerit dispensatus, vt posset, & retinere, & consequi pensiones, non obstante bigamia, forsan contrahenda, incongruum planè esset asserere, quod Papa intellexerit eum dispensare tanquam purum laicum, cum esset, vt dictum est
27 clericus, & haberet † caracterem, qui neque etiam per bigamiam extinguebatur, sed potius dicendum est, quod Papa voluerit ei præseruare exercitium caracteris, quem habebat impressum, ad effectum retinendi pensiones, & etiam quatenus opus esset ipsum caracterem conseruare.

Et quod reuera Papa non intellexerit d. D. Principem dispensare tanquam purum laicum, sed potius eidem voluerit per d. dispensationem præseruare d. exercitium seu priuilegium quo D. Princeps fuisset denudatus per bigamiam nisi præcessisset d. dispensatio, manifestè colligitur ex pluribus, & primò quia litteræ d. dispensationis fuerunt inscriptæ Michaeli Peretto Clerico Romano, nam hæc inscriptio satis denotat, quod Papa
28 intellexit † dispensare clericum ad retinendas pensiones, non autem laicum, & sic quod d. D. Principi voluit præseruare priuilegium, quod alias per bigamiam amittebat *ad trad. per Caccialup. de pens. q. fin. num. 6. in fin. vers. quod autem, & num. 7.*

Secundo ponderandum videtur, quod si Papa voluisset D. Principem dispensare tanquam purum laicum, non fuisset opus eumdem dispensare super bigamia, sed vnico verbo potuisset super d. stylo Curiæ, ex quo (vt dictum est) pensio-
29 nes non conceduntur, † nisi Clericis, dispensare, nulla facta mentione bigamiæ. Bigamia enim non facit aliquem per se incapacem pensionum, sed incapacitas prouenit ex eo quod bigamia tollit priuilegium clericatus, quod requiritur ex stylo Curiæ ad affectum, vt quis sit capax pensionum; vnde sufficit quòd aliquis dispensetur, tanquam laicus, eo enim ipso efficitur capax pensionum, nec talem capacitatem amittit, licèt contrahat bigamiam.

Tertiò est etiam aduerten. quod Papa in dicta dispensatione expresse derogauit Concilijs generalibus, quod pari ratione superfluum fuisset, si voluisset D. Principem tanquam purum laicum dispensare, neque enim in vllo Concilio cautum reperitur, quòd † laicus biga-
30 mus sit incapax pensionum, sed benè cautum reperitur in Concilio generali Lugduneñ, quòd Clericus bigamus non
31 possit gaudere aliquo † priuilegio clericatus, ac propterea Papa, qui voluit dispensare d. Principem, vt possit non obstante bigamia retinere pensiones, & sic gaudere priuilegio clericatus, quoad dictam retentionem derogauit d. Con-
32 cilio, & qualitas † gratiæ declaratur ex derogatione obstantiarum, *Bald. in l. eam quam, num. 36. C. de fideic.*

Quartò est notandum, quod Papa, quando vult aliquem habilitare ad pensiones tanquam laicum, id solet exprimere, vt apparet ex alio indulto concesso D. Principi à san. mem. Clem. VIII.
33 in quo † expresse dicitur, vt possit obtinere pensiones, tanquam merè laicus; vnde cum in hac dispensatione nullam prorsus mentionem fecerit laicalitatis, meritò dicendum est dispensasse D. Principem tanquam clericum, & sic eidem præseruasse priuilegium, seu exercitium caracteris clericalis, quem tunc habebat impressum.

Quintò, eo magis prædicta admittenda videntur, quod cum pensiones ex stylo, & obseruantia Sedis Apostolicæ, vt supra dictum est, non reseruentur, † ni-
34 si pro Clericis, habeantq. annexam spiritualitatem, quæ non communicatur laicis, *Gonz. de benef. p. 1. cap. 5. nu. 10. & 19.* multo verisimilius est quod Papa voluerit D. Principi iam tunc clerico existenti priuilegium clericatus præseruare, quàm vti merum laicum dispensare, & præsertim, quia neque etiam post bigamiam D. Princeps efficiebatur merus lai-
35 cus, † & semper retinebat caracterem ei semel impressum, & solum amittebat exercitium d. caracteris, quod ei dicta dispensatio præseruauit.

Nec obstat, quod etiam si D. Princeps retinuerit non obstante bigamia, caracterem clericalem, & stante dispensatione, etiam capacitatem obtinendi pensiones, & sic priuilegium, & exercitium d. caracteris, quoad d. effectum, vt reuera retinuit, nihilominus non potuit dici capax iuxta facultates concessas bo. mem. Cardinali Montalto, itaut in eum potuerit per d. D. Cardinalem transfer-
36 ri d. pensio, quia † negari non potest, quin reuera d. D. Princeps stante retentione fuerit Clericus cum suo exercitio, & sic persona Ecclesiastica, vt supra fuit esten-

ostensum, ac per consequens capax dictæ translationis etiam iuxta formam primi indulti D. Cardinalis, aut certè si non potuit dici persona Ecclesiastica, ad effectum tamen obtinendi pensiones tā-
37 tum, † fuit indubitanter clericus, & sic capax dictæ translationis saltem vigore secundi indulti.

Nec obstat, quod non fuit clericus quoad omnes effectus clericatus, quia sufficit quod fuerit clericus ad effectum obtinendi pensiones, neque enim substineri potest, quod dicitur, quod d. indultum sit intelligendum de Clerico gaudente omnibus priuilegijs clericatus, quia verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam, & sic de clerico, qualis oportet, vt sit inspecto stylo, &
38 obseruantia † Curiæ ad effectum, vt possit obtinere pensiones *iux. trad. per Doct. in c. quoniam. Abb. vbi supra Deci. num. 4. Abb. num. 8. de offic. delegat.*

Non obstat, quod in secundo etiam indulto non datur facultas D. Cardinali trasferen. pensiones in clericum, sed in laicum, cum clausula, ex nunc prout ex tunc se fecerit insigniri caractere clerica-
39 li, † quia si fuit data facultas transferendi in laicū cū dicta clausula, multo magis censeri debet data facultas transferendi in Clericum insignitū tempore translationis caractere clericali, qualis erat D. Princeps, vt supra probatum est, & contrarius intellectus nulla ratione fundatur.

Non obstat, quod D. Princeps, fuit dispensatus tantum ad effectum, vt posset consequi, & retinere pensiones reseruandas, & reseruatas, non autem etiam ad effectum, vt in eum possint transferri
40 pensiones, quia etiam translatio est nouæ † pensionis reseruatio: fit enim per viam extinctionis primæ, & creationis seu reseruationis nouę pensionis, & pensio translata quicquid sit respectu † ti-
41 tularis, respectu certè translatarij est noua pensio, adeoque sub indulto retinendi pensiones reseruatas, & reseruandas comprehenditur etiam pensio translata, vt in puncto de indulto concesso militibus Lauretanis fuit dictum coram *sanct. mem. Greg. XV. decis.* 18. *num.* 3. de indulto transferendi pensiones reseruatas, & reseruandas *in vna Romana pensionis* 17. *Iunij* 1622. *coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec denique obstat, quod D. Princeps est dispensatus tantum super matrimonio contrahendo in habitu militiæ regularis, quia hoc manifestè repugnat verbis dictæ dispensationis ex illis enim apparet, quod D. Princeps fuit dispensatus vt possit retinere, & consequi pensiones, siue contingat ipsum aliquam militiam suscipere, & in ea matrimonium cum diuersis semel, & pluries contrahere, etiam præter, & contra formam stabilimentorum d. militiæ, siue etiam non contingat suscipere aliquam militiam, & ad secunda, & plura alia vota laicalia, aut secundas, & plures nuptias transire.

Nec verba illa ad secunda, aut etiam plura alia laicalia vota, aut secundas nuptias &c. possunt aliqua ratione intelligi de nuptijs contrahendis in habitu militię, quia Papa considerauit duos casus, videlicet, quòd posset contingere quod Princeps effectus miles matrimonium semel, vel pluries contraheret, & quod non susciperet militiam, & ad secunda, & plura alia laicalia vota transiret, & quoad primum casum expressis verbis supra prouidit, quoad alium vero illa verba, & ad secunda, & etiam plura alia laicalia vota &c. vt manifestè apparet ex ipsa lectura d. dispensationis ex quo videtur remoueri penitus omnis difficultas.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Burgeñ Expensarum.

Die Veneris 31. Ianuarij 1625.

DECISIO CCCCLI.

Est Impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 154.

☞ * Allegatur ista decisio infra in eadem causa sub die 10. Decemb. 1625. coram bon. mem. Coccino, est decisio 462.

REVERENDISS. P. D. REMBOLDO

Firmana Pensionis.

Die Veneris 26. Februarij 1625.

ARGVMENTVM.

Pensionum translatarijs competit via executiua sicuti competebat ipsi pensionario. Cardinales S. R. E. veniunt sub generali dispositione, & hoc est perpetuũ, nisi in aliquo casu sint specialiter priuilegiati. Cardinalis acceptando beneficium, tenetur ad onus eidem iniunctum, & sibi præiudicat. Et plura circa materiam an pensionis impositio, & priuilegium eam transferendi sit res odiosa, necne.

SVMMARIVM.

1 *Translatario pensionis datur processus executiuus suæ translationis, sicuti datur pensionario.*

2 *Pensionis translati vætus transit in trãslatarium.*

3 *Translatario pensionis quando sit concedenda exequutio.*

4 *Pensio si sit reseruata Motu proprio à Papa, non eget iustificatione.*

5 *Cardinales non veniunt in generali dispositione.*

6 *Cardinales S. R. E. non comprehenduntur in generali dispositione, & hoc propter eorum præeminentiam.*

Cardinales sunt speciali nota digni, num. 6. & quando non. num. 7.

8 *Cardinales in generali dispositione etiam odiosa veniunt.*

9 *Io. Monach. in cap. 1. de schismat. in 6. allucinatus fuit à proprio interesse, & passione, dum dixit in generali dispositione non venire Cardinales, quia ipse erat Cardinalis.*

10 *Cardinales veniunt in generali dispositione, nisi sint specialiter priuilegiati.*

11 *Cardinales comprehenduntur sub generalibus derogationibus.*

12 *Cardinales in materia pensionis, & quod pensiones per eos debitæ non possint transferri, non sunt specialiter priuilegiati.*

13 *In Dispositione generali comprehenduntur etiam personæ priuilegiatæ, quando in illa materia non sunt specialiter priuilegiati.*

14 *Cardinales non subeunt onera pensionum ratione suarum personarum, & quid inde inferatur.*

15 *Intentionis defectus in Papa vt tollatur, sufficit quod aliquid potuisset cogitare in genere.*

16 *Ex Mutatione personæ non mutatur qualitas rei.*

17 *Obligatio creditoris non mutatur ex superuenienti dignitate Cardinalis.*

Rem oneri grauatam si quis acceptauerit, sibi imputet. num. 17.

18 *In Pensionum materia, & facultate illas transferendi, quid tantum inspiciatur.*

19 *Pensio, quoad Ecclesiam est onus reale, & perpetuum quousque durat pensio.*

20 *Pensio, quoad Titularem est personale, & durat per tempore, quo Ecclesiam possidet.*

Facultas transferendi pensionem prorogat seruitutem semel Ecclesiæ impositam. num. 20.

21 *Subreptio non inducitur ex taciturnitate eorum, quæ possunt esse, & non esse, & num. 22.*

23 *In Pensionum reseruationibus, & facultatibus illas transferendi solet tantum fieri mentio qualitatum Ecclesiæ, & nõ personarum eam obtinentium, & num. 24.*

25 *Cardinalis acceptando beneficium, censetur illud acceptare cum onere pensionis, & sibi præiudicat, & num. 26.*

27 *Derogantis mens est attendenda, vt cognoscatur an voluerit generaliter derogare.*

28 *Derogatum an aliquid sit, vel non, hoc pendet à mente, & intentione derogantis.*

29 *Cardinales æquiparantur Regibus.*

Cardinales etiam Legati veniunt sub clausula cuiuscumque gradus, status, &c. num. 29.

31 *Cardinales non comprehenduntur sub generalibus dispositionibus odiosis odio irrationabili.*

32 *Cardinalis si acceptet aliquod beneficium tenetur ad onus ei iniunctum, etiamsi sit odiosum odio irrationabili.*

33 *Pensionis impositio, & eius translatio nõ est odiosa odio irrationabili.*

34 *Pensionis impositio est contra ius.*

35 *Beneficia Ecclesiastica conferri debent sine diminutione.*

36 *Pensio ex causa licita, & honesta super beneficio de iure potest imponi.*

37 *Vtilitas publica respicit, quod ex pingui benefi-*

beneficio plures Clerici alantur.

38 *Statutum exclusiuum fœminarum est contra ius & tamen non est odiosum odio irrationabili, & num. 39.*

40 *Odium irrationabile vt excludatur sufficit quod habeat admixtam rationem.*

41 *Pensio, quod sit res irrationabilis, est res in audita.*

42 *Pensionis transferendi facultas solet concedi Cardinalibus, vt possint se exhibere gratos erga suos familiares.*

Qui fuerunt participes vniuersalis muneris, quod Cardinalis sustulit pro Ecclesia Romana.

44 *Pensionis impositio est minus odiosa, quã ipsius translatio.*

45 *Regula de præstandis consensibus nihil disponit circa consensum de iure naturali, & ad quid respiciat.*

46 *Odiosum non potest aliquid dici, si fiat ad maiorem cautelam.*

47 *In Translationibus pensionum faciendis per Cardinales non expediuntur litteræ.*

48 *Regul. Cancell. 67. loquitur de Regul. Cancell. edendis post primam editionem, & vide num. 49.*

* Decisio præsens allegatur supra in decisionibus 30. & 46. quæ sunt in hac eadem sub diebus 23. Ianuarij 1627. & 8. Martij eiusdem anni coram Reuerendiss. Vrgellen. & in vltima decisione idest 46. canonizatur præsens decisio, cum altera pariter in eadem causa (sub die 23. Ianuarij 1626. erit infra decisio 464.) vbi ambæ extolluntur tanquam optimis fundamentis, & auctoritate ornatæ.

DECISIO CCCCLII.

INter alias pensiones, quas præclaræ mem. Cardinalis Montaltus transtulit, vigore facultatum amplissimarum sibi concessarum à sanct. mem. Sixto V. transferendi quascumque pensiones, transtulit pensionem scutorum 2. mill. ipsi aliàs super fructibus mensæ Archiepiscopalis Ecclesiæ Firmanæ reseruatam.

Verum quia eiusdem mensæ fructus, dempta certa rata pro moderno D. Archiepiscopo, sunt ex causa resignationis dictæ Ecclesiæ Illustriss. D. Cardinali Bandino reseruati, pro parte dicti Illustriss. D. Cardinalis prætendebatur, non potuisse d. pensionem vigore dictarum facultatum in ipsius præiudicium transferri. Vnde causa inter dictum Illustr. Cardinalem, & translatarios Cardinalis Montalti in Rota introducta, dubitatum fuit, An esset locus exequutioni instrumenti dictæ translationis, & D. post maturam dubij discussionem, vnanimi consensu affirmatiuè responderunt.

Habent enim dicti translatarij fundatam intentionem in d. instrumento translationis, ac reseruatione d. pensionis ad fauorem bon. mem. Cardinalis Montalti, & amplissimis facultatibus eidem Cardinali (vt dictum est) concessis transferendi quascumque pensiones ipsi quomodolibet reseruatas, ideoque locus est exequutioni d. instrumenti

1 quia † datur translatario processus executiuus pro exequutione suæ translationis sicuti datur pensionario, *Rota in* [...] *nonien. pensionis coram Illustrissimo Card. Millino relata per Marches. de Commiss. par. 1. fol. 558. & in Rom. pensionis* [...] *Iunij 1622. coram R.P.D. meo Buratto & in Aquilana pensionis 28. Maij 162*[...] *coram me*, & virtus translatæ † pensio-

2 nis descendit in translatarium, *Ant. Augustinus in Epit. tit. de translat. per num. 8. Paris. de resign. l. 16. quæst.* [...] *num. 6.*

3 Nec obstat, quod † tunc demum translatario videatur competere exequutio, quando & litteræ reseruationis pensionis transferentis, & facultatis eidem concessæ transferendi dictam pensionem sunt iustificatæ: quia in casu isto tàm litteræ reseruationis ad fauorẽ bo. me. Card. Montalti, quàm etiã facultatis eidem concessæ transferendi pensiones

4 emanarunt † motu proprio, nec propterea egent alia iustificatione, *Garz. de benef. in 1. par. cap. 5. nu. 401. Rot. coram Card. Seraphi decis. 1484. num. 10. & fuit dictum in nullius, seu Giennen. beneficiorum coram. me.*

Nec obstat quòd in dictis facultatibus concessis bon. mem. Card. Montalto non possunt censeri comprehensę pensiones debitæ à S. R. E. Cardinalibus,

5 eo quia Cardinales † non veniunt in generali dispositione, quia licet S. R. E.

6 Cardinales propter † eorum eminentiã sunt digni speciali nota: tamen d. conclusio quod non comprehendantur in generali dispositione, habet plures declarationes, & limitationes, neque eam ita passim admittit Rota, vt apparet ex infinitis propemodum decisionibus, quæ pos-

possent adduci, quarum plures etiam refert *Gomes. in proœm. reg. Cancell. quæst.* 4. vbi latè pertractat hanc materiam, & in specie testatur coram eo fuisse tentum in Rota, sub indulto concesso Archiepiscopo Valentino, comprehendi personas Cardinalium habentium beneficium in Diœcesi Leodieñ eiusque sententiam fuisse per alias duas confirmatam, & ita etiam fuisse conclusum *in causa Caurien. Canonicatus, & præbendæ*, in qua fuit
7 dictum priuilegio concesso † Clero Hispaniæ per Leonem X. de reuocandis omnibus regressibus sine consensu concessis, comprehendi etiam Cardinales habentes similes regressus sine consensu, etiam quod illos habuissent ex causa onerosa.

8 Quinimmò quod S.R.E. Cardinales † in generali dispositione etiam odiosa comprehendantur tenuit *post Archid. Io. Andr. & alios in cap. si nemo deinceps de elect. in 6. Rota coram Mohed. decis.* 23. *de renunciat.* vbi etiam dicitur, quod *Rota non sequitur cons. Anchar. dicentis contrarium cons.* 297. *nec cons. Rom.* 498. *nec doctor. Felin. in cap. cum in iure sub num.* 6. *de off. deleg. & Io. Monach.* qui auctor fuit contrariæ opinionis *in cap.* 1. *de scismaticis in 6. num.* 1. ipsemet se retractauit *in extrauag.* 1. *super glos. in verb. Clericus de sent. excomm. in communibus*, vbi dicit non esse sibi credendum de
9 opinione, quam tenuit in d. † cap. 1. quia cum esset Cardinalis deceptus fuit propria passione, & eamdem sententiam sequitur *Felin. cap. ad aures sub num.* 11. *de rescript. Gemin. in d. cap.* 1. & post alios
10 per eum relatos *Gambar. de off. legat. lib.* 4. *num.* 145. vbi quod ista est † veritas nisi quando daretur casus specialitatis in Cardinalibus, *Ruin. cons.* 4. *num.* 19. *lib.* 5. vbi quod rationes Anchar. non sunt efficaces, & quod ista est verior opinio, *Perett. cons.* 314. *num.* 11. vbi
11 quod de iure, & † secundum practicatam opinionem, Cardinales comprehenduntur sub generalibus derogationibus.

Et quicquid sit quoad alios casus, quod in facultate transferendi pensiones, & præsertim in facultatibus concessis bon. mem. Card. Montalto sit comprehensæ etiam ista pensio eidem Cardinali super fructibus Mensæ Archiepiscopalis Firmanæ reseruata: clarè DD. demonstrari posse putabant ex pluribus.

Et primò, quia S. R. E. Cardinales in materia pensionum, & quod pensiones
12 eos debitæ † non possint transferri, reperiũtur specialiter priuilegiati, nõ vnde quod & ipsi quoque siue pensiones ab ipsis debitæ in huiusmodi facultatibus comprehendi censeantur, non est incon-
13 ueniens, quia in generali dispositione † comprehendũtur etiam personæ priuilegiatæ quãdo in illa materia nõ sunt specialiter priuilegiatæ, *l. in fraudem. §. vlt. & ibi Bal. & alij DD. ff. de milit. testam. Rip. in l.* 1. *n.* 60. *ff. de vulg. Gabr. cons.* 20. *n.* 2. *& seq. lib.* 2. *Natt. cons.* 410. *num.* 20. *Dec. cons.* 4. *ante num.* 2.

Secundò eo facilius dici potest comprehendi in dictis facultatibus etiam S. R. E. Cardinales, quia S. R. E. Car-
14 dinales † non subeunt onera pensionum ratione suarum personarum, quæ propter earum eminentiam sunt digni speciali nota, (vt dictum est) sed ratione beneficiorum, quæ obtinent, ac propterea sicuti propter d. rationem tenentur ad solutionem pensionum, etiam quod in earum impositione Papa simpliciter decreuerit, quod eas soluere teneantur, tam tunc existentes titulares Ecclesiæ super cuius fructibus sunt impositæ tales pensiones, quàm eorum successores, etiam quod Cardinalibus non fuerit facta expressa mentio, ita & multo magis tenebitur Cardinalis ad subeundum onus prorogatæ seruitutis Ecclesiæ per Papam, licet in ipsa prorogatione seu facultate prorogandi non fuerit facta specialis mensio, quod titularis Cardinalis dignitate fulgeat, & maximè quando tempore prorogatæ seruitutis, seu facultatis eam prorogandi concessæ, non obtinebatur Ecclesia à Cardinale, sed fuit eam postea assequutus;
15 sufficit † enim quòd Papa in genere cogitare potuerit posse contingere, quod Ecclesia tali onere grauata conferatur Cardinali ad *l. quod iure. ff. de milit. testam. Felin. in cap. nonnulli, num.* 18. *de rescript. Corn. cons.* 201. *num.* 14. *lib.* 2. *Cassad. decis.* 12. *num.* 6. *& seqq. de præbend.* & in terminis translationis pensionis fuit dictum in vna *Regien. translationis pensionis* 26. *Nouemb.* 1622. *&* 17. *Iunij* 1624. *coram R. P. D. meo Pirouano.*
16 Neque ex mutatione † personæ titularis alteratur qualitas, & substantia facultatis, ad *trad. per Ferrett. cons.* 314. *num.* 11. *& seq. Cad. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 18. *& decis.*

 230. *nu.*

17 230. *num.* 4. vbi quod ex † superuenienti dignitate Cardinalis, non mutatur obligatio creditoris, & sibi imputet Cardinalis, quia acceptauit Ecclesiam super cuius fructibus est reseruata pensio ad fauorem alterius Cardinalis, qui habet facultatem transferendi dictam pensionem.

Tertiò, ad hoc idem plurimum facit, quod in materia pensionum, & facultatum illlas transferendi, † inspicitur tan-
18 tum qualitas Ecclesiarum, & præiudicium, quod per d. impositionem dictis Ecclesijs infertur, non autem qualitas personarum obtinentium Ecclesias, seu quæ in futurum obtinere possunt, idque
19 optima ratione, quia pensio † quoad Ecclesiam est onus reale, & perpetuum quousque durat pensio, quo verò ad titularem est personale, & durat pro tem-
20 pore, † quo Ecclesiam possidet, & d. facultas prorogat seruitutem, semel Ecclesiæ impositam; præiudicium vero quod ex ea infertur Cardinali titulari est secundarium, & merè euentuale, quia scilicet contingere potest, quod vel Cardinalis eamdem Ecclesiam tempore translationis amplius non possideat, vel quod etiam translatarius ante ipsum transferentem diem suum obeat, nec propterea de tali præiudicio est facienda specialis mentio, & sufficit qualitates ipsius Ecclesiæ de cuius præiudicio principaliter agitur, non vero etiam ius euentuale titularium exprimere, quia †
21 ea quæ habent se ad esse, & non esse nõ inducunt subreptionem, *Fel. in cap. in nostra de rescript. Ferrett. d. cons.* 314.
22 *num.* 12. vbi quod quando † qualitas Cardinalis potest adesse, & abesse tempore vacationis, non est de illa necessaria mentio, *Cassad. decis.* 16. *num.* 2. *de præbend.* & in his terminis dixit *Rot. in decis.* 240. *num.* 26. *& seqq. par.* 1. *diuers.*

Quod & vsus ac stylus Curiæ compro-
23 bauit, solet enim ex † communi, & notorio stylo Curiæ in reseruationibus pensionum, & facultatibus illas transferendi, fieri quidem mentio qualitatum Ecclesiæ, super qua est imposita pensio, vt Papa scire possit, an sit Parochialis, Abbatialis, Episcopalis, Archiepiscopalis, aut alterius dignitatis, non vero etiam personarum dictas Ecclesias obtinentiũ, & minus earum, quæ in futurum, vt easdem Ecclesias obtineant possibile est.

Nec propterea subsistit quod dicitur non præsumi quod Papa voluerit per dictam facultatem præiudicare Cardinali ad quem poterat deuenire Ecclesia quia, vt iam dictum est, in hac materia
24 non inspicitur † dignitas personarum obtinentium Ecclesias, nec minus attenditur præiudicium Cardinalis, quod pendet à futuro, & incerto euentu, & Papam difficiliorem redderet ad concedendam facultatem, quod potest contingere, vt ea sit prẹiudicialis aliquo tempore S. R. E. Cardinali, aut præsumi deberet, quod non vult eam præiudicare posse Cardinalibus, vtique eadem ratio retraheret Pontificem ab imponenda pensione, nec præsumeretur quod Papa vellet semel impositam solui debere successore Cardinale, quod tamen verum non est, quia (vt iam dictum est etiam quod de Cardinale non fiat men-
25 tio, † tenetur ad pensionem semel impositam, & Cardinalis acceptãdo beneficium, censetur illud acceptare cum suo onere, & sibi præiudicat, ideoque pari etiam ratione sibi præiudicat Cardina-
26 lis, † acceptando beneficium cum onere pensionis, quæ fuit effecta transferibilis, vt cuilibet rectè consideranti ad sensum pare poterit.

Quartò, cessare videtur in casu isto difficultas, quia dato etiam quod in hac materia reperirentur S.R. E. Cardinales vel de iure, vel de stylo Curiæ particulariter priuilegiati, ita quod pensiones ab ipsis debitæ nunquam censeantur in huiusmodi falcultatibus comprehensæ, nisi de ijs fuerit facta specialis mentio.

Nihilominus huic etiam priuilegio dici posset derogatum per amplissimas clausulas appositas in facultatibus concessis bon. mem. Card. Montalto, ad
27 hunc namque effectum attenditur † intentio derogantis, & si potest apparere quod volueris derogare, sufficit derogatio generalis, *Card. cons.* 136. *num.* 7. *& seqq. Aym. cons.* 126. *per tot. & præsertim num.* 4. *& seq. Put. decis.* 104. *in*
28 *fin. lib.* 1. vbi quod semper an † sit derogatum, vel non, pendet à mente, & intentione derogantis, *Rot. decis.* 137. *n.* 7. *par.* 1. *diuers.*

De intentione verò Sixti V. quod in dictis facultatibus voluerit derogare, etiam dicto priuilegio, non est dubitandum; tum quia dictæ facultates emanarunt ad fauorem pronepotis, & quidem

valdè

valdè dilecti, vt in alijs facultatibus concessis eidem D. Cardinali in simili ponderauit aliàs Rota, tum etiam quia in dictis facultatibus fuit expresè derogatum statutis, consuetudinibus, priuilegijs, & indultis, cum verbis amplissimis, & insuper fuit dispositum, quod D. Cardinalis posset transferre pensiones, etiam quod sint reseruatæ super fructibus Ecclesiarum de iurepatronatus Baronum, Ducum, Regum, Imperatoris, aut alia quacumque dignitate Ecclesiastica, vel mundana fulgentium; quin etiam fuerit superaddita clausula, quod de dicto indulto iudicetur perin-
29 de, ad si esset concessum † in Consistorio de fratrum consilio, & assensu, sub quibus clausulis etiam S.R.E. Cardinales comprehendi, qui Regibus æquiparantur, ambigi non potest, vt de clausula cuiuscunque status, gradus &c. aduertit *Ferett. consf. 357. num. 4. vers. quinimò*, Cardinales etiam Legati, & ita sæpius fuisse iudicatum in Rota testatur *Gomes. in proœm. regular. quæst. 4. num. 2.*

Nec obstat quod omnes dictæ clausulę respiciunt tantum qualitates Ecclesiarum, super quibus sunt reseruatæ pensiones per D. Cardinalem transferendæ, non verò personas easdem pensiones translatas soluere debentium: quia hoc etiam admisso, subintrat firmissimum argumentum, quod si Papa voluit dictas pensiones posse transferri in præiudiciũ iurispatronatus Regum, & Imperatoris, multo magis voluit easdem pensiones transferri posse in præiudicium Cardinalium, à quibus posset contingere obtineri dictas Ecclesias, quia præiudicium Regum erat præsens, & certum; præiudicium verò Cardinalium penitus incertum, & euentuale, vt supra demonstratum est.

Quintò, prædictis posset adnecti, quod Illustriss. D. Cardinalis Bandinus non est titularis Ecclesię Archiepiscopalis Firmanæ, sed tantum eiusdem Ecclesiæ fructuum (dempta certa rata pro moderno D. Archiepiscopo) reseruatarius, & d. reseruatio emanauit tempore, quo iam fuerat reseruata d. pensio ad fauorem D. Cardinalis Montalti, & concessa eidem facultas dictam pensionem transferendi, vnde in d. reseruatione fructuum ad fauorem Illustriss. D. Cardinalis Bandini facta, non potest censeri comprehensa dicta pensio, vt benè deducitur *in decis. 133. num. 2. par. 2. in recent.* & quatenus in eadem reseruatione caueatur, quod si contingat vacare pensiones super fructibus Ecclesiæ impositas, ipsi D. Cardinali reseruatario accrescere debeant; non debet intelligi de pensionibus alteri Cardinali reseruatis, qui habet facultatem eadem pensionem transferendi ex eadem regula, quæ pro D. Card. reseruatario adducitur,
30 quod in † dispositionibus non comprehenduntur Cardinales, atque ita argumentum ad ipsius D. Cardinalis reseruatarij fauorem inductum reflectitur.

Atque ex his etiam apparet non obstare quod dicitur, quod saltem in dis-
31 positionibus † odiosis odio irrationabili non comprehenduntur S. R. E. Cardinales (quicquid sit de dispositionibus odiosis non autem odio irrationali) quia obiectum posset procedere, si odium dirigeretur in ipsas personas, vel etiam si aliqua alia ratio concurreret, ex qua posset intrare priuilegium quod habent S. R. E. Cardinales, in quibus terminis loquuntur iura, & auctoritates per scribentes pro Illustriss. D. Cardinali Bandino allegata; secus vero est, quando odium percutit rem ipsam, puta Ecclesiam, & S. R. E. Cardinalis eamdem
32 Ecclesiam † cum tali onere acceptauit, quia tunc nemo est qui dicat, quod Cardinalis non teneatur subire tale onus, etiam quod esset odiosum odio irrationabili: Et in omnem euentum, si quod priuilegium competeret tali etiam casu Cardinali, ei fuit sufficienter derogatum per clausulas supra ponderatas; quin & fortassis dici posset eodem defectu laborare, etiam gratiam reseruationis fructuum ad fauorem Illustriss. D. Cardinalis Bandini, ita quod nec ipse iuuari possit dicta gratia in præiudicium Cardinalis haben. gratiam anteriorem (vt supra dictum est) quia gratia dictæ reseruationis non est minus odiosa, quam sit facultas concessa bon. mem. Card. Montalto, præsertim cum eadem etiam gratia contineat facultatem transferendi fructus reseruatos, seu illorum partem.

Sed neque prætereundum est, quod
33 nec ipsa impositio pensionum, † nec etiam facultas transferendi pensiones semel impositas est odiosa odio irratio-
34 nabili, quia licet videatur † dicta impositio pensionum contra ius, eo quod in-
35 specto iure † communi beneficia conferri

ferri debeant sine diminutione, *cap. maioribus 1. quæst. 3. can. piæ mentis 16. quæst. 7. cap. vacante, & cap. cum causam in fin. de præbend. cum similibus.*

36 Tamen de iure etiam est, quod ex † causa licita, & honesta possit pensio pro tertio imponi, *Felin. in cap. ad audientiam il 2. col. 2. vers. 2. conclusio de rescript. Rot. decis. 240. num. 24. par. 1. diu. &*
37 publicam † quoque vtilitatem respicit, quod ex pingui beneficio plures Clerici alantur *Bursatt. cons. 126. num. 90. vers. 2. vt egeno lib. 2. Mandos.* qui pluribus rationibus hanc opinionem defendit *super reg. 19. quæst. 11. num. 1. cum plur. seqq. Gonzal. in glos. 6. proœm. num. 21. Gig. de pension. quæst. 96. num. 4. & respons. 25. num. 15. Gambar. de off. leg. tit. de pension. numer. 111. cum plurib. seqq.*

Et quatenus etiam esset contra ius dicta impositio, nihilominus non posset di-
38 ci odiosa odio irrationabili, quia † etiã statutum exclusiuum fœminarum est contra ius, *l. maximum vitium. C. de lib. præterit.* & nihilominus non dicitur odiosum odio irrationabili, † iuxta ma-
39 gis veram, & communem opinionem, quam Rota sequitur, vt disputato ex professo articulo fuit tentum in *Nuceriña prædij 29. Maij 1602. coram bon. me. Card. Sacrato, & in Interamnen. de Paradisijs 12. Decembris 1605. corã R. P. D. meo Pamphilio*, & nouissime *in Bononien. successionis 9. Decembris 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo*, in qua plures aliæ decisiones referuntur, & latè respondetur ad contrarià, vnde multo minus potest dici odiosa odio irrationabili impositio pensionum, etiam quod esset contra
40 ius, quia sufficit, † quod habeat admixtam rationem, vt in terminis dicti statuti exclusiui fœminarum ponderatur in dictis decisionibus, & in puncto de pensione dicitur *in d. decis. 240. num. 24. par. 1. diuers.* vbi quod est inauditum,
41 quod pensio † sit res irrationabilis, & licet à dicta decisione fuerit postea recessum, vt in *decis. 454.* tamen in hac decisione non dicitur, quod pensio sit odiosa odio irrationabili, sed quod gratia, de qua ibi agitur continebat quamdam irrationabilitatem, quia per eam concedebatur Cardinali retentio pluriũ Ecclesiarum Cathedralium, quod non est præsentis indaginis.
42 Minus potest dici odiosa † facultas transferendi pensiones odio irrationabili, quia huiusmodi facultates so-lent concedi Cardinalibus, vt se pos-
43 sint exhibere gratos erga † suos familiares, qui fuerunt participes vniuersal muneris, quod Cardinalis sustulit p Ecclesia Romana.

Et licet translatio pensionis sit prorogatio seruitutis beneficij, tamen qu potest esse, quod translatarius præme riatur transferenti (prout sæpè conti git) reputatur modici præiudicij, ne propterea in translatione seu facultat
44 transferendi necessaria est mentio, quo beneficium sit grauatum alia pensione prout est necessaria in impositione pe sionis, & magis est odiosa, ipsa impos tio seruitutis, quàm sit facultas proro gandi eamdem seruitutem semel impo sitam, vt fuit dictum in allegata *Regien pensionis 26. Nouembris 1622. & 17. Iu nij 1624. coram R. P. D. meo Pirouano* & prius *in Veronen. pensionis 14. Ianuarij 1613. coram R. P. D. meo Verospio, & i Rom. pensionis 17. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Buratto.*

Non obstat, quod in indulto bo mem. Card. Montalto concesso deroga tur regulę de præstandis consensibus, s sic suppletur consensus iuris naturalis quod facit vt dictum indultum sit odio sum odio irrationabili ex latè cumulatis pro Illustriss. D. Card. reseruatario quia est aduertendum, quod regula de præ-
45 standis † consensibus, nihil disponit circa consensum de iure naturali requisitũ, sed respicit tantum expeditores, quibus Papa prohibet expedire litteras super pensionibus, & resignationibus sine consensu formali in Camera, vel Cancellaria, *Cassad. decis. 1. num. 6. de renunciat. Caputaq. dec. 176. nu. 4. par. 2. Mohed. dec. 5. in fin. de renunciat. Rot. diuers. dec. 396. num. 8. par. 1.* Vnde penitus euanescit dictum obiectum, nec dictum indultum propterea quod in eo derogatur dictæ regulæ, dici potest odiosum odio
46 irrationabili, maximè, quod dicta † de-
47 rogatio fuit facta ad cautelam, & sine vlla necessitate, quia † super translationibus faciendis per Cardinalem, non debebant expediri literæ, & sic d. regula non afficiebat translatarios.

48 Tandem non obstat regula 67. † quia illa est restricta ad regulas Cancellariæ edendas post primam editionem, in quibus Papa vult priuilegiare Sanctæ R. E.

bus

Cardinales, vt apparet ex verbis ibi (in constitutionibus, & regulis in futurum edendis) neque ea potest extendi ad alias dispositiones, quando materia est proportionabilis; alias destruerentur infinitæ Rotæ decisiones, in quibus fuit fir-
9 matum † S. R. E. Cardinales comprehendi, vltra quod in dicto etiam indulto bon. mem. Cardinali concesso expressè disponitur, quod de dicto indulto iudicari debeat, prout si esset concessum in Consistorio de fratrum consilio, vel assensu, qui casus in dicta regula excipitur, nec propterea obstat dicta regula quominus translatio sustineatur, etiam quod illa præiudicet Illustrissimo D. Card. reseruatario.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO

Bononien. Fideicommissi de Volta.

Die Veneris 14. Martij. 1625.

ARGVMENTVM.

Plura in facto deducuntur ad docendum, quando mens testatoris non fuerit comprehendendi aliquem in fideicommisso, vt latè, & diffusè hic, & in præterita decisione in hac causa discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Ad Fideicommissum agens debet probare se in illo esse comprehensum.*
2 *Exceptionis natura, quæ sit.*
3 *Actionem ex testamento quis consequi non potest nisi seruatis qualitatibus ipsius dispositionis.*

¶ Allegatur præsens decisio, supra in decisionibus in eadem causa 44. & 448. prima est coram Reuerendiss. P.D. meo Merlino Decano, die 8. Martij 1627. altera verò est coram bon. mem. Pirouano die 14. Iunij 1624. infra habes duas alias coram R.P.D. meo Dunozetto sub dieb. 14. Martij 1628. & 3. Iunij eiusdem anni.

DECISIO CCCCLIII.

Censuerunt domini nemine dissentiente standum esse in decisis in hac causa sub die 14. Iunij præteriti, quia Comes Antonius non docet in casu deficientis lineę masculinæ se natum ex fi-
1 lia testatoris, quę † contraxerit nuptias cum illis de Volta, aut de Vrsis, prout necessarium habet iustificare hanc qualitatem à Bartholomæo testatore præscriptam ex illis verbis sub nu. 30. tunc natus, & nasciturus postea ex supradictis nuptijs secundum ordinem, de quo supra sit sibi testatori hæres vniuersalis, quam necessitatem Domini ponderarunt in discursu decisionis, quæ reuidetur, & nunc etiam clariùs examinando aduerterunt, testatorem sub num. 10. subordinasse modum contrahendi nuptias per Polisenam eiusdem testatoris filiam naturalem, & infantem cum Antonio filio Camilli q. Pauli de Volta, & alijs de Vrsis si contigisset ipsum decedere sine filijs masculis, vel sine filiabus fœminis in legitimo matrimonio natis; Secundo eundem modum sub nu. 24. præscripsisse filiabus fœminis legitimis, si contingeret ipsum testatorem decedere sine aliquo, vel aliquibus filijs, & descendentibus masculis, vel qui extarent, & postea quandocunque decederent extantibus filiabus fœminis ipsius testatoris ex legitimo matrimonio natis, grauando primogenitam, vt nubere debeat supradicto Antonio de Volta, vel vni ex filijs Constantij de Vrsis. Tertio ex hac necessitate contrahendi nuptias cum certis, & de certo genere eundem testatorem se declarasse sub *num.* 30. quod ideò præcepit, & ordinauit de dictis nuptijs; quia ipso decedente sine aliquo, vel aliquibus filijs, vel descendentibus masculis, quod tunc, & eo casu primus filius masculus ex supradictis nuptijs secundum ordinem, de quo supra, prout casus contigerit, sit sibi testatori hæres vniuersalis, ex quibus patet testatorem enixè desiderasse, ac voluisse, extincta linea masculorum suorum, sibi hæredem fore primum filium masculum ex nuptijs contractis cum personis de Volta, aut de Vrsis, quod adhuc ex parte Comitis Antonij iustificatum non remanet.

Neque obstat, quod cum testator sub *num.* 30. voluerit, quod tunc natus, vel nasciturus postea ex supradictis nuptijs secundum ordinem, de quo supra, futurus esset sibi hæres, itaut non possit de nuptijs contrahendis post lineę masculinæ deficientiam intelligi, sed de alijs nuptijs iam contractis attenta impossibilitate,

litate, quod in instanti purificandæ conditionis per contractum nuptiarum cum Voltis, vel Vrsis, iam esset natus primus masculus legitimus.

Quia patet responsio ex eodem contextu, nam testator in primo successore vocato, linea masculorum extincta, non dixit, quod natus ex supradictis nuptijs sit hęres vniuersalis, sed primo expressit, quod tunc, & eo casu primus filius masculus sit hæres, cæterùm prouidendo etiam alijs casibus, qui poterant contingere nempè, vel quia non esset hęres, vel nollet, aut non posset esse, vel esset, & postea decederet sine masculis, & tunc subiunxit, & ipso non extante, vel quandocunque deficiente sine filijs masculis de vero, & legitimo matrimonio natis secundus filius, secundo non extante, vel quandocumque decedente, vt supra tertius filius, & sic successiuo ordine tunc natus, & nasciturus posteà ex supradictis nuptijs sit hæres, atque ita patet, quod illa verba tunc natus pertinent ad determinan. successiuum ordinem, non autem ad enuntiandam extremitatem temporis, in quo futuræ sint nuptię cum personis ab eo nominatis, qui ordo sucessiuus bene se compatitur cum filio tunc nato, quando primus ex filia primogenita non extaret, vel extaret, & postea quandocunque decederet, vt tunc natus succedat, & sit hæres vniuersalis.

Neque dicatur, quod adhuc cessante dicta impossibilitate ex dictione repetitiua *dictis* comprehenduntur omnes nuptiæ siue cum Voltis, & Vrsis siue cũ alijs non tamen à testatore prohibitis, quasi
2 illis exceptis cæteræ sint comprænhensæ sequendo naturam † exceptionis, quæ solet confirmare regulam in non expresis.

Quia decisio respondet, quod relatio continet qualitatem nempè secundum ordinem, de quo supra, & supra *num.* 24. Legitur expressus ordo nubendi extincta linea masculorum cum certis personis de certis familijs, & similiter secunda relatio secundum ordinem modum, & formam, & in omnibus, & per omnia, prout supra dispositum fuit in personam Polisenæ nihil plus continet, quam ordinem nubendi Antonio filio Camilli de Volta, vel alijs de Vrsis, & quamuis replicetur adesse alium ordinem nubendi linea masculina àdhuc durante nempè cum consilio, & voluntate filiorum masculorum, & commissario-rum testamenti, vt legitur sub *num.* 1[illegible] adhuc satisfacit decisio, quod ille ord[illegible] sit datus ad effectum cõsequendi certa[m] dotem scutorum 2000. auri, non aute[m] pro subordinanda successione contem-plata per testatorem; Nec vim facit quod filiæ non tenerentur seruare testa-toris mandatum pro consequendis do[ti]bus, neque de iure, neque ex forma sta-tutorum Bononiæ, vt propterea ord[o] nubendi etiam in hac parte remaneat [il]leuans, & considerabilis, quia si testato[r] legasset dotem congruam non expre[ssa] quantitate, ratio posset deseruire, [sed] legauit certam dotem scutorum 200[0.] 1
3 auri, quę actio † ex testamento com[pete]re qui non potest, nisi seruatis qualitatib[us] ipsius dispositionis *Bart. in l.* 1. §. *qu[od] ait prætor. Nequid in flum.publ. Dec.cons.* 520. *Crau.cons.*280. *sub num.* 2. *vers. fa-cit ad præmissa Becc. cons.* 53. *num.* 9.

Ad alia autem, quæ fuerunt repetita [&] sublata remanent ex responsionibus da-tis in decisione nihil fuit replicatum, [sed] Domini transierunt sequendo iam dedu-cta in ipsa decisione.

Et ita, &c.

REVERENISS. DVNOZETTO

Archiepiscopo Seleucien.

Romana Vineæ.

Die Veneris 24. *Martij* 1625.

ARGVMENTVM.

Contractus celebratus à pupillo, vel pupil-la sine Tutore, sed cum auctoritate Cu-ratoris specialiter, ad contrahendum à Iudice deputati, quando valeat, & te-neat. Alienatio bonorum pupilli facta ab eo, quod creditores vrgeant, quan-do valida sit.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, & non curator debet deputari, quando pupillus celebrat aliquem contractum.*

2 *Curator datus à Iudice pupillo, dum contrahit, tunc ille curator subit vices Tutoris.*

3 *Curatoris appellatione venit etiam tutor.*

4 *Cura-*

4 *Curator eamdem habet auctoritatem, & eodem fungitur munere quo ipse tutor.*
5 *Pupillus si non habeat curatorem, & contrahere debeat, potest Iudex loco tutoris curatorem deputare, qui succedat loco Tutoris.*
6 *Curator, quãdo absque difficultate succedat loco tutoris, & suppleat illius vices.*
7 *Et hoc amplia, si adsit obseruantia 30. annorum circa id, quod cum eius auctoritate fuit gestum.*
8 *Alienatio bonorum pupilli non tenet, si sit facta sine necessitate non vrgente ære alieno.*
9 *Sed ista vrgentia non est necessaria, quando debitum est sub vsuris.*
10 *Bona pupillorum, quando sine solemnitate possint alienari.*

Allegatur supra præsens decisio in decis. 11. quę est in eadem causa coram Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano die 4. Maij 1626. & statur hic in decisis.

DECISIO CCCCLIV.

MOrtuo ab intestato de anno 1571. sub die 5. Februarij, Vincentio de Masis relictis post se Iuliano, Victoria, Felice, Bernardina, & Clitia, filijs legitimis, & naturalibus, pupillis, & in puerili ætate constitutis ex ipso Vincentio, & Elisa vxore genitis, dicta Elisa fuit in Tutricem, & pro tempore Curatricem, ac legitimam Administratricem deputata, vt in Summario Bernardini num. 3. Quæ cum reperijsset hereditatem dictorum filiorum Debitricẽ diuersis Creditoribus, & cuperet dicta debita persoluere, & nõ haberet vnde illa comodius soluere posset, imposuit vnum annuum censum scutorum trium monetæ pretio scutorum quinquaginta super Vinea dictorum filiorum, & hæreditatis posita extra Portam Portuensem, & de qua hodie est quæstio ad fauorem Fidi, necnon nomine quo supra sub die 21. Aprilis anni 1571. asserens cum pecunijs ad censum, vt supra captis non potuisse dicta debita persoluere, ex eo quia illas erogauerat pro liberando Iuliano vno ex dictis filijs à carceribus; Ideo alia scuta quinquaginta monetæ ad censum super eadem Vinea ab eodem Fido accepit, vt in eodẽ summario num. 5. & demum de anno 1573. ab eodem accepit alia scuta quinquaginta similiter ad censum pro subleuandis eorum necessitatibus, Summario Equiti Theodori della Porta num. 3.

Quibus stantibus de anno 1576. de mense Aprilis prædictæ Felix, Victoria, & Clitia, Vineam de qua agitur dicto Fido pro scutis 300. monetæ iuxta æstimationem Peritorum hinc inde electorũ, ac Iudicis decreto vendiderunt, quam venditionem de mense Maij eiusdem anni 1576. vt supra factam, Fabius frater primogenitus, & maior 20. ac Iulianus in 16. necnon Bernardina in 11. suæ ætatis anno constituta, dum in Monasterio Sanctæ Catherinæ existeret, mediante Curatore deputato ex decreto Iudicis ratificarunt, & quatenus opus esset de nouo fecerunt Sommario Theodori n. 5. ad lit. T. Verum quia Bernardinus hæres prædictæ Bernardinę ratificationem venditionis prædictæ, ac ipsam venditionem per eam factam nullam esse contendebant, causamque coram Illustrissimo D. Protectore dicti Monasterij S. Catherinę introduxit, placuitque eidem Protectori, seu Iudici ab eo deputato Rotam consulere deditque dubium, *An Bernardinæ competat aliquod super Vinea*, de qua agitur, quo dubio hodierna die per me proposito, *Domini negatiuè responderunt.*

Allegabatur enim pro Bernardina nullitas contractus venditionis factæ ex duplici capite, & Primò, quia cum ipsa in
1 11. tantum suæ † ætatis anno constituta reperiretur, debebat in actu celebrationis, ac ratificationis deputari Tutor, non autem Curator, *§. pupilli, Instit. de inutilibus stipulat Paris. cons. 99. n. 39. lib. 1.*

Sed placuit responsio data, Curatorem
2 illum à Iudice † deputatum subijsse vices Tutoris in cuius locum à Statuto subrogatur, nec fuisse necessarium Tutoris, &
3 Curatoris interuentum simul, † cum appellatione Curatoris veniat etiã Tutor, *Montan. de iur. Tutor. & Curator. cap. 1. num. 14.* & Curator eandem habeat au-
4 thoritatem, † ac eodem munere fungatur, quo ipse Tutor, & ita cum ista Pupilla Tutorem non haberet potuit Iudex
5 loco Tutoris † Curatorem deputare, qui succedit loco Tutoris.

Vltra quod in hoc casu visa fuit cessare omnis difficultas quia interuenit præsentia Procuratoris Monasterij deputati in Congregatione, in quo Pupilla dege-
6 bat, † qui Procurator sic à Congregatione deputatus succedit loco Tutoris, & supplet ipsius vices, *Clem. quia contigit §. vt autem in vers. illi etiam quibus dictorum*

ctorum locorum gubernatio, vbi glos. in verb. committatur, & in verbo Tutorem de Religios. dominibus, Gratian. discept. forens. cap. 522. num. 17. Quæ deputatio præsumitur amplissima, tam ex ob-
7 seruantia subsecuta † 30. annorum, & vltra; quàm ex decreto Iudicis, præsertim cum non constet tunc temporis habuisse alium Tutorem.

Secundò, quia alienatio fuit facta sine
8 necessitate non vrgente ære alieno, *iux. decis. Afflict. 249. & Roland. cons. 33. lib. 1. per tot.*

Verum fuit responsum vrgentiam non esse necessariam, quando debitum est
9 sub vsuris, † vt erant isti tres census, *l. magis puto §. non passim vers. si igitur ff. de rebus eorum. Simoncell. de decret lib. 1. tit. 1. num. 40.*

Vltra quod in facto præsupponitur facta computatione artis alieni, prout in calculo portio debita Bernardinæ remansisset redditus iuliorum quinque, vel
10 sex, † & sic potuisset absque solemnitatibus statutarijs alienati, iuxta, tradita per *Pic. ad Statut. Vrbis glos. 7. à num. 263. vsque ad num. 274. & glos. 20. nu. 2. & seqq.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Confiscationis.

Die Veneris 18. *Aprilis* 1625.

DECISIO CCCCLV.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 168.

¶ In eadem causa habetur supra alia decisio sub die 14. Iunij 1624. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, est in ordine decisio 449.

R. P. D. REMBOLDO

Vlixboneñ Monasterij.

Die Lunæ 2. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Tractatur an Reuerendiss. P. Commissarius generalis fratrum S. Francisci de Obseruantia, &c. potuit dimittere ab eorum obedientia, & iurisdictione Moniales Conuentus Sanctæ Claræ Oppidi Santarem, Fauori proprio, quando non possit renunciari.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiare nemo potest iuri, quod non habet.*
2 *Renunciatio Iuris alieni non tenet in præiudicium tertij.*
3 *Commissarius generalis fratrum S. Francisci de Obseruantia habet eamdem iurisdictionem in sua familia, quam habet Minister Generalis in tota Religione declara vt num. 4. & 5.*
6 *Fauori proprio quilibet potest renunciare.*
7 *Fauori mixto, quis non potest renunciare, quando id quod renunciatur, non solum proprium fauorem renunciantis, sed etiam alterius concernit.*
8 *Clericus non potest renunciare priuilegio Clericali, vt conueniatur coram Iudice seculari.*
9 *Ius, & iurisdictio an sit idem. Illatia non fit ad diuersa.*
10 *Monasterium immediatè subiectum Sedi Apostolicæ, non potest se subijcere iurisdictioni Ordinarij sine beneplacito eiusdem Sedis Apostolicæ, & num. 15.*
11 *Renunciatio tenet in præiudicium exempti.*
12 *Felin. in cap. cum accessissent num. 6. de constit. declaratur.*
13 *Eximenti interest suam iurisdictionem immediatam non perdere.*
14 *Libertatis, & exemptionis ius est ita coniunctum inter subditum, & superiorem, vt commodè separatio fieri non possit.*
16 *Moniales S. Claræ profitentur, & tenentur viuere sub gubernio fratrum S. Francisci, & num. 17.*
18 *Factum à maiori parte, non potest alijs præiudicare in his, quæ omnes in particulari tangunt.*
19 *Sub conditione datum, illa non adimpleta, non habetur in consideratione.*

¶ Allegatur præsens decisio infra in eadé causa sub die 19. Nouembris 1625. coram bo. me. Coccino est decisio 461. & statur hic in decisis.

DE-

DECISIO CCCCLVI.

REuerendissimus Pater Commissarius Generalis totius familiæ Cismontanæ, Indiarum fratrum S. Francisci de Obseruantia, & Patre Diffinitores Prouinciæ Portugalliæ de communi consensu die 30. Nouembris 1619. dimiserunt ab eorum obedientia, & iurisdictione Moniales Conuentus Sanctæ Claræ Oppidi de Santarem, attenta dictarum Monialium, Abbatissæ inobedientia, cum declaratione tamen, quod si eueniret, quod dictæ Moniales suam culpam agnoscerent, &veniam peterent, datis in omnibus claris, & euidentibus pœnitenitæ demonstrationibus, Pater Prouincialis illas iterum admitteret ad suam obedientiam qua dimissione sub die 2. Nouembrris 1620. dictis Monialibus intimata, Abbatissa cum maiori parte Monialibus illam acceptauit, & Archiepiscopo Vlixboneñ, vt eas in suas reciperet suppllicarunt, qui eas recepit, sub obligatione tamen, quod infra sex menses confirmationem à Sede Apostolica obtinerent, reliquæ verò contradixerunt, & ab ea ad Sedem Apostolicam, ac ad Generalem appellarunt.

Vnde contingit dubitari, an dicta dimissio, & subiecto sustineretur? & DD. Vnanimiter censuerunt, tam dictam dimissionem, quàm subiectionem non sustineri.

Quo enim ad dimissionem, ea visa fuit nulla ex pluribus. Primò quia ex constitutionibus Innocentij IV. & Bonifatij VIII. administratio dicti monasterij spectat ad Ministrum Generalem Ordinis S. Francisci, nec propterea potuit ea dimitti à Commissario dicti Ordinis, quia
1 † nemo potest renuntiare iuri, quod non habet *l. nemo plus Iuris ff. de reg. iur. Ceph. cons.* 146. *num.* 2. *Rebuff. cons.* 186.
2 *num.* 10. & renuntiatio Iuris † alieni non tenet in præiudicium tertij *l. iubemus, & ibi DD. C. ad Valle. Surd. cons.* 332. *num.* 9. *& cons.* 359. *num.* 3. *Ceph. cons.* 152. *num.* 67. *Natt. cons.* 470. *nu.* 15. *Card. Seraph. decis.* 341. *num.* 6.
3 Nec obstat, quod Commissarius † habet eandem iurisdictionem in sua familia, quàm habet Minister Generalis in tota Religione *ex constitutione Leonis X.* *registrata per Rodrignez q. regul. tom.* 1. *q.* 51. *art.* 1. quia dictus Commissarius habet quidem amplissimam facultatem visitandi,& corrigenci familiam sibi subditam, non verò etiam immutandi statum Religionis, & renuntiandi in præiu-
4 dicium † Ministris Generalis, & totius Ordinis, administrationi, & regimini eidem Ministro Generali commisso ad trad. *per. Bald. in l.* 1. *circa fin. vers. inducitur etiam C. de bon. matern. Alex. in l. procuratoribus num.* 3. *vers. intellige C. de procur.* quin, & idemmet Commissarius est subditus sicut cæteri Prælati eiusdem Religionis Ministro Generali, vt expresè cauetur in d. Constitutione, ibi, *ita tamen quod Commissarius præfato Ministro Generali omnimodè subijciatur*,& à
5 decretis dicti Commissarij datur† appellatio ad Generalē & Generalis potest eũ corrigere si deliquerit, & prohibere aliqua negotia,si causa dederint legitimam, vt per eundem *Rodriguez. d. q.* 5. *art.* 4. ideoque potest sine dubio idem Generalis huiusaodi dimissionem sine legitima causa factam reuocare,prout cum effectu reuocauit, neque ea renuente Generali in præiudicium totius Religionis sustinetur.

Secundò minus tenet dicta dimissio, quia administratio dicti Monasterij fuit fratribus dictæ Religionis, & Ministro eius Generalis per Summos Pontifices demandata, ex causis, & rationibus publicum fauorem, & vtilitatem respicientibus; vnde non licuit Commissario sine Sedis Apostolicæ beneplacito huic ad-
6 ministrationi renuntiare, nam † licet quilibet possit fauori proprio renunciare *l. si quis in conscribendo C. de Episc. & Cler. l. penult. C. de pact. cum simul.* non potest tamen renunciare fauori mixto, †
7 hoc est quando id, quod renuntiatur, non solum proprium fauorem ipsius renunciantis, sed etiam fauorem alterius, seu publicam vtilitatem concernit. *Felin. in cap. si diligenti num.* 16. *de foro compet. & in cap. cum accessissent sub num.* 29. *& ibidem Dec. num.* 23. *&* 24. *de constit. Castrens. in l. penult. num. fin. & ibi Ias. num.* 14. *C. de pact. Calder. cons.* 1. *in fin. vers. si verò de pact. Gozad. cons.* 88. *nu.* 20. *Castrens. cons.* 259. *ante num.* 6. *lib.* 1.
8 vbi adducit simile in Clerico, qui non potest † renuntiare priuilegio clericali, vt conueniatur coram Iudice seculari, vt notatur in *c. si diligenti de foro compet.*

Nec obstat, quod in dictis Constitutionibus Innoc. IV. & Bonif. VIII. detur Ministro facultas instituendi Moniales prout secundum Deum viderit expedire, quia non propterea potest censeri data facultas abdicandi administrationem, ei ob publicam vtilitatem commissam, sed tantum ea peragendi quæ circa dictam administrationem, atque ad eam explicandam sunt necessaria: facultas
9 enim † instituendi, & destituendi, ac ius, & iurisdictionem à se abdiuandi sunt inter se diuersa, & sic ab vno ad alterum non bene infertur *l. Papinian. exuli ff. de minor. Surd. cons.* 150. *num.* 94. *lib.* 1. *Reb. in Prax. tit. deuol. num.* 96. *Paris. de resign. l.* 7. *q.* 24. *num.* 19. *cum duobus seqq.*

Tertiò non tenet dicta dimissio, vel saltem illa fuit resolubilis, quia facta legitur (vt supra relatum est) ad tempus, & donec Moniales suam culpam agnoscerent, vnde cum plures ex dictis Monialibus culpã agnouerint, & à dicta dimissione appellauerint, illaque fuerit postea per Ministrum Generalem solemniter reuocata, meritò non erit amplius habenda in consideratione.

Minus tenet subiectio Monialem regimini D. Archiepiscopi, quia dictę Moniales sunt immediatè Sedi Apostolicæ subiectæ, & à iurisdictione Archiepiscopi exemptæ, nec propterea potuerunt se
10 à dicta iurisdictione † Sedis Apostolicæ eximere, & iurisdictioni, seu regimini D. Archiepiscopi se subijcere sine eiusdem Sedis Apostolicæ beneplacito *cap. cum tempore vbi Abb. num.* 2. *de arbitr. idem Abb. in cap.* 1. *num.* 19. *de re Iudic. Rom. cons.* 369. *num.* 18. *Surd. cons.* 47. *num.* 25. *cum alijs per Castr. cons.* 432. *incip. Videtur dicendum sub num.* 3. *circa med. vers. quod autem non potuerit expresse renunciare Card. Mantic. decis.* 237. *num.* 4. *& coram sanct. mem. Greg. XV. decis.* 325. *num.* 23. *cum seq.*

11 Nec obstat, quod tenet renunciatio in † præiudicium exempti *ad trad. per Fel. in cap. cum accessissent num.* 6. *de const. quia Fel.* & alij pro Monialibus ad-
12 ducti procedunt, † quando priuilegium, cui renunciatur respicit fauorem renunciantis tantùm, quod non est in priuilegio exemptionis, quia illud respicit non solum fauorem exempti, sed etiam eximentis, *vt per Abb. in d. cap. cum tempore num.* 2. *de arbitr.* vbi quod interest
13 † eximenti suam iurisdictionem immediatam non perdere, quodque subditus suus non iudicetur, nec etiam absoluatur ab alio, ideoque tali priuilegio renunciari non potest. *Rom. d. cons.* 369. *num.* 18. & talis renunciatio non tenet, nec etiam quoad renunciantes, quia, vt inquit *Abb. in d. c. cum tempore num.* 7.
14 Ius † libertatis, & exemptionis est ita coniunctum inter subditum, & superiorem, vt commodè separatio fieri non possit.

Nec obstat, quod Moniales se subiecerunt D. Archiepiscopo quoad regimen tantum, quod erat penes Commissarium, non verò etiam quoad iurisdictionem, quæ erat penes Sedem Apostolicam, quia nihilominus dicta subiectio tendit in præiudicium iurisdictionis Sedis Apostolicæ, quæ voluit dictas Moniales regi per dictum Commissarium, & non per D. Archiepiscopum, vnde non potue-
15 runt se dictæ Moniales † ab huiusmodi regimine sine Sedis Apostolicæ beneplacito eximere ex superallegatis.

Præterea, ex alio etiam non tenet dicta subiectio, quia dictæ Moniales ex re-
16 gula S. Claræ, † quam profitentur viuere sub gubernio, & regimine fratrum Ordinis S. Francisci, sicque non potuerunt se contra formam dictæ regulæ gubernio dicti Archiepiscopi subijcere.

Et ex his patet etiam responsio ad id, quod dicitur, quod per dictam subiectionem, fuit factus reditus ad ius commune, quia ex primæua institutione, & fundatione dicti Monasterij, & Ordinis, quem profitentur dictę Moniales tene-
17 tur † viuere sub obedientia dictorum Fratrum, & in omnem casum hæc mutatio non potuit fieri sine Sedis Apostolicæ beneplacito, tam ex parte fratrum, quibus dicta administratio fuit à Sede Apostolica ob publicam, & priuatam Monialium vtilitatem commissa, quàm ex parte Monialium, quæ viuere tenetur sub gubernio, & regimine illorum, quibus illæ fuerunt à Sede Apostolica subiectę.

Vltra quod talis subiectio non fuit facta ab omnibus Monialibus, sed solum pretenditur facta à maiori parte, & alijs
18 contradicentibus, quod fit vt † factum à maior parte non possit alijs preiudicare in his, quæ omnes in particulari tangunt *cap. cum omnes, & ibi glos. & Fel. nu.* 15. *de const. Capit. decis.* 152. *num.* 3.

Nec

Nec ipse Archiepiscopus simpliciter recepit, sed cum obligatione confirmationem à Sede Apostolica impetrandi, quę numquam fuit subsequuto, & sic acceptatio sine effectu remansit, per reg.
19 quod datum sub † conditione, illa non adimpleta, non habetur in consideratione *Card. Mantic. dec. 245. num. 9. cum simul.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VBALDO.

Meliteñ. Præeminentiarum.

Die Lunæ 9. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Marescialllus Religionis Hierosolymitanæ an habeat cognitionem causarum in prima instantia vertentium inter Fratres, & Milites eiusdem Religionis priuatiuè, quo ad alios, præter Illustrissimum Magnum Magistrum, & alia de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ habet iurisdictionem vniuersalem in dicta Religione.*

2 *Magnus Magister potest designare, & creare arbitrio suo Locumtenentem, cui vigere suæ præeminentiæ, potest concedere eam auctoritatem, quam vult, & num. 4.*

3 *Superiori Regulari debetur reuerentia, itaut ipse habeat, & in iurisdictionem in subditos.*

5 *Magnus Magister non habet iurisdictionem solus, sed vnà cum Conuentu.*

6 *Intellige tamen, quod dicto iurisdictio apud Conuentum est habitu, & apud Magnum Magistrum actu.*

7 *Magnus Magister habet iurisdictionem ordinariam, & num. 10.*

8 *Delegare, proprium est iurisdictionis ordinariæ.*

9 *Manutentio datur stante assistentia iuris.*

11 *Marescialllus est nomen Gallicum, & nihil aliud significat, quam Tribunus Militum.*

12 *Tribunus Militum habet iurisdictionem in Milites, & facultatem cognoscendi eorum causas, & lites.*

13 *Tribunus Militum audit commilitonum querelas.*

14 *Iurisdictio, quando competit inferiori in certis casibus, ex hoc propterea non censetur adempta iurisdictio superiori.*

15 *Militum Rectori si concedatur iurisdictio de rebus militaribus inter milites, non tamen censetur adempta iurisdictio eisdem de causis competens alteri Magistratui ordinario.*

16 *Iurisdictio in dubio censetur data cumulatiuè, & non priuatiuè.*

17 *Iudex inferior, quando cœpit cognoscere causas ad se pertinentes, & sic præueniendo, tunc non debet admitti delegatio superioris.*

¶ In eadem causa habentur supra in hac parte duæ aliæ decisiones sub diebus 13. Nouembris 1628. & 3. Decemb. 1629. coram bo. me. Reuerendiss. Pirouano, sunt in ordine decisiones 209. & 324.

DECISIO CCCCLVII.

PRætendit D. Marescialllus, qui est caput linguę Aluerniæ in Sacra Religione Hierosolymitana, ad se pertinere cognitionem causarum in prima instantia vertentium inter Fratres, & Milites eiusdem Religionis priuatiuè quoad alios, præter Illustrissimum Magnum Magistrum, dum eas velit per se ipsum cognoscere, & se esse in quasi possessione cognoscendi dictas causas; necnon prætendit, omnes paces, quæ fiunt inter eosdē Fratres, Milites super rixis, & controuersijs inter eos ortis, ineundas esse vigore statutorum Religionis, & assertæ consuetudinis, coram ipso Marescialllo tantum, & demum in dictis statutis, & consuetudine comprehendi etiam familiares continuos cōmensales Magni Magistri, qui etiam prætendit, se esse in quasi possessione hæc omnia cognoscendi, & delegandi respectiuè; Ideò super his causa commissa in Rota, fuit dubitatum, cui esset dandum mandatum de manutenendo; Quo dubio proposito die 16. Decembris præteriti coram Reuerendiss. Seleucien. fuit dictum, vt videretur de bono iure, & causa restringeretur, sed hodie sine vlla restrictione informantes coram me, suffecto in locum Reuerendiss. Seleucien. quam plurima congesserunt super bono iure ad effectum possessorij, & à Dominis fuit responsum;

Vtique esse dandum mandatum de manutenendo cumulatiuè in casibus, & iuxta modum exprimendum in decisione. Nam quoad Magnum Magistrum, nega-
1 ri non † potest, ipsum habere iurisdictionem vniuersalem in dicta Religione, tum ex stabilimentis, præcipuè *sub tit. 9. vers. 10.* vbi Magnus Magister residens in Cõ-
2 uentu potest † designari, & creare arbitrio suo Locumtenentem, cui vigore suę præeminentiæ potest concedere auctoritatem, quæ sibi videbitur, tum ex Constitutione fel. rec. Pij IV. incip. *Circumspecta sub dat. Kalen. Iun. anno primo in vers. itaut Magister, &c. & in vers. nec non causas, & lites &c.* & accedunt confirmationes, & priuilegia aliorum Summorum Pontificum subsequentium, & hæc sunt conformia dispositioni iuris,
3 secundum quam debetur † obedientia Superiori Regulari, itaut ipse habeat iurisdictionem in subditos *Abb. in cap. cum ad Monasterium num. 7. de Stat. Monach. Calder. cons. 1. post med. vers. item obuiat de regular. & stat. regul.* & in terminis Religionis S. Ioannis *est decis. Mohed. 10.*
4 *de caus. poss. & prop.* & quoad † cognitionem causarum est *decis. Rot. 101. n. 2. lib. 3. par. 3. diuers. Cresc. decis. 16. de priuil. arguen. de exceptione ad regulam.*

Neque obstat, quod Magnus Magi-
5 ster habeat † iurisdictionem solus, sed vna cum Conuentu, vt in dicta Constitutione Pij IV. *vers. necnon causas, Rota d. decis. 101. num. 2.* & tradit pluribus *Oldrad. cons. 128. per tot.* præsertim *num. 5. & 6. Verall. decis. 219. in fin. par. 1.* quia Conuentus non repugnat exercitio iurisdictionis Magni Magistri, nec delegationibus ab eo factis, vel faciendis, imò cum eas fecerit sciente, & patiente Conuentu, videtur ad ipsum pertinere talis iurisdictio, & in omnem euentum non inconuenit quod vna, & eadem iurisdictio sit penes Conuentum, & Magnum Magistrum, & apud Conuentum
6 † quidem habitu, apud Magistrum actu, bene faciunt not. per Doct. quando distingunt officium Iudicis à iurisdictione *in l. prima vbi Bart. num. 9.* & ibi *Cagnol. num. 49. & seq.* vbi de communi *ff. de iurisdict. omn. iud.*

Stante igitur, quod Magnus Magister
7 † habet iurisdictionem ordinariam, sequitur, vt cognitio causarum ad eum spectet, & hoc pro parte Marescialli nõ negatur, sed videtur, quod eas etiã pos-
8 sit delegare, cum † id proprium sit iu[risdictionis] ordinariæ *l. prima in fin. l. ma[ndatam] l. imperium in fin. & ibi Doct. communi[ter] ff. de iurisd. omn. iud.* ex quibus [ap]paret, Magnum Magistrum habere a[ssi]-
9 stentiam iuris pro se, † cuius ratione [vi]deretur sibi danda manutentio iuxta [cap.] *cum personæ de priuil. in 6.* & sæpiss[ime] censuit *Rota*, & signanter *in Sipont[ina] iurisdictionis coram Card. Sacrato*, [quæ] *est decis. 491. num. 2. par. 1. recen. & [su]dictũ in Theatina iurisdictionis 14. Ma[r]tij præteriti coram me*, vbi allegantur [...] hic videtur cessare difficultas ex pluri[bus] delegationibus causarum à Magno M[a]gistro factis necnon ex attestationib[us] Notariorũ, & causidicorum insulæ M[e]litæ, quæ fuerunt datæ in summari[o],
10 quod in † causis excedentibus summa[m] scutorum decem, recurritur, & suppl[i]catur à partibus litigantibus Magno M[a]gistro, qui eas committit, & delegat [cui] sibi libuerit.

Ex alia verò parte videbatur consta[re] de bono iure D. Marescialli quoad cer[tum]
11 genus causarum cum Marescialllus, [...] nomen Gallicum, nihil aliud sit qua[m] Tribunus militum, vt in stabiliment[is] *tit. de verb. sign. num. 7.* & tradit *Alcia[t.] de sing. cert. cap. 34. nu. 4. Tiraquell. p[...] Bud. in tract. de nobilit. cap. 8. num. 1[...]*
12 Quod autem Tribunus † Militum ha[-] beret iurisdictionem in milites, & facul[-] tatem cognoscendi earum causas, & li[-] tes, probatur in *l. officium regentis.* §. *of[-] ficium tribunorum ff. de re milit.* ibi, quæ[-]
13 relas † commilitonum audire, & *in l. pen. C. de iurisd. omn. iud.* Habet etiam Mareschiallus pro se dispositionem stabilimentorum Religionis, vt in *tit. 19. de Alberg. cap. 13.* vbi cauetur, vt milites aduersus seruitores illis infestos faciant plantam, idest, querelam porrigant Pilierio, qui est caput linguæ, qui eos cõponat, quod si non fecerit fiat quærela Magistro, seu Mareschiallo, qui iustitiam faciant; Item datur statutum *sub tit. de Bailiuis tit. 10. cap. 2.* vbi cauetur, quod omnes Fratres, tàm Equites, quàm seruentes armorum obediant Mareschiallo, à cuius tamẽ obedientia eximuntur Bailiui conuentuales, & eorum Locumtenentes, Priores, & alij ibi expressi.

Data etiam fuerunt plura alia stabilimenta, vt in tit. del Sguardio, de Consilio, & alia concernentia iurisdictionem Marescialli in certis generibus causarum ibi

ibi enunciatis, quibus licet informantes singulis respondere. Tamen Dominis videbatur constare de bono iure Marescialli administrandi iustitiam in dictis casibus expressis in statutis. Et accedunt sententiæ à Mareſciallo latæ, à quibus fuit appellatum ad venerabile consilium Religionis, necnon deputationes ab eodem factæ, quæ omnia dantur vt in summario Marescialli super possessorio, *nu*. 1. *& seqq*. Ex quibus omnibus simul iunctis, Domini veniebant in illam sententiam, vt vtrique tàm Magno Magistro, quàm D. Mareſciallo esset dandum mandatū de manutenēdo, & quod iurisdictio vtriq; cōpetat cumulatiuè, & præuentiuè in certis casibus quoad ipsum Mareſciallum, cum enim Magnus Magister habeat iurisdictionem vniuersalem, vt dictum
14 est, succedit regula, † vt cùm inferiori competat iurisdictio certi casibus, qualis est Mareſciallus, non propterea censeatur adempta iurisdictio Superiori iuxta *text. in l. vlt. C. de iurisd. omn. iud.* vbi etiam si Rectori militum concedatur iu-
15 risdictio de rebus militaribus inter † milites, non censetur adempta iurisdictio eisdem de causis competens alteri Magistratui Ordinario, vt declarat *Menoch. præs.* 18. *num.* 25. *& seqq. vbi n.* 28. *vers.* 5. *adducit tex. in dicta l. fin.* & bene facit *tex. in c. per hoc de hæret. lib.* 6. *& in Clem.* 1. §. 1. *eod. tit.* & facit regula, quod
16 † iurisdictio in dubio censetur data cumulatiuè, & non priuatiuè *Roman. cons.* 393. *num.* 1. & ibi *Adden. Felin. in c. pastoralis num.* 2. *& seqq. de offic. ordin.* & tenuit *Rota ex sententia Sac. Congregat. Concilij in Piscien. iurisdictionis* 15. *Iunij* 1590. *coram bon. mem. Card. Platto, & in Montis Regalis iurisdictionis* 27. *Nouemb.* 1606. *coram Reuerendiss. D. meo nunc Decano, quæ decis.* 316. *num.* 7. *in eius impress. & decis.* 121. *num.* 4. *par.* 1. *rec.* & latè habetur *in decis.* 4. *num.* 5. *coram fel. rec. Greg. XV.* sicuti etiam è contrario, quando Mareſciallus cœpit cogno-
17 scere causas † ad se pertinentes, & sic præueniendo, non debet admitti delegatio Magni Magistri *iuxta not. per Vant. de nullit. & defect. iurisd. deleg. num.* 21. Et ita Domini intelligebant hanc materiam. Qui autem sint casus præcisi in quibus Mareſciallus habet iurisdictionem præuentiuam, & an ad ipsum solum spectet componere paces inter Fratres, & an eius facultates comprehēdant perpetuos commensales, & familiares Magni Magistri, Domini reiecerunt ad aliam inspectionem. Et ita fuit decisum.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Cordubeñ Redecimarum.

Die Veneris 20. *Iunij* 1625.

ARGVMENTVM.

Latè in hac decisione discutitur, an solutio redecimarum sit contra, vel præter ius, & quando dicatur initium dictæ solutionis fuisse voluntarium, vel necessarium. Et plura etiam deducuntur, quod quando ex communi aceruo fuit iam deducta decima, tunc alia decima non veniat soluenda. Item etiam quatenus sit verum, vt ex vna re duplex decima sit persoluenda, quando scilicet, & qualiter id procedat, & aliqua etiam habes circa præscriptionem immemorabilem.

SVMMARIVM.

1 *Redecima debetur Ecclesiæ, si initium solutionis fuit voluntarium.*
2 *Veritati standum est, & non præsumptioni.*
Præsumptio nunquam operatur, quando veritas exaduerso repugnat.
3 *Actus initium, eo magis præsumitur voluntarium, quando habuit aliquam iustam causam.*
4 *Diuinandum non est.*
5 *Verisimilitudo cessare debet, constito de veritate.*
Opinio cedere debet veritati.
6 *Decima, tantum vnica, soluenda est.*
7 *Sub præcepto affirmatiuo, quando contineatur etiam præceptum negatiuum.*
8 *Ad decimam si quis solum teneatur, creditor non potest nisi eam exigere.*
9 *Debitor, & creditor sunt correlatiua, cum vnus absque alio dari non possit.*
10 *In correlatiuis dispositum in vno habet locum etiam in altero ex identitate rationis.*
11 *Dispositio facta in rem, licet verba dirigantur ad vnum ex correlatiuis, tamen etiam alter obligatur.*
12 *Secus verò, si verba sonent in solam personam, tunc enim non extenditur ad aliud correlatiuum.*

13 *Con-*

13 *Contra Ius non solum dicitur, id quod sit aduersus verba legis.*

Sed quicquid aduersatur menti, & rationi legis.

14 *Redecima, ad hoc, vt esset præter ius, opus esset, quod non censeretur prohibita, neque ex verbis, neque ex ratione legis, sed quod nihil esset statutum.*

15 *Decima soluta ex aceruo communi non debet solui alia decima per Dominum.*

16 *Quia Dominus censetur vendidisse fructus salua decima.*

Fructus sunt decimandi, non pensio.

17 *Pro Pensione certa, si Dominus det colendum suum prædium, d. pensionem non tenetur decimare.*

Et hoc etiamsi pensio sit in sui fundi fructibus constituta, quia salua decima intelligitur vendidisse.

18 *Fructus, & non pensio decimantur.*

19 *Decimam, quare Dominus non soluat ex pretio fructuum venditorum & num. 20.*

21 *Redecima, quod sit contra ius pluries Rota ore rotundo dixit.*

22 *Redecima est soluenda ea ratione, quia pensio illa, quam Dominus recepit per decimatorem acerui, non est decimata, & ideo de pensione soluenda est, & circa hanc opinionem videatur num. 23. 24. vbi reijcitur, & num. 26. & 27. vbi defenditur.*

25 *Donatarius an teneatur ad decimæ solutionem.*

28 *Redecima an debeatur, necne standum est consuetudini.*

29 *Redecima, si ex consuetudine est introducta, potest tollerari.*

30 *Montalu. ad l. Castellæ lib. 1. glos. 4. & Io. And. in cap. tua nobis num. 12. de decim. & alij declarantur.*

31 *Cap. à nobis de decim. & cap. tua nobis eod. titul. quo casu loquantur, & num. 32. & 33.*

34 *Decima, quando à dantibus, & recipientibus soluenda sit.*

35 *Molendinorum Domini cum teneantur soluere decimam de molendinis communibus, tenentur etiam illam soluere de molendinis, qui vento aguntur.*

36 *Venit per se nascuntur.*

37 *Mare, & venti obediunt DEO.*

38 *Ex Redditibus ædificiorum an sit soluenda decima.*

39 *Decima soluenda est ex debito quantitatis frumenti legati, aut donati extraneo, quamuis à donatore ipso sit soluta decima.*

40 *Decima duplex ex eadem re non debet sed ex re prorsus diuersa.*

41 *Donationes, & legata fiunt contemptione personæ.*

42 *Decima personalis debetur.*

43 *Decima, quæ persoluitur ex aceruo d[...]mato, non est personalis, sed realis.*

44 *Decima est soluenda de pascuis etiam pascendum concessis gratis, cum res tr[...] seat cum suo onere.*

45 *Decima soluitur de grege non obstan[...] quod ea soluatur etiam de pascuo.*

46 *Decima, quæ soluitur de grege ratio[...] pascuorum, est decima prædialis, quare.*

47 *Decimæ, quæ soluuntur in fœtibus, la[...] lacte, caseo, & similibus, non sunt [...] cimæ personales sed mixtæ.*

48 *Fœtus dum lactantur, computantur decimis mixtis, dum vero pascuntur decimis prædialibus.*

49 *Clerici recipientes decimas, tenentur so[...] uere Romano Pontifici decimam haru[...] decimarum.*

Sed ista decima Papalis, est onus reale Ec[...] clesiarum non autem prædiorum, & im[...] posita est non rebus, sed personis ibi[...] num. 50.

51 *Decima etiam de pensionibus domus de[...] betur.*

52 *Decima ex emptione domus debetur.*

53 *Decima de iure non debet solui ex con[...] tractibus, & quatenus soluatur ex con[...] stitutione Principum in certis locis, non est decima spiritualis.*

54 *Contrahentes indigent Iudice, qui iusti[...] tiam faciat.*

55 *Titulum alleganti, ei incumbit onus illud probare.*

56 *De Titulo, quando non constat perinde est, ac si non adesset.*

57 *Paria sunt non adesse, vel non apparere.*

58 *Consuetudo ex communi, & promiscuo vsu constituitur, & acquiritur ius omnibus de populo, quibus illud est proportionabile.*

59 *Et hoc procedit, siue ex publico, siue ex priuato trahatur.*

60 *Redecima, cum sit contra ius, ideo ad illam præscribendam, opus est aut immemorabili, aut quadragenaria cum titulo.*

61 *Testes deponentes super immemorabili debent esse annorum 54. cum debeant deponere de visu per 40. annos.*

62 *Et*

2 *Et ab initio visus ad hunc effectum requiritur actus 14. annorum.*

3 *Testis ætatis 96. non probat immemorabilem, si deponat de recordatu, dum erat ætatis 32.*

4 *Immemorabilis in antiquis enunciata probat.*

5 *Fama tunc in antiquis probat, quando ad minus adsunt duæ enunciatiuæ diuersorum instrumentorum, quæ emanauerint à personis non suspectis.*

66 *Dictio, dictis, est demonstratiua ad oculum, & repetit tantum id ad quod refertur.*

67 *Sententia debet restringi ad id, ad quod solum refertur.*

68 *Itaut aliud non comprehendat.*

69 *Testes, vt deponant de visu per 40. annos debent esse ætatis annorum 54.*

70 *Titulum, qui habet restrictum, & limitatum non præscribit vltra, & extra illum titulum.*

71 *Decimatus, quando fuit communis aceruus, non soluenda alia decima, secus verò si non fuerit decimatus.*

72 *Laicus non habet potestatem disponendi super decimis ex defectu potestatis.*

73 *Titulus putatiuus an sit sufficiens ad præscribendum contra ius.*

74 *Capitulum sine consensu Episcopi licet non possit vnire, hoc tamen præbet titulum putatiuum qui est sufficiens ad præscribendum.*

75 *Titulus causatus errore iuris, non est sufficiens ad præscribendum.*

76 *Et hoc intellige de mero errore iuris.*
Iudex laicus nunquam habet iurisdictionem in Clericum, aut Ecclesiasticã personam, vel res spirituales.

77 *Cuman. cons. 64. num. 2. & alij quo casu loquantur.*

78 *Princeps sæcularis, nec in laicos habet iurisdictionem, quando tractatur de re spirituali, & vide num. 79.*

80 *Titulus putatiuus, licet habeat in se admixtum errorem iuris, est tamen sufficiens ad præscribendum.*

☞ * Decisio ista allegatur supra in decisione 204. quæ est in eadem causa sub die 28. Iunij 1628. coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Vbaldo, & ibi statur hic in decisis.

DECISIO CCCCLVIII.

Episcopus, & Capitulum, postquam fuit decimatus aceruus communis Domini, & coloni iuxta terminos, *capituli à nobis de decimis*, prætendunt ex portione dominica aliam decimam, redecimã nuncupatam; quæ an deberetur, dubitaui. Et dubitationis resolutio pendet ex pluribus. Primò vt videatur, an initium huius redecimæ fuerit coactum, vel voluntarium? quia si voluntarium, vt ex
1 diuturna † præstatione præsumitur; redecima debetur Ecclesiæ, etiam quod sit contra ius, *Host. in cap. ad Apostolicam num. 2. Ioan. Andr. num. 5. & cæteri de simon. Cassad. decis. vnic. num. 6. de consuet. Roman. cons. 344. num. 2.* Secundò, quatenus initium fuerit coactum, an huiusmodi redecima sit contra, vel præter ius? Tertiò, quatenus sit contra ius, an doceatur de titulo? Quartò, vbi non doceatur de titulo, an versemur in præscriptione, an de illa legitimè doceatur?

Quantum attinet ad primum ex decisionibus corã me factis 14. Martij 1608. & 10. Maij 1613. constat initium redecimæ fuisse coactum; ideo cessat fundamentum, quòd scilicet ex diuturna præstatione redecima fuit voluntariè soluta; illud enim benè præcederet, vbi contrarium non appareret ex deductis in dictis
2 decisionibus: quapropter standum † est veritati, non præsumptioni, quæ nunquam operatur, quando veritas exaduerso repugnat, *l. in rebus. C. de iur. dot. cons. 164. col. 5. num. 10. vers. sed ad hanc obiectionem &c. lib. 2. Paris. cons. 29. num. 44. lib. 2. Roland. cons. 99. num. 11. lib. 1. Surd. cons. 7. num. 61. & cons. 16. nu. 22. & cons. 28. num. 120.* & quamuis initium
3 eo magis præsumatur volũtarium, † quãdo præstatio habet aliquam iustam causam, vt per *Roman. cons. 344. num. 2. vers. hoc autem verum est, &c.* & hic allegatur gratitudo, cum Ciuitas Cordubeñ fuerit liberata à seruitute Maurorum, vt in sententia Regis Alphonsi legitur: Dicere tamen quod redecima fuerit ob istã
4 gratitudinem † soluta est diuinare, & hoc forsan posset allegari, nisi liquidè consta-
5 ret de initio coacto; ex quo † debet cessare verisimilitudo, & opinio cedere veritati *cap. veritate 8. distinct. Roman. cons. 340. num. 9.*

Quantum attinet ad secundum caput, an

an scilicet redecima sit contra ius ? satis
6 probatur; quia † ex præcepto vnica tantum decima soluenda est, *Exod. cap.* 22.
in fin. ibi; *Decimas, & primitias non tardabis offerre.* De quo etiam *in cap.* 1. &
cap. cum homines de decimis. Quòd præceptum licet sit affirmatiuum, cum tamen homo ad illius obseruantiam ex ra-
7 tione debiti teneatur; † sub illo continetur preceptum negatiuum, itaut non possit non soluere decimas, *S. Thom.* 1.
2. *quæst.* 100. *art.* 4. *ad secundum, &* 2.
2. *quæst.* 22. *art.* 2. *ad tertium, & quæst.* 44. *art.* 3. *ad tertium.* & idem dicendum est ex parte exigere volentis; si quis
8 enim non tenetur, † nisi ad decimam, itaut non possit illam non soluere; sic Episcopus, & Capitulum non possit illam non soluere; nisi vnicam exigere decimam; quia debitor, & creditor sunt cor-
9 relatiua, † cùm vnus absque alio non possit dari, *Dec. cons.* 71. *col.* 2. *vers. & pro fundamento &c.* ideo dispositum in
10 vno habet † locum in altero ex identitate rationis, *l. vltima, C. de ind. vid. tollen. Plot. de in lit. iuran.* §. 11. *num.* 21.
22. *Calder. cons.* 6. *de relig. domib. Bald. cons.* 14. *incip. super legitimam, &c. nu.* 2. *vers. quinto. videlicet sic aduertendum, &c. lib.* 4. *Castr. cons.* 288. *incip. videtur, quod dicta sententia, &c. col.* 1. *in fin. vers. nam ad ciuitatem, &c. lib.* 2. & benè ad propositum *Boer. decis.* 58. *num.* 21. vbi, si aliquid disponitur in rem, vt quia factum prohibetur sicut in casu no-
11 stro † preceptum de decima soluenda, licet verba dirigantur ad vnum ex correlatiuis, tamen etiam alter obligatur: secus verò si prohibitio sonat in solā per-
12 sonam; tunc enim † non extenditur ad aliud correlatiuum, *Fab. de Mont. in tract. de empt. quest.* 2. *princ. col. fin. vers. non tamen statutum compellens, &c. & in* 3. *quæst. princ. vers.* 28. *quæro.*

Et predicta, quòd nimirum redecima sit contra ius, precedunt etiam, quòd tendat contra mentem, & rationem le-
13 gis; † contra ius enim non solum dicitur id, quod fit aduersus verba legis, vt in *l. contra legem. ff. de leg.* sed quicquid aduersatur menti, & rationi legi, vt in *cap. certum est* 88. *de reg. iur. in* 6. *& in l. neminis, & rei.* §. *verbum ex legibus. ff. de reg. iur. glos. in cap. vt litigantes in verb. statuimus de offic. ordin. in* 6. *Felin. in cap. statuimus. num.* 3. *de maior. & obed. Put. decis.* 240. *lib.* 3. *Seraph. decis.* 439. *num.* 1. *&* 645. *num.* 1. *& in his terminis fuit resolutum in hac Corduben. redecimarum* 16. *Nouembris* 1607. *&* 17. *Martij* 161[illegible]
14 *coram me.* Et ad effectum vt redecima esset præter ius, opus fuisset, quod non censeretur prohibita, neque ex ratione ad propositum, *Bald. cons.* 31[illegible] *num.* 4. *in fin. vers. tunc dicitur fieri, & lib.* 3.

15 Quodque soluta decima ex † aceruo communi non debeat solui alia decima per Dominum, tenet *Innoc. in cap. cum non sint, num.* 1. *de decim.* ea ratione;
16 quia Dominus intelligitur † vendidisse fructus salua decima: Et allegat ad hoc *cap. pastoralis de decim.* vnde dicit, quòd fructus sunt decimandi, non pensio. *Collect. num.* 3. *Io. Andr. nu.* 4. vbi quod
17 si Dominus dat † colendum suum prædium pro certa pensione, illam non tenetur decimare, etiam si pensio sit in suis fundi fructibus constituta; quia salua decima intelligitur vendidisse; qua propter
18 † fructus, non pensio, decimantur. Et si quæratur cur Dominus non decimat
19 pretium fructuum venditorum, cum colonus detineat mercedem operarum, Io. Andr. respondet, illam esse rationem, quia merces verò fructuum venditorum,
20 ex terra, † siue ex illius fructibus, in quibus ius habet Dominus, & ante pensionem Domini decimantur; & hi, sufficit, quòd semel fuerit decimati, *argumento, l. bona fides, ff. de reg. iur. & C. bona fides eod. tit. in* 6. *Hostien. in d. cap. cum non sint, num.* 5. *& in summ. tit. de decim.* §. *quibus autem &c. prope fin. ante num.* 8. *vers. vel post &c. Anchar. in c. tua nobis, num.* 10. *post princ. de decim. Abb. num.* 14. *Collectar num.* 8. *Addit. ad Bart. in l. interdum* 6. §. *quoties in vers. statutum &c. vers. & facit &c. ff. de publ. & vectigal. Greg. Lopez part.* 1. *tit.* 20. *lib.* 2. *glos.* 3. *in verb. heredades, Lap. alleg.* 135. *num.* 6. *&* 9. *Azeued. ad reg. constit. lib.* 1. *tit.* 5. *l.* 7. *num.* 1. *eleganter, Alphons. de Montalu. ad l. Regn. Castellæ lib.* 1. *l.* 4. *in vers. de todos sus arrendamientos. Honchal. in opusc. de decim. par.* 2. *propos.* 6. *col.* 3. *Alex. de Ales par.* 3. *quæst.* 51. *membr.* 5. *ante fin. vers. ad illud, verò quod obijcitur &c. Sot. de iust. & iur. quæst.* 4. *art.* 2. *in final. verb. Gig. de pens. qu.* 59. *num.* 3. Hinc Rota perpensis prædictis
21 ore rotundo pluries dixit redecimam † contra ius, *vt in causa Toletana Redecimarum*

marum 19 Nouembris 1584. coram. san. me. Clem. VIII. & in eadem 21. Maij 1586. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in hac causa Corduben. 25. Octob. 1593. coram bon. mem. Card. Seraph. quæ est decis. 1047. num. 8. & coram me 16. Nouemb. 1607. & 27. Martij 1615. in eadem 24. Nouemb. 1621. coram. R. P. D. me Buratto, & 31. Martij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.

Neque aduersatur, quod contrarium videtur annuere *glos. in cap. tua nobis, in verb. & homines & ibi Vincet. de decim.*
22 vbi quòd ✝ redecima est soluenda ea ratione; quia pensio illa, quam Dominus recepit per decimatorem acerui, non est decimata: & ideo de pensione soluenda est. Idemque firmat *Butr. num. 9. Guttier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 18. num. 19.* Nam huic motiuo respon-
23 det ✝ ibidem *Ancharan. num. 10.* nempè, quòd licèt gloss. teneat, quòd siue Dominus recipiat quotam fructuum, vt puta tertiam, vel quartam partem, siue certam partem; vt puta certas mensuras, vt tres vel quatuor corbes; portio Domini est decimanda, tamen contra-
24 rium tenendum; illa enim portio est tradita Domino ab aceruo iam semel decimato, vt in *cap. bona fides de regul. iur. in 6.* & subdit non procedere illud simile allatum à gloss. nimirum quòd si-
25 cuti si aliquis illos corbes donaret, ✝ donatarius teneretur ad decimas; ita Dominus à colono recipiens certos corbes; ea enim ratione Dominus non tenetur: quia recipit corbes ratione terræ, & non titulo lucratiuo prout donata-
26 rius. Subdit preterea, ✝ quod gloss. posset defendi, quando pensio non datur Domino ratione dominij ob terram, quam dat excolendam; sed quando datur ob quandam maioritatem, siue ad id, vt colonum defendat, & custodiat: tunc enim quantumcumque sit decimatus aceruus, de tali etiam pensione sol-
27 uenda est, sicut de militia, & de venatione, vt in *cap. non est, de decim. Io. Andr. in d. cap. tua nobis num. 12. in princ. Alphons. Montalu. ad ll. Castellæ d. lib. 1. t. 4. in glos. in versic. de todos sus arrendamiento &c.*

Neque facit quod DD. in ista discre-
28 pantia dicant, ✝ standum esse consuetudini, quæ est optima interpres, vt dicit. *Montalu. loco allegato, Io. Andr. in d. c. tua nobis. num. 12. vers. sed dicit etc. Innoc. in c. cum non sit. nu. 1. vers. sed certè non videtur ibi nunquam autem. etc. de decim. Didac. Perez lib. 1. ordinat. tit. 5. l. 1. col. 3. vers. huiusmodi autem decimæ, etc. fol. 116. Azeued. loco alleg. nu. 1. ante fin. columnæ, vers. & hoc autem de consuetudineæ, &c. Abulens. super Matth. c. 23. q. 168. in fin. Guttier pract. quæst. lib. 1. q. 18. num. 14. vers. & in tormentis, &c.* est enim aduertendum, quòd hi
29 DD. ✝ dicunt, quòd si redecima de consuetudine esset introducta, posset tolerari, ita *Innoc. Io. Andr. Montalu. & Azeued.* Alij loquuntur potius generaliter de consuetudine soluendi decimas de salario, aucupio, & similibus. Quamobrem
30 huic motiuo fuit responsum DD. illos ✝ esse intelligendos de consuetudine largo modo sumpta pro præscriptione, & propterea aut loquuntur de spontanea solutione, de qua modo dictum est, & non adest, aut loquuntur de præscriptione alia legitima, & illa pariter non adest ex infradicendis.

31 Neque prædictis resistit, *text.* ✝ *in d. c. tua à nobis de decim. ibi: A dantibus, & recipientibus,* quasi ab vtrisque decima soluenda sit *ex text. in d. c. tua nobis ibi: cum de cunctis.* quos in contrarium ponderat *Guttier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 18. num. 8.* Quia ipsemet respondet præ-
32 dicta iura loqui, ✝ quando totus aceruus non fuit decimatus, & ideo meritò colonum teneri ad suam partem fructuum sibi remanentium, & dominum ex portione percepta ratione fundi, benè declarat *Azeued, ad reg. constitut. lib. 1. tit.*
33 *5. nu. 1.* ✝ vbi quod dicta iura sunt intelligenda, quoties non sit decimatus aceruus communis, antequam pars à colono debita, ex aceruo tradita sit, tunc enim à dantibus pariter, & recipienti-
34 bus ✝ decima soluenda est: secus verò si ante solutionem pensionis domino factam, totus esset decimatus aceruus; nam eo casu dominus ex portione sua soluere decimam non tenetur, *glos. in c. pastoralis, & in c. tua nobis vers. sic, & dominus &c. & ibi Abb. num. 14. vers. aut enim quæritur, &c. de decim. Addit. ad Bart. in l. interdum. §. quoties ff. de public. & vectigal. Andr. Hisp. in tract. de decim. vers. 14. num. 2. Montalu. loco prædicto, Sot. de iust. & iur. lib. 9. quæst. 4. art. 2. in fin. & alij supra allegati.*

Non obstant alia argumenta adducta

per *Gutier. pract. quæst. lib.* 1. *q.* 18. *d. nu.*
35 9. *vsque* 14. vbi quod cum † Domini
molendinorum teneatur soluere deci-
mam de molendinis, communibus; te-
nentur etiam illam soluere de molendi-
nis, qui vento aguntur, *c. ex. transmis-
sa de decim. glos. in d. c. peruenit in verbo
molendinorum*. Quia ibi non erat quæ-
stio, an de eodem molendino duplex de-
cima esse soluenda, sed, an illa esset sol-
uenda de molendino ad ventum, quasi
venti † per se nascantur, & fuit statu-
36 tum, deberi, quia mare, & venti obe-
diunt † Deo, & terra ipsa, in qua est
37 molendinum ad ventum, subiacet oneri
decimarum. Quapropter sicuti Ecclesia
è tali solo perciperet fructus decimarum,
si coleretur, ita † decimam debet con-
38 sequi ex redditibus ædificij ibi constru-
cti, *Abb. ibid. in princ. Ancar. nu.* 3. *Ioan.
Andr. nu.* 1.

Neque præterea facit, quod ex debito
39 quantitatis frumenti legati † aut dona-
ti extraneo, decima soluenda sit, quamuis
à donatore ipso aut legante ea bona fue-
rint decimata, *S. Anton. in sum. par.* 3.
tit. 4. *c.* 3. §. 3. *col.* 3. *post. princ. vers. de re
etiam donata, &c. Siluestr. in sum. in verb.
decima, num.* 12. *vers. dico secundo, &c.*
Nam fuit responsum, quod in hoc casu
40 duplex decima non debetur † ex eadem
re, sed ex re prorsus diuersa: prima enim
soluta ex frumẽto est prædialis, nec secũ-
da vice soluitur, quando soluitur ex lega-
to, vel donatione, sed soluitur ex ipsa do-
natione, vel legato, quæ est decima per-
41 sonalis: † donationes enim, & legata
fiunt contemplatione personæ, *c. ad Apo-
stolicæ, & ibi glos. in verb. personales, de
decim. c. decima* 16. *q.* 1. Quæ quidem de-
2 cima † personalis debetur, *Innoc. in c.
fin. nu.* 2. *de parroch. Abb. in cap. in ali-
quibus nu.* 9. *de decim.* Quod certè non
militat in hoc casu: nam portio, quæ
obuenit domino ex aceruo decimato,
43 non est decima personalis, † sed realis,
cum proueniat ex ipsa re, vt supra dictum
est ex præcitatis DD.

Et poterat omitti aliud argumentum,
44 quòd scilicet † de pascuis gratis ad pas-
cendum concessis decima soluitur, cum
res transeat cum onere suo, *Innoc. in c
commissum. nu.* 1. *de decim. & ibi etiam
Io. Andr. nu.* 4. *vers. dicit Inoc. &c. An-
char. nu.* 4. *ante fin. vers. secundo quæro,
&c. Abb. nu.* 3. Et tamen soluitur etiam
45 decima de ipso grege, † & sic non re[p]u-
gnat, quod duplex decima soluatur. D[i]-
cipitur enim Guttier. Nam decima, q[uæ]
soluitur de grege ratione pascuorum, [est]
46 decima prædialis, † quæ soluitur in diu[er]-
sis locis, illis scilicet parochijs, in qui[bus]
pascua sita sunt, habita ratione ad tot[um]
annum, & secundum tempus, quo ani[ma]-
lia pascuntur, *glos. in* § *quia ergo in v[er]
pascit* 23. *q.* 1. *glos. in c. ad Apostolic[æ]
verb. personales, vbi Io. And. nu.* 4. & [5.]
decim. Hostien. in sum. num. 3. *de de[c.]
Henr. Boich. in cap. peruenit. nu.* 3. *eod.
Card. in Clem.* 1. *q.* 15. *de decim. Re[b.]
eod. tit q.* 8. *n.* 2. *& fuit dictum. in [...]
Toletana de Dymei* 20. *Iunij* 1604. *co[r.]
bo. me. Card. Lancellotto.* Aliæ, qu[æ so]-
47 luuntur † in fœtibus, lana, lacte, ca[s.]
& similibus, non sunt decimæ perso[na]-
les, sed mixtæ, *Hostien. in sum. tit. de [de]-
cim. vers. quot sunt eius species, &c. R[e]-
buff. de decim quæst.* 3. *n.* 33. *Azor. i[nst.]
mor. par.* 1. *lib.* 7. *c.* 34. *q.* 3. *Nouar. [...]
1. *nu.* 8. *de decim. & in Manua. c.* 2[...]
48 29. & fœtus, dum lactantur, † com[pu]-
tantur in ponenda ratione decima[rum]
mixtarum, dum verò pascuntur in [po]-
nenda ratione decimarum prædialiu[m,]
Io. Andr. in c. cum homines. nu. 2. *de [de]-
cim. vbi etiam Henr. Boich. num.* 2. [...]
char. sub num. 4. *Oldrad. cons.* 236. *n[u.]
Viu. decis.* 4. *Rebuff. de decim. q.* 6. *nu[.]
Andr. Hisp. de decim. q.* 14. *nu.* 5.

Poterat etiam omitti, quod Cleric[i per]-
49 cipientes decimas tenentur † sol[uere]
Summo Pontifici decimam harum de[ci]-
marum, *S. Anton. in sum. par.* 2. *tit.* [...]
3. §. 4. Quia non inde sequitur, q[uod]
de eadem re duplex decima solua[tur,]
huiusmodi enim decima Papalis est o[nus]
50 reale Ecclesiarum, non autem † p[ræ]-
diorum, & imposita est non ipsis re[bus,]
sed Ecclesijs, & personis Ecclesiast[icis]
pro ipsis rebus, *Io. Andr. in c.* 1. *num.*
& 2. *de immun. Eccles in* 6. *Gemin. n[u.]*
3. *Franch. nu.* 7. *Bellencin. de charit. sub[s.]
q.* 434. *Rem'g de hon. eod. tract. q.* [...]
& 26.

51 Ac denique superuacaneũ fuit † d[i]-
cere, quod etiam de pensionibus do[mi]-
norum decima debeatur, *c. pastoralis de dec. c. p[e]-
riq. de pact. Ioan. Andr. in c. commissum
in princ. de decim.* cum ex illus emptio[ne]
52 † etiam soluatur. Fuit enim repon[sum,]
quod decima ex pensionibus est præd[ia]-
lis, decima verò de iure non debet[ur] soli[...]
ex

53 ex contractibus, & † quatenus soluatur ob constitutiones Principum in certis locis, non est decima spiritualis, & solutio iustificatur, quia illi qui vendunt,
54 aut † emunt, indigent iudice, qui iustitiam faciat, *Io. à Medin. in Codic. de restitut. q. 15. vers. corollariæ, &c.* vel propter indigentiam Principum, prout voluit *Iassarte de Alcaual c. 1. n. 43.*

Quantum attinet ad tertium caput:
55 An Episcopus, & Capitulum doceant † de titulo? Certum est, ipsis incumbere onus probandi illum, vt in *c. cum. persona. de priuil. in 6. vbi Io. Andr. nu. 6. Ancar. nu. 5. Franch. nu. 8. Gemin. num. 1.* & in puncto huius redecimæ *fuit in hac causa resolutum 25. Octobris 1593. coram bo. me. Card. Seraph. quæ est decis.*
56 *1047. nu. 9.* & cum † de prædicto titulo non constet, idem est, ac si non adesset,
57 paria † enim sunt, vel non adesse, vel non apparere *Abb. in cons. 18. in princ. lib. 2. Decian. cons. 1. nu. 132. li. 1. Bald. cons. 401. vers. 3. ex ista ignorantia, &c. li. 1.*

Quantum ad quartum caput: An scilicet versemur in præscriptione, vel consuetudine? Articulus iste fuit particulariter dicussus in hac causa *coram me. 14. Martij. 1608.* & resolutum nos versari in præscriptione, non autem in consuetudine. Quia vtilitas, licet ex publico trahatur, priuatim tamen acquiritur
58 Episcopo, & Capitulo: Et hæc † est principalis differentia inter præscriptionem, & consuetudinem, quæ consuetudo è conuerso, ex communi, & promiscuo vsu constituit, & acquirit ius omnibus illius regionis, aut populi ciuibus,
59 quibus illud est proportionabile, † siue ex publico, siue ex priuato trahatur DD. *in c. fin. de consuet. Couarr. in reg. possessor par. 2. §. 3. nu. 2. cum alleg. in prædicta decis. quæ alijs etiam obiectionibus respondet.*

Quantum denique attinet ad quintum: An scilicet doceatur de legitima præscriptione? Cum redecima sit con-
60 tra ius, ad illam † præscribendam opus fuisset, aut immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo, *cap. primo, de præscript. in 6. Philipp. de Perus. apud Felin. cons. 2. in princ. Federic. de Sen. cons. 334. nu. 3. vers. non obstat, &c.* vbi variè exéplificat.

Circa immemorabilē videndum est, An per testes probetur, vel fuerit legitimè enuciata, ita vt censeatur probata? Circa primum, lis fuit mota de anno 1562. vt firmauit Rota in hac causa 17. *Iunij. 1602. coram bon. mem. Card. Seraph. quæ est decis. 1440. inter illius decisiones, & 9. Decembris 1619. coram R. P. D. meo Buratto*, vbi omnia quæ fieri possunt obiecta, refelluntur, & nouissimè 31. *Martij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano*, quæ reliquas tollit obiectiones. Testes verò fuerunt examinati de anno 1596. Cum igitur demendum sit tempus litis, testes adminus debent esse ætatis 88. annorum: de tempore enim litis motæ debuissent
61 esse ætatis 54. annorum, † cum hi deponere debeant de visu per quadraginta annos, quod est vnum ex requisitis ad probandam immemorabilem, *glos. in c. 1. in verbo memoria. de præscriptionib. in 6.*
62 & ab initio visus ad hunc † effectum requiritur ætas quatuordecim annorum, ita vt post hanc ætatem per quadraginta annos viderint. *Lap. Abb. in d. cap. 1. nu. 8. & cæteri, de præscriptionib. in 6.* & fuit latè coram me deductum disputato articulo ex professo in hac causa 18. *Maij 1618.* vbi etiam respondetur ad testem ætatis 96. annorum, ipsum scilicet non
63 esse sufficientis ætatis, cum † dicat se deponere, quæ cœpit recordari dum erat annorum suæ ætatis 32. An verò immemorabilis fuerit legitimè enunciata, ita vt probetur? licet verum sit in anti-
64 quis † immemorabilem enunciatam probari ea ratione, quia fama in antiquis probat *Put. decis. 204. lib 2. in nou.* Tamen vt fuit consideratum in hac cau-
65 sa 18. *Maij 1618.* ad hunc effectum † requiruntur duæ enunciatiuæ diuersorum instrumentorum, quę emanauerint à personis non suspectis, vt dicit ibidem Put. Hic autem nec vnica adest enunciatiua. Nam in sententia Regis dicitur in narratiua, quòd Clerus prætendebat immemorabilem, & in dispositiua quoad decimas enunciatur immemorabilis, quo verò ad redecimam enunciatur à quinquaginta annis dumtaxat, vt fuit in prædicta decisione ponderatum. Quicquid hodie in contrarium asseratur: Verba enim dispositiua sententiæ ista sunt: Fuit inuentum probatum, plenariè quòd à decem, viginti, triginta, quadraginta, & quinquaginta annis citrà, ac etiam a maiori tempore quod memoria non est in contrarium, semper fuit soluta in dicta Ciuitate, &c. per incolas, & habitatores illius, integraliter vna decima panis, tritici, & ordei, quæ colligebantur in quibusuis prædijs &c. & quod præter, & vltra hanc decimam, consueuit solui alia

 de-

decima, vocata redecima, ex redditibus, prouentibus, aut pensione, vel tributo, quæ reddituarij, vel coloni ex quibuslibet terris, vel prædijs, & pratis non ruptis dederunt, & consueuerut dare do, minis huiusmodi prædiorum, terrarum, & pratorum quolibet anno, & quod dictam redecimam soluerint, & consueuerint soluere a dictis quinquaginta annis citra. Quapropter verba illa: *à dictis quinquaginta annis citra*: non comprehendunt immemorabilem, quia supra de decima fuerat dictum, videlicet: Primò *A quinquaginta annis citra, &c.* Secundò, *Ac etiam à maiori tempore, quòd memoria non extat in contrarium*. Et propterea dum sententia loquitur de redecima, & subdit: *A dictis quinquaginta annis citrà, &c.* comprehendit tantùm primum dictum, non autem secundum im-
66 memorabilis, cum dictio, *dictis*, † sit demonstratiua ad oculum, & repetat tantum quinquaginta annos citra, non autem immemorabilem, quæ continetur in secundo dicto. Et sic sententia in hac
67 parte debet † restringi ad dictos quinquaginta annos citra, *Dec. cons. 273. col. final. in princ. & cons. 336. nu. 2. in fine, Surd. cons. 452. nu. 37. in fine, & num.*
68 *38.* itaut non comprehendat † aliud tempus, quod in primo dicto non contineatur, *Surd. de aliment. tit. 9. priuil. 13. nu. 32.* est enim dictio simpliciter demostratiua, non argumentatiua, *Menoch. cons. 177. nu. 21.*

Circa quadragenariam cum titulo: Certè testes quadragenariam possessionem non probant. Cum enim demendum sit tempus litis; illo dempto nõ habent ætatem sufficientem, vt modo dictum fuit, vbi de immemorabili actum est. Nam si non habent ætatem, quæ sufficiat ad hoc, vt de visu probent per quadraginta annos, quod est vnum ex re-
69 quisitis ad immemorabilem nec † possunt de ista quadragenaria deponere, quæ requiritur ad effectum præscribendi cõtra ius vna cum titulo & quamuis ista satis essent, nihilominus fuit aliquid amplius, circa titulum consideratum. Nempè, quod sentẽtia Regis continet tantum mandatum de manutenendo, & ideo cum iste titulus ad tale mandatum restri-
70 ctum sit, non potest operari, quoad præscriptionem proprietatis ipsius redecimæ, † qui enim habet titulum restrictum, & limitatum non præscribit vltra, vel extra ipsum titulum, *Gemin. cons. 86. n. 4. vers. quoad secundum, &c. Oldr. cons. 172. in fine, vers. post. omnia, & nu. 7. & fuit consideratum in hac causa 18. Maij corã me, & 21. Martij 162 coram R. P. D. meo Pirouano*. Præterea nec potest iuuari pro titulo sententia Cardinalis SS. Cosmi & Damiani lata inter Capitulum; & Ciuitatem de anno 1250. & confirmata per fel. rec. Innocentium Quartum. Nam illa disponit tantummodo, vt dominus soluat de portione sua decimam, & colonus de sua vt patet ex verbis sententiæ ibi: *De possessionibus arrendans de parte fructuum seu pensionis, quam percipit, & is, cui fit arrendatio, de parte, quæ ad ipsum contingit, decimam sine diminntione persoluat &c.* Quod est de iure, quando commune
71 † aceruus non fuit decimatus: secus enim est quando ex illo detracta fuit decima, *cap. tua nobis, de decim. vbi glos. distinguẽdo declarat in verbo sit Domini &c. Anchar. num. 10. Abb. nu. 14. Hostiensis. in opusc. de decim. par. 2. propos. col. 3. & fuit consideratum in hac eadem causa 24. Nouemb. 1621. coram R.P.D. meo Buratto, & 31. Martij 1623. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Illud tamen in eadem decisione 31. Martij non placuit Dominis, quod scilicet sententia Regis Ioannis non possit deseruire pro titulo, cum sit sententia laici, cui non est data facultas disponendi
72 de decimis, † tantum quid spiritualis concernentibus, *cap. tua, cap. dudum & cap. prohibemus, de decim. cap. cum & plantare, de priuil c. 2. de reb. Eccles. non alienan*. Ist hæc enim verissima sunt, sed non applicantur, vbi agitur fauore Ecclesiæ ad effectum præbendi titulum putatiuum ad præscribendum. Nam cum Ecclesia potuerit cogitare, Regem ha-
73 bere istam facultatem aduersus laicos † titulus videtur putatiuus, & sic sufficiens ad præscribendum, *l. celsus ff. de vsu cap. glos. in cap. de quarta, in verbo. se posse, de præscript. Philipp. de Perus. apud Felin. cõs. 2. n. 14.* vbi de titulo vnionis habito a Capitulo sine cõsensu Episcopi, † vel
74 ab inferiore Episcopo, qui non potest vnire, *cap. sicut. vnire, de excess. Prælat.* ea ratione, quia iste est titulus putatiuus.

Neque aduersaretur in hoc casu (si ti-
75 tulus esset super proprietate decimarũ) quod titulus causatus errore iuris non sit sufficiẽs † ad præscribendum, vt de eo, qui emit

emit decimas, dicit *Cuman. conf. 64. per tot. præsertim nu. 2. vers. dato quod &c. Castr. cons. 70. nu. 10. in princ. vers. secunda ratio, &c. lib. 1. Aegid. cons. 10. n. 26. vers. opponens &c.* Hoc enim procederet, si ageretur, quod laici vellent ex sententia Regis præscribere cōtra Ecclesiam: Nam etsi forte laci cogitare potuissent, hoc Regi facere licuisse, iste tamen esset merus error iuris, nunquam enim
76 Iudex laicus habet † iurisdictionem in Clericum, aut Ecclesiasticam personam, vel res spirituales, vt sunt decreta Conciliaria *in cap. insolita, cap. placuit, cap. si clericus 11. quæst. 1.* & Summorum Pontificum decreta *in cap. nemo, cap. si clericum, cap. si quis, cap. Christianis, cap. nullus clericum, cap. peruenit, cap. fratris, c. Sacerdotibus pariter 11. quæst. 1. cap. qualiter, & quando, de iudic. cap. nouis, cap. grauem, de senten. excommun.* & in his terminis procedunt dicta per *Cuman. per Castr. & Aegid.* In hoc
77 † autem casu, cum Rex haberet iurisdictionem in laicos, titulus non est simpliciter & de per se causatus errore iuris, sed errore illius facti, nempe iurisdictionis, quam habet Princeps in laicos, quam nunquam habet in Ecclesiasticos, aut in res spirituales. & licet in hoc casu,
78 neque illam haberet contra laicos † cum de re spirituali ageretur; tamen, quia agitur ad effectum præscribendi, & error iuris habet admixtum illud, quod sci-
79 licet Ecclesiastici potuerint cogitare, † Principem potuisse habere etiam in hoc casu illam iurisdictionem in laicos, quam regulariter habet, resulat titulus putatiuus (licet adsit error iuris admixtus)
80 qui † est aptus ad præscribendum, *Castr. d. cons. 70. num. 10. vers. nec. obstat, &c. & cons. 408. nu. 6. lib. 1. Alex. cons. 407. num. 6. lib. 1. & cons. 214. num. 6. lib. 6.* Et hæc dicta sint ad confutandum prædictum motiuum, cum Domini aliud amplexi sint, cum quo semper in hac causa transierut, nimirum, quod sententia Regis fuerit lata super possessorio redecimæ, non autem super proprietate, & ideo non præbuit sufficientem titulum ad præscrbendam proprietatem dictarum redecimarum ex supra deductis.

Ex quibus vtraque parte informante, fuit conclusum redecimam non deberi.

REVERENDISS. P.D. COCCINO.

Hispaleñ Præeminentiarum.

Die Veneris 4. Iulii 1615.

A R G V M E N T V M.

Concordia inter Canonicos, & Beneficiatos &c. in materia præeminentiarum si sit inita, & vtraque parte suplicante fuerit à Papa confirmata, sine dubio absque alia iustificatione est executioni demandanda. Et multo magis si dicta concordia sit secundum disposita per Cœremoniale Romanum.

S V M M A R I V M.

1 *Confirmatio Apostolica facta parte vtraque supplicante, non est opus vt iustificetur.*
2 *Pacta licita, & honesta inter Ecclesiasticos tenent etiam absque confirmatione Apostolica.*
3 *Litteræ Apostolicæ, quando sunt iustificatæ, locus est earum executioni.*
4 *Clausula, dummodo, quando non reddat aliquid conditionale.*
5 *Casus nonnulli referuntur, qui in Cœremoniali Romano disponuntur.*
6 *Canonicis plura, quæ competunt, non possunt competere Portionarijs.*
7 *Beneficiati de iure conmuni non sunt de Capitulo.*
8 *Beneficiati dato etiam, quod admittantur in Capitulo, & ibi habeant vocem, non tamen possunt dici de Capitulo.*
9 *Quia istæ, & similes qualitates non mutant eorum speciem.*
10 *Statuto an possit induci vt beneficiatus præcedat Canonicum non existentem in sacris.*
& quid inde possit inferri.
11 *Beneficiati, quando non possint dici inferiores Canonicis.*
12 *Statutum disponens circa personas includit personam omissam, quando eadem est ratio.*
13 *Consuetudo prohibens Monachum ad feudum, quia non potest seruire Domino, habet locum in Canonico Rugulari, & quocumque impedimento ad seruitium impedito.*
14 *In Electione licet loquatur cap. 1. vt lit. pe-*

pend. in 6. habet etiàm locum in præsentatione, quia militat eadem ratio.

15 *Cap. eum esses. de testam. quamquam disponat vt testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus valeat, habet locum si fiat coram quatuor testibus sine Parocho.*

Duo enim testes, non sunt minoris fidei quam Parocbus, & tamen de hoc nihil dicitur in textu.

DECISIO CCCCLIX.

FVIT resolutum litteras Apostolicas confirmantes concordiam initam inter dignitates & Canonicos, ex vna, & Portionarios ex alia esse exequendas, quia cum vtraque pars supplicauerit pro d. confirmatione, & constet de legitimo
1 mandato dato in ipsamet concordia † etiam absque alia iustificatione possunt exequi, *Seraph. decis.* 1017. *numer.* 3. *Rota decis.* 339. *num.* 1. *part.* 1. *in recent.* & cessat omnis difficultas nam
2 cum concordia contineat ex lectura pacta licita & honesta, † quæ ideo possunt substineri absque beneplacito Apostolico *c. quod ex eo. 3. de pac in 6. et fuit dictum in causa Cusentina beneficij* 8. *Iunij* 1618. *coram* Reuerendiss. *D. meo Seleucien.* inde
3 satis resultat iustificatio † confirmationis Apostolicæ. Vnde est locus executioni. *c. si capitulo*, vbi *glos. in verbo excipiatur, & cap. seq. de concess. præben. in 6. Sarnen. in trac. breu. num. 4. Mohed. decis.* 13. *vt lit. pen. Rota dec.* 48. *nu.* 1. *et decis.* 506. *nu.* 1. *par.* 1. *recen.* & in terminis executionis confirmationis concordiæ est *decis.* 338. *par.* 1.

Non aduersatur quod in tertio capitulo concordiæ fuerit dictũ, quod cum verteretur lis super modo exequendi quædam capitula Cœremonialis, Portionarij consenserunt omnes cœremonias antiquas, & illius Ecclesiæ consuetas obseruandas, prout hucusque factum fuit, & tamen in confirmatione fuit narratum dignitates, & Canonicos consensisse, dummodo per Cœremoniale Romanum improbatæ non fuerint, quod non est verum. Nam fuit responsum, quod in hoc casu illa clausula, dummodo, nihil
4 † operatur quia non constat aliquas cœremonias antiquas à Cœremoniali Romano improbatas, dum enim dubitaretur an infrascriptæ repugnarent Cœremoniali prędicto, San. mem. Paulus V. præuia relatione Congregationis Sac. Rituum per secundum Breue dat. sub r Kal. Decemb. 1619. declarauit non e improbatas, videlicet, quod in ingre Chori Canonici, & dignitates obtine tes super portionarijs nullatenus pr tendere possint, sed quilibet nulla h bita desuper ratione ingrediatur, dum modo tamen insimul ad chorum non a cesserint, & vnusquisque in Capitulo & loco suo sedebit, etiam si portion rius, qui officialis erit, inter Canonico sedeat, loqui debeat, ijdemque Canoni ci, & dignitates obtinentes officio Ca nonici etiam officio dignitatis obtinen tis fungi debeant, dummodo officia ipsa insimul non concurrant, itaut per vnum satisfieri non possint, & tunc officio ma gis necessario incumbant, omnesque portionarij integri, & dimidij habitum suum ordinarium, prout moris est, & ha ctenus detulerunt, deferre debeant.

Neque releuat, quod probetur por tionarios esse Canonicis æquales, & ide cum per Cœremoniale disponantur se quentia, quæ solis Canonicis videntur debita, non sunt à portionarijs auferen da, qui sunt Canonicis æquales, dum modo Cœremoniali Romano non sint contraria, tunc enim, *ex cap.* 3. concor diæ seruanda sunt, quæ autem per Cœ
5 remoniale disponuntur † sunt hęc quod scilicet Episcopo assistat dignior presby ter Ecclesiæ, qui sit ex presbyteris tam Canonicis quam dignitatibus, *vt in lib.* 1. *cap.* 7. Secundò quod Episcopo vel Missam, vel Vesperas celebranti duo Canonici assistant, *vt in eodem lib. cap.* 8. Tertio, quod Diaconus ministraturus Episcopo sit Canonicus, *vt in d. lib. cap.* 9. quod etiam disponitur de Subdiacono *cap.* 10. Quartò, quod ante aduentum Episcopi ornentur subsellia pro Prelatis, & Canonicis, *vt in cap.* 12. Quintò, quod Canonici accedant in eorũ habitu clericali ad Episcopũ celebraturum, *vt in cap.* 15. Sexto, quod Canonico superueniente in chorum inchoato officio, cæteri Canonici, assurgant, superueniente verò mansionario non Canonici, sed ipsi tantum mansionarij, & clerici eorum æquales assurgant, *vt in c.* 17. Septimo disponitur *in c.* 16. 18. *&* 21. *l.* 2. quod Canonici parati stantes, cæteri vero genuflexi recipiant in die Purificationis candelas grandiores, reliqui autem minores, in die Cineris cinerẽ, & in die Palmarum palmã.

Nam huic motiuo fuit responsum

Por-

Portionarios verè non esse Canonicis
æquales, licet enim habeant multas
prærogatiuas, & præeminentias, quas
habent Canonici, non tamen possunt di-
6 ci pares, nec desinunt esse inferiores †
cum plura sint, quæ competunt Cano-
nicis, quæ non competunt Portionarijs
glos. in l. omnes, la seconda verb. Aposto-
7 *licæ C. de fer.* ex dispositione † enim iu-
ris Portionarij non sunt de Capitulo,
quod a solis Canonicis constituitur, *Com-
post. in cap. 1. num. 4. vers. nunquid Por-
tionarij, de elect. Caputaque decis. 84. p. 1.*
8 nec ex eo quod admittantur in † Capi-
tulo, & ibi habeant vocem, possunt dici
de Capitulo, *Gemin. in c. fin. num. 5. ad
fin. vers. aut quærimus de præben. in 6.*
quia non possunt dici diuersi ordinis, &
sic de ordine Canonicorum, nam ista &
9 similes qualitates † non mutant eorum
speciem iuxta notatã *in l. proponebatur.
ff. de iudic. & in l. cum quæritur ff. de
excep. re iud.* & fuit in hac causa consi-
deratum ante concordiam 4. *Iunij* 1612.
sub. num. 5. & 6. & 17. Iunij sub num. 4.
1613. *coram R.P. D. meo Pamphilio, quæ
sunt 416. & 506. part. 1. in recent.* in
quarum prima *sub num.* 7. dicitur. Non
obstat quod portionarij in sacris consti-
tuti præcedant Canonicos non existen-
10 tes in sacris, hoc enim non competit il-
lis ratione maioris, vel æqualis dignita-
tis, sed ratione statuti conditi in odium
non existentium in sacris, & sic ratione
ordinis, non autem dignitatis nam cum
postea Canonicus initiatur ascendit su-
per omnes portionarios.

Et in omnem euentum si Portionarij
huius Ecclesię propter multas preroga-
tiuas, quas obtinent cum Canonicis
communes, non possunt dici simpliciter,
11 & absolutè Canonicis † inferiores pro-
ut sunt portionarij, de quibus loquitur
*glos. & dd. in cap. pen. in verb. assisios,
de cler. non resid.* prout alias prætende-
bant, & patet ex *d. decis.* 416. *num.* 8.
tamen aut non sunt omninò æquales, &
intrant prædicta, aut sunt omninò æqua-
les, ita vt nulla prorsus adsit differentia
& frustra sit obiectum, quia Cœremo-
niale esset etiam intelligendùm de Por-
tionarijs † cum statutum disponens circa
personas includat personam omissam,
quando eadem est ratio *Fulgos. cons.* 77.
num. 2. & 3. per tot. Castr. cons. 251. *ver.
circa personas lib.* 1. & hinc consuetudo
13 prohibens † Monachum ad feuda, quia
non potest seruire Domino, habet locum
in Canonico Regulari, & quocumque
impedimento ad seruitium impedito,
Castr. d. cons. 251. *num.* 3. *lib.* 1. hinc
etiam *tex. in cap. 1. vt lit. pen. in 6.* lo-
quens in † electione habet locum etiam
in præsentatione, quia militat eadem
ratio, *Calderin. cons. vnic. vt lit. pen.* di-
spositio pariter *cap. cum esses, de testam.*
quod scilicet testamentum factum co-
ram Parocho, & duobus testibus va-
15 leat, habet locum si fiat coram †
quatuor testibus sine Parocho, duo nam-
que estes non sunt minoris fidei, quam
Parochus, & tamen de hoc nihil dicitur
in textu *Calder. cons.* 8. *circa med. vers.
sed posito de testam.*

Probationes factæ vigore remissoriæ
non releuant, quia huiusmodi remissoria
fuit concessa per Rotam, dum lis pende-
ret super executione Breuium san. mem.
Clementis VIII. quæ fuit postea per di-
ctam concordiam extincta, & *in cap.* 5.
concordiæ fuit conuentum, quod cum
Portionarij haberent remissoriam ad fa-
ciendas probationes circa lites, quæ
tunc fuerunt compositæ; illam prose-
querentur, & factæ probationes remit-
terentur in tertium de consensu, ita ta-
men quod executa concordia ab vtra-
que parte, dicta probatio censeretur
consumpta, & propterea Rota deputa-
uit Dominum Mariam Coratium virum
primarium qui huiusmodi remissoriam
inspiceret, & retulit Portionarios articu-
lasse. Primò quod in repartitionibus heb-
domadę pro seruitio Presbyteri, Diaconi
& Subdiaconi, sint æquales Canonici, &
Portionarijs adeout aliquãdo eueniat vt
Canonici Porsionarijs deseruiant, circa
quod articulatum quiquid fuerit pro-
batum, non est insistendum, nam super
his prætensionibus fuit concordatum
vt in cap. 1. concordiæ, in qua fuit decre-
tum, quod veniente turno Canonicus
ministret Portionario, sicque Canonicus
ministrare noluerit, incurrat pœnã vnius
ducati, & sic successiuè donec peruenia-
tur ad Canonicum moderniorem, qui
omninò ministrare teneatur Portionario.

Secundo fuit articulatum illos esse
æquales in omnibus ritibus, & cæremo-
nijs, sed Capitulum dedit interrogatoria
ad probandam suam superioritatem, &
in specie super secundo articulo dedit
interrogatorium si adest ista superiori-
tas; quomodo esse potest, vt adsit æqua-
litas

litas prout articulus refert, ideo quicquid fuerit probatum, satis est quod licet sint equales in omnibus ritibus & ceremonijs, sunt tamen Canonici inferiores, vt fuit ponderatum in decis. D. mei Pamphilij, vt suprà dictum est.

Tertiò, fuit articulatum, quod Portionarij iterata vice sicuti Canonici thurificantur, hoc tamen nihil refert, quamuis fuerit probatum ad inducendam æqualitatem cum Canonicis, itaut in omnibus, & per omnia pares sint.

Hinc sequitur non comprehendi sub Cœremoniale de Canonicis disponente & per consequens clausula illa, dummodo Cœremoniali Romano non sint contrariæ, perinde habetur, ac si non fuisset apposita.

Quare non est retardanda executio litterarum Apostolicarum.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Burgi S. Sepulchri Beneficij S. Ioan. Baptistæ.

Die Veneris 4. Iulij 1625.

DECISIO CCCCLX.

Est impressa Coram Merlino to. 1. dec. 176.

¶ Allegatur presens decisio supra in decisionibus 15. & 132. que sunt in eadem causa, sub diebus 25. Maij 1626. & 24. Ianuarij 1628. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, sunt decisiones 15. & 132.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Vlixbonen. Monasterij.

Die Mercurij 19. Nouemb. 1625.

ARGVMENTVM.

Papa si immunitatem à iurisdictione Ordinarij alicui Monasterio concesserit, illudque receperit sub protectione Sedis Apostolicæ, & eius administrationem aliquibus concesserit, non possunt deinde isti in præiudicium Papæ, & Sedis Apostolicæ iterum subijcere iurisdictioni Ordinariorum.

SVMMARIVM.

1 *In Rota ad effectum præuentionis attenditur præsentatio commissionis.*

2 *Moniales S. Claræ sunt exemptæ à iurisdictione Ordinariorum, & S. Sedi Apostolicæ immediatè subiectæ reperiuntur.*

3 *Papæ auctoritas immensa est.*

4 *Subiectio Religiosorum erga suos Prælatos à Summo Pontifice dependet, sine cuius intentione, & ministerio, & intentione Prælati Regulares nullam haberent auctoritatem.*

5 *Papa est summus Prælatus omnium cuiuscumque Religionis.*

6 *Papa, si demandauerit gubernium Monialium aliquibus Religiosis, ipsi non possunt inconsulta Sede Apostolica dictum gubernium dimittere.*

7 *Administratores Apostolici non possunt præiudicare Summo Pontifici, nec contra eius præceptum disponere, os in Cœlum ponendo.*

8 *Ministri Summi Pontificis non possunt eius potestatem coarctare, quia cum ipsi sint subditi, imminet sola necessitas parendi.*

9 *Fauori pro se introducto, quilibet potest renunciare.*

10 *Sedi Apostolicæ plurimum interest plures habere immediate subiectos.*

11 *Priuilegio concesso alicui, si simul etiam adest fauor concedentis, non potest ei renunciare.*

12 *Concessio facta alicui de certa aliqua re, non extenditur ad casum diuersum.*

13 *Actionis mutatio, nec substantia facti est mutabilis in libello, sed solum augmentum, vel diminutio condemnationis, firma remanente actione, & substantia.*

14 *Concessio facta alicui, intelligitur facta secundum leges, non autem secundum eius voluntatem.*

15 *Monachus incorrigibilis potest eijci, è Monasterio.*

16 *Monachus incorrigibilis quibus concurrentibus possit eijci è Monasterio.*

17 *Moniales propter incorrigibilitatem non eijciendæ è Monasterio.*

Sed nisi ibi corrigantur, possunt ad aliud Monasterium transferri.

18 *Conuentum totum si sit incorrigibile quid sit*

sit faciendum, & num. 19.

20 *Exemptus à iurisdictione Ordinarij non potest sine licentia Summi Pontificis, renunciare exemptioni.*

21 *Superioris valde interest, suos subditos ab alijs non iudicari.*

22 *Exemptus ab Ordinario efficitur immediatè subiectus D. Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, quamobrem sine illius licentia in alium consentire nequit.*

23 *Papa ex quo soleat moueri ad eximendum aliquem à iurisdictione Ordinarij.*

24 *Priuilegio potest renunciari in præiudicium eius, cui illud fuit concessum.*

25 *Libertatis ius est ita coniunctum inter exemptum, & eximentem, vt commodè separatio fieri nequeat.*

26 *Exemptioni pripilegio an possit renunciari, quando non fuit concessum motu proprio.*

27 *Exemptio fit gratia exemptoris, & vide num. 28.*

29 *Prælatus potest conditionem Ecclesiæ facere meliorem, non autem deteriorem.*

30 *Renunciari tacitè ei non potest, si nec expresse id sit permissum.*

31 *Contra priuilegium si omnes de Communitate vellent facere, vnus solus potest contradicere, sed hoc non procedit si per renunciationem reuertatur ad ius commune, & nu. 32.*

33 *Sedi Apostolicæ interest habere exemptos.*

Decisio præsens allegatur supra in decisione 456. sub die 2. Iunij 1625. coram bon. mem. Remboldo, & statur in decisis.

DECISIO CCCCLXI.

POST commissionem mihi directam, alia pars præsentauit commissionem R. P. D. meo Buratto in forma, & præuenit in citando valdè solers, vt causa per ipsum cognosceretur, sed certè decipie-
1 batur, quia † in Rota attenditur præsentatio commissionis, ita nempe, vsque ab anno 1375. mandauit Vicecancell. vt habetur *in decis. de const. Mantiq.* & passim seruatur, *vt in decis. 6. de rescript. pariter Mantiq.* quod etiam disponit Constitutio Innocent. de qua *Cassad. decis. 5. de rescript. Vest. in prax. lib. 3. cap. 11. num. 1. Mandos. in commiss. 10. audiat, qui præuenit, vers. 3. pro intellectu, Pret. decis. 470. lib. 2. Thom. de Tun. decis. 57. A.A. in tit. de rescript. §. 16.* Sed ad tollen. omnes difficultates cum R. P. D. meus Burattus valetudine præpeditus non esset tam citò venturus ad Rotam, pars altera recursum habuit ad S. D. N. qui per memoriale mihi rescripsit, vt procederem in causa seruatis seruandis, hoc est parte legitimè citata, quæ cum nisi moras quæreret, & citasset etiam ad dicen. contra articulos coram eodem D. meo infirmo, & postmodum accesserit ad me, vt tamquam Decanus ob malam habitudinem D. mei articulos admitterem, id facere recusaui, cum causa esset mea, ideoque appellationi interpositæ refutatorios dedi, cum ex ista serie facti cognouerim, partem nihil aliud quærere præter fugam. Quapropter elapso die citationis ad informan. proposui dubium An esset receden. à Decisione R. P. D. mei Remboldi? sub die 2. Iunij huius anni. Quod dubium pendet ex duobus. Primò scilicet, vt videatur, An Commissarius Generalis potuerit dimittere has Moniales? Secundò, An dictæ Moniales potuerint se subijcere obedientiæ Ordinarij?

Ad primam partem fuit dictum, quod quicquid sit de Iurisdictione Commissarij Generalis, etiam quod in Religione ipsam haberet amplissimam facultatem, nihilominus nec ipse immo nequit ipsemet Generalis, ac tota Religio has mo-
2 niales poterat dimittere, cum agatur † de Monialibus S. Claræ, quæ sunt exemptæ à Iurisdictione Ordinariorum, & S. Sedi Apostolicè immediatè subiectæ, vt patet ex Bulla Eugenij IV. sub datum Florentiæ anno 1439. Id. Aug. anno Pont. 9. quæ est apud Rodriq. 29. & fuerunt positæ sub gubernio, & obedientia Generalis, & Prouincialium Minorum, sublatis Protectoribus, quorum auctoritate regebantur, vt in Constitutione eiusdem Eugenij, sub datum Bononiæ anno 1427. 8. Idi Decembris anno 7. apud eundem Rodriq. Const: 27. quæ licet anterior, non tamen fuit per sequentem reuocata cum in posteriori expresse dicatur, quod Summ. Pont. non intendit per illam præiudicare gubernio, quod Generales Ministri, alijque Officiales dictarum Monialium habent. Quare cum Smmus Pontifex has Monia-

 les

les subiecerit curæ Regularium, & postmodum à Iurisdictione Ordinariorum exemerit, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecerit, non potuit Commissarius eas
3 dimittere sine licentia Pontificis † cuius auctoritas immensa est. *Cap. ad honorem, de auth. & vt Pal. Gemin. cons. 14. in princip. num. 2. Rom. cons. 369. col. 2. in princ.* & in specie subiecto Religiosorum erga suos Prelatos à Summo Pontifice de-
4 pendet † sine cuius ministerio, & intentione Prælati Regulares nullam haberent Iurisdictionem *Medin. de Indul. cap. 24. Sot. de Iustitia, & Iur. lib. 10. quæst. 1. art. 4. & lib. 8. q. 3. art. 1. Victor. in relect. de potest. Eccles. q. 2. nu. 28. Alph. de Castr. lib. 2. de iust. hæret. punit. cap. 24. & contra hæreses in verbo Episcopus.* Ipse nimirum Summus Pontifex est
5 Summus † Prelatus cuiuscumque Religionis, vt benè aduertit *Suar. de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 17. num. 1. & lib. 6. cap. 4. num. 21. ante fin.* Qua propter cum Papa gubernium dictarum Fratribus demandesset, & illas ab Ordinariorum iurisdictione exemerit, & immediatè Sedi Apostolicæ supposuerit, cuius nomine
6 Fratres † gubernant, non potuerunt illas inconsulta Sede Apostolica, dimitter, *Ang. cons. 369. num. 7.* Vbi quod administratores Apostolici non possunt præ-
7 iudicare † Summi Pontifici, nec poterant admittendo dictas Moniales ponere os in Cœlum, & Summi Pontificis coarctare potestatem cum ipsi sint subditi, quibus imminet necessitas sola parendi, vt pulchrè dicit *Bald. cons. 331. ante med. vers. nec possunt lib. 4.*

Non aduersatur, quod Commissarius
8 potuerit renunciare huic priuilegio, † vt quisque potest iuri suo renuntiare ad *l. si quis in Conscribendo, C. de pact.* quia motiuum posset considerari si priuilegium simpliciter fuisset concessum fauore Fratrum, sed cum Pontifex sub protectione
9 Sedis Apostolicæ † eas receperit, & eas occasione gubernium confirmauerit, hoc fuit actum non solùm fauore fratrum, sed ipsius etiam Sedis, cuius interest mul-
10 tos habere † immediatè subiectos. *Clem. Pastoralis de re iudic: Rebuff. cons. 142.* Ideò
11 non potuerunt dicto priuilegio † renunciare, *Felin. in cap. cum accessissent, n. 29. de Constit.* & ibi *Dec. col. penult. vers. 2. prædicta conclusio, & num. 18. col. ult. concl. 6.* & generaliter de renuntiatione, *Gallerat. tom. 1. lib. 3. cap. 1. num. 4. uers. & ideò, & num. 63. ex l. non uidetur, ff. reg. iur. & l. si quæramus, ff. de testam. B... tit. qualiter fœud. alien. poss. §. porro, nu... mero 1. Cast. in l. penult. col. fin. & ibi I... num. 14. C. de pact.*

Non obstat Constitutio Bonifac... VIII. apud Rodriq. IV. quam etiam refe... *tom. 1. qq. regul. q. 17. art. 8.* quia e... Bonifacius concedat facultatem Mi... stris per se, vel alios visitandi, corrige... di, & reformandi tam in capite, qu... in membris ea quæ correctionis & refo... mationis indigent nihilominus ista f...
12 cultas procedit † quoad visitationem & correctionem morum, nõ autem quo... mutationem status, renunciando gube... nio, vt benè ad propositum *Bart. in l. ed... cta num. 8. C. de eden.* vbi quod nec m... tatio actionis, nec substantia facti est m...
13 tabilis in libello, † sed solum augume... tum, vel diminutio condemnationis f... ma remanente actione, substantia, nam facultas intelligitur concessa secund...
14 leges, non autem secundum † volun... tem Superiorum, *Dec. cons. 146. num.* & in terminis clausulæ facultatis adde... di, vel minuendi fuit dictum coram ... in *Causa montis regalis Iurisdictioni... Maÿ, & 15. Nouemb. 1604. 15.*

15 Non obstat, quod Monachus inco... rigibilis † potest eijci à Monasteri... *Natt. cons. 80. num. 1. de regul. & in trac... de reg. coment. 2. num. 36. vers. pro par... verb. negante*, quod motiuum fuit ded... ctum in alia positione, cui Domini nih... responderunt, quia non meretur alleg... ri, sed quoniam hodie vociferabatur h... tollere omnem difficultatem, ideò fu... responsum hic non applicare materia... eiectionis. Primò, quia agitur de Moni... libus, licet enim Monachus corrigibili... possit eijci à Monasterio, & habitu pri...
16 uari, † ad hunc tamen effectum requiritur vltra incorrigibilitatem, quod defectus non solùm innotescant Fratribus, sed etiam secularibus, & quod ex ijs alij de facili possint corrumpi, vt est originale dictum *S. Bonauenturæ, q. 14. super reg. S. Francisci*, quod certè non militat in Monialibus, quæ propter incorrigibili-
17 tatem † non sunt eijciendæ simpliciter à Monasterio, sed nisi ibi puniatur, pos... sunt ad aliud transferri, vt est Constitutio Vrbani IV. quę loquitur in puncto de Monialibus S. Claræ, quam refert *Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 49. art. 1. post princip. & Mirand. de Monial. q. 3. art. 2.* qua

Con-

Constitutio in hac parte, neque per Constitutionem Pij V. neque per Concil. Trid. licet strictoria sint, censetur reuocata, vt per *Rodriq. ibid. art. 5. vers. 2.* non fertur, *& Miranda loco citato, vers. Quartus Casus*. Secundò fuit dictum hic non applicari, quia agitur de toto Conuentu eijciendo, & Iure non reperitur
18 cautum † neque aliquis est, qui dicat integrum Conuentum, posse eijci, sed quando Monasterium delinquit in casu, quo Monachus particularis eijceretur Monasterio prouidetur per mutationem Superiorem, *cap. quoniam de simon.* ibi quod si fortè propter nimiam multitudinem alibi nequiuerint commodè collocari,
19 † ne damnabiliter in seculo euagentur, recipiantur in eisdem Monasterijs, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis.

Quantum attinet ad secundum caput, An Moniales potuerint se submittere obedientiæ Ordinarij? negatiuè fuit resolutum, quia exemptus sine licentia
20 Summi Pontificis † non potest renunciare exemptioni, vt est *text. rotundus in cap. cum tempore 5. de arbitr. vbi Abb. num. 2. vers. & per istum text. glos. fin. in Clem. penult. de sent. excom.* quam *Abb. ibidem, & in d. cap. cum tempore*, dicit singularem, ratio est, quia interest Romani
21 Pontificis, qui est Superior † subditos suos ab alio non iudicari. *Id. Abb. in cap. 1. num. 19. de re iud. & in cap. si de terra, num. 5. de priuil. & in cap. significasti 17. num. 8. in fin. & num. seq. de for. comp. Io. Andr. in cap. scienti 27. in fin. vers. si verò reperitur, & ibi Franch. num. 4. de reg. iur. in 6. Felin. in cap. cum olim, num. 3. de præscript. Armill. in Summ. in verb. exemptio, num. 8. Gail. obseruat. 40. num. 2. lib. 1. Galerat. de renunc. tom. 2. cent. 2. renunciat. 140. num. 18. Erasmus à Kocchier. de iurisdict. ordin. in exempt. lib. 2. q. 7. & lib. 3. cap. 34. per tot. & per dictum text. in cap. cum tempore*, & per alias rationes in terminis exemptionis regularium est *Cons. Castr. 432. incip. videtur dicendũ nu. 3. lib. 1. vbi in vers. quod autẽ*, ponderat quod per priuilegium exemptio-
22 nis † effecti sint immediatè subiecti D. Papæ, & Ecclesię Romanæ, quamobrem sine illius licentia in alium consentire non possunt, hoc nempè tenderet in derogationem Iurisdictionis Pontificiæ. Considerat vlterius, quod priuilegium videtur fuisse concessum in odium Ordinariorum, qui dictis religiosis erant nimis infesti, eosque nimium grauabant, & concludit, quod ideo non possunt se subijcere iurisdictioni Ordinariorum, & quamuis in casu Cast. legeretur in priuilegio, quod ipsi Ordinarij erant nimis
23 infesti † hæc tamen est vna ex rationibus, ex quibus Papa censetur concedere priuilegium exemptionis, vt dicit *Bald. de priuil. in tract. exemp. c. 1. num. 4. Rebuff. cons. 142. col. 2. in princ. Erasmus à Koch. de Iurisd. ordin. in exempt. lib. 1. cap. 1. num. 17. & lib. 2. q. 7. num. 3. in fin. & lib. 3. q. 34.* & in terminis Regularium *Rom. cons. 369. num. 18.* quem vltra *Castr. loco citato num. 5. sequitur Felin. c. cum olim num. 3. de præscript.*

Non obstat, quod priuilegio possit re-
24 nuntiari in pręiuditium † exempti, secus, verò eximentis *glos. fin. in d. cap. cum tempore de arbitr.* quia vt dicit *Abb. ibidem n. 7.* nõ potest considerari aliquis effectus quantum ad exemptum; nam Ius libertatis est ita conuinctum inter exem-
25 ptum, & † Superiorem, vt commodè separatio fieri non possit, neque est verum quod ait *Alberic. in l. si quis in conscribendo 39. num. 6. C. de Episc. & Cleric.* quod scilicet possit renuntiari priuilegio specialis exemptionis, quando motu pro-
26 prio † non fuit concessum, quia *Silu. in summ. in verb. exemptio § decimo, dicit*. Contrarium esse verius, euidentissima ratione, scilicet, quia exemptio fit gra-
27 tia † exemptoris, quod dictum sequitur *Armil. in eodem verb. num. 8. Rebuff. d. cons. 142. col. 2. vers. exempta Kochier. loco prædicto num. 17. lib. 1.* & licet in alijs non Ecclesiasticis possit dari Iurisdictio in præiudicium eorum, qui se sub-
28 mittunt, † non tamen in præiudicium Superiorum *Archid. in cap. Conquestus: sub num. 4. q. 3. Bald. in l. si quis ex consensu num. 8. C. de. Episc. aud. Afflict. de prohib. feud. alien. per Feder. §. præterea inter duos num. 23. cum alleg. per Surd. cons. 47. num. 25. lib. 1.* Nihilominus, vt aduertit *Abb. in d. cap. cum tempore in fin.* hoc indistinctè non procedit in Ecclesia seq. remittit *ad not. per Innoc. in cap. accedentibus de priuileg. & per scriptum in cap. Veniens de præscript. vbi num. 21. di-*
29 *cit, quod Prælatus † potest conditionem Ecclesiæ facere meliorem, non autem deteriorem, vt in cap. Fraternitatem de donat.* & subdit post *Innoc.* quod per vnum, vel plures actus non censetur renuntiatum

L 2 fa-

30 fauori Ecclesiæ, cum † etiam expresse non possit renuntiari, & rursus addit, quod si omnes vellent facere contra pri-
31 uilegium, vnus solus posset † contra dicere, prout euenit in casu isto, vbi magna pars Monialium, licet non maior contradixit, *Suares de ll. lib. 8. cap. 33. num. 2.* Et quamuis idem *Abb. num. 22.*
32 dicat prædicta non procedere, quando† per renunciationem reuertitur ad Ius commune. Hoc tamen dictum quate-
33 nus verum in hac facti specie non officit, propter præiudicium Sedis Apostolicæ, cuius interest habere exemptos, vt supra dictum est, & bene *Gail.obseruat. 40. numero 2. lib. 1.* quapropter meritò Ordinarius noluit simpliciter recipere dictas Moniales, sed reseruato beneplacito.

Et ita per Dominos causa per binas vices maturè discussa fuit vanimiter conclusum, perpensis etiam omnibus in alia positione allegatis, & his quæ vlterius obijci possent, cum causa egeat celeri expeditione ob magna scandala, quæ in ijs partibus hac de causa quotidie nascuntur.

REVERENDISS. P.D. COCCINO

Burgeñ expensarum.

Die Veneris 10. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum vnio intelligitur facta sine præiudicio illorum, qui habent iura super dictis beneficijs. Consuetudo cuius ponderis sit. Beneficij vnio an tollat ius exigendi decimas.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo habet vim priuilegij, & legis, seu constitutionis.*
2 *Consuetudo est optima legum interpres.*
3 *Priuilegium percipiendi fructus anni cum dimidio in qualibet vacatione beneficiorum non habet locum in beneficijs vnitis.*
4 *Decis. Gard. Seraph. 1410. declaratur.*
5 *Beneficium quando est vnitum, non vacat.*
6 *Beneficiorum vnio censetur facta sine præiudicio habentium iura super dictis beneficijs.*
7 *Beneficij vnio non tollit Ius percipiendi partem fructuum.*
8 *Beneficij vnio non tollit ius exigendi decimas, prout nec alia iura compati[bilia] cum vnione.*
9 *Et hoc multo magis habet locum acce[dente] obseruantia.*
10 *Sententia, quando est iusta, & ex inspectione actorum apparet valida, [est] confirmanda.*

☞* In eadem causa habes supra aliam [de]cisionem sub die 31. Ianuarij 1625. [co]ram Reuerendiss. P.D. meo Merlino [De]cano, est decisio 451. & hic illa con[fir]matur.

DECISIO CCCCLXII.

RESOLVTIO dubij circa confirma[tionem] tionem sententiæ Rotalis pen[dentis] ex eo. An scilicet Abbas, & Conuen[tus] Monasterij de la Vid teneantur solu[ere] decimas Capitulo Burgeñ, quas nunc [...] pant necessarias expensas, pro duob[us] præstimonijs, videlicet de Mata Iudi[o] & de Villadiego, vsque ab anno 15[..] vnitis dicto Abbati, & Conuentui, [se]u illius Hospitali? Et Domini affirmati[ue] responderunt. Capitulum enim hab[et] immemorabilem ad sui fauorem, ca[no]nizatam, & confirmatam in litteris Mar-
1 tini V. Quæ consuetudo † habet vi[m] priuilegij, & legis, seu constitution[is] *hoc, iun. §. ductus aquæ ff. de aq. quoti[d.] & æst. l. 51. §. fin. ff. de aq. pluu. arce[n.] Soccin. cons. 297. col. 2. cap. cum dilectu[s] & cap. consuetudinis. De consuetud.*

Neque est verum, quòd litteræ Mar[tini] videantur restrictæ ad personas Ca[thedralis]. Nam dictæ litteræ habe[nt] duas partes. In prima generaliter lo[quuntur] de præstimonijs Ciuitatis, [&] Diœcesis Burgeñ, ibi: *Necnon præstim[o]nialium portionum Ciuitatis, & Diœcesi[s].* In secunda in versic. *Quibus ea obtinentes* inducunt modificationem ad person[as] Cathedralis. Neque ex eo, quòd litte[ræ] Martini excipiant in Cathedrali be[ne]ficia illorum, qui per sex menses resi[dentiam] fecerint, dici potest, quòb lit[teræ] loquuntur tantum de beneficijs, aut pesonis Cathedralis. Quia (vt modo ponderatum est (generaliter loquuntur de omnibus, licet quoad personas Cathedralis habeant istam modificationem vt fuit ponderatum *in decis. in hac causa 31. Ianuarij huius anni coram R.P.D. meo*

Mer-

2 *Merlino*; iuncta † præsertim obseruantia, quæ est optima interpres, *Rimin.cons.* 328. *num.*5.*vers.* 3.*idem Soccin.cons.*111. *in fin.lib.* 1. *Bart. cons.* 59. *num.* 6. *lib.*1.

Non obstat, quod huiusmodi præstimonia fuerint per Paulum III. vnita, & propterea litteræ Martini non videantur habere locum in vnitis, *ad dec. Seraph.*
3 1410. vbi † quòd priuilegium percipiendi fructus anni cum dimidiò in qualibet vacatione, non habet locum in beneficijs vnitis, quia non est par ratio de vno casu ad alium: nam decisio Seraph.
4 † loquitur, quando priuilegium concedit perceptionem fructuum beneficij va-
5 cantis, quod quidem non vacat, † cum sit vnitum, & ideo fructus non debentur. In casu autem nostro immemorabilis, & litteræ Martini concedunt, vt quolibet anno percipiatur decima, quæ propterea debetur, etiam quod beneficium sit vni-
6 tum, † cum vnio censeatur facta sine præiudicio habentium iura super beneficio vnito, *cap.* 2.*de relig. domi. Feder.de Sen.cons.*195. *num.* 4. *Rebuff. super reg.de vnio.glos.*11. *num.*13. & optimè in pun-
7 cto quod † vnio non tollat ius percipiendi partem fructuum dicit *Io. Andr.in cap.pen.num.* 3. *vers. nec puta*, *vbi Card. in* 2. *opposit. vers. quero an hac ildulgentia*, *Butr.num.* 15. *vers.quærunt Doctores*, *de verborum signific. Rot.dec.vnica*, *vers.in contrarium facit*, *de sepult. in antiq. Seraph. decis.* 1410. vbi quòd vnio
8 † non tollit ius exigendi pensionem, prout nec alia iura compatibilia cum vnione, vt fuit ponderatum *in dicta decis. coram D. meo Merlino*, *ex alia Burgen. Quindenniorum* 4. *Martij* 1603. *coram bon.mem. Penia*, *quæ est* 690.*part.* 4.
9 *diuers.* accedente præsertim † obseruantia benè probata, in puncto, *Card.Mantic.dec.* 322. *num.* 5.*&* 6.

Ex quibus, atque ex alijs elegantissimè deductis in prædicta decis.coram Reuerendissimo P. D. meo Merlino, vna tantum parte informante, fuit resolutum,
10 † sententiam Rotalem esse confirmandam, vt pote iustam, & ex inspectione actorum validam, cum omnia interuenerint requisita.

REVERENDISS. P.D. MANZANEDO

Patriarcha Hierosolimitano.

Cordubeñ Dimidiæ portionis.

Die Lunæ 15. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Sanguinis puritas: qualiter bene probetur, & aliqua circa testes examinatos ad perpetuam rei memoriam.

SVMMARIVM.

1 *Purus quis præsumitur, nisi contrarium probetur.*
2 *Sanguinis puritas probatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*
3 *Testes in concursu, illi præualent, qui deponunt de bona fama, licet sint numero pauciores.*
4 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam plenè non probant.*
5 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, non potest negari, quin faciant magnum adminiculum, si sint plures, & examinati de tempore non suspecto.*
6 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam admittuntur pro adminiculo ad probandum sanguinis puritatem.*
7 *Fides Secretarij S. Officij admittitur ad probandum alicuius sanguinis puritatem.*
8 *Probatio æquiuoca, & non concludens non releuat, maximè in materia graui, & n.9.*

☞* In eadem habentur supra tres decisiones sub diebus 11. Februar. 1628. coram Reuerendiss. Vrgellen. & 28. Iunij 1628. & 1. Iunij 1630. coram Reuerendissimo P. D. meo Merlino Decano. sunt in ordine decisiones 146. 202. & 404.

DECISIO CCCC.LXIII.

DIE 27. Iunij proximè præteriti, informante tantum D. Ioanne fuit resolutum, illi non obstare statutum Ecclesiæ Cordubeñ super puritate sanguinis ex rationibus, & fundamentis in decisione tunc facta deductis. Cui resolutioni cum pars Capituli, quæ tunc non informauit, licèt pluries fuisset citata, non acquiesceret; iterum hodie ad eius instantiam causam proposui. Et Domi-

ni

ni vtraque parte informante in decis
perstiterunt, tum ex eo, quòd Ioannes
1 habet præsumptionem iuris pro se † vt
purus censeatur, nisi contrarium conclu-
denter probetur: ac vlterius existit in
quasi possessione puritatis tanquam aliàs
admissus ad Capellaniam requirentem
huiusmodi qualitatem; quæ licèt non sit
in eadem Ecclesia Corduben, attamen
illius collatio spectat ad Capitulum Cor-
dubeñ tanquam collatorem inferiorem
in suis mensibus, ad ipsumq; pertinet cu-
ra, gubernium, & administratio dictæ
Capellaniæ, vt in summario aliàs dato
num. 2.

Non obstat, quòd statutum Ecclesiæ
Cordubeñ de quo hodie agitur, non lo-
quatur de istis Capellaneijs, ad quarum
vnam Ioannes fuit admissus, sed de alijs
præbendis, & dignitatibus; & ideò su-
pradicta admissio non suffragetur in casu
præsenti: Quia fuit responsum, satis esse
quod constet, prout est certum, quod ad
dictas Capellanias non admittantur nisi
puri, ex tenore fundationis requirentis
qualitatem puritatis, quasi Ioannes ca-
ruisset, procul dubio admissus non fuisset,
stante præsertim, tunc temporis lite sibi
mota super dicta Capellania, in qua alte-
ra pars, quæ dederat de impuritate, suc-
cubuit, & recessit ab omni iure, quod
habebat in dicta Capellania, fructusque,
& expensas restituit, vt in eodem sum-
mario antiquo sub num. 2.

Tum etiam, quia puritas fuit clarè
probata, tàm per testes examinatos pro
parte Ioannis hic in curia, & quidem om-
ni exceptione maiores, qui optimè de-
ponunt de publica voce, & fama; quæ
2 probatio † est sufficiens in hac materia,
vt fuit latè firmatum in decisione: quam
etiam per testes examinatos per Capitu-
lum explicitè deponentes de puritate
Ioannis, & suorum antecessorum, vt in
eodem summario num. 4. Inter quos
non refert, quod aliqui deponant etiam
de mala fama istius familiæ; Quia vltra
diuersitates familiarum cognominis dicti
Ioannis, & responsiones, hic inferius
3 adducendas, debent in concursu † præ-
ualere testes super bona fama, & illis est
potius standum etiam, quòd essent nume-
ro pauciores, *Rota decis. 68. num. 11. & decis. 215. num. 5. coram D. meo Decano, & decis. 494. num.* 12. *part.* 1. *recent.* cum
alijs adductis *in Calaguritana puritatis sanguinis* 13. *Nouembris* 1619. *coram bo. me. Card. Sacrato.*

Quæ omnia visa fuerunt Dominis o
timè coadiuuari ex alijs testibus exa
natis de anno 1604. concorditer dep
nentibus de communi reputatione, & f
ma puritatis huius familiæ: qui licet fu
4 rit † examinati ad perpetuam rei m
moriam, & ideo plenè non probent; a
5 tamen non potest negari, † quin facia
magnum adminiculum, maximè cum fi
numero octo, & examinati longè an
ante hanc litem motam, & sic in tem
6 pore non suspecto, quo † casu aliàs Ro
ta illos admisit pro adminiculo purita
tis, vt in *d. decis. 68. num.* 15. *coram D.
meo Decano, & in decis.* 494. *num.* 3. *&
seq. part.* 1. *recent.*

Minus obstat, quod ad sint alij test
examinati pro parte Capituli depone
tes de descendentia huius familiæ a pœ
nitentiatis etiam cum habitellis per off
cium *S.* Inquisitionis. Quia omissis plu
ribus exceptionibus, quæ dantur, & pa
ticulariter contra septem ex decem test
bus, qui conuincuntur de mendacio,
in summario Ioannis vltimo loco dat
num. 4. 5. 6. 7. & 8. vnà cum deductis
eius responsione: Visum fuit Dominis
quòd habito respectu ad propriam fam
liam Ioannis, testes prædicti non perc
tiant illius antecessores: & hoc manife
stè deprehendi vltra instrumenta, & te
stes, de quibus in summario antiquo
num. 4. & 5. & 11. & in summario nouo
num. 2. ex fide Secretariorum Sanctæ
Inquisitionis, in qua sit specificè mentio
ascendentium Ioannis, nempè Sebastian
de Cordoua eius patris, Didaci Fernan
dex Rubij eius aui, Matthæi Rubij proaui
necnon etiam Andreæ Rubij de Herrera
eius fratris, & istorum neminem inuenis-
se attestantur Secretarij præfati in libris
seu registris Sancti Officij, quòd fuerint
7 puniti, seu pœnitentiati. De † cuius
fidei probatione, tanquam emanatæ ab
illo sacro Tribunali, non videtur dubi-
tandum; cum aliàs Rota admiserit simi-
les fides, vt in *d. decisione D. mei Decani
68. num.* 13. *& in Oxomen. statuti, seu
Cantoriæ* 27. *Iunij* 1601. *coram bo. mem.
Penia.* & nouissimè *in Legionen. Canonica-
tuum* 14. *Maij.* 1621. *coram me*, & dici-
tur in decisione facta in ista causa.

Nèc facit, quòd in eadem fide fiat
etiam nominatim expressio de tribus pœ-
nitentiatis tanquam hæreticis Iudaizan-
tibus dicti cognominis Rubij, de quibus
etiam

etiam videntur intellexisse testes præfati 16 examinati pro Capitulo. Quia cum Ioãnes probauerit suam intentionem, & non 17 constet, quod is habeat coniunctionem cum illis, quorum habitelli fuerunt affixi; stante pluralitate familiarum eiusdem cognominis in dicta Ciuitate Cordubeñ † ista probatio tanquam æquiuoca, & non concludens non releuat, maximè in hac materia tàm graui, † in qua debet probari identitas pœnitentiatorũ per suas circumstantias, itaut ab alijs æquiuocari non possit ad *textum in c. in præsentia de probat.* & in his terminis *Mantic. dec.* 285. *num.* 2. *& num.* 8. & latè notatur *in d. decis. D. mei Deeani* 68. *num* 19. *& seqq.*

Ex quibus ita fuit conclusum, &c.

REVERENDISS. P. D. REMBOLDO

Firmana Pensionis.

Die Veneris 23. *Ianuarij* 1626.

ARGVMENTVM.

Cardinales S. R. E. licet ob eorum præeminentiam non veniant in generali dispositione, tamen dantur multi casus in quibus dicta conclusio non procedit, & bene ista materia defenditur ab illis, qui contrarium asserere non erubuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales S.R.E. propter eorum præeminentiam non veniunt in generali dispositione, & quando id procedat n.* 7.

2 *Cardinales, quod veniant in dispositione generali dantur multi casus.*

Quod procedit etiamsi dispositio sit pœnalis & odiosa, nu. 3. *reiectis contrarium sentientibus. num.* 4. *& num.* 9. *Et hanc opinionem tenet Rota num.* 5.

Bellenc. fuit suo tempore insignis Rotæ Auditor. num. 4

8 *Doctores, qui loquuntur contra communem non merentur allegari.*

10 *Roman. in consil.* 498. *magis studio complacendi, quàm veritatis exprimendæ loquitur.*

11 *Pensio, quando est imposita super fructibus alicuius Ecclesiæ, parum est curandum, quis eos percipiat, & num* 15.

12 *Concedentis mens benè colligitur ex clausulis, & derogationibus amplissimis, & num.* 13. *& vide num.* 14.

16 *Præiudicium secundarium, & euentuale non est habendum in consideratione.*

17 *Papa si constet, quod voluerit præiudicare alicui Ecclesiæ, censendum etiam est voluisse præiudicare personis eam obtinen.*

☞* Allegatur præsens decisio supra in decisionibus 30. 46. & 452. quæ sunt in eadem causa sub dieb. 26. Februarij 1625. coram eodem bo. mem. Remboldo, & 23. Ianuarij 1627. & 8. Martii eiusdem anni coram Reuerendiss. Vrgellen.

DECISIO CCCCLXIV.

DOMINI steterunt in decisis die 26. Februarij proximè præteriti ex rationibus, tunc deductis. Quibus non obstant, quæ denuò fuerunt allegata ad probandum, quod S. R. E. Cardinales non censentur comprehensi in generali dispositione: quia licet, vt tunc fuit di-
1 ctum S.R.E. Cardinales † propter eorum eminentiam, & dignitatis prærogatiuam indigeant speciali nota, tamen non benè ex hac regula infertur, quod in facultate, concessa bo. mem. Cardinali Montalto transferendi pensiones, sibi reseruatas, non sit comprehensa etiam ista pendo, quæ nec tempore, quo fuit concessa dicta facultas, erat debita per S.R.E. Cardinalem

Multi enim dantur casus, in quibus, siue agatur de dispositionibus per viam
2 legis, siue de dispositionibus † factis ad fauorem priuatorum dicta regula non applicarur, nec propterea ea fuit vnquam indistinctè, & in quocumque casu, & ad effectum cuiuscumque præiudicij, quod posset ctiam in quandam consequentiam ex huiusmodi dispositione S.R.E. Cardinali euenire, à Rota recepta.

Sed pro diuersitate casuum diuersimodè Rota re spondit, & in pluribus casibus,
3 in quibus etiam agebatur † de constitutionibus pœnalibus, & odiosis amplexa est doctrinam *Archidiac. Io. Andr. & alorum in c. si nemo deinceps de elect. Felin. in cap. ad aures de rescrip. & in cap. super his de fid. instrum.* reiecta opinione contrarium tenentium, vt testatur *Mohed. decis.* 23. *de renuntiat. & Io. Paul. decis.* 144. qui dicunt fuisse cum magna deliberatione, & studio, ac disputatione resolutum in Constitutione de qua tunc agebatur, comprehendi Cardinales, quodq.
4 Rota non tenet † *Consilium Archar.* dicentis

centis contrarium *cons. 297. nec cons. Roman. 498.* quod etiam reprobat *Bellenc.* suo tempore insignis Rotæ Auditor in *tract. de charit. subsid. quæst. 66.* vbi singulis rationibus adductis per *Roman.* respõdet, & melius dicere affirmat *Mandos. in addit. ad dictum cons. Rom. 498. littera A.*

Eamdemque sententiam tenuit etiam
5 Rota in † dispositionibus factis ad fauorem priuatorum, & in specie ita fuit iudicatum in vna *Valentina Archidiaconatus anno 1531. & in Caurien. Canonicatus*, vt refert *Gomes. q. 4. in proœm. regul. Cancellariæ.*

6 Et idem in casu ibi relato † disponit *tex. in cap. dudum de præben. & in 6.* & faciunt *not. per Cassad. decis. 1. num. 3. de decret. Simonet. decis. 51. lib. 1. Caputaq. decis. 83. part. 2. Ferret. cons. 38. numero 8. vers. accedit ad præfata, & nu. 9. Oldrad. cons. 211. 263. & 321. Card. Mantic. decis. 230.* cum alijs per *Bellenc. d. q. 66. num. 33.* vbi etiam distinguit inter personas S.R.E. Cardinalium, & eorum beneficia.

Nec contrarium firmant Doctores pro Illustriss. D. Cardinale reseruatario allegati: quia plerique eorum loquuntur in casibus, in quibus agitur de præiudicio S. R. E. Cardinalis respectu particularis indulti, aut priuilegij, eidem à Papa
7 concessi; tunc enim non † censetur per generalem dispositionem tale indultum, aut priuilegium abrogatum, sed necesse est, quod in specie fiat mentio de Cardinale; & in istis terminis loquitur *Simon. decis. 1. lib. 1. Mobed. decis. 10. de priuil. & alij alleg. per Germon. de indult. inver. alioquin num. 33. & seqq.*

Alij verò loquuntur in Constitutionibus, siue regulis, quæ emanarunt per viam
8 legis, nec propterea merentur † allegari, quia loquuntur contra opinionem Archid. Felin. & aliorum, quos Rota sequitur.

Reliqui autem, quorum, vltra *Rom. d. cons. 498.* vix alius adducitur, non sunt
9 attendendi † quia eos in specie reprobauit *Rota coram Mobed. d. decis. 23. de renuntiat. & Bellencin. in d. tract. de charitate subsid. dicit, Romanum fuisse loquutum*
10 *in d. cons.* magis studio † complacendi, quàm veritatis exprimendæ.

Et nihilominus nullus ex allegatis firmat, quod procedat d. conclusio in omni, & quacumque dispositione, & materia etiam S.R.E. Cardinalibus proportionabili. Et quando ex circumstantijs colligi potest, quod Papa voluerit etiam comprehendere S. R. E. Cardinales in casus particulares, in quibus ipsi loquuntur: & rationes, quibus mouentur, applicantur casui, de quo agitur, atque ita dicta conclusio, & Doctores non obstant quominus censeri possit, quod Papa voluerit comprehendere in facultate concessa bo. mem. Cardinali Montalto transferendi pensiones sibi reseruatas etiam istam pensionem, de qua agitur.

Quod autem dictam etiam pensionem voluerit comprehendere, suadent plurimæ rationes, in alia decisione ponderatæ & primo suadet materia subiecta, quia scilicet agitur de pensione imposita super fructibus Ecclesiæ Firmanæ, & sic
11 onere reali, † imposito fructibus dictæ Ecclesiæ, non verò personæ obtinentis Ecclesiam, quod est multum considerabile ad effectum, de quo agitur *ex leg. per Belenc. d. quæst. 66. num. 33. & Aretina beneficij*, relata per *Marches. commis. part. 1. fol. 549. & Card. Mantic. d. decis. 230.*

Secundo id ipsum etiam suadent verba, & clausulæ prægnantissimæ appositæ
12 in dicta facultate, † ex illis enim colligitur enixa mens Papę, comprehendendi in dicta facultate omnes, & quantumuis priuilegiatas pensiones, quas bo. memoria Cardinalis Montaltus habebat, & sic etiam istam pensionem, de qua agitur, & atque hinc concessit eidem Cardinali facultatem transferendi pensiones sibi reseruatas super beneficijs, etiam iurispatronatus Regum, & Imperatorum, & derogauit Concilio Lateranen. alijsq; quibus statuitur, quod Ecclesiæ Cathedrales non possint, nisi ex certis causis grauari pensionibus, voluitque, vt pensiones sic translatæ suum sortirentur effectum, ac si fuissent in Consistorio reseruatæ, quæ omnia benè conferunt ad effectum, vt censeri possit comprehensa in dicta facultate etiam ista pensio; præser-
13 tim † cum ista materia tota pendeat à verisimili mente Papæ, neque de illius potestate quæstio esse possit.

Tertio ad dictum effectum ponderata fuit qualitas personarum, cui, & à quo fuit concessa dicta facultas, ea enim fuit concessa S. R. E. Cardinali Amplissimo, vt gratum se posset exhibere erga suos, & concessio fuit facta ad fauorem pronepotis sibi valde dilecti, quæ (quicquid esset

esset dicendum, si ageretur ad alium effe-
ctum) addunt aliquid ponderis ad eliciē-
4 dam dictam † voluntatem Papæ in hac materia, cui non repugnat Canonis, aut alicuius Concilij dispositio, *Rot. part.* 1. *diuers. decis.* 34. & 35. Itaut neque in casu isto applicari possint ad hoc propositum allegata pro Illustrissimo Cardinali reseruatario ex *decis.* 400. *num.* 14. *eadem prima part.*

Quartò etiam est considerandū, quod potissimum præiudicium, quod infertur
15 per huiusmodi facultates, infertur Ecclesiæ, † super cuius fructibus sunt impositæ pensiones, præiudicium verò, quod per dictas facultates infertur personis obti-
16 nentium Ecclesias † est secundarium, & etiam merè euentuale, quia scilicet potest esse quod ipsi tempore translationis non possideant Ecclesias, quodq. etiam translatarius decedat ante ipsum transferentem, ac propterea, cum non dubite-
17 tur, quod Papa voluerit † præiudicare Ecclesijs, facilè præsumitur, quòd etiam voluerit præiudicare personæ, ad quam Ecclesia posset peruenire, cum præsertim ageretur de præiudicio euentuali obtinentium Ecclesias.

Quintò accedit, quòd tempore, quo fuit concessa dicta facultas bon. mem. Cardinali Montalto. Illustriss. Cardinalis reseruatarius fructuum mēsæ Archiepiscopalis Firmanæ, super quibus, est imposita pensio, de qua agitur, non erat Cardinalis, atque ita dubitari non potest, quin tunc comprehenderetur sub dicta facultate, etiam ista pensio, quodque per consequens ea fuerit ex tunc effecta transferibilis: nec propterea potuit per superuenientem dignitatem in dicto
18 illustriss. reseruatario, dicta qualitas † immutari, itaut amplius non potuerit in præiudicium dicti Illustriss. Cardinalis reseruatarij transferri, iuxta decis. supradictam coram Cardinale Mantica, & alia allegata pro translatarijs.

Ex quibus, & alijs in alia decisione ponderatis simul iunctis, Domini censuerunt, pensionem, de qua agitur comprehendi in dicta facultate, neque in casu isto supradictam regulam, & auctoritates pro Illustriss. D. Cardinale reseruatario adductas applicari, &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Paduana Feudi.

Die Veneris 24. *Ianuarij* 1625.

DECISIO CCCCLXV.

Est impressa in decis. coram Merlino tom. 1. Decis. 150.

☞ * Allegatur infra præsens decisio in eadem causa sud diebus 11. Ianuarij 1627. & 17. Maij eiusdem anni coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, sunt decisiones 474. & 477. & etiam coram R.P.D. meo Ghisilerio pariter in eadem causa 17. Maij 1628. & 29. Iunij eiusdem anni.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana de Victorijs.

Die Lunæ 23. *Martij* 1629.

DECISIO CCCCLXVI.

Est impressa in decis. Coram Merlino to. 1. Decis. 208.

☞ * In eadem causa habentur supra tres decisiones sub diebus 10. Martij 1627. & 2 Iunij eiusdem anni, & 14. Ianuarij 1628. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, sunt in ordine decis. 47. 77. & 129. & infra adest altera sub die 26. Iunij 1626. est decisio 471.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Perusina Fidei commissi de Baptistis.

Die Veneris 27. *Martij* 1626.

ARGVMENTVM.

Testator ex quibus præsumatur voluisse inducere fideicommissum nedum, perpetuū & absolutum in casu mortis, sed etiam inter vocatos voluisse inducere reciprocam substitutionem, & quæ sint requisita dictę reciprocæ substitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Testator, si disposuerit, vt eius bona conseruentur in sua familia, ex hac causa resultat fideicommissum.*

Ne dum perpetuum in casum mortis, sed etiam resultat reciprocum.

Et hanc opinionem sæpius secuta est Rota ibidem num. 2.

3 *Testator, si prohibuerit alienationem bonorum, quia voluit, vt ea conseruarentur in familia, vt ex hoc inducatur fideicommissum, non eget intrinseca alia probatione.*

4 *Hæreditas, vt vnita conseruari possit, quid requiratur.*

5 *Hæreditas, quando vni ab altero veniat restituenda.*

6 *Bonorum transitus de vna linea ad aliam sine reciproca contingere non potest.*

7 *Substitutio reciproca, vt inducta dicatur quid nam sit necesse, vt concurrant.*

8 *Substitutioni reciprocæ, quod ad vltimum requisitum, quid non repugnet.*

9 *Testator præsumitur voluisse præferre proprios descendentes, extraneis substitutis, & vide num. 10. 11. & 12.*

13 *Fideicommissi conditionalis terminos non debet egredi ratio prohibitionis alienationis ei adiecta.*

In eadem causa habetur alia decisio sub die 15. Decembris 1628. coram eodem bon. me. Pirouano, est decisio 222.

DECISIO CCCCLXVII.

QVAESITVM fuit, an Francisco Marcello, ac alijs fratribus Hieronymi, & Iulij de Baptistis sit danda immissio in bonis, de quibus agitur pro cuius dubij resolutione, cum plura essent examinanda, placuit Dominis primò firmare, constare de fideicommisso reciproco inter lineas, & postea de alijs videre.

Ex fideicommisso namque Ioannis Baptistæ apparent instituti quatuor masculi, Hieronymus, Petrus Iacobus, Iulius, & Horatius, ex quibus Horatius sine prole decessit, Petrus Iacobus cum filijs Antenoro, scilicet illegitimo, & Beatrice fœmina, quorum personæ prætenduntur inhabiles ad impediendam fideicõmissi purificationem: Hieronymus verò, & Iulius decesserunt cum filijs masculis, & legitimis, qui hodie pro vendicati[...] bonorum vinculatorum agunt, & in[...] istas lineas Hieronymi, Petri Iacobi [...] Iulij visum fuit extare fideicommiss[...] reciprocum.

Fundamentum huius reciprocæ de[...]cebatur ex verbis testamenti in ea pa[...] in qua testator voluit, & mandauit, q[...] bona sua quæcumque vllo vnquam te[...]pore alienari non possint, alienationis [...]cabulo largissimè sumpto per infra[...]ptos suos hæredes, vel eorum poste[...] & descendentes, ac successores quosc[...]que, & hoc fecit dictus testator ex ca[...] supradictis, & quia voluit dicta eius [...]na, & hereditatem totam conser[...]
1 in sua familia, ex hac enim † causa c[...] seruandi bona in agnatione, & fam[...] resultat fideicommissum, nedum pe[...]tuum in casum mortis, & absolut[...] sed etiam inter illos de familia reci[...] cum secundum veriorem, *de qua* [...] *Menoch. præsump. 62. num. 37. lib. 4.* [...]*tra de fideicomm. quæst. 11. num. 55o.* [...] *regr. eod. tit. art. 13. num. 79. Mantic.* [...] *coniect. lib. 6. tit. 14. num. 24. Odd.* [...] *fideicomm. ex prehib. quæst. 11. art.* [...] *num. 128. Modern. Brixien. eod. tra*[...] *quæst. 689. num. 7.* vbi plenissimè ha[...] materiam pertractans, contrarias o[...]niones ad suas particulares casus acco[...]
2 modat, & † Rota sæpius hanc part[...] sequuta est, *apud Seraph. decis. 874.* [...] *1373. & inter recent. decis. 361. num.* [...] *decis. 10. 44. 193. part. 1. 681. part.* [...]

Et hæc prohibitio ex causa supradi[...]
3 vestita, quamuis † alia extrinseca pr[...]batione non egeat; non tamen caret co[...]iecturis, & præsumptionibus eamdem te[...]statoris voluntatem quoad reciproca[...] inter lineas inferentibus; nam testato[...]
4 non simpliciter adiecit † causam; qui[...] volebat bona sua conseruari in sua fami[...]lia, sed addidit, & hæreditatem totam[...] quæ procul dubio vnita conseruari no[...]
5 potest, † nisi de vno ad alium gradatim[...] descendat, & alteri ab altero restitua[...]tur prout hanc necessitatem ponderant[...] *Crau. cons. 113. num. 5. Paris. cons. 30.* [...] *num. 22. vol. 2. Surd. post. alios cons. 96.* [...] *num. 15. lib. 1.* præterea in casum alie[...]nationis, ne dum vocantur descenden[...]tes alienantis, sed descendentes etiam[...] aliarum linearum non alienantium; si[...]
6 gnum euidens transitus bonorum † de[...] vna in aliam lineam, quod sine recipro[...]ca contingere non potest. *Ruin. cons. 121.*

num.

num. 8. lib. 2. & latius ponderatur per Moder. Brixien de substit. quest. 475. numero 45. & 689. num. 3. ac demum quia omnibus descendentibus filios masculos in perpetuò substituit, ex quibus verbis
7 videntur colligi illa tria requisita ad † reciprocã inducendam necessaria, nempè quod omnes sint à testatore honorati, quod sit facta in tota hæreditate, & vltimo morienti, de quibus, per Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 15. & huic vltimo requisito non repugnat, quod om-
8 nibus, † & non vl timo sit facta substitutio, quasi omnes filij masculi discretiuè eorum parentibus sint reciprocè substituti, secundum rationes ponderatas, per Peregr. suo cons. 30. num. 1. lib. 3. quia Rota coram Seraph. decis. 939. num. 10. tenuit satisfactum fuisse huic vltimo requisitio, si dictum fuerit, si omnes decederent, & maximè quando sumus, vt
9 hic, in descendentibus testatoris, † quos testator præsumitur voluisse præferre substitutis & multo fortius in casu nostro, in quo constat de voluntate testatoris conseruandi bona in sua familia, & ista requisita deducuntur pro coniectura indubitata dispositionis quoad reciprocam inter lineas; propterea cessant responsiones datæ ad illa verba, & sic omnibus decendentibus, masculos filios in perpetuum substituit, vt illa debeant in-
10 telligi respectiuè † & discretiuè erga proprios parentes, non autem reciprocè inter ipsos de linea; vt in Bononien. de Bentiuolis latissimè dicitur firmatum 5. Maij. 1621. coram Domino meo Decano, cum alijs allegatis; Quia etsi possibile intellectum possent recipere de successio-
11 ne reciproca suorum parentum; † attamen, quia ex præambula prohibitione, & voluntate, vt tota hæreditas conseruetur in familia, excluditur omnis possibilis intellectus, cessat hæc separata, &
12 discretiua vocatio propter † necessitatem implendi voluntatem testatoris, quę aliàs non potest impleri, vt tota hæreditas conseruetur in familia, quàm per reciprocam inter lineas substitutionem.

Non obstat, quod ratio adiecta prohibitioni egredi non debeat terminos
12 fideicommissi conditionalis † nempè, vt per prohibitionem bona conseruentur in familia, non autem in casum mortis. Peregr. de fideicomm. art. 14. num. 22. Modern. Brixien. quest. 688. num. 37. cum alijs allegatis; quia hæc fuit vna ex rationibus contrariæ opinionis, cui Rota in casu præsenti non adhæret; sed alteri vti veriori ex supra allegatis confirmatę.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Bononien. Legati de Marescottis.

Die Veneris 24. Aprilis 1626.

DECISIO CCCCLXVIII.

Est impressa in decis. coram Merlino, to. 1. Decis. 211.

In eadem causa habentur supra plures decisionos scilicet die 15. Ianuarii 1627 & 26. Aprilis eiusdem anni, & & 14. Iunij pariter eiusdem anni & 30. Aprilis 1629. coram eod. Reuerendiss. P. D. meo Decano sunt in ordine decisiones 28. 58. 88. & 272.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Egittanieñ Commendæ.

Die Lunæ 8. Iunij 1626.

DECISIO CCCCLXIX.

Est impressa in decis. coram Merlino to. 1. decis. 125.

R. P. D. REMBOLDO.

Assissieñ Bonorum.

Die Veneris 26. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Iudex nulliter procedens non priuat quem sua possessione. Sententia si non iustificetur ex actis, non potest substineri cum iudex aliunde non possit moueri. Melioramenta si sint probata ante immissionem, sunt reficienda.

SVMMARIVM.

1 *Possidenti est danda manutentio.*
2 *Sententia est nulla, si non iustificetur ex actis.*
3 *Inuestitura sola non probat, nec dominium, nec possessionem.*
4 *Inuestituram si asseratur esse finitam, id concludenter est probandum.*
5 *A Sententia lata per cedulam datur appellatio.*
6 *Sententia lata, sub conditione, nisi ea purificata, potest illa executioni demandari.*
7 *Melioramenta, si sint probata in genere, & in specie ante immissionem, sunt reficienda.*
8 *A Sententia lata in possessorio mixto datur appellatio.*

☞ * Allegatur præsens decisio supra in decisione 79. quæ est in eadem causa die 2. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Virili, & ibi Rota recedit à decisis hic.

DECISIO CCCCLXX.

FVIT dictum Communitati Assissij dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione tempore motæ litis constat ex testibus iuncto instrumento emptionis bonorum, de qui-
1 bus † agitur, vnde ipsi est danda manutentio *vulg. §. retinendæ. instit. de interd. Rot. coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 325. num. 1.*

Non obstat, quod Communitas Assissij fuit dicta eius possessione priuata Iudicis auctoritate, qui declarauit Communitati Bictonij deberi manutentionem ratione ciuilis possessionis, quę semper penes ipsam Communitatem Bictonij remansit, & reintegrationem pro na-
2 turali, quia † dicta sententia non iustificatur ex actis.

Nam præterquam quod sola inuesti-
3 tura facta anno 1524. non probat † nec dominium, nec possessionem Communitatis (*vt fuit dictum in Leodien. dominij coram bo. mem. Card. Sacrato sub die 22. Iunij 1620. & in eadem coram R. P. D. meo Merlino sub die 24. Maij 1624.*) Inuestitura continet tantùm bona nuncupata delle fosse, non autem prædium nuncupatum delle Vacchette distinctum & separatum à bonis delle Fosse, n
constat etiam, quod tertia generatio s
quam fuerunt concessa, prætenditur d
4 cta bona dd. de Balleonibus esset † fini
cum testes ad hoc probandum indu
vltra nullitates examinis de iure nec
sarias in dicto etiam non concludant
bitum comprehensorum in inuestitur

5 Accedit quod dicta † sententia
lata per cedulam, à qua datur appella
Rot. in recent. par. 2. decis. 183. num. 2
dec. 287. num. 7. in fin. & in Neapolita
grani 18. Martij 1619. coram bo. me
Vbaldo, habet in ventre condition
data cautione pro melioramentis, q
cautio non constat fuisse præstitam
6 propterea non potuit † non purifica
dicta conditione sententia executio
demandari, quin etiam cum melio
menta essent probata in genere, &
specie, vt deducitur per informantes p
7 Communitate Assissij † erant reficie
da, non iterum poterat ad immissione
deueniri, *Put. dec. 10. de re iud. Rot. dec*
161. num. 1. par. 2. in recent. fuit dict
in Romana de Thesauris relata per Ma
ches. de commiss. par. 1. fol. 1087. num.
& in omnem casum lata videtur in p
sessorio mixto præcedente à contra
8 inuestituræ † quo casu intrare vide
appellatio ad *cons. Bald. 330. num. 5*
1. & in simili de statuto dixit. *Rota*
Ferrarien. de Tassonis coram Reuerend
D. meo Patriarcha Antiocheno, qua
decis. 513. num. 8. par. 1. in recent. &
ne facit. Rota coram fel. record. Greg. X
decis. 105. num. 17. & 18. & ibi Addi
sub littera A. &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO
DECANO.

Romana de Victorijs.

Die Vener. 26. Iunij 1626.

DECISIO CCCCLXXI.

Est impressa in decis. coram Merlino to. 1. Decis. 230.

☞ * Plures decisiones in hac causa annotaui supra ad decisionem 466. quę est in eadem causa.

RE-

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Legati de Valentinis.

Die Veneris 6. Nouemb. 1626.

DECISIO CCCCLXXII.

Est impressa in decis. coram Merlino to. 1. Decis. 237.

* In eadem causa habetur infra alia decisio sub die 8. Februarij 1627. coram eod. Reuerendiss. D. meo Decano, vbi præsens hęc confirmntur, est decisio 475.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D: CARD. VIRILI.

Melauitana Prioratus Nauarræ.

Die Lunæ 11. Iannarij 1627.

ARGVMENTVM.

Remissioria, vt in beneficialibus concedatur, quid sit necesse. Prioratus Religionis Hierosolymitanæ sunt veri tituli, & benefica Ecclesiastica. Regulares ad omnem nutum superioris possunt remoueri à suis beneficijs, & quatenus hoc sit verum.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur, si aliquid possit probari per scripturas.*
2 *Probatio per testes si sit releuans, non est deneganda remissoria.*
3 *Remissoria, vt concedatur, sufficit vnicus articulus releuans.*
4 *Remissoria in beneficialibus, vt concedatur requiritur, vt apponatur sequestrum.*
5 *Et fiat obligatio de stando vnicæ.*
6 *Et passim apponitur clausula cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ.*
7 *Super titulo beneficij, quando sine dubio agatur.*
8 *Prioratus Religionis Hierosolymit. sunt veri tituli, & beneficia Ecclesiastica.*
9 *Remissoria impedit prolationem sententiæ.*
10 *Regulares quocumque nutu superioris possunt à beneficijs regularibus amoueri.*
11 *In Beneficijs manualibus datur vacatio per obitum & remotionem.*
12 *Regulares non possunt remoueri à beneficijs à superiore sine causa, & à remotione datur recursus nu. 13.*
14 *Ius ex parte illius est metiendum, qui habet principale interesse, & quid inde inratur, & num 15.*
16 *Remissoria, quando petitur ad differendam causæ expeditionem, non conceditur sine sequestro, etiam quod non simus in beneficialibus.*

DECISIO CCCCLXXIII.

AD Prioratum Nauarræ Religionis Hierosolymitenæ duo Commendatores se opposuerunt, & Equites de lingua elegerunt Commendatorem Martinum de Redin, cuius electionem Magnus Magister, & Consilium approbarunt; à qua Commendator Carolus de Monreal, pretendens, se vti Magis Antianum grauatum, appellauit, & petijt dubium super adiudicatione Prioratus; sed Commendator Martinus, vti possessor, volebat dubium super manutentione, quæ fuit ei concessa. Postea dictus commendator Martinus confisus dispositione stabilimenti, 5. de electione, quod benemerentia præferatur antianitati, petijt remissoriam ad probandum inter cætera, quod licet ipse sit iunior; tamen pro Religione interuenit in quam plurimis egregijs factis armorum, in quibus adeo operam, & consilium præbuit, vt benemerentiam à stabilimento consideratam acquisiuerit; Et dato dubio: An remissoria esset danda, illam Domini (apposito sequestro, & facta obligatione de stando vnicæ, & cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ) concedendam esse responderunt.

Licet enim Carauanæ, & seruitia Equitum soleant adnotari in libris, ex
1 quibus illa possent probari, † & ideo non detur remissoria ad probandum, per testes, quod per scripturam probari potest, *Bellam decis. 9. in princip. Rot. decis. 44. de testib. in antiq. & decis. 6. de probat. in nou. & fuit dictum in Calaguritana beneficij 8. Februar. 159. coram bon: mem. Penia*. Tamen quod aliquis Eques in aliquo prælio strenuè, ac ingeniosè se gesserit, vel non describitur in libris, vel non ita amplè, & distinctè, prout testes
2 informati deponere possunt, & ideo † cum

cum probatio per testes sit releuans, non erat deneganda remissoria, *l. Iudices authen. apud eloquium. C. de fid. Instrum. Verall. decis. 68. par. 3. Cassad. decis. 2. de*
3 *dilat.* & pro remissoria sufficit, † quod vnus articulus sit releuans. *Rot. decis. 24. num. 1. de testib. in antiq. Cassad. decis. 5. num. 6. de sequestr. possess. & fuit dictum in Spalaten. Archidiaconatus 6. Aprilis 1609. coram D. Card. de Caualerijs.*

4 Verùm cum causa sit beneficialis, † vt infra dicetur, apponendum est sequestrum, *Anton. August. in epit. tit. de remiss. num. 4. Rot. diuers. part. 3. decis. 269. num. 3. & decis. 919. num. 3. & fuit dictum in Ciuitaten. Scholastriæ 30. Octob. 1596. coram bon. me. Card. Pamphilio.*

5 Prout etiam est facienda obligatio de stando vnicæ *Anton. August. vbi supr. Achil. decis. 4. de dilat. Verall. decis. 56. in fine & 57. & 63. in fin. part. 3. fuit dictum in supradicta Ciuitaten. Scholastriæ.*

Et passim apponitur clausula, cum re-
6 tardatione, † vel sine arbitrio *Rotæ, Put. decis. 305. num. 3. lib. 2. & 281. num. 1. & in fin. lib. 3. Verall. decis. 58. in fin. par. 3. Rota diuers. decis. 275. num. 1. & 201. nu. 3. par. 2. & fuit dictum in supradicta Ciuitaten. Scholastriæ.*

Quod autem causa sit beneficialis, patet, quia quilibet ex duobus Commen-
7 datariis contendit super Prioratu, quem sibi adiudicari petit, ergo agitur de titulo beneficij, & causa est beneficialis *cap. 2. & ibi glos. in verbo finita, in fin. vt lit. pend. in 6. Put. decis. 496. num. 3. lib. 2. Cassad. decis. 3. de iudic. Sarnen. in regul. de subrogan. collitig. q. 7. num. 2. vers. & ratio, Vital. in clem. 1. num. 1. de sequestr. possess. & fuit dictum in Aprutina beneficij S. Laurentij 23. Februarij 1579. coram bo. me. Bubalo.*

Clarum est enim, quòd isti Prioratus Religionis Hierosolymitanæ, sunt, & ve-
8 ri tituli, † & beneficia Ecclesiastica, & in eis habet locum. *Clem. 1. de sequestr. possess. Paris. cons. 136. num. 16. & 17. lib. 4. Mohed. dec. 10. de caus. possess. & propr. Rota part. 2. recent. decis. 569.* & ratio sequestri est, quia sicuti lata sententia apponitur sequestrum iuxta formam Clementinæ, & ita cum possessor, per
9 remissoriam † impediat prolationem sententiæ, habetur pro data ad effectum sequestri, *Verall. decis. 873. libr. 3. part. 3. & 919. part. 3.*

Nec facit, quod præfatæ Præceptoriæ sint ad nutum amouibiles, quia quicquid sit in manualibus sęcularibus, quæ non dantur in titulum; nihilominus istæ Pręceptorię aptitudine sunt perpetuæ nisi eas obtinentes amoueantur, & de ijs iudicatur, vti de perpetuis, prout sunt de sui natura, cum conferantur in titulum, & possint impetrari, licet obtinentes potiùs ratione obedientiæ, & ex vi
10 professionis, † quam ex natura eorum possint remoueri ad nutum superioris, qui potest quoque non remouere, vt distinguit. *Gambara de offic. leg. lib. 4. tit. de potest. leg. in reseruan. benef. num. 14. & seqq.* & in manualibus datur vacatio per
11 obitum. † & remotionem, *glos. in Clem. vnic. §. præmissa in verbo reuocari prope med. vers. scias de supplen. neglig. Prælat. vai Card. num. 8. Vitalin. num. 9.* Nec
12 Regulares † possunt amoueri sine causa, *Clem. 1. de supplen. neglig. Prælat. Rebuff. de pacis. possess. num. 331. Sylu. de benef. par. 3. quæst. 21. num. 5.* & à remo-
13 tione † datur recursus. *Rebuff. & fuit dictum in Seguntina Thesaurariæ 26. Aprilis 1506. coram bonæ memoriæ Orano.*

Non obstat, quod nomine linguæ possit peti remissoria; quia cum principale interesse sit Commendatoris prouisi, ius ex parte illius metiendum est,
14 vt remissoria † sit danda apposito sequestro, & facta obligatione de stando vnicæ per Commendatorem prouisum possessorem, vt in simili quando patroni sunt in causa, fuit dictum, *in Mutinen. plebis 24. Nouembris 1623. coram Reue-*
15 *rendiss. Decano*, & in simili † quod non retardetur expeditio causæ inter principales, si Capitulum velit remissoriam, fuit dictum in *Nicien. Prioratus 26. Martij 1625. coram R. P. D. Buratto*, alias si hoc admitteretur, semper prouisi curarent, vt vel Lingua, vel Patroni, vel Capitulum, vel alij interesse habentes peterent remissoriam, & ipsi directè sub clipeo eorũ euitarent appositionem sequestri, & obligationem de stando vnicę, & sic elideretur dispositio Clementi-
16 næ. Immo stante † senectute Commendatoris Caroli intrat aliqua præsumptio, vt remissoria petatur ad differendam causę expeditionem, quo casu non datur sine sequestro, etiam quod non essemus in beneficialibus *Rota diuer. decis. 183. par. 1.*

RE-

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Paduana Feudi.

Die Lunæ 11. Ianuarij 1627.

DECISIO CCCCLXXIV.

Est impressa in decis. coram Merlino to. 1. Decis. 147.

¶ Infra in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus 17. Maij 1627. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, est decisio 478. & 17. Maij 1628. & 28. Iunij eiusdem anni & 15. Ianuar. 1629. coram R.P.D. meo Ghisiler. sunt decisiones 478. 492. & 499.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Legati de Valentinis.

Die Lunæ 8. Februarij 1627.

DECISIO CCCCLXXV.

¶ In eadem causa habetur supra altera decisio sub die 6. Nouemb. 1626. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, est decis. 472.

REVERENDISSIMO PIROVANO.

Romana Officij Notariatus.

Die Veneris 5. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Vendens rem sub narratiua, quod est sua, constito ad eum non spectare, tenetur ad pretij restitutionem. Quæ conclusio multo magis procedit, si dicta assertio dederit causam contractui, veluti quia emptot animum minimè habebat emendi, sed alienum erat, & hoc casu venditio ipso iure rescinditur, quæ conclusio etiam ampliatur, & alia circa hanc materiam tractantur.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem alienam sub assertione, quod est sua, tenetur ad restitutionem pretij, constito rem aliter se habere.*

2 *Et hoc amplia, si dicta assertio vendentis dedit causam contractui.*

3 *Partis aliqua assertio, quando dedit causam contractui, si illa non sit vera, ipso iure resoluitur contractus.*

4 *Emptor si aliquid demit, ex eo quia vendens asseruit illud esse suum, tunc licet res sit propria vendentis, non tamen libera, nihilominus emptor non tenetur stare contractui.*

5 *Et sic habebit actionem ad recuperandum pretium.*

6 *Verba illa, ad se spectare, & pertinere, &c. solent latè interpretari.*

7 *Venditio si sit facta à non domino, sed præsente eo, an censeatur habere ratam dictam venditionem.*

8 *Præsentia sola in venditione non est sufficiens pro euictione.*

9 *Actione ad aliquid consequendum si quis careat experiri non potest.*

10 *Emptionis, & venditionis contractus si non subsistat, non est disputandum de eis, quæ post venditionem contigerunt.*

11 *Officia Capitolina non sunt vacabilia.*

12 *Vendens alicui officium, debet ei notificare illud esse vacabile, quia potest esse illud nolle sic emere.*

13 *Officia Capitolina, ante indultum Sixti V. erant vacabilia.*

14 *Emptori sunt notificanda ea omnia, quæ possent eum retrahere à tali emptione.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in decisione 142. quæ est in eadem causa sub die 31. Ianuarij 1628. coram eodem bo. mem. Pirouano, vbi Rota recedit ab hac resolutione, & supradicta decisio 140. fuit postea confirmata coram eodem 29. Ianuarij 1629. est pariter supra decisio 244.

DECISIO CCCCLXXVI.

CVM D. Laurentius Butius die 10. Decembris vendidisset tertiam partem medietatis Officij Capitolij Adamo Clescho pretio scutorum mille, asserens ad se ipsum spectare mediatem officij, quam tamen ipsi vendiderat. Erastus cum de-

decreto, quod ille emptor posset officium vendere resignare, & alienare ac de eo disponere ipso venditore non consentiente, egit Adamus pro restitutione sui pretij soluti, de quo cum hodie dubitaretur responsum fuit locum esse restitutioni pretij.

Quia vendens rem alienam cum asser-
1 tione quod sua sit † propter hanc non veram assertionem tenetur ad restitutionem pretij, *l. si rem quam. ff. de euict. cum glos. in verbo agente*, quam communiter esse receptam dixerunt. *Ruin. cons.* 141. *num.*50. *lib.* 1. *Surd. cons.* 36. *num.* 12. *& decis.* 253. *num.* 10. quod maximè videbatur firmandum, quia assertio
2 illa quod † Officium spectabat ad Butium venditorem dedit causam contractui, ex quo Adamus non emisset ab Erasto fortè facultatibus minus idoneo,
3 sed voluit sequi fidem Butij, & tunc † quando partis assertio est causa contractus ipso iure rescinditur, *l.3. §. fin. ff. pro socio & eleganter ff. de stelo. Surd. ead. decis.* 253. *num.* 13. quinimò, si adhuc esset
4 propria res vendita, adhuc posset emptor non stare emptioni, & pretium repetere. *Rot. decis.* 318. *num.* 2. *part.* 1. *recent. Grat. discept.* 175. *nu.*23. & idem fuit firmatum *in Asculana fidei* 11. *Martij* 1615. *coram me*, propterea etiam quod emptori detur actio ad interesse
5 ob non † implementum, & venditor possit acquirendo dominium rei venditæ, & illam consignare, habet tamen emptor actionem recuperandi suum pretium, *Surd. post alios cons.* 13. *num.* 8. *lib.* 1.

6 Non obstat quod verba † illa ad se spectare, & pertinere latam soleant recipere interpretationem, tàm ratione dominij, quàm actionis personalis, aut realis, *l. verbum illud pertinere. ff. de verb. signif. Marsil. cons.* 26. *nu.* 13. *&* 40. *nu.* 25. *Bart. de clausul instrum. clausula* 26. *glos.* 13. vt ideo narratiua semper possit verificari in credito ipsius Butij scutorum 3000. quod habebat super dicto officio.

Quia non fuerunt probata simpliciter illa verba spectare, & pertinere medietatem officij, sed addita fuerunt alias per Ioannem Mariam Cantuccium venditam eidem D. Laurentio, prout videre est ex instrumento rogato per acta eiusdem Notarij, qui venditionem Adamo factam rogauit, ex quo apparet assertionem fuisse de dominio non autem de credito aut hypoteca super officio.

Minus releuat quod venditio facta fuerit Erasto præsente qui recognouit A-
7 mum in Dominum † quasi per hunc a-um recognitionis subsecuta fuerit ratificatio venditionis rei propriæ.

Quia neque ex præsentia, neque recognitione in Dominum fuit cõsultum Adamo, qui sequutus fuit fidem Bu- non autem Erasti, à quo vel poterat d- bitari in casum molestiarum non p- subleuari propter molestationem de- torum, vel rectius, quia nihil promiss-
8 vel pro eo præsente eius nomine aliq- fuerit promissum, quo casu † sola p- sentia illum pro euictione non obliga- *l. exceptione. C. de euict. l. inter stipul. principio ff. de verb. oblig. Anchar. c.* 76 *vers. super* 4. *Surd. cons.* 421. *num.*
9 *&* 12. *& decis.* 208. *num.* 9. atque ita- dum poterat conuenire † cum credit- bus Erasti, sed nec experiri propter ca- tiam actionis, *Iason in l. si Titius ff. de v- oblig. nu.* 3. *& in l. si me, & Titium, ff. cert. petat.* neque in aliquo possent fu- gari pacta in eodẽ instrumento apposit- quod ipse Butius nolebat teneri de e- ctione, nisi pro dato, & facto tantum, quod iura talia qualia cedebat, ac d- mum quod ratione duarum partium d- ctæ tertiæ, partis, quæ ipsi remanebat
10 semper esset prior, & potior, quia † d- prædictis esset agendum supposita va- ditate venditionis, sed venditione nu- existente de pretio est quæstio, non a- tem de alijs, quæ post venditionem co- tigerunt.

Prædictis etiam accedebat aliud su- positum non verum, quia dictum fuit i- instrumento venditionis officium, d- quo agitur, non esse vacabile sicuti su- † alia huiusmodi officia iuxta indul- Sixti V. & Pauli V. & nihilominus ap- paret appositum decretum, quod vaca- ret, & vacare censeretur per obitum E- rasti, quod cum Adamo non fuerit no-
12 tificatum, qui † aliàs sub periculo va- cabilitatis non emisset, & ab ipso ven- ditore erat detegendum. *Surd. cons.* 13. *num.* 9. *& seq. & cons.* 150. *num.* 126. *& decis.* 265. *num.* 4. *Menoch. cons.* 1178. *num.*4. consequitur Butium teneri actio- ne ex empto ad restitutionem pretij postquam ex sua assertione Adamus in- ductus fuit ad emendum *Seraph. dec.* 321. *num.*5. *&* 724. *in fin.* nec responsio da- ta tollit difficultatem, quod scilicet de tem-

tempore venditionis, & suæ resignationis factæ Erasto officium non erat vaca-
13 bile † ex quo Sixtus V. fecerat officia Capitolina non vacabilia pro medietate; postea Paulus V. in totum fecit vacabilia de anno 1612. quia semper debebat notificari qualitas decreti, & sic clausulæ in calce positnræ, quod officium vacet per obitum, & priuationem Erasti, ex quo Adamus poterat retrahi ab ipsa
14 emptione † timore futuri periculi, vel saltem litis propter resignantis consensum. *Surd. decis. 265. nu.6. & 288. n.46. Menoch. cons. 964. num. 1. & 4.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Bergomen. Cappellaniæ.

Die Lunæ 26. Aprilis 1627.

DECISIO CCCCLXXVII.

Est impressa in decis. coram Merlino to. 1. Decis. 277.

¶ Allegatur præsens decisio supra in decisione 290. quæ est in eadem causa sub die 18. Maij 1629. coram eodem Reuerendiss. meo Decano.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Paduana feudi.

Die Lunæ 17. Maij. 1627.

DECISIO CCCCLXXVIII.

Est impressa in decis. coram Merlino to. 1. Decis. 280.

¶ In hac causa habentur in præsenti parte plures decisiones, vt videre est supra in decisione 465. quæ est in eadem causa.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana Fideicommissi de Cincijs.

Die Lunæ 17. Maij. 1627.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum perpetuum ad fauorem descendentium, ex qua prohibitione alienationis censeatur inductũ, & quando testator ad fideicommissum tantum censeatur vocasse familiam effectiuam. Odium Patris erga filium ex quo benè non arguatur. Et plura deducuntur, quando pater perpetrauerit aliquando enorme delictum, an eius occasione filij, & descendentes priuentur successione fideicommissi constituti ab eorum maioribus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus primo loco, est præferendus alijs post se vocatis.*

2 *Filij in conditione positi censentur vocati secundum statutum Vrb. lib. 1. cap. 142.*

3 *Filij in conditione positi, quando etiam censeantur vocati ad portionem patruorum.*

4 *Ex alienandi amplissima prohibitione, vt bona stabilia remaneant in familia in perpetuum oritur fideicommissum ad fauorem descendentium, etiam in casu mortis.*

5 *Siue sint vocati, siue sint positi in conditione, tam in portione patris, quàm patruorum.*

6 *Testator dicitur tantum vocasse familiam effectiuam, quando vsus est verbo possessiuo, sua.*

7 *Et hoc multò magis procedit, quando distinxit suam propriam familiam ab alijs.*

8 *Descendentes, si non sint expressè vocati, non veniunt, sub generali vocatione, quando descendunt à filio testatori odioso.*

9 *Odium patris in filium, cum non præsumatur, ideo hoc asserenti incumbit onus probandi.*

10 *Pater, si filio aliquid plus præter legitimam ei debitam reliquerit, ex hoc potius arguitur dilectio, quàm odium.*

11 *Pater, si aliquos filios hæredes instituerit in*

in omnibus bonis, & alijs legitimam, & vltra reliquerit, ex hoc bene arguitur maior dilectio erga institutos, non autem odium erga alios, & num. 12.

13 *Patris odium, quando efficiat, vt filij illius non veniant sub generali vocatione.*

14 *Patris odium, quando non noceat nepotibus.*

15 *Nepos, & descendens præsumitur magis dilectus filio ob propagatam descendentiam.*

16 *Infantes culpa carent, licet eorum pater aliquod delictum perpetrauerit.*

17 *Surd. decis. 41. & Soccin. cons. 37. n. 5. & 6. lib. 3. & alij, quo casu loquantur, & num. 18. & 19.*

20 *Parricidium est adeò grauissimum, vt æqualis pœna vix tanto sceleri inueniri valeat.*

21 *Filij occisoris, an succedant testatori, &c.*

22 *Filij, quando in fideicommisso iure proprio succedunt, hoc casu Patris delictum nullo modo eis nocet.*

23 *Statutum si disponat, quod filius interficiens patrem, non succedat, vtique nepos, qui non fuit culpabilis, succedit auo cum veniat ex persona propria, & num. 24.*

25 *Patris delictum, quando excludat filios à fideicommisso.*

26 *Infantes sunt sceleris innocentes.*

27 *Delictum patris in successionibus filijs nocere non debet.*

28 *Honded. consil. 55. num. 28. lib. 2. quo casu loquatur.*

29 *Filij, quando admittuntur ex propria persona ad successionem, tunc patris delictum non nocet illis.*

30 *Filij quando sunt vocati ad successionem ex persona patris, non propria contemplatione, tunc patris delictum nocet eis*

31 *Melchior Palaez de maior. par. 2. q. 4. illat. 1. num. 3. opinio an sit vera.*

¶ Infra part. 4. aderit altera decisio in eadem coram bon. mem. Buccabella 15. Nouemb. 1638. vbi presens decisio confirmatur, & pluribus rationibus roboratur.

DECISIO CCCCLXXIX.

POST trinas propositiones, re maturè discussa, Domini vnanimiter censuerunt, tres familias de Cincijs non esse vocatas, sed Felicem, & Christophorum. Monti fuerunt, quia Felix, & Chri-
stophorus, vti descendentes testatori
1 sunt primo loco vocati † quàm tres fa-
miliæ, & sic præferendi veniunt, *l. fi*
C. de verb. sign. l. peto §. fratrem, ff.
legat. 2. Seraph. decis. 1438. num. 2. P
regr. de fideicommissi art. 22. num. 2
in fine.

Sunt enim primo loco vocati, ibi: *(*
caso, che mancasse la linea masculina d
2 *Testatore*, vnde † cum hìc ponantur
conditione ex dispositione statuti Vrb
cap. 142. lib. 1. censentur tacitè vocat
Gabr. cons. 2. per totum, & cons. 91. nu.
& 4. lib. 2. Gregor. decis. 337. num. 2.
3. & fuit dictum in *Romana fideicomm*
20. *Decembris 1610. coram bon. mem. P*
nia; & non solùm ad portionem patri
sed etiam ad portionem patruorum, na
cum in eorũ defectu vocentur natural
legitimati, & postea fœminæ cum on
re nubendi in domo de Cincijs, & ta
dem casu, quo fœminæ essent marita
cum alijs personis extra familiam d
Cincijs, vel nollent nubere cum perso
nis dictæ familiæ, tunc substituantur tre
istæ familiæ de Cincijs, vtique ex ha
serie substitutionum sequitur, quòd tre
familiæ sint vocatæ post Felicem,
Christophorum descendentes testatoris
3 † & quòd Felix, & Christophorus de
scendentes intelligantur etiam vocati a
portionem patruorum, *Gabr. cons. 11*
num. 13. lib. 1. Surd. cons. 434. num. 1
Rota d. decis. 266. num. 20. oart. 1. re
centior. Gregor. decis. 337. num. 3. & 6
4 Iuncta præsertim amplissima † prohibi
tione alienandi, vt bona stabilia rema
neant in sua familia in perpetuum, ibi
Mentre il Mondo sarà Mondo; ex qua
prohibitione oritur fideicommissum ad
fauorem descendentium etiam in casu
5 mortis, † siue sint vocati, siue sint posit
in conditione, tàm in porti one patris
quàm patruorum, *Aretin. in l. qui Roma*
§. cohæredes, col. 2. vers. vbi autem, ff.
de verbor. oblig. Dec. cons. 23. num. 3. &
4. & cons. 38. num. 1. Paris. cons. 5
num. 24. lib. 3. Ruin. cons. 108. colum. 6.
vers. nec præmissis, lib. 2. Gabr. de fidei
commissi conclus. 9. num. 12. Rota dicta
decis. 266. num. 4. circa med. & num. 20.
part. 1. recentior. & cùm testator in no
6 minatione familiæ vtatur † verbo pos
sessiuo, *sua*, intellexit de familia effe
ctiua, & sic de descendentibus ipsius Te
statoris; maximè cùm, quando vocauit

istas

istas tres familias, dixerit, *le altre tre famiglie*, vt distingueret † suam familiam effectiuam ab istis tribus, nullo sibi consanguinitatis vinculo coniunctis, *Ruin. cons. 153. num. 10. & 11. lib. 2. Soccin. Iun. consil. 97. num. 63. in fine, & seqq. lib. 2. Menoch. cons. 233. num. 21. Seraph. decis. 1438. num. 11. & in recentior. decis. 300. num. 21. & 30. part. 1. & decis. 707. num. 3. part. 2.*

Nec supradictæ vocationi Felicis, & Christophori videtur obstare, quòd cum
8 non sint expresè † vocati, non veniant sub generali vocatione, cum sint descẽdentes à Iacobo filio odioso, *l. Lutius Titius, §. Lutius Titius ff. de legat. 2. Surd. decis. 41. num. 1. & seqq. Soccin. Sen. cons. 37. num. 5. & 7. lib. 3.*

Primò, quia odium Francisci Patris
9 contra Iacobum non probatur, cui † cum fuerit relicta legitima, dicitur institutus, & pro cohærede habitus. *Alex. cons. 131. num. 1. lib. 1. Franc. decis. 169. numero 15. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 59. & 60. Clar. in §. Testamentum, quæst. 38. vers. neque*, & ex legato scuto-
10 rum centum auri in auro vltro † legitimam arguitur potiùs dilectio, quàm odium, *l. nec adiectio, ff. pro soc. l. amicissimis, in princ. ff. de excus. tut. Paris. cons. 99. num. 19. lib. 2.* ex eo enim, quòd alij filij fuerint instituti hæredes in omnibus bonis, infertur quidem ad maio-
11 rem dilectionem erga alios † filios, & minorem amorem erga Iacobum, non autem ad odium erga illum, *Alex. dicto cons 131. num. 1. lib. 1. Honded. consil. 72. num. 26. post. med. lib. 1.* Præcipuè cum testator Christophoro filio, vltra eius æqualem portionem cum alijs, reliquerit Castrum de Assergio, & omnia alia Castra emenda, ac mobilia, & ar-
12 gentea, quòd arguit fuisse † magis dilectum, sed non infertur ad odium erga alios filios.

13 Secundò, tunc odium Patris † efficit, vt filij illius non veniat sub generali vocatione, vel inter præsumpta adeptio, quando filij sunt dilecti à testatore mediante persona Patris, prout sunt filij extraneorum, vel transuersalium, secus quando filij sunt dilecti à testatore ex persona propria, prout supra sunt nepotes, & descendentes, qui ab Auo diliguntur, non ex persona Patris, sed
14 ex persona propria, vnde † odium Patris, vel exclusio Patris non nocet nepotibus, *l. filium §. cum Pater ff. de legat. 1. Bart. in l. liberum num. 5. & 16. ff. de verbor. signif. & cons. 118. num. 3. lib. 1. Alex. cons. 140. nu. 1. & seq. lib. 6. Alb. cons. 87. num. 9. Cephal. cons. 103. num. 15. & seq. Peregr. de fideicomiss. art. 18. num. 29. & seq. Molin. de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 9. num. 58. Mantica de coniect. lib. 8. tit. 12. nn. 24. Castill. quotid. controuers. Iur. par. 3. cap. 15. num. 44. & seq. & num. 59. & seq.* & meritò, quia nepos, & descendens præsumitur magis
15 dilectus filio ob propagatam † descendentiam *Surd. dec. 73. nu. 6. Soccin. Iun. consil. 126. nu. 24. lib. 1. Cephal. cons. 333. in fine lib. 3.* Vnde prudentes Patres videntes filium, vel mortem paternam desiderantem, vel prodigalitati, aut alio vitio deditum, relicta illi legitima, nepotes ex illo cũ arctissimo fideicommisso instituere solent; tantò magis, quia Felix, & Christophorus tempore testamenti non dum erant nati, & tempore obitus
16 erant infantes, † qui cum culpa carerent, odium Patris ad eorum exclusionem non præsumitur consideratũ à testatore propter familias sanguine sibi non attinentes, *Franc. d. decis. 169. num. 15. & 20.*

17 Vndè non obstat † *Surd. dec. 41.* quia ibi odium erat cum ipsomet filio, *vt nu. 59. & 12.* & ita etiam loquitur *Soccin. d. cons. 37. nu. 5. & 6. lib. 3. Peregr. verò cons. 43. num. 11. lib. 3. & cons. 78. lib. 6.*
18 loquitur in filio † transuersali, in quo cadit eadem dilectio, quæ cadit in nepote ex filio ob propagatam descendentiam *Mandell. etiam cons. 57. nu. 18.* loquitur quando filij vocantur contemplatione
19 Patris, † secus ergo hic, cum Felix, & Christophorus vocentur, & diligantur ex persona propria vti nepotes *Bart. d. cons. 118. Mantic. de Coniect. lib. 8. tit. 12. unm. 24.*

Non obstat superueniens delictum parricidij commissum à Iacobo Patre; quia quamuis parricidium sit adeò gra-
20 uissimum, & æqualis pœna vix † tanto sceleri inueniri valeat, tamen ex pluribus circumstantijs in casu isto concurrentibus, noluerunt Domini ex crimine paterno quamuis detestabili, à filijs auferendam esse hæreditatem.

Primò quia cum successio non fuerit radicata in Iacobo Patre, ita vt de Pa-
21 tre † descenderet in filios, quo casu filij occisoris, non succederent testatori, quia fiscus auferret, sed Iacobus fuerit in-

institutus in legitima, vnde successio nũquam in eo fuerit radicata,& consequenter filij veniant ex propria vocatione, ad hoc delictum parricidij *Patris* non
22 nocet filijs † quin ex iure proprio in fideicommisso succedant, *Bald. in leg. hæreditas, colum. final numero 6. & 7. C. de his quibus, vt indig. Barbos. in l. si ab hostibus, §. fin. num. 23. vers. ampliatur tertio, & num. 24. ff. solut. matr. Soccin. sen. cons. 124. num. 3. lib. 3. Corn. cons 222. num. 4. lib. 4. Honded. cons. 72. num. 40. & seq. lib. 1. Bec. cons. 107. nu. 16. Bero cons. 77. num. 21. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 18. n. 29. & seq. Molin. de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 9. num. 27. & 29. Franc. decis. 169. num. 24.* & in puncto parricidij, *Vasquez de success. resol. titulo de His quibus, vt indignis, tom. 2. §. 20. num. 12. vers. si filius, Menoch. in addit. cas. 356. nu. 108. & 131. Pascal. de patr. potest. 4. cap. 8. n. 13. & seq. Scip Ruit. cons. 1. num 45. & seq. & in pragmatica prima de bon. prodit. num. 100. & seq.*

23 Hinc stante statuto, quòd filius † neinterficiens pater non succedat, vtique pos, qui non fuit culpabilis succedit, auo cũ veniat ex persona propria, *Bald. in l. si quis incesti, num. 7. C. de incest. nuptÿ, & in l. hæreditas, col. fin. num. 6. & 7. C. de His quibus, vt indignis, Barbos. in d. l. si ab hostibus, §. fin. num. 24. Capr. cons. 42. 11. & 12. Bart. cons. 8. lib. 2.* Cum ergo ius successionis nunquam fuerit radicatum in Iacobo patre delinquẽte, etiam ex propria voluntate testatoris, qui Iacobo legitimam tantùm, & scuta centum auri reliquit, sequitur, quòd isti nepotes venientes ex persona propria ob excessum paternum parricidij, non veniant excludendi à fideicõmisso aui.

Secundò, quia tempore mortis Testa-
24 toris † extabat Paulus filius testatoris successibilis, qui non deliquerat, vt considerat *Vasq. de success. resol. lib. 2. §. 20. num. 13.*

Quartò quia isti nepotes de tempore
25 delicti erant † infantes, & tanti sceleris innocentes, *Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 7. num. 5. Melchior Palaez de maiorat. Hispan. par. 2. q. 4. illat. 2. num. 6. & 7. Manent. d. cons. 115. nu. 25. & 29.*

Quartò, quia isti nepotes non sunt nati post delictum commissum, quo casu descenderent ex sanguine, & radice tanto crimine infectis, sed erant nati ä
27 commissum à Patre parricidium, † vnde delictum patris in successionibus ipsi nocere non debe, *cap. non imputantur prima quæst. 4. cap. si habes, 3. quæst. l. 2. ff. de libert. & eorum lib. Isern. cap. 1. num. 10. quæ sit prima causa b. nef. amitt. Imol. in cap. ex parte, num. 19. de feud. Gomes. tom. 3. var. res. cap. 2. num. 19. Marta tract. de succ. par. 1. num. 9. Molin. de primog Hispan. cap. 11. num. 5. & seq. Seraph. deci. 830. num. 8. Sanchez super præcept. D. cal. lib. 2. cap. 27. num. 10. & seq.*

Non obstat *Honded. consil. 55. num.*
28 *28. & seq. lib. 2.* quia loquitur, quando delinquens effectualiter succedit à q. fiscus aufert, non autem loquitur, quando nepotes vti descendentes ex persona propria vocati succedunt, prout hic;
29 quòd quando nepotes admittuntur † ex persona propria paternum delictum non nocet illis, tradit idem *Honded. cons. 7. num. 40. & seq. lib. 1. & cons. 74. nu. 4. lib. 2.* cum alijs supra citatis. Imò *d. cons. 55. num. 30.* admittit, quòd si pater est incapax, filij succedunt.

Pariter non obstat *Peregr. cons. 78. lib.*
30 *6.* quia loquitur, quando filij sunt † vocati contemplatione patris, non vti descendentes ex persona propria, nec loquitur in descendentibus testatoris.

Tandem nihil facit *Melchior Palaez*
31 *de maor. par. 2. q. 4. illat. prima, num. 35.* † quia omisso, quòd eius opinio non placet *Barbos. in dict. l. si ab hostibus §. fin. num. 24. vers. additur dubia,* ipsemet in filijs natis ante delictum tenet, quòd non excludantur, vt *d. q. 4. illat. 2. num. 22. & seq.*

33 Vltra quòd nec † *Honded.* nec *Peregrinus*, nec *Melchior Palaez* loquuntur quando concurrunt tot cricumstantiæ, nempe quòd nepotes veniunt ex persona propria, in successione non radicata in Patre, aderat Paulus filius successibilis, nepotes erant ante delictum, & erant infantes, nec tractant de excludendis descẽdẽtibus testatoris, sed sunt in cõcursu cũ familijs ferè extraneis, quibus õnibus simul cõcurrentibus nullus Doctor reperitur, qui pro exclusione nepotũ teneat.

Et propterea Domini vtraque parte informante, istis omnibus consideratis, hanc opinionẽ, ne filij iniquitatem paternam sentiant, vti etiam æquiorem, & humaniorem amplexi fuerunt.

EMI-

EMIN.Mo, ET REVER.Mo D. CARD. VIRILI.

Perusina hæreditatis.

Die Lunæ 7. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Monasterio capaci bonorum debetur immissio ex persona professi, quando ipse cedit alicui. Renunciationes bonorum factæ à filiabus, qualiter veniant interpretandæ, & verba generalia in eis posita quomodo sint intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi ab intestato debetur immissio ex remedio, quorum bonorum.*

2 *Monasterio capaci debetur immissio pro Moniali succedenti ab intestato alicui.*

3 *Professus quando succedit alicui, & Monasterium reperiatur capax, tunc successio spectat ad Monasterium*

4 *Renunciationes vti stricti iuris non debent latè interpretari.*

5 *In Renunciationibus generalitas verborum debet restringi secundum verba immediatè sequentia.*

6 *Renunciationes restrictæ ad legitimam, & eius supplementum non debent extendi ad bona non renunciata.*

7 *Verba quantumuis generalia posita in renunciationibus sunt intelligenda ex causa, vel de præterito, vel de præsenti, non autem de futuro.*

8 *In Renunciationibus non est facienda extensio, sed stricta interpretatio.*

9 *Hæredi, vt non impediatur immissio, sufficit, quod exceptio sit turbida, vel requirens altiorem indaginem.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in decis. 141. quæ est in eadem causa sub die 7. Februarij 1628. coram eodem bo. me. Card. Virili, vbi Rota recessit à resolutione, de qua in præsenti decisione.

DECISIO CCCCLXXX.

Defuncto Ludouico Montemellino, relictis inter quatuor filias Catharina Moniali in Monasterio S. Iulianæ, & Margharita Moniali in Monasterio Sanctæ Mariæ Pauperum, Monasteria prædicta ex remedio quorum bonorum intentarunt iudicium immissionis contra Iacobam filiam eiusdem Ludouici, & quia Iacoba prætendebat excludere Monasteria cum renunciationibus factis per dd. Moniales ad fauorem Ludouici Patris.

Ideò, dedi dubium, an Monasterijs danda esset immissio pro duabus ex quatuor partibus bonorum Ludouici, & pro immissione, Vtraque parte informante, Domini responderunt; Nam sicuti filia-
1 bus † Ludouici ab intestato defuncti, si esset in seculo daretur immissio, ex remedio quorum bonorum, *Bart. in leg. 1. num. 2. ff. quorum bon. Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 97.* Ità stante professione
2 filiarum Monasterijs † capacibus debetur immissio, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 293. & seqq. & fuit dictum in Bonon. hæreditatis de Armis 18. Aprilis, 1622. coram R.P.D. meo Merlino*, Suc-
3 cessio enim spectat ad † Monasteria capacia, in quibus filiæ Ludouici fecerunt professionem, *l. Deo nobis §. hoc etiam vbi Bart. C. de Episcopis, & Cler. Rot. decis. 18. num. 2. part. 2. diu & decis. 109. num. 1. part. 1. recent.*

Non obstant renunciationes dd. mo-
4 nialium, quia illæ vti stricti iuris, strictè debent interpretari, *l. quicquid adstringendum ff. de verb. oblig. Rot. decis. 624. num. 1. & decis. 806. num. 7. part. 1. diuers. & decis. 115. num. 9. part. 1. recent. & fuit dictum in supradicta Bonon. de Armis*, & consequenter, licet renunciationes videantur amplæ quoad actiones, & iura competentia, & competitura, super quibuscunque bonis, iuribus, & actionibus, tàm Ludouici patris, quàm
5 Isabellæ matris, tamen † ista generalitas restringitur, ex verbis immediatè subsequentibus, ratione legitimæ, vel illius supplementum, *Paul. de Castr. cons. 35. num. 1. in fin. lib. 1. Surd. cons. 431. num. 13. & seqq. & 64. Corn. cons. 100. num. 4. lib. 1.* Vnde renunciationes restrictæ ad
6 † legitimam, & eius supplementum non debent extendi ad alia bona, non renunciata, *Calderin. cons. 5. de præben. Alex. cons. 115. num. 1. lib. 5. Bec. cons. 106. num. 45. Surd. d. cons. 431. num. 13. & seqq. Seraph. dec. 658. num. 2. Rot. diuers. dec. 149. num. 8. part. 1.*

Nec contrarium suadent verba sequentia, seu aliàs quomodocumque, & quacumque de causa, quia ista verba generalia

7 neraliter intelliguntur † ex causa, vel de præterito, vel de præsenti, non autem de futuro, prout est successio paterna, vel materna ab intestato, *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 19. ff. de verb. oblig. Ias. num. 69. Bald. in l. patrum quod dotali num. 16. C de collat. Surd. cōs. 70. in fin. & d. cons. 431. num. 14. & seqq. Seraph. decis. 963. num. 7. Rot. decis. 549. part. 1. & decis. 634. num. 2. part. 2. recent. Gregor. decis. 265. & ibi addictio* maximè in materia renunciatio-
8 num, in quibus † non est facieñ extensio, sed stricta interpretatio, *Bald. cons. 437. num. 2. lib. 1. Rota dicta decis. 624. num. 1. & decis. 806. num. 7. part. 1. diuers. Seraph. decis. 658. num. 2. Peregr. de fideic. art. 52. num. 25.*

9 Vltra, quod ne impediatur immissio† sufficit, quod exceptio renunciationis sit turbida, & requirat altiorem indaginem, *Menoch. de ad dipisc. remed. 1. num. 108. & fuit dictum in supradicta Bonon. hæreditatis de Armis 18. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et ita conclusum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. CARD. VIRILI.

Romano Pecuniaria.

Die Lunæ 29. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Adducuntur plures coniecturæ ad probandum, quod licet in contractu census plures interuenerint etiam vti principales, tamen ad vnum tantum pertinuerit eius commodum, & tantum eiusdem contemplatione fuerit celebratus contractus.

SVMMARIVM.

1 *In Contractibus censualibus principalis ille dicitur, licet alij interuenerint, quando ad illum tantum pertinuit totum commodum, quia cæteri reputantur fideiussores.*

2 *Et hoc procedit etiamsi illi, qui interuenerunt, vti principales accesserint, & dixerint se recipisse pecunias.*

3 *Nam stat simul, quod ita dixerint respectu creditoris, & tamen inter se egerint, vt ad vnum tantum negocium, & commodum pertineret.*

4 *Contractus commodum, quod ad aliquem spectet potest probari coniecturis simul iunctis.*

5 *Pecuniæ præsumuntur deuenisse ad manus illius tantum, cui imminebat necessitas illarum.*

6 *Ad Censum, si quis pecunias accipiat, & eadem die ille fecerit aliquam solutionem, præsumitur facta ex dd. pecunijs.*

7 *Actuum vicinitas in coniecturali materia valde est attendenda.*

8 *Pecuniarum certa quantitas si fuerit accepta ad censum, & illamet fuerit eadem die alteri soluta, fortius præsumitur, quod eadem sit.*

9 *Ad Censum si quis accipiat pecunias, non præsumitur aliunde habuisse maximam summam pecuniarum præter eam acceptam, & maxime si sit adolescens.*

10 *Census quod fuerit creatus ad fauorem alicuius, id bene potest coniecturari ex actu subsequenti.*

11 *Census præsumitur creatus ad fauorem eius, qui soluit eius fructus, & vide num. 12. & 13.*

14 *Confessio emanata inter alios, non probat ad fauorem tertij.*

15 *Confessio, & declaratio emanata ad vnum finem, non probat ad alium.*

16 *Factum, & sequutum id quod verè fuit inspici debet.*

DECISIO CCCCLXXXI.

CVM die prima Octobris 1612. Ioannes, Valerius, & Carolus Fratres de Ferrinis cum fideiussione Petri Pauli Testæ imposuissent censum scutorum trium millium ad fauorem Hieronymi Scanardi, quorum fructus solus Ioannes spatio duodecim annorum soluerit, hæredes d. Hieronymi Scanardi creditores d. Ioannis ex alia causa etiam in vim cessionis d. Ioannis prætendebant, quòd Carolus, & Valerius vti debitores Ioannis tenerentur restituere fructus pro duabus tertijs partibus, ex quo solus Ioannes soluerit fructus, & tamen census fuerit impositus intuitu, & seruitio communi, & manualiter, & in contanti habuissent pecunias, & ideò dato dubio, An fratres de Ferrinis teneantur ad restitutionem pecuniarum, negatiuè fuit resolutum. Moti fuerunt Domini, quia licèt in impositione census tres Fratres sint

n solidum obligati, & dixerint pecunias
ad se traxisse, & manualiter habuisse, &
propterea omnes habeantur tanquam
principales, si tamen aliundè constet,
† quod ad vnum tantùm negocium, &
commodum spectet, ille censetur prin-
cipalis debitor, alij verò Fratres fideius-
sores *l. sed Iulianus §. item ait si duos ff. ad Maced. Bart. in l. reos in princ. ff. de duob. re. Aym. cons. 77. num. 3. in fin. & cons. 91. lib. 2. Gabr. cons. 63. num. 5. & 10. lib. 2. & fideiuss. conclus. 2. num. 1. Vincent. de Franch. decis. 55. num. 8. lib. 6. Boer. q. 314. num. 5. Surd. cons. 150. num. 57. & decis. 308. nu. 5. Rot. diuers. par. decis. 153. num. 6.* Vnde, cum nego-
cium, & commodum esset solius Ioan-
nis, ipse est principalis debitor, & si sol-
uit debitum proprium, † cui alij fratres
fructus restituere non tenentur, etiamsi
in impositione census tres fratres in soli-
dum vti principales interuenerint, & di-
xerint respectu creditoris, & tamen in-
ter se egerint, vt Ioannes haberet com-
3 modum, † & ad ipsum tantùm negocium
spectaret, *Bart. in l. 3. §. vbi duo num. 15. ff. de duob. re. vbi Ronchegal. nu. 59. & 60. Blex. ibi in addit. ad Bart. Imol. in l. si cum dotem §. transgrediamur. num. 83. ff. sol. matrim.*

Quòd autem negocium, & commo-
dum esset solius Ioannis, probatur ex
4 pluribus coniecturis, † quæ omnibus si-
mul iunctis suffragantur *Bart. in auth. hoc eius porrectum num. 17. C. de Sacrosan. Eccles. Menoch. de arbitr. cas. 432. num. 33. & præsumpt. 55. nu. 4. lib. 3. & cons. 375. num. 12.*

Prima est, quod eadem die, qua fuit
impositus census, fuit facta emptio offi-
cij Notariatus Cameræ in personam so-
lius Ioannis, ideò Ioanni verisimiliter
imminebat necessitas pecuniarum, vt
succurrere posset emptioni eadem die fa-
ctæ, & versa vice Carolus, & Valerius,
vti Drogherij, non indigebant pecunijs,
5 † & consequenter vrget præsumptio,
quod pecuniæ peruenerint ad manus
Ioannis, vt supradictæ imminenti neces-
sitati consuleret. *Glos. in d. auth. hoc ius porrectum, in verbo, probat. Bald. num. 8. C. de sacros. Eccles. Rip. in l. si ventri §. fin. num. 11. & seqq. ff. de priuil. credit. Greg. decis. 31. num. 2. Surd. decis. 55. nu. 6. & sequent. Menoch. d. præsumpt. 55. num. 5. lib. 3. Federic. de Sen. cons. 119. num. 4.*

Secunda est, quia eadem die, qua fuit
accepta pecunia ad censum, fuit facta
quoque solutio pretij officij, & sic præ-
6 sumitur † solutio facta ex ijsdem pecu-
nijs receptis ad censum. *Rip. in d. l. si ventri. §. fin. num. 10. ff. de priuil. credit. Surd. d. decis. 55. num. 9. Menoch. d. cas. 432. num. 38. & d. præsumpt. 55. num. 8. Gregor. d. decis. 31. num. 3.* vicinitas enim
7 actuum admodum in ista materia sequi-
tur. *Aym. cons. 298. num. 13. Menoch. d. præsumpt. 55. num. 8. Surd. d. decis. 55. num. 9.*

Tertia oritur, quia concurrit identitas
summæ, eadem enim die scuta tria mil-
lia fuerunt recepta, ad censum, & scuta
tria millia fuerunt soluta, vt patet ex
quietantia Scanardi creditoris pretij of-
8 ficij, & sic oritur præsumptio, † quòd
eadem summa pecuniarum recepta ad
censum, eadem fuerit soluta pro pretio
officij. *Castr. in l. fin. §. in computatione. num. 4. C. de iur. deliber. Surd. d. decis. 55. num. 9.*

Quarta est, quia cum Ioannes esset a-
9 dolescens, † non præsumitur aliundè
habuisse, tam maximam pecuniarum
summam. *Rip. in d. l. si ventri num. 11. ff. de priuil. credit. Menoch. cons. 375. num. 12.*

Quintò ex tractato probato ex testi-
bus, & ex depositione eiusdem Petri
Pauli Testæ fideiussoris, quòd census fuit
10 creatus intuitu † Ioannis, declaratur
actus subsequens, *l. si seruus plurium §. fin. ff. de legat. 1. Mandel. cons. 426. n. 12. Menoch. de arbitr. cas. 470. num. 8. & sequen.*

Sextò quia concurrit obseruantia, cum
solus Ioannes spatio duodecim annorum
soluerit fructus census absque cessione
contra fratres: nam non est verisimile,
quòd voluisset iactare suum, soluendo
integros fructus tàm longo tempore, nisi
pecuniæ fuissent acceptæ ad censum pro
11 illa necessitate pretij officij, cuius † fru-
ctus cum ipse reciperet, soluebat quo-
que fructus census, *Afflict. decis. 13. num. 21. Simon. de Præt. cons. 68. num. 1. lib. 1. Cæphal. cons. 240. num. 9. Rot. decis. 135. num. 1. inter impressas, apud Moder. de censib.*

Septimò, quia quando Carolus soluit
12 fructus, † census, id fecit de ordine
Ioannis, in quo dixit, *che li menaria boni alli conti*, ergo Ioannes erat solus de-
bitor.

Octa-

13 Octauò, quia in quietantiis fructuum † census factis Ioanni dicitur, *per il censo che hò con lui*, et sic solus Ioannes recognoscitur debitor.

Non obstat confessio, et declaratio Valerij, & Caroli facta in releuatione Petri Pauli Testæ fideiussoris, dum dixerunt censum pro ipsis inseruisse, quia illa fuit ad effectum recognoscendi bonam fidem inter ipsos fratres, et fideiussorem, et re-
14 spicit fauorem ipsius fideiussoris, † et sic non probat, nec attendi debet inter ipsos fratres. *Rota decis. 130. num. 4. inter impress. apud Moder. de censib.* confessio
15 enim, declaratio emanata ad vnum † finem non probat ad alium. *Salycet. in l. prima. num. 37. C. de confess. Marsil. in rub. C. de probat. num. 7. Surd. decis. 250. num. 5.* & cum ex tot supradictis coniecturis constet, quod illa declaratio fuit respectu fideiussoris, non Ioannis: nam
16 quod † vere fuit factum, & sequutum inspici debet, *l. prima, C. plus valet. quod ag. Soccin. sen. cons. 160. nu. 5. lib. 2. Rot. d. decis. 134. apud Moder. de censib.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Taruisina Feudi.

Die Lunæ 24. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Repræsentationi locus est in feudo mixto ita vt neptis ex filia succedat auo vna cum filiabus. Et quando feudum sine dubio dicatur mixtum. Feudum, quando dicatur hæreditarium, & sic in eo succedant etiam fœminæ, & sit locus repræsentationi.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, quando est mixtum locus est repræsentationi.*
2 *Et hoc Doctores vnanimiter affirmant.*
3 *Neptes ex filia succedunt auo vna cum filiabus superstitibus.*
4 *Feudum simpliciter concessum pro se, & hæredibus dicitur mixtum, ad hoc vt descendentes debeant esse hæredes.*
5 *Feudum sine dubio dicitur mixtum, dum fuit receptum pro hæredibus ex se descendentibus.*
6 *Cum tunc verbum hæredibus non possit capi pro descendentibus.*
7 *Feudum, quando dicatur hæreditarium, & sic comprehendat fœminas.*
8 *In Feudo ex pacto, & prouidentia receptior opinio est, vt intret repræsentatio ad fauorem neptum.*
9 *Hæres in re particulari non potest succedere in feudo mixto.*
10 *In Feudo mixto succedere intendens sufficit, vt sit hæres in re certa, licet non vniuersalis reiecta contraria opinione.*
11 *In Feudo mixto, vt quis succedat, sufficit, quod sit hæres primi inuestiti mediante persona suorum antecessorum, nec refert quin sit hæres vasalli vltimo loco defuncti.*
12 *Et sufficit per eum non stare, quominus sit hæres defuncti.*

¶ Præsens causa fuit agitata primò coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardin. Pamphilio, & deinde coram bon. mem. RR. PP. Vbald. Pirouano, Remboldo, & Card. Virili, & aliquas ex dictis decisionibus ponam in 2. to. p. 4. recent. Et in seq. volumine habentur in eadem causa tres decisiones coram R. P. D. Queipo nempe 14. Februarij 13. Iun. 1631. & 5. Martij 1632. in ordine decisiones 18. 50. & 105.

DECISIO CCCCLXXXII.

CONCESSA immissione vigore sententiæ Rotalis in tertia parte medietatis feudi Angelæ, & Mariettæ nepotibus Francisci Trapolini ex Diana filia prædefuncta, quas instituit hæredes cum Augusta, & Laura filiabus, cum in Dota fuerit dubitatum, an sententia esset confirmanda, vel infirmanda, Domini censuerunt esse confirmandam; quia cum
1 huiusmodi feudum † sit mixtum, est locus repræsentationi. *Couar. pract. quæst. cap. 38. num. 13. Gabr. de success. ab intest. conclus. 1. nu. 8. in 1. limit. Menoch. cons. 200. num. 52. vsque ad 61. Blas. Roblez. Salzedo de repræsent. lib. 3. cap. 18. num. 5.* qui dicit Doctores hoc vnanimi-
1 ter † affirmare, et quamplures refert *Aluar Valasc. de iure emphyt. quæst. 50.*
3 *num. 4.* et neptes † ex filia succedunt auo vna cum filiabus superstitibus, *Scbacid. in vsus feud. p. 6. c. 3. de success. descend. mascul. num. 41. & seqq.*

Nam si feudum concessum simpliciter pro se, et hæredibus dicitur mixtum, ad hoc

4 † ad hoc vt descendentes debeant esse hæredes. *Soccin. iun.cons. 63. num. 11. & 12. & cons. 108. num. 10. lib. 2. Surd. cons. 63. num. 11. & 12. & cons. 108. num. 10. & seqq. Peregr. cons. 5. nu. 15. lib. 3. Clar. in §. feudum. quest. 9. num. 4. Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 38. & 44. capit. 7. conclus. 21. num. 2. iuncta glos. in littera B.* Multo magis feudum est mixtum, dum
5 fuit receptum † pro hæredibus ex se descendentibus, cum verbum, hæredibus,
6 non possit capi † pro descendentibus, *Bursatt. cons 2. nu. 41. Cephal. cons. 303. num. 38. Rosental. alleg. cap. 2. conclus. 45. in princip. Rot. in Paduana Feudi 24. Ianuarij 1625. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et in terminis huius inuestituræ, *Decian. cons. 24. num. 64. cum seqq. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 3. num. 41.* & firmatur in hac causa in decisione bo. me. Remboldi 12. Februarij 1624. & R.P.D. mei Virilis 12. Aprilis 1627. eo magis cum prima inuestitura facta à Guercio
7 anno 1597. sit hereditaria, † & comprehendat fœminas, ex prima inuestitura hæreditaria, per verbum, hæredibus, positum in subsequenti, declaratur, requiri qualitatem hæreditariam. *Surd. cons. 5. num. 64. Rosental. cap. 6. conclus. 69. num. 4. Rota dec. 555. nu. 10. in fin. p. 2. recent. & in d. Paduana feudi 24. Ianuarij 1625.*

Immò in feudo ex pacto, & prouiden-
8 tia, † receptior opinio est, quod intret repræsentatio ad fauorem neptum *cap. 1. §. his verò de gradibus success. cap. 1. de success. feud. Rol. cons. 68. num. 29. & 52. lib. 1. Peregrin. de fideic. art. 21. nu. 19. & 20. & in glos. in littera Q.*

Non obstat quod Angela, & Mariet-
9 ta fuerint institutæ in sola † legitima, & sic non hæredes vniuersales, & cum fuerint hæredes in re particulari, non possint succedere in feudo mixto. *Paris. cons. 23. num. 189. lib. 1.* Nam sufficit, quod vo-
10 lens, † succedere in feudo mixto, sit hæres in re certa, licet non vniuersalis. *Clar. in §. feudum q. 86.* qui testatur de communi, quicquid dicat in contrarium *Paris. Cast. in l. quoties num. 4. C. de hæred. instit. Bald. in cap. 1. in princ. num. 7. de success. feud. Menoch. cons. 464. num. 30. Cephal. cons. 303. num. 123. & 124. Rosental. cap. 7. conclus. 23. nu. 3. & cap. 9. memb. 2. conclus. 73. num. 19.* Deinde cum sint hæredes primi inuestiti me-
11 diante † persona suorum antecessorum, non refert quin sint hæredes vasalli vltimo loco defuncti, *Clar. in §. feudum q. 9. num. 5. vers. sed quæro. Blas. Roblez. Salzed. de repræsent. lib. 3. cap. 18. num. 112.* qui infinitos cumulat, quo casu sa-
12 tis est per eas † non stare, quominus sint hæredes defuncti, *Rol. cons. 53. num. 15. & seqq. lib. 3. & cons. 90. num. 46. lib. 4.* Et firmauit *Rota in Paduana feudi 4. Februarij 1602. coram bon. me. Card. Lancellotto.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

R.P.D. GHISILERIO

Lucana Præcedentiæ.

Die Veneris 24. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Consuetudini in materia præcedentiarum potissimum est deferendum. Actus qui in materia præcedentiæ non veniant attendendi. Actus recentes, & turbatiui non habentur in consideratione.

SVMMARIVM.

1 *In Præcedentiarum materia multum attenditur possessio, & consuetudo.*
2 *Etiamsi dispositio iuris communis esset contraria, nam tunc minus dignus præfertur digniori.*
3 *Testis vnicus sufficit in summarijssimo iudicio manutentionis.*
4 *Et maximè si deponat de facto proprio.*
5 *Actus etiam vnicus sufficit ad effectum manutentionis.*
6 *Consuetudo in materia præcedentiarum potissimum attenditur.*
7 *Ex descriptione priori arguitur possessio præcedendi.*
8 *Testes qui habent interesse in causa, licèt non probent, faciant tamen adminiculum.*
9 *Testis, qui dubitatiuè loquitur, per verbum, videtur, non concludit.*
19 *Actus facti ratione familiaritatis, amicitiæ, consanguinitatis, &c. in materia præcedentiæ non habentur in consideratione.*
11 *Testis non probat, si deponat de re, quæ non*

non infert necessariò ad materiam, de qua agitur.

12 *Finis attendi debet.*

13 *Notarius ex suo capite non potest alteri præiudicare.*

14 *Decreta, quæ non habuerunt effectum, non attendunt ur.*

15 *Actus recentes, qui dederunt causam liti, ius aliquod considerabile non tribuunt.*

16 *Actus illi in concursu sunt præferendi, qui sunt magis continuati antiqui, & habent testes specificè, & melius deponentes.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

CANONICI Cathedralis Ecclesiæ Lucanæ prætendentes vti singuli præcedere in actibus, tàm priuatis, quàm publicis, singulis Prioribus Collegiatarum Ecclesiarum eiusdem Ciuitatis, obtinuerunt sententiam fauorabilem à Vicario Lucano. Et causa mihi commissa per appellationem proposui, cui sit dandum mandatum de manutenendo. Et licet Priores habeant assistentiam iu-
1 ris, † tamen, cum in materia præcedentiæ attendatur possessio, & consuetudo. *Bald. in cap. cum olim de consuetud. & in l. obseruare, §. antequam verò ff. de off. Proconsul. Natt. cons. 62. in fin. Menoch. cons. 51. num. 49.* Etiamsi dispositio iu-
2 ris communis esset contraria, nam tunc minus dignus præfertur digniori. *Panor. in cap. auditis 3. notab. de elect. Rip. in c. eam te. de rescript. Menoch. cons. 51. num. 51. Seraph. decis. 964. in princip. adden. ad Greg. XV. decis. 124.* DD. dixerunt, manutentionem esse dandam Canonicis, quia pro illorum quasi possessione, videntur concurrere meliores probationes, de quibus deponunt testes, qui dantur, quia secundus super vndecimũ deponit, *Che stante l'vso, & consuetudine, i Signori Canonici haueuano la precedenza, tanto con li Priori delle Collegiate, &c. & hà veduto nelle funtioni publiche d'esamini con occasione di concorsi, e di Ordini, che i Signori Canonici hanno preceduto à i Priori che v' interueniuano, & per la Città priuatamente, &c. & esso testimonio quando è stato Priore per quest'vso, & consuetudine, tanto in luoghi publici, come priuati li hà dato la precedenza, si come hà veduto ancora osseruare al suo suc-*
3 *cessore nel Priorato di S. Alessandro,* qui † testis etiam solus in hoc summarijssimo iudicio manutentionis, plenè probat; *Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 34. sanct. mem. Gregor. XV. decis. 438. num.*
4 *2.* Maximè, cum † deponat de facto proprio, *Corn. cons. 193. nu. 14. & seqq. lib. 2.* Cui accedit quartus super eodem articulo, qui deponit in indiuiduo de duobus actibus secum gestis, & quidem considerabilibus, nempè vno publicè in processione, altero verò priuatim ad mensam Episcopi, in quibus ipse testis, qui tunc erat Canonicus, habuit præcedentiam, qui † actus etiam vnici sufficerent pro manutentione, *Menoch. cons. 126. num. 6. vel 2. Bar. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuq. priuat. Abb. in cap. cum Ecclesia num. 23. & ibi Rip. num. 52. de caus. possess. & propriet. & dixit Rot. in Hispalen. Iuris sedendi in Synodo 20. Martij 1589. coram Bubalo,* & vlterius quoad vsum, & consuetudinem concordat super Viginti quatuor, ibi *Et detti Signori Canonici precedono à detti Priori non solo per detta giurisdittione temporale, & per molti altri priuilegi, & habito insigne, che hanno da Sommi Pontefici, ma anche per la consuetudine inueterata,* quæ consue-
6 tudo † in huiusmodi materia principaliter attenditur, *glos. in cap. 2. in verb. auscultentur de Offic. Archid. Gemin in cap. 1. num. 7. de consuetud. Mantic. dec. 244. num. 2.* Et denique deponit de auditu ab antiquioribus, in quo etiam concordat tertius.

Cum quibus concurrunt instrumenta examinum, in quibus Canonici semper ante Priores descripti nominantur, ex
7 qua priori descriptione, † arguitur possessio præcedendi. *Cassan. in Catal. glor. glor. mund. par. 1. considerat. 17. cap. bene quidem, & ibi glos. 96. distinct. Abb. in cap. cum olim. num. 7. de consuet. Dec. cons. 160. nu. 2.*

Nec obstat, quod aliqui ex dictis testibus sint Canonici, de quorum interesse agitur, quia quicquid sit de hoc, in omnem casum, vel sufficeret dictus secundus testis, vt dictum est, qui non est Canonicus, nec patitur exceptionem, & tertius licet fuerit Canonicus, attamen de tempore examinis, nec de præsenti non habet interesse, & ij testes deponunt de generalitate actuum, vel saltem negari non potest, licet essent Canonici,
8 quin † præstent aliquod adminiculum, quod pariter sufficit, vt dictus secundus faciat plenam probationem. *Bart. in l. 1.*

§. idem

§.idem Cornelio. num. 3. ff. de quæstion. san. mem. Greg. XV. decis. 172. num. 3. & ibi Adden. Caputaq. decis. 271. par. 3. Maximè, cum alia adminicula non desint.

Non obstant igitur testes pro parte Priorum; nam primus deponit solùm de actu familiari, & potius, ex vrbanitate sedendi ad mensam, immò potius coadiuuat testes contrarios, dum in sessione habita in Ecclesia, & sic in actu considerabili, & publico, dicit Canonicum habuisse præcedentiam. Nec facit quidquam, dum deponit, quod propè Sanctissimum Sacramentum, occasione Orationum Quadraginta Horarum, Priores incedebant cum rocchetto propriùs Sacerdotem illud gestantem, quia dubitatiuè loquitur per verbum, videtur, &
9 ideo non concludit. *Felin. cap. quoties num. 13. & ibid. Aretin. num. 23. & 24.* de testibus, vel non releuat, cum ille actus possit considerari respectu particularis constitutionis dictæ Societatis; secundus verò, & tertiùs deponunt de actibus, qui possunt considerari ratione familiaritatis, amicitiæ, & consanguinita-
10 tis, qui in hac materia præcedentiæ, † non sunt habendi in consideratione, nec ex eis infertur præiudicium possessioni, *l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. possess. Ruin. cons. 155. num. 10. lib. 4. Mantic. d. decis. 244. num. 10.* Quintus non concludit cum actus, de quo ipse depo-
11 nit, non inferat † necessariò ad præcedentiam, vt ipse etiam fatetur, dum dicit, quod apprehendens Baldachinum ad manum dexteram, antequam veniat Sacerdos, remanet postquam ille venit, ad sinistram; sextus denique conquassatur ex quarto teste Canonicorum, & reducuntur ad concordiam, nam testis Priorum loquitur in principio processionis, testis Canonicorum deponit in pro-
12 gressu, & fine † qui finis attendi debet.

Non obstant iura deducta pro parte Priorum, quia in Breue Signaturæ iustitiæ, scribitur, *prout de iure*, nec laudum,
13 quia ibi Notarius ex suo capite primo † loco descripsit Priorem, ex cuius facto in notando, vel primo, vel secundo loco, non potest fieri præiudicium alteri; nec instrumentum depositionum, quia in illo funerali, Hieronymus Canonicus erat Rector S. Laurentij, & ita quoque ibi enunciatur, in illis verbis *D. Hieronymo Canonico Lucen. Rectori Ecclesiæ S. Laurentij in Podio*, & sic non tamquam Canonicus, sed tamquam rector Ecclesiæ inferioris, dedit præcedentiam Prio-
14 ri Collegiatæ maioris. Non officit † declaratio Congregationis, quia loquitur *prout de iure*, ignorans consuetudinem huius Ecclesiæ Lucanæ, & ideo nec etiam fuit mandata executioni.

Tandem omnes isti actus facti per Prio-
15 res sunt de recenti, qui dederunt † caussam liti, nec ius aliquod considerabile tribuerunt, *Rot. in Hispalen. Iurispatronatus coram Robusterio 16. Iunij 1586. in Burgen. Iurisdictionis S. Ioannis 4. Decemb. 1591. coram Orano san. mem. Greg. XV. decis. 4. num. 2. & 564. num. 4. & in Callien. Iuris conferendi 4. Iunij 1617. coram Illustriss. Card. Verospio.* Actus ve-
16 rò Canonicorum sunt antiqui, † magis continuati, & habent testes specificè, & melius deponentes, qui propterea in concursu veniunt præferendi.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononien. Legati de Marescottis.

Die Lunæ 22. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Testator non solum de re hæredis, sed etiam de re in futurum ei debita potest liberè disponere, et hæres, præterquam in bonis feudalibus, non potest se excusare, vt ratione affectiones non teneatur ad illius præstationem. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij preseruatur quidem à damno, sed non operatur si vires hereditarię sufficiant, vt in totum non teneatur seruare disposita per testatorem.

SVMMARIVM.

1 *Testator non solum de re hæredis, sed etiam de re ipsi hæredi debita, aut restitutioni subiecta, valet prout de re propria disponere.*

2 *Et hoc multò magis procedit, si illa res sit relicta personis coniunctis.*

3 *Hæres, quando non teneatur seruare voluntatem defuncti, si rem propriam ipsius hæredis alicui reliquerit.*

4 *Hæres non tenetur cedere bona sua feudalia alicui, licet super hoc adsit præceptum testatoris.*
5 *Hæres post aditam hæreditatem non potest euitare præstationem aliquorum bonorum suorum ratione affectionis, si testator ea alicui legauerit.*
6 *Hæreditas quando est opulenta, beneficium inuentarij nihil prodest hæredi, si in totum potest seruari voluntas defuncti*
7 *Inuentarij beneficium non operatur, vt hæres propter illud possit aliquid lucrari, sed tantum ne damnum patiatur.*
8 *Hæreditas ex quibus appareat opulenta.*
9 *In Dote constituenda fœminis quid sit spectandum.*
11 *Legitima filiorum an ante dotes filiarum à patre relicta, detrahenda sit.*
12 *Falcidia non potest detrahi ex bonis prohibitis alienari.*
13 *Trebellianica non potest detrahi, si ea iam sit habita ex fructibus bonorum hæreditariorum.*
15 *Hæres stante opulentia hæreditatis in totum tenetur seruare disposita per testatorem.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in decisione 272. quæ est in eadem causa, sub die 30. Aprilis 1629. coram eodem R. P. D. meo Dunozetto, & statur hic in decisis.

DECISIO CCCCLXXXIV.

ANTONIVS Maria, & Bernardinus de Marescottis obtinuerunt ab Auditore generali Bononię sententiam ex remedio vtilis saluiani interdicti super immissione in possessionem duorum prędiorum eis à Nicolao Marescotto iure legati relictorum, deinde verò causa ad Rotam deuoluta, Reuer. P. D. meus Merlinus, cui causa fuit commissa, procedendo, prout in prima dedit aliam sententiam † super dicta immissione ad fauorem dd. legatariorum, ac cum per Vincentium fuisset appellatum, & causa in gradu appellationis mihi fuisset commissa cum clausula (si quid exequendum) & sub die 24. Nouembris 1627. proposuissem dubium, an dicta sententia D. mei Merlini esset exequenda, DD. restringendo se ad nullitates, quę contra sententiam deducebantur, omisso iustitię articulo, cuius discussionem ad aliquod tempus distulerunt, resoluerunt dictas nullitates non esse releuantes ex rationibus in decisione ponderatis, postmodum verò proposito à me sæpius dubio reseruato super iustitia, nulla vnquam fuit capta resolutio, sed tandem eo hodie proposito DD. dixerunt Vincentium teneri ad præstationem dd. prædiorum legatorum via ordinaria, cum omnia ad hunc effectum benè videantur concurrere.

Et primò quoad legatum satis de eo apparet ex testamento Nicolai, prout etiam inter partes non controuertebatur, sicut etiam identitas dd. prædiorum quorum vnum nuncupatum il Bosco, alterum la Marescotta.

Quod autem Nicolaus potuerit disponere de istis prædijs, & debitis Vincentio ex fideicommisso Agesilai patris Nicolai, remanetetiam euidens cum testa-
1 tor, nedum de re hæredis, † sed etiam de re ipsi hæredi debita, aut eidem restitutioni subiecta valeat disponere, vti de re propria. *l. vnum, ex familia §. sed si vno, vbi Bart. num. 1. & §. si rem de leg. 2. Menoch. cons. 89. nu. 62. lib. 1. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 9. tit. 1. n. 21. & fuit latè dictum in Romana de Naris 14. Nouemb. 1594. corā Penia, & in eadē 15. Nouemb. 1625. corā R. P. D. Durano.* Quod tanto magis procedit, quando, vt in casu
2 isto res hęredis aut † illi debita, legata est personis coniunctis, *l. prædia. C. de fideicō.*

Non obstat quod Vincentius particulari affectione prosequeretur prædia, de quibus agitur, ratione situs, & ratione
4 nominis familiæ, & ideo † non teneatur præcisè ad eorum præstationem, nec in hoc seruare voluntatem Nicolai testatoris, *ad trad. per Alber. in l. fin. §. in computatione num. 20. vers. si autem C. de iur. delib. Gabr. cons. 125. num. 12. circa medium vers. ex quibus videtur lib. 1. cum alijs relatis in decis. D. Mei Merlini 24. Apr. 1626.* quia istud procederet † quan- 4
do ageretur de bonis feudalibus. *Idem Gabr. d. cons. 125. num. 12. vers. id circo lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 33. nu. 13. vers. est verior opinio. Rosent. de feud. cap. 9. concl. 72. num. 14. præsertim vers. & hæc in alijs*, itaut magis interesset hæredis illam habere, quam bona hæreditaria, quorum propterea dimissionem offerret, quæ hic non concurrunt, & nunquam bonorum hęreditariorum dimissio obligata fuit, & ideo sub prætextu istius

5 particularis affectionis Vincentius † post aditam à se hæreditatem Nicolai, licet cum beneficio legis, & inuentarij non potest euitare præstationem dictorum prædiorum legatorum. *Bart. in l. si tibi §. si feudus ff. de legat. 1. Gabr. conclus. 11. num. 2. de reg. iur. Alber. in l. 1. num. 5. post med. vers. aut legat. rem alienam C. eorum de leg. Menoch. cons. 89. num. 49. & seqq.* & fuit latè dictum in *d. Romana de Naris coram D. meo Durano*, & idem firmatum fuit in 14. Iunij præteriti coram D. meo Merlino.

Non obstat, quod Vincentius adiuerit hæreditatem Nicolai cum beneficio legis, & inuentarij, quia cum hæreditas
6 Nicolai esset opulenta, & sufficiens † ad persoluenda dicta prædia, beneficium inuentarij non potest ei suffragari. *Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern. par. 3. num. 81. vers. ampliatur 7. Dec. in l. ex quia persona num. 2. vers. & dictum est ff. de reg. iur.* quia inuentarium non operatur, vt hæres propter illud possit aliquid ex hę-
7 reditate lucrari † sed solum, vt nullum patiatur damnum, & non teneatur vltra vires hæreditatis. *l. fin. C. de iur. deliber. Molin. de primog. Hispan. cap. 1. num. 24. Peregr. de fideicomm. art. 33. nu. 13. Gratian. discept. forens. cap. 112. nu. 26. Card. Mantic. decis. 326. num. 5. Surd. decis. 30. num. 14.* Et ita stante opulentia hæreditatis dicta prædia à Nicolào testatore relicta præstari debent per Vincentium heredem. *Crauett. consil. 225. num. 12. Roman. cons. 18. num. 4. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 67. nu. 13. & decis. 1418. num. 6.*

Quod autem hæreditas Nicolai sit opulenta, apparet ex calculo per Vincen-
8 tium † coram D. meo Merlino iudicialiter exhibito, & iterum coram me de ordine Rotæ per peritum extraiudicialiter electum firmato, ex quo constat dictam hæreditatem deducto omni ære alieno remanere creditricem in ll. 28602. 129.

Nob obstat, quod in eodem calculo fiat coaceruatio in debito per scut. 2844. 12. 4. quia hoc proueuit, quoniam ad debitum Nicolai ponitur partita sc. 36. mil. occasione prætensi excessus dotium per Nicolaum suis sororibus declararatarum, quam tamen integram partitam Rota per tres decisiones coram D. meo Merlino, & nunc de nouo censuit esse referendam ad debitum Agesilai Patris, & in
9 *d. decis.* 14. attenta consuetudine † Ciuitatis Bononiæ in costituen. dotibus ad fauorem puellarum nobilium, & etiam attento solito eiusdem familiæ de Marescottis, & inspecta opulentia hæreditatis Agesilai Patris dotantis, fuit repertum, dotes non fuisse excessiuas, vnde facta integra transportatione dd. scu. 36.
10 mill. ad hęreditatem † Agesilai iuxta prędictas decisiones opulentia hęreditatis Nicolai remanet euidens.

Nec releuat dicere, quod si partita hæc scut. 36. mil. ponatur ad debitum Agesilai diminuatur in consequens legitima, & sic non procedat calculus, tum quia adhuc legitima Nicolai ante dotes
11 † filiabus à Patre relictas detrahenda esset, vt firmauit *Rota in Firmana legitimæ 16. Februarij 1615. coram bon. mem. Vbaldo*. Tum quia si minueretur legitima consequenter etiam minueretur Falcidia, & sic apertè constat vtroque modo semper integram remanere Falcidiam.

Vlterius ex dicto calculo per Vincentium exhibito, debet detrahi alia partita scut. 20672. per eum prætensa pro Falcidia, quia cum prędia, de quibus a-
12 gitur, non excedant dotem, & † sint prohibita alienari, ex illis non debet detrahi Falcidia. *Auth. sed & in ea ad l. Falcid.* & videlicet, vt benè firmatur *in decis. D. mei Merlini 14. Ianuarij 1624.* cum legatum sit purum, & fideicommissum sit conditionale, Vincentius non potest de illo Falcidiam detrahere, sed benè de reliquis bonis restituendis, si quæ adsunt potest per eum Trebellianica de-
13 trahi † vbi eam non fuerit consequutus ex fructibus *Crauett. cons. 16. nu. 1. vers. sed dubitatio maior Crass. §. Trebellianica, quæst. vlt. vbi quod hæc opinio seruatur in praxi. Bart. in l. Marcellus §. Item Pomponius ff. ad Trebell.* & ita demptis istis partitis ex dicto calculo benè opulentia hæreditatis Nicolai remanet probata, & benè intrant ponderata per *Crauet. Roman. & alios supracitatos*, quod
14 stante † opulentia hæreditatis, Vincentius teneatur prædia præcisè, de quibus agitur præstare.

Et ita conclusum vtraque, &c.

** Decisiones in hac causa factæ coram Reuerendiss. meo Decano sunt sub diebus 15. Ianuarij 1627. & 26. Aprilis eiusdem anni, & 14. Iunij pariter eiusdem anni sunt supra decis. 28. 58. & 88.*

R.P.

R.P.D. DVNOZETTO.

Bononieñ fideicommissi de Volta.

Die Veneris 24. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Remissoria quibus concurrentibus nullo modo denegari possit, & quando concedenda sit sine retardatione expeditionis causæ dependentis.

SVMMARIVM.

1 *Articuli, quando sunt releuantes, & causa est prophana, tunc indubitanter conceditur remissoria.*
Et sufficit vnus articulus releuans.
2 *Minor, quando est læsus, et conceditur restitutio in integrum.*
3 *Remissoria non potest denegari, quando materia articulata est releuans.*
4 *Remissoria concessa, quando non possit impedire expeditionem causæ.*
5 *Remissoria, quando nihil habet commune cum causa principali, non potest impedire causæ expeditionem.*
6 *Rota non solet multiplicare in sententijs, & hoc verum intellige, quando articuli sunt connexi; secus verò si non adsit talis connexio.*

¶ In eadem causa est supra decisio 44. sub die 8. Martij 1627. coram Reuerendiss. D. meo Merlino Decano, & decisiones sub diebus 14. Iunij 1624. & 14. Martij 1625 coram bo. mem. Pirouano.

DECISIO CCCCLXXXV.

BArtholomeus senior de Volta in suo, sub quo decessit testamento scripsit hæredem suum vniuersalem Antonium eius filium, & casu, quo sine filijs decederet, ei substituit Cornelium alterum filium: vnde cum per obitum præfati Antonij sine liberis bona ad Cornelium peruenissent per viam restitutionis factæ ab Alexandra tutrice Isottæ, & Antoniæ filiarum prædicti Antonij, idem Cornelius obijt relicto Bartolomæo iuniore, qui in minori ætate pariter decessit, relicto vsufructu dictorum bonorum Portiæ, & relicta proprietate Comitissæ Vrsinæ Matris Comitis Antonij de Campeggis, contra quem fuerunt latæ duæ sententiæ conformes pro eius exclusione super fideicommisso Bartholomæi senioris, & cum Domini Zambeccarij instarent pro tertia sententia, idem Comes Antonius cæpit prætendere dicta bona, à Dominis Zambeccarijs possessa ad se pertinere vigore cessionis ei factæ à dicta Comitissa Vrsina eius matre, & petijt remissoriam ad probandum contenta in articulis ab eo productis, vnde proposito à me dubio, an remissoria esset danda, & cum retardatione processus alterius causæ, vel sine, quoad prædictam partem dubij DD. resoluerunt remissoriam esse concedendam cum † articuli sint releuantes, & simus in causa prohana, quo casu sufficit vnus articulus releuans, & passim remissoria datur absque fumo, *Rota coram Grg. XV. decis. 124. nu. 1. & seq. & decis. 677. num 1. par. 1. recent.* 1

Releuantia siquidem articulorum probatur, quia prætenditur probari læsio in dimidia in dationem in solutum dictorum bonorum facta Portię pro eius dote, & quòd dicta donatio † in solutum sit nulla, & sic competat minori restitutio iuxta *text. in l. minoribus, ff. de minorib. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 4. art. 12. num. 105.* Vnde negari non potest, quin articuli isti contineant in seipsis aliquam releuantiam, cuius respectu non † potest denegari remissoria maximè cum causa sit prophana. *Rota d. decis. 977. par. 1. recet. cum. alijs supra allegatis.* 2 3

Quo verò ad secundam partem dubij, an dicta remissoria sit concedenda cum retardatione expeditionis, vel sine, Domini dixerunt eam esse concedendam sine retardatione expeditionis alterius causæ, quia continentia dictorum nihil habet commune cum causa, cuius petitur expeditio super fideicommissio Bartholomæi senioris de Volta, in qua DD. Zambeccarij iam obtinuerunt duas sementias cõformes pro exclusione vocationis Comitis Antonij, cum articuli, super quibus petitur remissoria comprehendant solum † ius, quod prætendit dict. Com Antonius ex testamento Bartholomæi iunioris, & vigore dictæ cessionis ei factæ à Com. Vrsina eius matre. Itaque cum dicti articuli non respiciant litem præfatam, an Comes Antonius sit exaduerso fideicommisso vocatus, vel ne, sed an dicta bona ei debeantur iure hæreditario Bartholomæi Iunioris, cui successit Do- 4

mina

mina Vrsina, quę fecit cessionem Comiti
5 Compeggio eius filio, non possunt † impedire vlteriorem dictæ litis expeditionem. *Couarr. pract. cap.* 14. *num.* 4. *vers. nos verò. Rota coram Reuerendiss. D. D. meo Decano decis.* 237. *num.* 3. & fuit dictum in Bononien. seruitutis 15. Martij 1619. coram R. P. D. meo Piro- uano.

6 Non obstat quod Rota † non soleat multiplicare in sententijs, quia procedit, quando articuli sunt connexi, itaut vnius terminatio pareat exceptionem rei iudicatæ in alio. *Lancell. de attent. cap* 4. *limit.* 2. *num.* 88. *Capic. decis.* 122. *in fine. Rota decis.* 427. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* in casu autem isto res iudicata super vocatione Antonij ex fideicommisso Bartholomæi senioris non pareret exceptionem ex testamento Bartholomæi iunioris

Et ita conclusum vtraque, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Paduana Feudi.

Dei Mercurii 17. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Remissoriæ petitio rectè reijcitur, si probandum non releuet, vel id possit probari per scripturam. Repudiatio euanescit, & perinde est, ac si non esset facta, si deficiat conditio, seu suppositum, cuius intuitu fuit facta. Hæreditas semel adita, amplius non potest repudiari.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum id, quis frustra admittitur, quod probatum non releuat.*

2 *Obseruantia interpretatiua potest probari per scripturam.*

Remissoria denegatur, quando aliquid per scripturam doceri potest. num. 2.

3 *Statutum Patauinum disponit, quod hæres intra annum à die mortis testatoris possit, ac debeat hæreditatem liberare adeundo, vel repudiando*

4 *Repudiatio facta sub conditione, si deficiat conditio, habetur pro non facta.*

5 *Repudiantium consensus dicitur deficere deficiente supposito, cum quo fuit repudiatum.*

6 *Consensus vbi non adest, frustra quæritur de circumstantijs rei.*

7 *Hæres in quocumq; tempore possedisse probetur, ea possessio præsumenda est in illo tanquam hærede antecessorum.*

8 *Hæres semel non potest desinere esse hæres.*

9 *Et præsertim in præiudicium alterius.*

10 *In feudis, quando intret ius accrescendi.*

¶ In eadem causa sunt supra decisiones 465. 474. & 478. curam Reuerendiss. D. meo Merlino Decano sub diebus 24. Ianuarij 1625. 11. Ianuarij, & 17. Maij 1627. & infra habentur duæ aliæ decisiones die 27. Iunij 1628 & 15 Ianuarij 1629. coram R. P. D. meo Ghisilerio.

DECISIO CCCCLXXXVI.

DIXERVNT Domini articulos productos pro parte D. Iuliæ non releuare, & sic denegandam remissoriam,
1 quia frustra quis † admittitur ad probandum id, quod probatum non releuat *l. ad probationem. C. de probat. Caputaq. decis.* 68. *pra.* 3. *Cassad decis.* 2. *de dilat. Greg. XV. decis.* 184.

Nam primus continet dispositionem statuti Patauini concedentis annum ad deliberandam hæreditatis aditionem cum exclusione beneficij inuentarij. Secundus verò ipsius statuti obseruantiam
2 interpretatiuam, quæ cum possint probari per scripturas, non debet dari remissoria ad probandum per testes. *Egid. decis.* 5. *Rot decis.* 10. *num.* 6. *de offic. deleg. in nou. & decis.* 46. *de testib. in antiq. & decis.* 316. *in princ. par.* 1. *recent.*

Nec obstat statum, cum non dicat, quod is, qui semel adiuit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij possit postea illam infra annum repudiare, & desinere esse hæres in præiudicium alte-
3 rius, sed solum † disponit, quod hæres intra annum à die mortis possit, ac debeat hæreditatem liberare adeundo, vel repudiando, sicut iam firmauit *Rota* 17. *Maij* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino in hac causa.*

Minus facit asserta obseruantia statuti, quoniam Paulus, & Antonius Franciscus repudiarunt retentis tamen feudis, ideò repudiatio non fuit pura, sed con-
4 ditionalis, † & si deficit conditio, habetur pro non facta, vt benè comprobatur in decisionibus 11. *Ianuarij, &* 17. *Maij* 627. *in hac causa factis coram R. P. D. Merlino*, deficit enim ipsorum

repudia-

repudiantium consensus, quos apparet
5 aliter repudiare noluisse, quàm † cum præsupposito, quod ea non obstante, adhuc feudum retinere possent, *Crass de success. in §. omissio hæreditatis, quæst. 10. vers. sin verò, & in §. acquisitio hæ-*
6 *reditatis num.* 2. Vnde frustra quæritur † de obseruantia, & declaratione statuti.

Demum quòd Galeatius non possederit, obstare non potest, quia eodem articulo tertio non negatur simpliciter possessio Galeatij, sed restringitur ad tempus mortis, & aliquos annos ante obitum, quæ negari non potest, cum admittant diuisionem huius feudi factam inter ipsum, & Hieronymum fratrem, qua
7 possessione † stante in quocumque tempore præsumenda ea est in illo tanquam hærede Antecessorum. *Bart. in l. qui putat. ff. de acquir. hæred. Crescent. decis.* 1.
8 *nu.* 4. *de feud.* & semel hæres non † potest desinere esse hæres, *l. ei, qui soluendo ff. de hæred. instit. l. 2. C. de hæred. vel act. vendit. Bart. in l. Paterfamilias. num. 6. ff.*
9 *de hæred. instit.* præsertim in † præiudicium alterius, & sic filiorum, vt fuit firmatum in dictis decisionibus.

Huius tertij articuli irreleuantia, ex eo potissimum deducitur, quod cum hic agatur de possessione feudi, quæ in diuisione contigit Hieronymo, & iam in Rota firmatum sit ad portionem Hieronymi admittendos esse Ludouicum, & fratres ex Galeatio descendentes deficientibus masculis Hieronymi iuxta formam antiquarum inuestiturarum, nil refert, an Galeatius possederit, vel ne, an Antonius, Franciscus, & Paulus repudiauerint, data enim non possessione Galeatij, & repudiatione Pauli, & Francisci feudum ex earundem inuestiturarũ
10 tenore, † accrescit totum Hieronymo, cui hodie Ludouicus, & fratres succedere debent iudicio Rotæ, ideoque non releuat probare Galeatium non possedisse, & illius filios Paulum, & Antonium Franciscum repudiasse.

Ex quibus vtraque parte informante, dixerunt Domini, non esse dandam remissoriam, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.

Farfen Pecuniaria.

Die Lunæ 24. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Fideiussores plures, quando sunt simul obligati, ita vt sint confideiussores, si vnus soluat totum, vt repetat ratam ab alijs, habet plura remedia, Correus soluens pro omnibus repetit ab alijs etiamsi non facta cessione ab alijs, & hæc est verior opinio.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores plures quando sunt obligati, omnes respectu vnius, dicuntur confide iussores.*
2 *Et sic alter alteri ad inuicem sunt etiam fideiussores pro rata.*
3 *Vnde ratione solidi alter pro altero, & tenetur, & conueniri potest.*
4 *Ex confide iussoribus si vnus soluat solidum contra coobligatos, habet actionem contrariam mandati.*
5 *Fideiussor soluendo non suum gerit negotium, sed principalis debitoris.*
6 *Socius, qui commune debitum soluit, competit ei actio pro socio contra consocios.*
7 *Fideiussor vnus si soluat solidum, repetit ratam ab alijs, vtili actione negotiorũ gestorum.*
8 *Correus, qui etiam ex voluntaria causa solidum soluit, agere potest contra Correum pro rata sine cessione.*
9 *Fideiussorum obligatio, quando subsistat non obstante, quod principalis fuerit inualidè obligatus. & num.* 10
11 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*
12 *Obligatio à principio dicitur voluntaria, postea verò dicitur necessaria.*

DECISIO CCCCLXXXVII.

Domini persistentes in decisis coram bon. mem. Buratto sub die 15. Ianuarij 1624. Dixerunt Iosephum de Bene* dictis, qui in censu impositto ad comodum, & intuitu Communitatis Tussiæ se obligauerat in solidum vnà cum alijs socijs, & illum solus exti-

extinxerat, rectè agere potuisse contra hæredes Stephani Palmę Correi, tam pro fructibus dicti census, quàm pro sorte, pro eiusdem tamen Stephani rata.

1 Negari enim non potest, quin † omnes hi obligati intuitu Communitatis, sicut respectu ipsius Communitatis, cuius erat debitum census, sunt confideiussores ad *l. si dubitet. l. Paulus. ff. de fideiussor. & aduertit Cuiac. in paralit.*
2 *l. ff. eod. tit.* Ita alter † alteri ad inuicem sint etiam fideiussores pro rata *glos. in l. reos in verb. accepi ff. de duob. reis,*
3 *Cynus in l. 1. C. eod. tit.* & ratione † solidi alter pro altero, & teneretur, & conueniri posset. *Cassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 12. nu. 1. Roman. cons. 114. Natt. cons. 51. nu. 8. & cons. 52. num. 3. & cons. 261. num. item 3. Ferret. in l. si ex toto §. ita scriptum. num. 8. ff. de legat. 1.* Indeque Ioseph, qui so-
4 lidum soluit, haberet † contra coobligatos actionem contrariam mandati, *l. mandati. ff. mandat. l. potest. ff. de fideiussor. Marant. cons. 39. num. 5.* cum fi-
5 deiussor † soluendo non suum gerat, sed principalis debitoris negotium *l. cum is ff de fideiussor. Vinc. de Franch decis. 55. num. 11. Magon. decis. Lucens. 22. num. 13.* Imò in hac obligatione, in qua pro debito Vniuersitatis in beneficium Annonæ omnes intercesserunt, dici potest
6 contracta societas, & vti socio, † qui commune debitum soluit competere Ioscpho actionem pro socio. *l. 1. C. de duob. reis, Cuiac. ad African. tract. 4. col. 9.*
7 *§. duo rei.* Et saltem † iuuatur Ioseph vtili negotiorum gestorum actione, *l. soluendo, vbi DD. ff. de negot. gest. l. sed an vltro. ff. eod. Bald. in l. diuersa. C. locat. Cuiac. ad African.* vbi supra *Roncagal. plenè in l. reos. nu. 42. ff. de duob. reis. Castr. cons 244. num. 2. Cabal. cons. 138. num. 11. & 12.*

Præsertim quia receptior, & æquior est opinio Baldi vt Correus, qui etiam ex
8 † voluntaria causa solidum soluit, agat contra Correum pro rata sine cessione *Bal. in l. si rem communem. C. si. cert. pet. & in l. creditor num. 4. C. de duob. reis Rip. in l. si ex toto §. fin. in fin. ff. de leg. 1. Crauett. cons. 77. Thesaur. decis. Pedemont. 191. num. 4. Viu decis. 379. in fin & in decis. bon. mem. Buratti in hac causa 15. Ianuar. 1624.*

Cum præsertim istam solutionem, imò & obligationem Domini non habuerint pro voluntaria, tum quia stante inualiditate obligationis Communitatis, & cum nihilominus aliorum fideiussorum
9 obligatio substineretur, † & propter iuramentum, & quod principaliter, & in solidum essent obligati. *Gabr. de claus. conc l. 10. n. 4. & seq. Card. Seraph. dec. 1324. Rota in Bononien. Pecuniaria 6. Iunij 1607. & in Amerina fideiussionis 21. Maij, & 27 Iunij 1612. coram Ludouis.*
10 poterat loco damnorum, & † interesse peti sors ipsa saltem ad effectum deponendi, donec Communitas validè obligaretur. *Bald. in l. si traditio. in 4. quæst. nu. 7. C. de action. empt. Ruin. cons. 141. num. 9. propè finem lib. 1. Rota in Romana census 11. Februar. 1583. coram Cantuc. in Romana euictionis 17. Februar 1603. coram Ludouis. & in Melliuic en. census 27. Martij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Tum quia in Iosepho non potuit considerari animus donandi propter obligationem ab eo præstitam in carceribus iuxta decretum Visitæ de extinguendo censum infra certum tem-
11 pus, † cum nemo in necessitatibus liberalis existat, *l. rem legatam ff. de adimēd. leg. l. si seruus ff. de hæred. instit. Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione largitus nu. 106. C. de reuocand. donat.* Et licet obligatio potuerit cōsiderari à prin-
12 cipio, vt † voluntaria, induxit tamen deinde necessitatem *l. sicut C. de act. & oblig.* & deductum fuit in *alleg. decis. bo. mem. Buratto sub die 15. Ianuar. 1624.* Cum qua Domini transierunt, altera tantum parte informante, &c

* *Est inter eius impressas decisio 451.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Licieñ Canonicatus.

Dei Veneris 2 Iunij. 1628.

ARGVMENTVM.

Executor ritè, & rectè non procedendo, non priuat quem sua possessione, & quando verum sit, quod ritè, & rectè non processerit.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum adeptionis possessionis plenè probat ad effectum manutentionis alio non existente in possessione.*

P 2 Iudex

2 *Iudex rite non procedendo nequaquam priuat possessorem sua possessione.*
3 *Executor non dicitur ritè, & rectè procedere, si prius possessorem non citauerit.*
4 *Clausula, constito, cum inducat conditionem, in primis est iustificanda.*
5 *Possessioni captæ, si quis renunciarit, amplius illa ei non suffragatur.*

¶ In eadem causa sunt supra decisiones. 255. & 271.

DECISIO CCCCLXXXVIII.

RESoluerunt Domini dandum esse mandatum de manutenendo Theophilo Zimamo, quia de eius possessione capta capitulariter de anno 1627. constat per instrumentum publicum in
1 *Summ. num.* 2. quod † alio non existente in possessione plenè probat ad effectum manutentionis, *vulgata l. prædia vbi Domini communiter ff. de acq. poss.* Rot. *dec. 92. n. 1. rec. & alias sæpissimè.*

Non obstat possessio Bernardini capta auctoritate Iudicis vigore litterarum Apostolicarum in forma Breuis, quia Iudex
2 executor dictarum literarum, ex † quo non ritè, & rectè processit, non priuauit Theophilum sua possessione. *Sarnen. in reg. annali. quæst.* 45. *num.* 3. *Gregor. XV. decis.* 46. *num.* 5.

Quod autem non ritè, & rectè processerit, patet. Tum quia tradidit posses-
3 sionem Canonicatus Bernardino † non citato prius Theophilo possessore. *c. licet. Episcopus de præben. in 6. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, Rota coram Greg. XV. d. decis.* 96. *num.* 7. Tum etiam quia deuenit ad dictam traditionem sequestri
4 non iustificata clausula † (constito quod Hieronymus vltimus possessor Canonicatus fuerit vnicus subcollector) in dictis litteris apposita, quæ prius probari, & iustificari debebat, *Garz. de benef. par.* 6. *c.* 3. *num.* 64. *Rota in causa Oscen. portionis* 14. *Decembris* 1617. *& in Elnen. Beneficij* 19. *Decembris* 1614. *coram bo. mem. Archiepiscopo Seleucien. Patruo meo.*

Denique visa fuit cessare omnis difficultas, ex quo Bernardinus prædictæ possessioni, vt supra ipsi traditæ renunci-
5 auit, vt in *Summ. nu.* 5. Vnde † non potest ei suffragari *ad l. quæritur §. si venditor ff. de edilic. edict. l. postquam liti de pactis, Aym. cons.* 114. *nu.* 10 *Rota decis.* 635. *nu.* 3. *part.* 1. *recent.*

Et ita vna tantum parte, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Rescissionis Premutationis.

Mercurij 14. *Iunij* 1628.

ARGVMENTVM.

Contractus celebratus sub conditione reseruationis Beneplaciti Apostolici, si illud non interueniat, eo quia Papa renuit consensum dare, tunc perinde est, ac si contractus nunquam fuerit deductus in rerum natura, & omnia in pristinum sunt deducenda, maximè si dictus consensus erat necessarius.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum, si omnia ritè, & rectè sint gesta.*
2 *Contractus est conditionalis, si fuerit reseruatum beneplacitum alicuius.*
3 *Contractus ex defectu conditionis nunquã deducitur in esse.*
4 *Contractus conditionalis, deficiente conditione, perinde est ac si non esset initus, & datur regressus ad rem datam.*
5 *Fideicommisso si aliqua res sit supposita, non potest per mutari, nisi constet de vtilitate, & re vtiliori.*
6 *Testator si enixè prohibuerit alienationem bonorum suorum, censetur etiam prohibuisse permutationem.*
7 *In contractu si aliquid erat necessarium, vt interueniret, si non interuenerit, non obstat clausula, quatenus opus sit.*
8 *Legitima si sit acceptata, & iam cõsumpta, non potest iterum prætendi, & maximè super bonis fideicommissarijs. & num.* 9.
10 *Confessioni fideicommissarij nõ statur circa solutionem æris alieni testatoris.*
11 *Solutio æris alieni testatoris, ex quibus bonis præsumatur facta.*
12 *Testator quando non dicatur voluisse restringere fideicommissum.*
13 *Confessio in his, quæ dependent à iuris dispositione, non nocet.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

FActa per Iacobum Stellam permutatione prædij nuncupati l' Archoueggio cum domo per Iacobum Brunettum posse-

possessa in Ciuitate Bononiæ, sub reseruatione quoad prædium, derogationis fideicommissi, quatenus opus esset, ex quo Io: Batista Stella in suo testamento hæredes instituit filios cum prohibitione de non alienando. Per eundem Stellam fuit adita Signatura Sanctiss. pro derogatione prædicta, quæ cum fuisset denegata, Auditor Generalis Bononiæ condemnauit Brunettum ad dimittendum, & relaxandum prædium vnà cum fructibus à die premutationis perceptis, & percipiendis vsque ad actualem relaxationem detentionis, necnon lib. 1000. habitas pro adæquatione premutationis, & Stellam ad restituendam domum ex permutatione habitam. A qua sententia interposita appellatione pro parte Brunetti, cum dubitassem, an esset confirmanda, vel infirmanda, Domini eam censuerunt confirmandam.

Nam de validitate constat ex reuolu-
1 tione actorum, cum † omnia fuerint ritè, & rectè gesta (*Caputaq. decis.260.par. 3. & sæpius Rota*, nec de ea inter partes dubitatur.)

Iustitia apparet, nam contractus per-
2 mutationis non solum † fuit conditionalis propter reseruationem beneplaciti Apostolici, sed etiam quia partes conuenerunt expresè, quod donec, & quousque beneplacitum expediretur, contractus esset in suspenso, & ex eo nec dominium, nec possessio transferretur, nisi secuto beneplacito, & sententia eius vigore obtenta. Vnde cum Sanctissimus in Signatura gratiæ denegauerit, con-
3 tractus ex defectu† conditionis nunquam deductus fuit ad esse. *l. item quia §. 1. ff. de pact. Paris. cons. 5. n. 7. vol. 4. Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. glos. 6. nu. 2. Seraph. decis. 838. num. 6. Rota in recent. dec. 676. num. 5. & 6. part. 2. & in Signina Castrorum. 3. Apr. 1615. cor. bo. me. Burat.* & in omnem casum datur
4 regressus ad prædium, † perinde ac si contractus non fuisset initus *l. necessario §. quod si pendente. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. pecuniam. ff. si cert. pet. Rol. cons. 7. n. 7. lib. 3. & cons. 63. num. 16. 24 & 28. lib. 4.* & in casu, quando bene placitum fuit denegatum. *Lucas de Penna in l. nulli. col. 2. circa med. vers. potest dici. C. de fund. patrim. lib. 11. Afflict. in c. Imperialem de prohib. feud. alienat per Feder. §. 16. n. 37. & §. 24. num. 55.* Et cum prædium esset suppos-
5 tum fideicommisso, non poterat † permutari, nisi constet de vtilitate, & re vtiliori, *Peregr. de fideicom. art. 40. num. 32. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 4. num. 7. 10. & 12. Vincent. de Franch. decis. 355. num. 6.* Quare cum testator prohibuerit alienationem, & distractionem volendo, vt omni modo bona perpetuò conseruentur, ex istis verbis
6 prægnantibus † censetur, prohibuisse permutationem, cum denotent enixam mentem prohibentis, quod nolit vllo quæsito colore alienari posse, iuxta *l. Balista. ff ad trebell. & l. 1. ff. de rerum permut. Decian. respons. 55. num. 57. & cons. 57. num. 22. lib. 3. Grat. cons. 17. nu. 41. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 40. n. 33.* ex quibus apparet non obstare cla-
7 usulam, quatenus † opus sit, cum beneplacitum Apostolicum esset necessarium.

Non obstant prætensiones Brunetti circa legitimam solutionem æris alieni, & quod licet fideicommissum fuerit generale, tamen in contractu emancipationis filiorũ facto in diuisione, & assignatione portionis expresserit testator, quę bona voluit esse supposita fideicommisso inter quæ non legitur prædictum permutatum, de quo agitur, & fideicommissum vniuersale factum in testamento restrinxerit ad 49. mill. lib.

Nam ad primam de legitima respondetur, quod cum fuerit in alijs bonis assignata, & acceptata cum emancipatione & iuramento, quorum vnum suffi-
8 cit † ad ipsum excludendum, non potest legitimam nunc prætendere super hoc prædio *Franch. decis. 133. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 16. in fin. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. q. 1. n. 10. & seqq.* &
9 ea consumpta, nõ† potest permutatio hac ratione substineri sine derogatione.

Non obstant quæ dicuntur de soluti-
10 one æris alieni, cum non constet, † nec stetur confessioni fideicommissarij, *Bart. in l. si fortè. num 6. ff. de Castr. pecul.* & cum in inuentario constet de creditis
11 iocalibus, † mobilibus, & animalibus & illis erat facienda solutio & facta præsumitur, *Bar. in l. fin. §. & si præfatum in fin. C. de iur. deliber. Surd. decis. 55. num. 6. & 7.*

Et licet in instrumento emancipationis non fiat fideicommissum super isto prædio, sat est, quod fiat in testamento, & cum in alijs bonis assignetur legitima, satis videtur testatorem noluisse recedere à pri-

à primæuo fideicommisso in testamento, nec in emancipatione vlla apparet restrictio fideicommissi vniuersalis, sed tãtum, postquam filijs certa bona assignauit cõtrahendo cum ipsis voluit eadem bona ipsis assignata, non obstante assignatione subiacere suo fideicommisso vniuersali pro summa lib. 49. mill. atque ita inducendo nouũ fideicommissum in bonis filijs assignatis, & confirmando primum
12 vniuersale fideicommissum, † non autem illud restringendo, vt benè deducitur ex instrumento emancipationis, *Greg. XV. decis. 29. Rota decis. 267. num. 7. par. 2. recent.*

Tandem non obstat confessio Stellæ, prædium non esse subiectum fideicommisso, quia semel in instrumento permutationis fuit dictum, quod Stella prætendebat saltem in totum non esse subiectum, & bis exprimitur quod dicebatur paterno fideicommisso subiectum, quæ pretensio redditur erronea ex testamen-
13 to, & tamen † confessio in his, quæ à iuris dispositione dependent, non nocet, *Aym. cons. 93. num 1. Menoch. 34. & seqq.*

Et ita vtraque parte informante pro confirmatione sententiæ, fuit resolutum &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Parmen. Nullitatis Ordinum.

Die Lunæ 19. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Princeps in inuestituris non censetur velle præiudicare iam vocatis in feudo, cum &illæ censentur concessæ sine præiudicio tertij Interesse sufficit, vt qualitercumq; doceatur de effectum, vt quis admittatur ad causam.

SVMMARIVM.

1 *Clerici censentur exclusi à feudo, si præstanda sint seruitia Principi seculari.*
2 *Princeps in inuestituris non cẽsetur velle præiudicare vocatis, nisi expressè dicat.*
3 *Inuestitura censetur concessa, sine præiudicio tertij.*
4 *Sententia nulla ex defectu iurisdictionis non attenditur.*
5 *Ordines sacri, si sint suscepti per metum, ille dicitur purgatus ex spontanea administratione.*
6 *Interesse, quando agitur ad effectum, vt quis admittatur ad causam, sufficit vt detur fumus, cum satis sint leuiores probationes.*

¶ In eadem causa habentur infra duæ aliæ decisiones coram eodem R. P. D. meo Ghisilerio sub diebus 11. Martij 1639. & 2. Decemb. eiusdem anni.

DECISIO CCCCXC.

A Sententia de partibus ad fauorem Marchionis Hippolyti Malaspinæ super nullitate susceptionis ordinum, & licentia nubendi, interposita appellatione Marchio Ludouicus obtinuit mihi committi causam restitutionis in integrum cum clausula, constito de illius interesse; vnde cum de eo dubitarem, Domini affirmatiuè responderunt. Quoniam ex deductis in summar. num. 2. apparet illum esse comprehensum in inuestitura Castrorum Bastiæ Terræ Rubeæ, & pertinentiarum, ac proinde sua interesse quod Marchio Hippolytus remaneat in sacris ordinibus, vel vt ipso adhuc viuente, inuestitura dicatur transijsse in sui personam attenta confirmatione Imperiali, per quam cum præcipuè respiciat
1 seruitia præstanda sacro Imperio, † Clerici censentur exclusi, *iuxta text. in cap. 1. de feud. fœmmin. & in cap. si de feud. defunct. fuerit. controuers. cum alijs per Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 29. num. 1. & seqq.*

Nec obstat, quod Marchio Hippolytus, quamuis aliàs in sacris ordinibus constitutus, & sic incapax feudi; de quo agitur, fuerit ad illud admissus ab Imperatore, vt in summ. Marchionis Hippolyti num. 7. Nam vltra quod admissio Imperatoris non apparet, cessar obiectum quia Marchio Ludouicus, vt dictum est, vocatus fuit in precedentibus
2 inuestituris, nec Princeps censetur † velle præiudicare sic vocatis, nisi expressè dicat, *Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 69. in glos. littera R. ad finem, cum alijs ibi allegatis*, quinimo præsumitur con-
3 cessa † sine præiudicio tertij, *Anchar. cons. 174. numero 5. Bero. cons. 69. num. 19. lib. 1.*

Non obstat sententia super nullitate ordinum, Primò quia prætenditur nul-
4 la ex † defectu iurisdictionis, ex quo causa

causa fuit auocata ab Ordinario, & commissa in Rota. Secundo, quia testes de metu deponunt de tempore assecutionis Canonicatus, non autem susceptionis ordinis, & ex retentione Canonicatus, perceptione fructuum per plures annos, necnon ex resignatione cum pensione,
5 prætenditur purgatio metus; nam † ex spontanea administratione metus purgatur *Hostiens. in cap. maiores, num.* 38. *de baptismo. Io. Andr. num.* 17. *Butr. num.* 8. *in fin Boich. num.* 7. *vbi supra.* Tandem aderat clausula, vocatis vocandis &c. & Ludouicus erat certus contradictor, cum Hippolytus cum ipso fecerit concordiam super bonis feudalibus, & tamen non fuit citatus, super quibus omnibus post admissionem ad causam erit plenè discutiendum.

Quare cum non agatur de interesse principaliter sed incidenter ad effectum admissionis huiusmodi, succedit conlusio, quod ad docendum de interesse in hoc casu, sufficit apparenter docere
6 † de iure, & dare fumum, cum admittantur leuiores probationes, *Fel. post. Cardinal. in cap. super. num.* 2. *de offic. deleg. & in cap. super. num.* 14. & 16. *de sent. & re iudic. Odd. de restit. in integr. per.* 1. *quest.* 36. *num.* 46. *Rota decis.* 11. *de rescript. in antiq. Bisignett. decis.* 1. *eod. tit.*

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Reinuestimenti.

Dei Mercurii 21. *Iunij.* 1628.

ARGVMENTVM.

Sententię, quando dicantur conformes, ita vt sit locus Statut. Vrb. de duab. conform. qui omnes comprehendit, & in omnibus Curijs seruatur. Pecuniæ stante super hec precepto testatoris inuestiendę sunt ad fauorem substitutorum. In renunciationibus non comprehenduntur non expressa, & illæ in præiudicium tertij non possunt fieri.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando secunda confirmat primã, & concordant in qualitate, & substantia.*
2 *Statutũ Vrbis de duabus conformibus habet locum inter Romanos, Incolas, Monasteria, loca pia, &c.*
3 *Statutum Vrbis de duab. conform. in omnibus Curijs seruatur.*
4 *Ad Soluendum quis male condemnatur, si constet, quod iam soluerit.*
5 *Hæres si aliquid det legatario, censetur id assignare in extinctionem legati.*
6 *Solutio facta ex diuersa causa, non debet ad aliam inferri, & num.* 17.
7 *Simoniaca datio ex quibus excludatur.*
8 *Moniales debent subire onera Monasterij.*
9 *Monialis si sit inhabilis ad subeunda onera Monasterij, ideo maior dos danda est ei.*
10 *Simonia vt excludatur, capi debet omnis interpretatio.*
11 *Pecuniæ sunt reinuestiendæ stante super hoc præcepto testatoris, & nu.* 14.
12 *In Substitutione reciproca facta inter vocatos, quando adsit vulgaris.*
13 *Testamenti vna pars alteram declarat.*
15 *In Renunciationibus non comprehenditur id, quod non reperitur expressum. Renunciare, quis non potest in præiudicium alicuius.*
16 *Articulorũ non admissionis nullitas, quãdo non possit allegari.*
17 *Intentionem fundatam si pars habeat in confessione, & instrumentis publicis, non est grauanda responsione.*
19 *Confessioni partis magis standũ est, quàm testibus.*

DECISIO CCCCXCI.

ANtonius Formicinus Franciscæ Angelæ, & Clementiæ filiabus monachandis testamẽto legauit scuta 1500 monetæ, quæ inuestiri mãdauit in annuis censibus, vel locis montium non vacabilium vteñ & frueñ per dictas tres filias, quas ad inuicem substituit, & vltimæ decedenti, quando de tali legato ante professionẽ nõ disposuisset, substituit pro altera parte suos hæredes, pro altera verò Monasteriũ S. Cosmati de Vrbe, vbi monachatæ fuere. Verum quia D. Catharina Formicina vti hæres Io. Francisci Formici ni, mariti filij, & hæredis Antonij testatoris fuit per duas sententias cõdemnata ad inuestieñ prædictam summam legatã, causã appellationis commisit cũ clausula, quod constito de duabus cõformibus, & quod sit locus statuto exequatur, ideo contigit dubitare, an constaret de duabus conformibus, & an esset locus statuto, &

tuto,& Dominis in vtraque parte placuit affirmatiua responsio.

Nam sententiæ sunt conformes, quia
1 secunda confirmat primam, † & concordant in qualitate, & substantia, *Ruin. cons. 114. nu. 10. lib. 5. Menoch. cons. 509. nu. 16. Rota in Romana successionis coram Orano relat. per Marches. de commiss. par. 2. fol. 123. & in recent. decis. 98. par. 1.* &
2 statutum Vrbis habet † locum inter Incolas, Romanos, Monasteria, & loca pia, *Rota decis. 380. nu. 2. par. 1. recent. Seraph.*
3 *decis. 794. n. 26.* & sic seruatur † in omnibus Curijs, vt firmauit *Rota diuers. decis. 452. in princ. par. 1. & 380. par. 1. recent. inprin*

Iustitia satis firma remanet ex decisionibus R.P.D. mei Vbaldi, quæ satisfaciunt omnibus in contrarium obiectis, neque obstant, quæ alias fuerunt deducta, & hodie repetuntur contra fundamenta decisionum, quod Catherina malè fuerit condemnata soluere scuta 500. pro legato facto sorori Pacificæ, cum aliàs constet
4 dicta † scuta 500. soluta fuisse, vt ex quietantia Abbatissæ summar. num. 4. in qua licet asseratur *di hauer riceuuti li danari per esser Suor Pacifica inhabile, & cieca*, non tamen exinde sequatur fuisse soluta ob causam dictæ cęcitatis, & inhabilitatis
5 sed in extinctionem legati † vti in causam necessariam, & quia illa summa respondet summæ legatæ, & aliud Pacifica prætendere non poterat, nec est præsumendum fuisse illa donata.

Nam ex ijsdem responsionibus decisionum benè remanent sublata, quia Clementia in seculo, & Pacifica in religione nuncupata, habebat tria credita, vnum scutorum 500. vigore legati paterni ad effectum inuestiendi ad fauorem trium filiarum ad inuicem substitutarum, & post obitum vltimæ ad commodum Monasterij pro dimidia, & ad commodum hæredis pro alia. secundum scutorum 500., ex instrumento renunciationis ad effectum illa erogādi pro seruitio Monasterij ad contentamentum Abbatissæ, & cum licentia Vicesgerentis, & deputatorum, vt in copia data num. 3. quæ nullo modo possūt adaptari ad sc. 500. sibi vnà cū alijs sororibus, vna cū supradicto vinculo legata. Tertium sc. 500. ab Octauio patruo promissorum, qui nō soluit vti tutor, sed nomine proprio, vt benè colligitur ex ipsa quietantia, in qua solutio legitur facta nomine proprio, tanquam simplici-
6 ter promissa à patruo, † & ex diuersa causa, *perche era cieca* vnde sequitur, quod scuta 500. soluta per octauiū patruū *perche era cieca*, & in fabricā Cellæ vinariæ, nō poterunt extinguere debitum legati ad effectum inuestiendi cum supradictis substitutionibus, & sic cessat obiectum,
7 quod hæc summa fuerit data † simoniacè pro acceptatione, cum appareat solutam fuisse, eo quia ratione dicta inhabi-
8 litatis nedum non poterat † subire onera Monasterij, vt solent omnes Moniales inseruiendo officijs, ad quæ pro tempore eliguntur, sed imò ipsa indigebat seruitio aliarum Monialium, & vti cæca egebat seruitio aliarum Monialium, & vti
9 cæca egebat maiori seruitio, † & maius grauamen inferebat Monasterio, ideo maior dos dari potuit, *glos. in cap. honorantur 32. q. 2.* Ac omnis interpretatio
10 † capi debet ad euitandam simoniam, *Fel. in cap. super his. num. 17. de accusat. Put. decis. 440. num. 3. lib. 1. Rota recent. decis. 418. num. 4. par. 1.*

Quoad sororem Arohangelam, assignatio census non suffragatur, quia illa est de fructibus vita ipsius durante, & tamē scuta 500. debent reinuestiri ad ef-
11 fectū supradictarū substitutionū iusta † dispositionem Antonij testatoris, qui voluit in dicto inuestimento succedere alias sorores superuiuentes, & Monasteriū vt supra, & in decisionibus R.P.D. mei Vbaldi.

Quoad legatum Franciscæ præmortuæ ante professionem est quoque reinuestiēdum ad fauorem aliarum sororum superstitum Monasterij & hæredis; nam
12 in reciproca † substitutione facta inter sorores continetur vulgaris ad fauorem sororum superstitum, etiamsi non sit emissa professio, *Gabr. cons. 1. 7. num. 16. lib. 1. Bar. & alij in l. quandiu. ff. de acquir. hæred.* vnde videtur resultare, quod dum ad vltimam superuiuentem debuit integraliter peruenire fructus totius inuestimenti etiam integrè debuerit succedere in portionibus præmorientium, quandocumque decederent, necnon quod si vnaquæque vltima potuit de medietate ante professionem ad libitum disponere, non censeantur exclusæ à legato quantenus moriantur ante professionem, cum
13 vna pars † testamenti àliam declaret *l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. l. quod filiabus in princ. ff. eod. cum alijs per Fusar. de substit. q. 242. n. 123. & seqq.* Ac propterea dictum inuestimentum omni-
14 nō fieri debet, iuncta præsertim † voluntate

luntate testatoris, dum voluit vltimam filiam posse de legato disponere, & ideo considerauit casum mortis ante professionem, & acquisitionem, & dispositionem ante illam.

Renunciationes ex aduerso ponderatæ non obstant, vt benè respondent decisiones R. P. D. mei Vbaldi, nam adest preseruatio non fuit renunciatum expresse
15 † legatis paternis, & non potuit fieri preiudicium sororibus, & Monasterio substitutis, *Rip. in l. qui Romæ §. duo fratres. num. 101. vbi de communi ff. de verb. oblig. Ruin. cons. 138. num. 10. lib. 2. Grat. cons. 22. num. 22. Cephal. cons. 371. n. 32. & seqq. l. 3. Odd. cons. 49. n. 20. & 22.*

Nullitas quod articuli non fuerunt
16 admissi, † cessat quia non fuerunt producti, non adest citatio ad dicendum contra, & fuerunt relaxati penes notarium post tres dies à die, in qua cadebat citatio à prætenso procuratore, qui in actis declarauerat, se non esse, nec vel esse procuratorem, vt in copia comparitionis, quæ datur summ. num. 1. quinimmò ipsi articuli sunt contrarij proprię confessioni partis aduersæ, cum contineant, quod scuta 500. soluta Abbatissæ in eius quietantia per D. Catharinam producta fuerint soluta pro satisfactione scutorum 500. ab Antonio Formicino legatorum, & tamen quietantia ipsa explicitis verbis continet illa soluta, tanquam promissa ab Octauio patruo, ex eo quod Soror Pacifica esset cæca, & sic apparet, quod verè, & realiter non fuerunt soluta Abbatissæ pro legato cum
17 specificè † diuersa causa, nempè cæcitatis exprimatur, & prouenerint à diuersa persona, & sunt contrarij publicis instrumentis productis, in quibus apparet Monasterio deberi scuta 1500. nempe scuta 500. legata ab ipso Antonio, vt in suo testamento, quæ sunt ea, quæ hodie petuntur, & pro quibus D. Caterina fuit condemnata, item alia scuta 500. per ipsam sororem Pacificam in instrumento renunciationis ab ea factæ sibi reseruata, & alia scuta 500. ab Octauio patruo promissa, & donata ex causa cæcitatis, vt fuit dictum supra, & istæ tres summæ vnaquæque continet suam particularem diuersam causam debiti & à diuersa persona prouenientem, itaut Ab-
18 batissa, & Moniales non sint † grauandę responsione, cum habeant intentionem fundatam in confessione, & instrumentis publicis est *tex. in c. 2. vbi doct. de probation. Osasch. decis. 10. num. 7.* plus e-
19 nim statur † confessioni, quàm testibus, qui potuissent examinari, *Aym. cons. 171. num. 10.*

Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Paduana Feudi.

Die Lunæ 26. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Diuisio feudi facta inter vocatos, in nihil potest præiudicare primæ illius naturæ, & succedentes in illo ex propria persona ea nō obstante, debēt habere illud, prout sunt vocati. Iure suo qui ex facto alterius non est priuandus. Feudum acceptum pro se, & masculis, & in eorum defectu pro fœminis, fœminæ quando tantum intrent.

SVMMARIVM.

1 *ex Actorum reuolutione dicitur constare de validitate sententiæ.*
2 *Feudi natura non dicitur mutata per diuisionem factam inter vocatos.*
3 *Et hæc est verior opinio.*
4 *in Feudo recepto pro masculis, & in eorum defectu pro fœminis, non obstante diuisione masculi præferuntur fœminis descendentibus ex fratribus.*
5 *Feudum receptum pro masculis, & in eorum defectu pro fœminis, istæ nunquam intrant, donec aliquis masculus ex primo inuestito descendens adsit, & quare num. 6. & 7.*
7 *in Feudis primum principium, prima radix, & fundamentum est attendendum.*
8 *Inuestituræ separatim acceptæ à vocatis in feudo, non possunt præiudicare primeuæ naturæ feudi.*
9 *Cum illæ censeantur factæ iuxta naturā antiquarum inuestiturarum, cum alijs vocatis non potest tolli ius quæsitum.*
10 *Sententia lata in contumaciam non probat incursam caducitatem.*
11 *Caducitas, vt probetur adesse, requiruntur plenæ, & concludentes probationes.*
12 *Caducitati vt sit factus locus, debet probari, quod fuerit per Dominum directū acceptata, & capta possessio.*
13 *Feudi concessio facta iuxta formam antiquæ*

quæ inuestituræ, non potest dici noua cõcessio, & nu. 14. & 15.

15 *Vocatis in feudo non potest præiudicari per nouas inuestituras.*

16 *in Feudo, emphyteusi &c. succedentibus exe propria persona non nocet, quicquid eorum antecessores fecerunt.*

17 *Iure suo quis ex facto alterius non est priuandus.*

¶ Supra, & infra adsunt plures desiones in hac causa 486. quæ est in eadem causa.

DECISIO CCCCXCII.

PER duas sententias Rotales ad fauorem Ludouici, & fratrum de Doctis cõtra Iuliam de Doctis fuit reuota sententia Vicarij Patauini super immissione ad possessionẽ medietatis feudi decimalis, cum existentibus Ludouico, & fratibus masculis Iulia sit ab hoc feudo exclusa: Interposita appellatione, & causa mihi commissa, censuerunt Domini dictas sententias esse confirmandas,
1 cum de validitate † constet ex actorum reuolutione, *Caputaq. decis.* 260. *par.* 3. *Rota recent. decis.* 178. *num.* 1. & *decis.* 708. *num.* 1. *par.* 2. & de iustita ex pluribus decisionibus factis in causa, tam coram Illustriss. Card. Caualerio, quàm coram R.P.D. meo Merlino, in quibus etiam tolluntur, quæ de præsenti deducuntur per informantes pro Iulia.

Fundamentum diuisionis inter descẽdentes Antonij Francisci primi acquirentis pluries repetitum ex *Ruin. cons.* 9. *num.* 5. *lib.* 1. & *alijs*, non obstat ita quod
2 per hanc † diuisionem dicatur hoc feudum separatum, itaut portio Hieronymi quæ deuenit ad Baptistam eius filium, & deinde ad Iuliam, penes eam remanere debeat, quia verior est opinio, quod per huiusmodi diuisionem non fuerit immu-
3 tata, † nec alterata natura feudi neque adempta aut alterata vlla prior qualitas, sed solum vna pars feudi qualis erat, & sic retenta priori natura, fuit assignata vni, alia verò pars alteri, nam communior
4 opinio est, quod in feudo † recepto pro masculis, & in eorum defectum pro fœminis non obstante diuisione, masculi præferuntur fœminis descentibus ex fratribus, *Aluarott. in cap.* 1. *num.* 6. *tit. de nat. success. feud.* cum numquam sit lo-
5 cus fœminæ, † donec extat aliquis masculus, ex eo qui primo feudum acquisiuit, idem *Aluarott. in cap.* 1. *num.* 1. *tit. de eo qui sibi hæred. suis mascul. & fœmin. vbi Doct. communiter Gabr. cons.* 70. *num.* 11. *lib.* 2. *Castr. cons.* 176. *num.* 2. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 974. *num.* 1. & *seqq.* & *cons.* 1034. *num.* 3. *Honded. cons.* 542. *num.* 30. & *seqq. lib.* 1. *Galuan. cons.* 11. *num.* 3. *Surd. cons.* 513. *nu.* 18. & *firmauit Rota coram Illustriss. Card. Caualerio in hac causa* 16. *Decemb.* 1622. *coram R. P. D. meo. Merlino*, ea ratione quia non curatur quo tramite feudum
6 † descendat, sed attenditur primum eius principium, prima radix & fundamentum, vt firmant *Doct. in cap.* 1. *quib. mod. feud. constit. potest.* & *in cap.* 1. *de benefic.*
6 *fœmin.* cum omnes posteri dicantur † descendere ex corpore primi acquirẽtis.

Nec obstat quod diuidentes separa-
8 tim acceperint inuestituram, quia † istæ inuestituræ etiam separatim factæ, intelliguntur iuxta formam antiquarum, *Bero. cons.* 109. *num.* 14. *lib.* 1. *Rota in Bonon. bonorum emphyteoticorum* 18. *Aprilis* 1597. *coram Card. Pamphilio*, vt masculi præferantur fœminis, nec censetur recessum à tenore antiquarũ inuestiturarũ
9 † cum non potuerit ius quæsitum tolli, iuncta præsertim clausula, saluo sẽper iure, omniumq. quæ præseruauit ius Ludouico, & fratribus ad exclusionẽ fæminarum in prima inuestitura, *vocatis vt in decis.* R.P.D. *Merlini* 20. *Decem.* 1627.

Neque facit caducitas ex sententia contra Galeatium, tum quia vti latæ in
10 contumaciam † non probant sufficentem incursam caducitatem, *Rota diuers. decis.* 369. *num.* 10. & 11. *par.* 1. sed re-
11 quiruntur plenæ, & † concludentes probationes *Surd. decis.* 261. *num.* 2. *Bursatt. cons.* 143. *num.* 86. Tum quia
12 satis constat, quod † non fuit acceptata caducitas, neque apprehensa corporalis possessio, vt requirebatur *ad trad. per. Gozad. cons.* 84. *num* 10. *Alex. cons.* 74. *n.* 6. *Becc. cons.* 56. *n.* 25. *lib.* 1. sed factę nouæ inuestituræ, dum incontinenti D. inuestiuit Galeatium, ideo hæc non
13 † potest conseri noua concessio, sed iuxta formã antiquę inuestiturę, vt plenè cõprobat *d. decis. Bonon. bonorum emphyt.*

Incorporatio facta Ecclesiæ cessat, prout quod sit noua inuestitura vti de feudo nouo concessa, quia cum non fuerint seruata requisita, quæ debent seruari in nouis concessionibs, quæ colligi-

14 tur † animus, quod noluit dictam emphyteusim incorporare, sed statim renouare, ideo comprehensi, tanto minus
15 dici possunt priuati iure suo † concurrente præsertim clausula illa, quæ præseruauit iura filiorum, & nepotum Galeatij, vt benè deducitur ex allegatis *in decisione R. P. D. mei Merlini*: nec potuit culpa alienantis vel non petentis renouationē nocere comprehensis in priorib.
16 concessionibus, cum † veniant ex persona propria, nec priuentur iure suo ex facto alterius, *Pedemont. decis. 29. num. 19. vers. contrariam opinionem. Thesaur. decis. 227. num. 5. Rosental. de feud. cap. 11 conclus. 17. num. 15. Grat. cons. 2. nu. 21. Aluarott. in cap. 1. §. fin. num. 18. conclus. 20. quæ fuit prima caus. benef. amittend. & tenuit Andr. de Isern. in cap. 1. quo tempore miles &c.*

Ex quibus vtraque parte informante censuentur Domini confirmandas sentetias Rotales &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Parmen. seu Lunen. Sarzanen. separationis Thori.

Dei Mercurij 28. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Tertius si agat ad inualiditatem matrimonij validè iam contracto, pendente lite, coniuges non sunt separandi. De iniustitia, & nullitate sententiæ non auditur, nisi producat processum, & interim stat præsumptio pro ea.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium debet esse regulatum à iure.*
2 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*
3 *Arbitrium non intrat ad reuocandam executionem iam factam, & consumatam.*
4 *Super Matrimonio in facie Ecclesiæ iam contracto, si lis super eo moueatur, ea pendente, exercitium matrimoniale coniugibus non potest interdici.*
5 *Et hoc multo magis procedit, si nemo ex coniugibus reclamat.*
6 *super Matrimonij inualiditate, si lis sit mota à tertio, videtur, antequam ad separationem procedatur, esse cognoscendum per sententiam, & rem iudicatam.*
7 *Vxor est citanda, si tractetur de separatione thori, cum de eius principali interesse agatur.*
8 *Commissio si nunquam fuerit in actis producta, citata parte, non dicitur introducta lis.*
9 *Lis non est sufficiens ad separationem thori.*
10 *De Sententiæ nullitate, & iniustitia dari non potest, nisi exhibeatur processus, & num. 12. & 17.*
11 *Super Matrimonij inualiditate, si sit litigandum, non est incipiendum à separatione.*
13 *Matrimonium quando reperitur contractum, debet probari non interuenisse eius Parochum, vel licentiam.*
14 *Pro Executore præsumitur.*
15 *Parochi licentia de contrahendo matrimonio, suffragatur etiam postquam illud est contractum.*
16 *Matrimonium, vt annulletur, non sufficit defectus omissionis denunciationum.*

DECISIO CCCCXCIII.

Licèt quinta currentis, fuerit dictum constare de interesse Marchionis Ludouici Malaspinæ ad effectum, vt admittatur ad causam respectu simplicis audientiæ, & deducat iura sua; tamen commissa causa ad eius instantiam nullitatis matrimonij aliàs initi per Marchionem Hippolytum Malaspinam, cum clausula, vt procedatur ad separationem arbitrio Rotæ: Domini censuerunt non intrare.

1 Arbitrium enim debet esse à † iure regulatum, *Bart. in extrauag. ad reprimendam in verbo videbitur, num. 8. san. mem. Greg. XV. decis. 189. num. 3. Rot. decis. 450. num. 1. 587. num. 1. & 669.*
2 *num. 1. par. 2. recent.* † & talis clausula intelligitur, prout de iure *Cæs. de Graff. decis. 7. numero 7. & decis. 8. num. 2. de sent. & re iudic. Pereg. decis. 239. circa fin. lib. 2.* Maximè cum certum sit, arbi-
3 trium non intrare ad reuocandam † executionem iam factam, & consumatam, & sæpissimè *Rot. censuit, vt in Fanen. beneficij 28. Iunij 1624. coram bon. mem. Gregor. XV. decis. 70. in princip. & decis. 201. num. 1. par. 2. recent.* de iure an-
4 tem est, † quod matrimonio in faciem Ecclesiæ contracto, si lis super eius nullitate postea moueatur, non debet lite pendente exercitium matrimoniale con-

iugibus interdici, est tex. in *cap. 2. vt lit. pend. Franch. decis.* 130. *num.* 4. *Abb. in cap.* 2. *sub. num.* 4. qui filij sint legitimi. *Sanchez de matrimonio lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 50. *ad fin. versic. quod expressè & lib.* 7. *disp.* 2. *nu.* 15. *vers. quod si opponas.* Idq. præsertim videtur suaderi,
5 quia neuter ex coniugibus reclamat, † & in matrimonij quasi possessione existunt, quare mota lite per tertium super inualiditate matrimonij, videtur prius quàm ad separationem procedatur, esse
6 cognoscendum per sententiam, † & rem iudicatam, *Franch. d. decis.* 103. *num.* 7. saltem ad euitandum præiudicium vxoris, contra quam nec lis fuit introducta,
7 & † tamen est citanda, cum de eius principali interesse agatur, *Gratian. discept.* 850. *num.* 18. *&* 19.

Nec obstat, quod dicitur matrimonium fuisse contractum post litem in Rota introductam coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo: nam vltra quod Marchionissa vxor in eo non comprehenditur, cessat difficultas, quia commissio nunquam fuit in actis producta
8 citato Marchione Hippolyto, † vt requiritur ad effectum introducendi litem, nec facta citatio ad dicen. contra commissionem, *Clement. fin. & ibi not. vt lit. pend. Rot. decis.* 4. *in fin. eod. tit. in antiq. Cassad. eod. tit. decis.* 1. *num.* 4. *san. mem. Greg. XV. decis.* 94. *num.* 2. quinimò appellatio fuit deserta ex lapsu quatuor annorum. Nec facit commissio restitutionis in integrum parte citata, cum fuerit post consumatum matrimo-
9 nium, † quod propterea non debet per huiusmodi litem separari, *Sanchez lib.* 7. *disp.* 2. *num.* 15.

Non obstat, quod prætendatur nullitas, vel iniustitia sententiæ super nulli-
10 tate Ordinis, quia † nisi exhibeatur processus, de hoc non potest constare, & interim intrat præsumptio pro validita-
11 te, & iustitia, † nec est locus separationi, cum ab ea non sit inchoandum, *Gratian. vbi sup. num.* 4. *&* 5. qui loquitur in matrimonio contracto post sententiam super nullitate professionis.

Non obstat si dicatur, matrimonium de facto processisse inter sanguine coniunctos, & non seruatis solemnitatibus Sacri Concilij, nec coram proprio Paro-
12 cho, vel de licentia, † quia nisi producatur processus, non potest dici de supradictis constare; vbi enim matrimo-
13 nium est contractum, † debet probari, quod non interuenerit proprius Parochus, nec licentia, *Sanchez disput.* 37.
14 *num.* 5. *lib.* 3. & pro † executore præsumitur, sed quod plus est, datur Breue de dispensando in gradu prohibito pronuncia delegati super dispensatione, licentia data proprijs Parochis, & matrimonium contractum inter Missarum solemnia, summario Marchionis Hipolyti à
15 num. 1. vsque ad finem, & attestatio † Parochi de licentia, suffragatur etiam post contractum matrimonium, *Caputaq. decis.* 205. *par.* 2. *Gemin. cons.* 27. *& firmauit Rota in Toletana matrimonij* 10. *Decembris* 1625. *coram R.P.D. meo Mer-*
16 *lino.* Vltra quòd defectus omissionis † denunciationum ad hunc effectum non videtur considerabilis, nec sufficit ad annulandum matrimonium, *Grat. discept.* 841. *à num.* 21. *vsque ad* 27. *Sanchez de matrimonio lib. disp.* 5. *numer.* 3. *& tenuit Rot. decis.* 75. *num.* 11. *par.* 1. *recent. & decis.* 390. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* in quibus habetur ita censuisse Congregationem interpretum Sacri Concilij Tridentini.

Nec etiam obstat, quod non verificetur clausula Breuis, quatenus requisito Vicario Sarzanæ super executione circa dispensationem, recusaret, vel causam rationabilem non allegaret, ideo Vicarius Bruganti non potuerit procedere; quia placuit responsio in facto, quod si
17 exhibebitur processus, † apparebit de requisitione, & quod non fuit doctum de causa rationabili.

Et ita fuit resolutum vtraque &c.

R.P.D. DVNOZETTO.

Bononien. Fidecommissi de Volta.

Die Lunæ 3. Iulij 1628.

ARGVMENTVM.

Diluuntur nonnullæ oppositiones factæ cōtra decisiones in hac causa emanatas &c. Relatio, qualiter sit facienda. Interpretatio qualis in dubio sumenda veniat.

SVMMARIVM.

1 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
2 *Verba, prout casus contigerit, quid importent.*

3 *Interpre-*

3 *Interpretatio ea sumenda est, ne sequatur absurdum.*
4 *Causa vna non potest impedire expeditionem alterius, si nulla inter eos adsit connexio.*
5 *Sententiæ qualiter sint intelligendæ.*
6 *Tertius pro suo iure, & interesse, quando non possit impedire causæ expeditionem.*

¶ In eadem causa sunt supra 44. 448. & 453.

DECISIO CCCCXCIV.

Domini persistendo in decisis sub die 15. Maij præteriti* dixerunt sententias Rotales esse confirmandas, de quarum validitate constat, ex reuolutione actorum, & de iustitia ex decisionibus tàm coram R. P. D. meo Pirouano, quàm coram R. P. D. meo Merlino factis.

Non obstant quæ de nouo inculcantur contra decisiones, & primò non obstat fundamentum aliàs per informantes pro DD. Campegijs deductum ex verbis testamenti sub numer. 30. ibi & hæc ideo præcepit, ex quibus prætenditur, quod testator finita linea vocauerit primum filium masculum, tunc natum ex dictis nuptijs contrahendis secundum ordinem à testatore præscriptum, & consequenter, quia nuptiæ cum familijs de Volta, & de Vrsis, non erant ordinatæ, nisi extincta linea testatoris, impossibile videatur testatorem vocasse primum filium finita linea natum ex nuptijs post finitam lineam contrahendis, quia fuit optimis rationibus, quæ tertio hodie examinatæ Dominis placuerunt sublatum tàm in secunda decis. 14. Martij 1625. coram R. P. D. meo Pirouano, versic. neque obstat, quàm in decisione 8. Martij 1627. coram R. P. D. meo Merlino versic. minus etiam obstat, quarum decisionum responsio in eo consistit, quod ex quo testator in dicto numero 30. per verba supra relata, finita eius linea masculina, pluras fecit subordinatas, & successiuas vocationes, illas omnes claudendo in fine cum verbis, si sibi hæres vniuersalis vocationem omnem regendo & determinando, cum voluerit, vt primo loco sibi esset hæres vniuersalis primus filius masculus; Secundo eo non extante, vel quandocumque deficiente sine filijs masculis de legitimo matrimonio natis, secundus filius; Tertio, secundo non extante, vel quandocunque deficiente vt supra, tertius filius, & quia sicuti primus filius ex dd. nuptijs non poterat esse natus, sed nasciturus, ita secundus filius, deficiente quandocumque linea primi, & tertius deficiente quandocumque linea secundi, & sic alij successiuo ordine deficiente linea aliorum poterant, & facilius debebant esse nati, quàm nascituri, ideò testator quarto loco, & sic successiuo ordine adiecit hæc verba singulis filijs vocatis conuenientia, dicendo natus, & nasciturus, quæ
1 singula † singulis congruè referēda sunt, & sic primo filio refertur solum verbum nasciturus, non verbum natus, secundo, tertio, vel alijs successiuo ordine vocatis conueniens, *Crauet. cons. 98. n. 11. Rota diuers. decis. 757. n. 1. par. 1. & decis. 267. sub num. 3. ibi singula singulis par. 2. recent. Greg. XV. decis. 297. n. 9. Surdus*
2 *cons. 336. num. 20.* Eoq. magis stantibus verbis † prout casus contigerit, ponderatis in decis. R. P. D. mei Merlini, & præfatus intellectus eo magis vix sustinetur, quia cum dispositio præfata num. 30. sit continuatiuè posita ad nuptias proximè ante sub num. 24. & ordinatas quasi per modum redditionis rationis, & ex alijs quoque in dictis decisionibus inhac causa factis, latè deductis, constet nuptias à testatore contemplatas ad effectum vocandi ex eis descendentes in defectum suæ lineæ masculinæ fuisse nuptias cum illis de Volta, & de Vrsis, pro-
3 pterea etiam ex hoc, ne sequatur absurdum referri non debet verbum natus, ad primum filium, sed ad secundum, & alios successiuo ordine vocatos, *Crauett. cons. 70. n. 11. Surd. cons. 431. n. 65. & 66 Hond. cons. 69. n. 43. lib. 2.*

4 Non obstat, quod hæc causa † non possit expediri, nisi terminetur etiam fideicommissum Bartholomæi iunioris prætensum à D. Vrsina, quia cum vigore dicti fideicommissi prætendat excludere tàm Dominos Zambeccarios, quàm Co. Antonium filium, non potest impedire expeditionem causæ super fideicōmisso Bartholomæi Senioris longè diuersæ ab illa, *l. ijs à quo ff. de rei vend. Bisignet. decis. 4. de re iudic. Couar. pract. quæst. cap. 14. numero 4. vers. nos vero contrarium, & fuit dictum in causa*

 Pacen.

Pacen. decimarum 14. Iunij, & 4. Decemb. 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & fuit pariter decisum in hac causa coram me sub die 24. Martij præteriti dum instaretur pro remissoria.

5 Non obstat, quod † sententiæ Rotales absoluant Dominos Zambeccarios ab impetitis tàm contra Comitem Antonium, quàm contra Dominam Vrsinam, quia hoc debet intelligi solum de iure, & interesse, quod d. D. Vrsina poterat prætendere circa ius fideicommissi Bartholomæi senioris, & sententiæ fuerunt conformes commissioni, in qua Comes Antonius vnà cum ipsa D. Vrsina voluit admitti ad causam super dicto fideicommisso Bartholomæi senioris, & iure merito, quia dum agebatur, an D. Vrsina nupsisset illi, cui Bartholomæus senior nubi disposuerat ad effectum, vt Comes Antonius eius filius vocatus diceretur, congruũ & conueniens fuit pro suo inte-
6 resse, propriarum nuptiarũ illam vocare, † & ratione istius interesse contra eã concludere, neque propterea impeditur, quominus si velit in alio iudicio ius suũ circa fideicommissum Bartholomæi iunioris prosequi possit absq; eo quod expeditio præsentis causæ super fideicommisso Bartholomæi senioris retardetur.

Et ita conclusum vtraque &c.

☞ * *Est supra in hac parte decisio* 485.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Euacuationis Molendini.

Die Veneris 4. Nouemb. 1628.

ARGVMENTVM.

Procurator ex quibus necessariò inferatur habuisse mandatum procuræ. Locator finita locatione tenetur rem vacuam Domino restituere. Testi vnico quibus concurrentibus fides adhibenda sit. Statutum, si aliquid requirat solum ad certum effectum v. g. scientiæ alicuius, qualiter sufficiat, vt adimpleatur.

SVMMARIVM.

1 *Ex Actorum, & processuum reuolutione iustificatur validitas sententiæ.*

2 *Mandatum procuræ bene colligi potest ex productione iurium, impensa, & alijs actibus iudicialibus.*

3 *Et hoc mandatum præsumptum sufficit etiamsi protestatum reperiatur neminem audiri, nisi docto de mandato.*

4 *Sententia, si transiuerit in iudicatum ob non prosecutionem appellationis, est exequenda.*

5 *Locator finita locatione tenetur rem vacuam domino restituere.*

7 *Confessionis propriæ nulla est maior probatio.*

8 *Locationis renouatio, quando censeaur facta.*

9 *Testis vnicus iunctis adminiculis, & maximè si sit fide dignus, & deponat de facto proprio, plenè probat.*

10 *Confessio emanata in positionibus plenè probat.*

11 *Certus non est amplius certiorandus.*

12 *Statutum si requirat aliquid ad effectum scientiæ alicuius, sufficit quoquomodo ea ad illum perueniat.*

13 *Locationum fructus sunt indiuidui, & quid inde inferatur, & n. 14.*

¶ Infra in eadem causa habetur altera decisio coram eodem R. P. D. meo Ghisilerio 12. Ianuarij 1629.

DECISIO CCCCXCV.

Dominus Ioannes Morellus, ad fauorem D. Commendatoris Bolognini per duas sententias conformes, vnam in partibus, alteram verò in Curia ab A. C. fuit cõdemnatus ad euacuationem duarum partium Molendini sibi locati, & restitutione fructuum à die motæ litis, sed quia de earum validitate, & iustitia dubitabatur, Domini vtraque parte informante eas censuerunt validas, & iustas.

1 Validitas ex reuolutione actorum † & processum benè iustificatur, *Caputaq. dec. 260. p. 2. & 123. & 139. p. 3.*

Nec obstat prætensa nullitas ex defectu mandati in personam procuratoris conductoris, quia tollitur ex coniectu-
2 ris, cum exhibuerit † sententiam de partibus, & instrumentum locationis obtinuerit citationem cum inhibitione, plures impensas aliosq. actus iudicales fecerit, ex quibus inducitur præsumptio mandati, *Cassad. decis. 1. num. 1. & 2. de procur. Put. decis. 329. num. 3. lib. 2. in nou.* & mandatum præsumptum suf-
3 ficit etiamsi fuerit † protestatum nemi-

nem

nem audiri, nisi docto de mandato, *Seraph. decis. 933. num. 2. san. mem. Gregor. XV. decis. 330. vbi Addent. num. 5. & firmauit Rota in Romana societatis officij scutorum mille 10. Nouemb. 1625. coram R. P. D. meo Decano.* Et cum non cõtrouertatur quin supradictos actus fecerit, necessariò horum alterum sequitur, vel vt conductor approbet supradictos actus, indeq. non potest negare mãdatum procuratoris, vel si supradictos actus improbet, prima sētentia fecerit transitum in iudicatum, & ex hoc capite
4 cum non esset doctum † de appellationis prosecutione, sententia esset exequenda, *cap. cum sit Romana, de appell. auth. qui appellat. C. de tempor. appell. Rot. decis. 85. de appell. in antiq. & decis. 81. num. 3. par. 1. recent.*

Quoad iustitiam, Domini censuerunt de ea constare, cum fuerit commissum, & relaxatum mandatum expulsiuum, & de exfractando contra conductorem post finitum tempus locationis, nempè sexennium, terminato enim locationis
5 tempore, † conductor rem locatam vacuam, & expeditam locatori restituere tenetur tam de iure communi, *ex l. si condictionis, & l. conductores. C. locati, san. Mem. Greg. XV. decis. 45. num. 1. cum*
6 *alijs*, quàm ex iure † municipali Bononien. de quo in summ. num. 6. & testatur *Mal. cons. 87. num. 37.* Atque ita in casu isto finitam fuisse locationem per totum annum 1626. clarum est ex ipsis instrumentis summ. num. 1. & 12. & ex confessione conductoris emanata in positio-
7 nibus, summ. num. 8. qua nulla † maior probatio, *cap. per tuas. de probat. cap. si cautio. de fid. instrum. Aym. cons. 61. n. 3. Menoch. cons. 948. n. 3.*

Non obstat, quod non fuerit facta denunciatio conductori per tres menses ante finem locationis iuxta dispositionem
8 Statuti Bononien. & propterea † intelligatur facta renouatio primæ locationis factæ, quoniam cum locator per plures protestationes extraiudiciales declarauerit voluntatem suam non amplius perseuerandi in locatione, & hæc eius voluntas deuenerit ad notitiam conductoris, qui imò huiusmodi dislocationi consensum præstitisse videtur, & dedisse ma-
9 nus, vt benè deponit † vnus testis de facto proprio, qui cum sit fide dignus, vt ipse conductor inquit in positionibus, & coadiuuatur depositione alterius testis,
10 & confessione eiusdem conductoris in positionibus, plenè probat, *Soccinus iun. in cons. 61. num. 8. lib. 1. Cephal. cons. 452. n. 31. Seraph. dec. 1163. num. 6. san. mem. Greg. XV. decis. 521. n. 3. & 4. vbi Adden.* & ex eodem teste sic adminiculato constat conductorem certiorem factum fuisse de disdicta locationis, idcirco non erat opus alia denunciatione ad effectum cer-
11 tiorandi † eundemmet conductorem, vt in terminis huius statuti tradit *Rota Bononien. dec. 20. & 6. & Monterent. super statut. in verb. intelligatur, vers. stante tamen,* & conferunt tradita per *Menoch. præsumpt. 85. num. 42. lib. 3.* vnde stante mutua voluntate, de qua ex infrascriptis verbis locatoris, quod volebat duas suas partes molendini, *che però li starebbe à dar comiato in scritto*, & ex sequentibus conductoris, *che accettaua il comiato, & che non li facesse spese* summ. n. 9. in fin. Non erat opus seruare requisita per sta-
12 tutum, nam † cum requireretur denunciatio ad solum finem scientiæ, sufficit quod conductor habuerit se pro denunciato quoquomodo scientia denũciationis habeatur, *Mõterent. & Rot. Bonon. vbi supra Bart. in l. Titius, §. Titio ff. ad municip. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 6. n. 8. Bald. in auth. si omnes n. 8. & 9. C. si min. ab hæredit. abstin.*

Nec obstat, quod ab initio fuerit facta vnica locatio; ideo non potuerit fieri disdicta pro duabus partibus; quia cum auctor decesserit, & D. Commendator successerit pro duabus partibus, & D. Victoria pro altera, potest finita locatione conductor expelli à duabus partibus mo-
13 lendini † sint sui natura diuidui eo magis, quia indiuiduitas primi affictus est restricta, donec idem affictus duret, quo resoluto & finito, ea remanet sublata, & propterea in noua locatione quilibet ex
14 hæredibus † auctoris, potest de sua parte ad libitum disponere, vt in terminis locationis molendini communis, *notat Ias. in repet. l. quominus n. 158. vbi Rip. n. 138. ff. de flumin.*

Et ita conclusum &c.

EMIN.MO ET REV. D. CARD. VBALDO

Bononien. Exemptionis.

Die Lunæ 27. Nouembris 1628.

AR-

ARGVMENTVM.

Concessionis reuocatio facta à Principe, laborat vitio subreptionis, si ei non fuerit expressum, d. concessionem processisse ex causa remunerationis, vel ex mercede laborum. Et tractatur an reunio facta à Martino V. Ciuitati Bonon. de Castro Medicinæ sit valida.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, si sit subreptitia, nullius est roboris.*
2 *Subreptio, vel obreptio, vt inducatur, sufficit, vt sit tacitum, vel præsuppositum id, quod si Papa veritatem sciuisset, gratiam non concessisset.*
3 *Obreptio causatur ex falso modo narrandi.*
4 *Concessionis reuocatio dicitur subreptitia si tacitum fuit Papæ illam processisse ex causa remunerationis.*
5 *Idem etiam procedit, si concessio fuerit facta ex mercede laborum.*
6 *Papa non præsumitur ignoranter voluisse sibi, suæque Cameræ præiudicare.*
7 *Confirmatio, quando non reddat gratiam subreptitiam.*
8 *Exemptio, si proueniat ex speciali conuentione, non est reuocanda in dubio.*
9 *Vnio, vel reunio, quæ non habuit effectum, non est attendenda.*

¶ In eadem causa sunt supra decisiones 70 & 171. coram eodem Emiuentiss. D. Card. Vbaldo sub diebus 21. Maij 1627 & 15. Maij 1628.

DECISIO CCCCXCVI.

☞ FVit aliàs coram bon. mem. Buratto propositum dubium * An Castrum Medicinę sit de Comitatu Bononiæ, & quia dubij resolutio pendebat à dismembratione Cardinalis Cossæ, & reunione Martini V. ideo fuit ordinatū, vt super istis particulariter videretur, & cum postea coram eodem bon. mem. Buratto fuerit disputatum super dicta dismembratione, & resolutum de illa constare, eamque suffragari Communitatibus, & ista resolutio fuerit etiam confirmata coram me sub die 21. Maij 1627. & 15. Maij 1628. Reliquum erat videre de reunione Martini, super qua hodie proposito dubio Domini dixerunt illam Administratoribus Gabellæ non
1 suffragari. Quia cum † fuerit obreptitia, nullius est roboris, & momenti *cap. super litteris, &c. ad audientiam il 2. de rescript.* & in simili consuluit *Alexan. in cons. 125. num. 10. vers. non obstat lib. 2. Menocb. cons. 249. n. 23. san. mem. Greg. XV. decis. 450. n. 1.*

Quod verò fuerit obreptitia, satis patet, cum fuerit Papæ narratum Cardinalem Cossam dedisse hæc Castra in Vicariatum perpetuum quibusdam personis, quod quantum fuerit à veritate alienum, patet ex lectura dictæ dismembrationis, vbi habetur expressis verbis, quod fuit dictum Castrum immediatè subiectum Sanctæ Sedi Apostolicæ intuitu meritorum, & propter ampla subsidia in bello per homines ipsius Castri præstita contra eosdem Bononienses, qui à Sede Apostolica defecerant, vt firmatur etiam in supradictis decisionibus factis coram me. Certum est autem, quòd si Papæ fuisset hęc veritas narrata, vel gratiam reunionis absolutè non concessisset, †
2 quod vtrumque sufficit ad inducendam obreptionem, vel subreptionem *c. dudum vers. insuper de elect. c. ad audientiam &c. & si proponente, & in c. postulasti de rescript. Aym. in cons. 296. col. 4 vers. secundo talis confirmatio Socc. cons. 260. n. 2. lib. 2. Rot. decis. 734. sub num. 1 par. 2. in recent.* & in puncto quod ex falso modo exprimendi dismembrationem factam † à Legato censeatur obre-
3 ptio in concessione Papæ, tradit *Alex. d. cons. 125. num. 11. vers. item respondeo lib. 2.* Et quod subreptio in specie resultet, si in reuocatione concessionis sit tacitum illam processisse causa remuneratio-
4 nis, † vt in casu nostro tradit *Paris. in cons. 11. nu. 133. & 137. lib. 1. Rot. decis. 664. num. 1. par. 2. in recent.* & in simili
5 quando fuit tacitum confessionē † fuisse factam pro mercede laborum consuluit *Aymon. in dict. cons. 296. col. 5. vers. tertio tacitum fuit.*

Deinde augetur subreptio, quia non fuit narratum Papæ, quòd homines dicti Castri mediante supradicta dismembratione fuerint redacti ad immediatam Sedis Apostolicæ subiectionem, quòd si Papa sciuisset, verisimiliter supradictam gratiam reunionis non concessisset, & saltem non est credendum, quòd ignoranter voluerit sibi, suæque Cameræ præiudi-

6 iudicare remittendo † dictam immediatam subiectionem, quam prius acquisierat, *Bald. in cap. venientes num. 4. vers. sed quid si Princeps de iur. iur. Rot. in recent. dec. 666. sub n. 8. p. 1. & dec. 564. ad fin. p. 2.*

Et cessat omnis difficultas, quia dismembrætio fuit ab ipsa Ciuitate Bononiæ confirmata, & approbata in capitulis anni 1411. quæ confirmatio non solum reddit † gratiam subreptitiam, cum
7 neque fuerit de ea facta mentio Papæ iuxta trad. per *Menoch. in cons. 1. n. 400. in fin. & seqq.* sed etiam operatur, vt homines dicti Castri ad solutionem gabellarum non teneantur, quamuis vnio Martini substineretur ea scilicet ratione, quia in dd. capitulis fuerunt exempti etiam in casu, quo per futuros Pontifices Castrum reuniretur Comitattui Bo-
8 noniæ, & sic ista † exemptio prouenit etiam ex speciali conuentione, quæ debet obseruari, *l. iurisgentium §. Prætor ait ff. de pact. Surd. d. decis. 260. nu.* 12. Nec censeatur sublata ex litteris Martini,
9 dum † de illa specificam mentionem non fecit iuxta trad. per *glos. in Clem. dudum de sepult.*

Quibus sic stantibus non mirum, si postea emanarunt sententię datæ in summario Communitatis num. 5. & 6. & ex quibus colligitur Communitatem fuisse, & esse in possessione exemptionum, quod multum facit ad ostendendam nõ effectuationem dictæ reunionis Martini,
10 † quæ propterea atiendi non debet iuxta tradita per *eund. in cons. 58. num. 9.* & in terminis de vnione Castri ad Ciuitatem *Mandell. cons. 111. num. 15. & cons. 112. num. 14. vers. sed dato, & num. 23.* Et
11 de † reunione Castri priùs separati tradit *Soccin. iun. cons. 126. n. 25. lib. 3.*

Cętera quę dicuntur, non percutiunt punctum reunionis, de qua agitur.

Et ita decisum vtraq; &c.

Idest sub diebus 4. *Decembris* 1617. & 24. *Maij* 1619. & 29. *Nouembris* 1624 *sunt inter eius impressas, decisiones* 285. 398. & 828.

ILLVSTRISSIMO D. VRBIS SENATORE.

Romana Societatis Officij.

Die Veneris 19. *Decembris* 1628.

ARGVMENTVM.

Decisio ista licèt non sit Rotalis, tamen cum sit desumpta ex visceribus Decisionum Rotalium, vt patet, ideo hic eam apponere non incongruum putaui. Cum & magistralis sit, & in ea tractetur materia valdè quotidiana, nempe de obligationibus minorum, nec non mulierum, ita vt meritò conqueritur Imperator noster Iustinianus in l. 12. C. qui potior. in pign. hab. ibi, *Assiduis aditionibus mulierum inquietati sumus, &c.* In decisione tractatur, quod Statutum Vrbis lib. 1 cap. 151. habet tantummodo locum in illis quatuor contractibus ibi expressis, in illis verò à statuto non expressis solum intrat, quatenus in illis insit vnus ex dictis quatuor expressis sub quæsito colore aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Consentire venditioni est renunciare, & remittere.*

Remittere est refutare, & donare.

2 *Vxor nec simul cum marito bona sua vendere potest sine solemnitatibus statutarijs, quia videtur esse quidam color quæsitus.*

3 *Statuta per indirectè non sunt eludenda.*

4 *Minor, vel mulier prohibiti per statutum donare, prohibentur etiam confiteri in quolibet alio contractu, quando per confessionem talẽ posset fieri fraus statuto.*

5 *Statut. Vrb. cap. 23. lib. 4. in antiq. non habebat locum in compromisso, & quare.*

6 *Mandatum ad lites non est actus per se læsiuus, & ideo potest dari à muliere sine solemnitatibus statuti requirentis solemnitates in eorum actibus læsiuis.*

7 *Statutum si prohibeat contractum, censetur etiam prohibere compromissum, & transactionem.*

8 *In patre, vel matre donante filio propter affectionem, an intret statutum, de quo hic.*

9 *Minori, vel mulieri, si prohibebatur à statuto sine solemnitatibus donari, habebit etiam locum in confessione de recepto, cum illa sapiat donationem.*

10 *Quia si contrarium diceretur, fieret fraus statuto.*

11 *Probibitum id, quod est vna via, alia permissum esse non debet.*

12 *Statutum loquens in donatione, non habet locum*

locum in venditione.

13 Limita tamen hoc, quando ex venditione resultaret donatio, quia tunc intrat statutum loquens de donatione.

14 Minores, & mulieres longe magis possunt fraudari in donationibus, quæ fiunt sub aliquo quæsito colore, quàm in simplicibus donationibus.

15 Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. principaliter occurrere voluit donationibus coloratis, & ex quo id deprehendatur.

16 Donare est perdere.

17 Mulier facilius se obligat, quàm donet.

18 In Muliere liberante socerum, vbi restituisset dotem, quæ erat restituenda marito cum cautione, & absque cautione, an intret statutum de quo hic.

19 Mulier, quando læditur, est casus comprehensus in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151

20 Confessio minoris, vel mulieris si requirat solemnitates Statuti, intelligendum est de confessione simplici, & non de adminiculata.

21 Obligatio mulieris pro dote an comprehendatur sub statuto Vrb. de contract. mulier.

22 In Transactione ex necessitate fit refutatio, & n. 25. & 41.

23 Minor quando ratificat instrumentum sponsalium, an tunc requirantur solemnitates statutariæ.

24 Contractus dotis, & donationis propter nuptias an comprehendatur sub statut. Vrb. lib. 1. c. 151.

26 Mulier, quando contrahit cum minore, non requiruntur solemnitates statutariæ, cum æquè sint priuilegiati, & numer. 27.

28 Cessio continet refutationem.

29 Mulier donare potest.

30 Iudex quando interponit decretum in contractibus mulierum, & est ei apertè, & realiter exprimenda natura contractus, & nominatim dicere, talis est contractus, & non palliare.

31 Iurium cessio est contractus læsiuus.

32 Contractus continens donationem, seu remissionem iuris petendi, est sine dubio læsiuus.

33 Statut. Vrb. lib. 4. cap. 23. de quo tempore emanauerit, & de quo fuerit reformatum, & referuntur verba eiusdem num. 34.

35 Statutum Vrbis, de quo hic, requirit læsionem actu, & non potentia.

36 Fideiussio est actus de sui natura læsiuus, & ideo subiacet statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. n. 65. 72. 83. 91. 98. & 106.

37 Contractus rescissio supponit validitatem.

38 Pic. ad statutum Vrb. lib. 1. cap. 151. an bene sentiat, dum firmat d. statutum habere locum in omnibus contractibus, in quibus minor lædi potest, & n. 43.

39 Venditio non comprehenditur sub statuto Vrb. lib. 1. cap. 151. nisi sub illius nomine veniat aliqua donatio, & nu. 40. 75. 77.

42 Solutionis ratificatio, quid importet.

44 Statutum Vrb. de contractib. minor. & mulier si comprehenderet omnes casus, non esset opus tot decisionibus, & disputationibns.

45 Benefieia Prothonotarij absentis creati sunt reseruata quamuis non constet de acceptatione, & qualiter id intelligatur.

46 Decisiones Rotæ dum generaliter dicunt statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. habere locum in omnibus contractibus læsiuis, qualiter sint intelligendæ, & n. 54. 55.

47 Statutis ne fraus fiat, & reddantur elusiora curandum est, & n. 48.

49 In claris non est opus interpretatione.

50 Dictio (tantùm) est exclusiua omnium præter expressa.

51 Mandatum procuræ ad adeundam hæreditatem an comprehendatur sub statuto Vrbis, lib. 1. c. 151.

52 Statutum Vrb. lib. 1. c. 151. habet locum non in alio contractu, in quo minor lædi potest, sed solùm, quando continetur vnus ex illis quatuor.

53 Mulier quando remittit ius, intrat etiam statutum Vrb. lib. 1. cap. 151.

56 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. habet locum, vbicumque directè remittitur aliquod ius.

57 Mulieris fideiussio est nulla, etiamsi recognouerit bonam fidem, stante statut. Vrb. lib. 1. c. 151. & quare.

58 Contractus factus in fraudem statuti non tenet, & ex quo arguatur, num. 59. & seqq.

63 Mulier dum eligit bona pro sua dote, licet in ea electione possit cadere læsio, tamen non intrat statutum Vrb. lib. 1. cap. 151. & quare n. 64. 94.

66 Fideiussio comprehenditur sub Constitutione Marchiæ, licet in ea non reperiatur expressa, quia non est contractus lucratiuus, sed est eiusdem, & forte damnosioris conditionis, quàm cæteri in ea narrati.

67 In

67 *In Retrodonatione habet etiam locum statutum Vrb. lib.* 1. *cap.* 151.

68 *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *prohibens mulierem donare, videtur etiam prohibere fideiussionem pro marito, ne fiat in fraudem donationis à iure prohibitæ, & n.* 69. *&* 70.

71 *In Decisionibus illis, in quibus ex professo, & maturè est aliquis articulus discussus, magnum est faciendum fundamentum.*

73 *Decisiones Rotæ sunt intelligendæ secundum alias in eis allegatas, & num.* 76. 87. *&* 105.

74 *Transactio etiam comprehenditur sub statuto Vrb. lib.* 1. *cap.* 151.

77 *Decis.* 164. *coram Gregor. XV. in quo principaliter se fundet.*

78 *In Decisionibus Rotæ, si aliquid dicatur per transennam, & non ex mente Dominorum, apposita non sunt attendenda.*

79 *Transactio, iuris remissionem includit.*

80 *Confessio solutionis in reliquo importat liberationem.*

81 *Sub statuto Vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *tacitè etiam probibentur confessiones, per quas statuto fraus fieri potest.*

82 *Confessio liberationis, habet vim pacti de non petendo.*

84 *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *an intret in permutatione, & n.* 85.

86 *Statutum Vrb. lib.* 10. *cap.* 113. *loquens super alienatione rerum minorum, suppletur per aliud statutum c.* 151. *eiusdem lib.*

88 *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *non habet locum in promissione dotis, nec in eius augumento, intellige vt n.*89.

89 *Diuisionis contractus est quædam transactio, & n.* 90.

92 *Census impositus à muliere sine solemnitatibus statuti Vrb. lib.* 1. *cap.* 161. *est nullus, & n.*99.

95 *Aestimatio rei, quæ vsu consumitur, non potest fieri per longum tempus, postquam fuit consignata.*

96 *Mulier in electione rei mobilis facillimè potest decipi.*

97 *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *an comprehendat contractum rescissionis concordiæ.*

100 *Tutor non tenetur se obligare de proprio ad soluenda bona testatoris.*

101 *In Remissione iuris de futuro habet etiam locum statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 151.

102 *Obligatio mulieris de restituendo bona mobilia mariti penes eam deposita, an sint in ea obligatione adhibendæ solemnitates statuti Vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *&* 103. *&* 104.

108 *Bero. in consil.* 176. *lib.* 1. *non approbatur à Rota.*

109 *Gratian. discept. forens. cap.*961. *lib.* 5. *quo casu loquatur, & idem etiam in cap.* 969. *sub n.*31. *vide n.*110. *&* 111.

112 *Statuti ratio, quæ ex ipsis verbis statuti, est deprompta, est attendenda.*

113 *Statutum, dum aliquid includit, reliqua videtur excludere.*

114 *Statuti verba vbi non conueniunt, non conuenit dispositio.*

115 *Et hoc multo magis procedit, si statutum exorbitet à iure communi.*

116 *Statutum dicitur exorbitare à iure communi, si prohibeat donationem.*

*Donare omnibus est licitum, n.*116

117 *Statutum si enumeret certos casus, non extenditur ad alios maximè diuersæ speciei.*

118 *Annullatio est pœna.*

119 *Mulier, & minor, nihil recipiunt in quatuor illis contractibus, de quibus in statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *& sic sunt omninò damnosi.*

120 *Donare est perdere.*

Donans non dicitur aliquid acquirere.

121 *Statuentes si aliquid voluissent, vt comprehenderetur in statuto, id sciuissent exprimere.*

122 *Statutum si generaliter loqui voluisset, in specie tantum non disposuisset, & numer.* 27.

123 *Statutum non est dicendum, quod sit frustratorium, & inaniter occupet membrana, & n.* 168.

124 *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *tunc habet locum etiam extra casus ibi enumeratos, quando accidit alius, qui comprehendi possit sub vno ex illis, & n.* 160.

125 *Iudex quando interponit decretum in contractibus mulierum, vel minorum secundum statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *est ei causa redigenda in scriptis.*

126 *Coniunctorum apellatione veniunt tàm agnati, quàm cognati.*

128 *Verbum, possint, est facultatiuum.*

129 *Verbum, debeant, est necessarium.*

130 *Statuentium mens ex quibus clarè deprehendatur, & n.*134.

131 *Contractus non rescinditur, nisi læsio sit vltra dimidium.*

132 *Pretium minus esse videtur, si nec dimidia iusti pretij fuerit soluta.*

133 *Iuramentum confirmat contractum.*

134 *In Alienatione rerum minorum de iure communi requiruntur solemnitates.*

135 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 113. quid disponat, & quid cap. 154. n. 137. & 138.*

36 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 113. in quo differat à statut. cap. 151. eiusdem lib.*

139 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

Contractus, vt rescindatur propter læsionem, quid requiratur. n. 136.

140 *Læsio non potest considerari in actibus, in quibus liberalitas exercetur.*

141 *In Donatione damnum patitur quis in totum.*

142 *Donatio impropriè dicitur contractus.*

143 *Donatio largo modo dicitur contractus, ex quo etiam in ea requiritur simultaneus consensus vtriusque.*

144 *Verba in fine posita ad præcedentia tantum referri, & restringi debent.*

145 *In Statutis minimè est recipienda illa interpretatio, quæ est contra mentem statuentium, & 146. 154. & 155.*

147 *Rubrica si generaliter loquatur, & oratio sit perfecta, non restringitur per nigrum.*

148 *Verba nigra vbi sunt clara, non recipiunt interpretationem à rubrica.*

149 *Rubrica vt non restringatur per nigrum, requiritur, vt sit decisiua, & n. 150.*

151 *Rubricæ verba, quando non dicantur generalia, n. 152. & 153.*

157 *Statuti ratio si sit generalis, generaliter etiam est intelligendum.*

158 *Insinuatio in donationibus requiritur ad euitandas fraudes, & in qua summa requiratur, num. 159.*

161 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 149. habet locum etiam in donatione facta per patrem filijs ratione præsumptæ fraudis.*

162 *Reipublicæ interest obuiare fraudibus, quæ fiunt in donationibus.*

163 *Relatiuum, qui, restringitur ad proximè precedentem materiam.*

164 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 151. quare non potest. dici, vt comprehendat omnes casus læsiuos.*

165 *Fraus, & deceptio potest stare in multis sine læsione.*

166 *Læsus quis dicitur esse in pretio.*

167 *Læsio, quæ est maior quàm illa, quæ considerarur in donatione.*

169 *Mulier, vel minor recognoscendo bonam fidem recipiendo pecunias in societate officij, an hoc casu requirantur solemnitates statutariæ, & numero 172. & 173.*

170 *Et an sit probanda versio in vtilitatem mulieris, vel minoris.*

171 *Mulier de iure communi non potest fideiubere.*

174 *Filius f. quando per indirectè mutuam pecuniam accipit, vt fraus fiat S. C. Maced. tunc etiam illud intrat.*

175 *Mulier, quando recipit pecunias non ex causa donationis, legis necessitate tenetur illam restituere, & sic non intrat statutum Vrb. lib. 1. cap. 151.*

176 *Mulier, quando aliquid accipit, vt illud alicui donet, an intret S. C. Vellian. vide etiam n. 177. & 178.*

179 *Mulier, quando vti non possit beneficio S.C. Velleian. & n. 180.*

181 *Mulier, vel minor, si fideiubendo non obligatur stante statuto prohibente fideiubere, si tamen recipiatur, non debet iuuari statuto.*

182 *Contractus recognitionis bonæ fidei in societate officij, non est ex illis contractibus nominatis in statut. Vrb. lib. 1. cap. 151.*

183 *Fideiussio tunc dicitur læsiua, quando sumus in vero fideiussore, quo pro alio fideiubeat, nihil recipiendo.*

184 *In Societate Officij ille dicitur principalis, qui pecunias recipit, & numero 184. & 185.*

185 *In Societate Officij, illi qui pecunias non recipiunt, propriè dicuntur fideiussores.*

186 *Gabriel in cons. 63. num. 13. lib. 2. in quo casu loquatur.*

187 *In Societate Officij, illi qui pecunias dant, magis suspiciunt fideiussores, quàm officia.*

188 *Nam ea solum ad colorandum contractum, & euitandum vsurariam prauitatem deducuntur.*

189 *In Contractu Societatis Officij officialis non videtur habere nisi nudum nomen respectu fideiussorum.*

190 *Sacræ Rotæ Tribunal est primum, & Vrbis, & Orbis, & omni tempore in eo resident omnium gentium Christiani Orbis selectiores I.C.*

DECISIO CCCCXCVII.

LICET assettamentum ne dum meo tempore, in quo prius extiterunt Primus Collateralis R.P.D. Stephanus Vayus, Secundus Collateralis R. P. D. Camillus Meltius, nunc Locumtenentes Illustrissimi D. Auditoris Cameræ, deinde Primus Collateralis D. Laurentius Mar-

Marcellus, Secundus. D. Cæsar Angelus, & Iudex Maleficiorum D. Petrus Paulus Phæbeus nunc Auditor Turroni Bononię omnes I. C. eminentissimi, sed & antea, de quo tempore extitisse clarissimos I. C. omnes sciunt, in ea perpetuò fuerit sententia, statutum Vrbis c. 151. lib. 1. habere locum in illis tantum quatuor contractibus ibi expressis, in alijs vero eo tantum casu, quo inesset vnus ex dictis quatuor sub quæsito colores aliorũ; Nihilominus, quia hodie nedum controuersam dictam sententiam, sed reiectam vidimus in gradu appellationis, ita vt multi credant, contrariam esse veram, tamquam perpetuò à supremo Tribunali Rotæ approbatam, & pluribus rationibus comprobatam, & cum quotidie in omnibus Tribunalibus Vrbis super hoc statuto veniant controuersiæ decidendæ, Domini voluerunt videre, quæ sit vera, opinio & diligenter ac maturè in vna Romana Societatis officij coram me, discusso articulo, steterunt in eadem sententia, quam tenuit perpetuò Rota, illamque verissimam censuerunt, tam inspectis verbis statuti, quàm attenta mẽte statuentium, & rationibus allatis per Rotam, & DD. & pro faciliori explicatione Domini diuiserunt articulum in tres inspectiones.

In quarum prima adducentur Rotæ decis. In secunda rationes, quibus mota fuit Rota, & assettamentum, in tertia quod licet minor recognoscens bonam fidem in contractu societatis dicatur fideiussor, tamen statutum non habet locum in illius obligatione.

Et quoad primam inspectionem existimarunt Domini registranda verba necessaria decis. vt vno ictu oculi omnes videant, hanc fuisse Rotæ opinionem, licet illæ allegentur pro contraria, prima decisio fuit Crescent. ante annum 1541. (cum ipse de anno 1542. fuerit creatus Cardinalis à Paulo III.) 3. de constitut. cuius hæc verba satis dictæ fraudis suspicio subesse videbatur, quia cum, marito principaliter vendente, vxor sine solemnitate statuti consentire non valet,
1 cum † consentire sit renunciare, & remittere ad *l. si debitor* §. *in venditione in fin. quib. mod. pignor vel hypoteh. solu.* & remittere est refutare, & donare ad *l. si quis delegauerit ff. de donat.* Ita dicendum videbatur, quod nec simul cum viro
2 vendere † posset, quia videbatur esse quidam color quæsitus, vt per *Bald. post Nicol. de Mattharel. in auth. si qua mulier C. ad Velleian.* alias de facili statuto
3 fraus per indirectum † fieri posset, & statutum elusorium redderetur) pro qua decisione facit optimè *text. in l. quidam in ff. ad S. C. Velleian.* ibi Paulus respondit, & quæ in fraudem S. C. quod de intercessionibus fœminarum factum est, excogitata probari possunt rata haberi non oportere, & in *l. fin.* §. *item ff. eodem,* vbi idem Paulus ait (item si mulier creditori viri fundum vendiderit, & tradiderit ea conditione, vt emptor acceptam pecuniam viro referret, & hunc fundum vendicet, exceptio quidem opponitur ei de re empta, & tradita; sed replicabitur à muliere, ac si ea venditio contra S.C. facta sit.

Secunda decis. eiusdem *Crescent. 2. de confess.* cuius hæc sunt verba (minor, vel
4 mulier prohibiti † per statutum donare prohibentur etiam confiteri in quolibet alio contractu, quando per confessionem talem posset alias statuto fieri fraus, quia in fraudem talis confessio præsumitur secundum Dominos in vna Romana officij coram D. Piccolomineo.)

Tertia emanauit coram *Io. Paulo* 4. *Aprilis* 1541. *aqud Put. decis.* 100. *lib.* 1. in noua impressione, cuius hæc sunt verba, num. 2. (& in eadem fuit dictum, quod statutum Vrbis de donation. & pact. non valitur. non haberet locum in muliere fa-
5 ciente compromissum, quoniam † prima pars illius statuti tantum comprehendit quatuor contractus, inter quos non enumeratur compromissum. Nec etiam 2. pars in qua dicitur, quod mulier vltra tertiam partem læsa) hæc eadem dec. legitur apud eumdem *in tit. de constitut.* 9. *Aprilis alias* 7.

Quarta coram *Rainaldo* 13. *Iunij* 1541. *apud eumdem Put. decis.* 158. *in noua impres. alias* 162. cuius hæc sunt verba (contrarium tamen fuit resolutum 13. Iunij 1541. ex quo mandatum ad lites
6 non est de se actus † læsiuus, & statutum respicit actum læsiuum, & cui non conueniunt verba constitutionis, &c. nec obstat, quod sufficeret, quod ex ipso mandato poterat quis lædi) & infra ibi (quia respondebam Ego, quod compromissum est quidam contractus, prout dicit Lanfranc.
7 dicto loco, & si † statutum prohibet contractum, per consequens prohibet compromissum, & transactionem. Sed in ca-

ſu ſtatuti Vrbis cōſideratur actus læſiuus, & mandatum de ſe non eſt actus læſiuus.

Coram Thoma de Thanis 24. *Iunij* 1542 extenſa per *Gomes decis.* 100. *post decis. Reuerendiſs. Coccini*, cuius verba hæc (in nouis ſtatutis cap. 19. de pact.
8 & donation. non valitur. † limitatur non procedere hoc ſtatutum in patre, vel matre donante filio per affectionem.)

Coram Put. ſeptima Februarij 1547. *deciſion.* 7. *lib.* 3. cuius hæc ſunt verba) Propoſui dubium, an confeſſio de duobus millibus receptis per minores in inſtrumento venditionis factæ ſapiat donationem, ita vt comprehendatur ſub prima parte ſtatuti de pact. & donation. non valit. Vel ſaltem ex ea minor dicatur læſus, & maior pars tenuit, quod
9 dicta confeſſio † ſaperet donationem, ita vt comprehenderetur in dicta prima parte ſtatuti) & infra (item quia ſi aliter diceremus, de facili fieret fraus ſtatuto.
10 Nam minor, qui non poteſt † directò donare faceret contractum, & fateretur ſe
11 precium recepiſſe, & ſic quod vna via † prohibetur, alia permiſſum foret) & infra ſub num. 2. (Non obſt. quod ſtatutum loquatur in donatione, nos autem ſumus in venditione; quia verum eſt,
12 quod ſtatutum non † habet locum in venditione, ſed quando ex venditione reſultat donatio, tunc ſubintrat ſtatutum loquens de donatione) & infra (quia reſp. quod minor vendens, & in vendi-
13 tione confitens † ſe recepiſſe, certè ſimpliciter confitetur, & non ob aliquam cauſam, licet enim reſpectu venditionis fateatur, tamen non eſt verum, quod aliquid ipſe habeat.)

Coram eodem 26. *Octobris* 1547. propoſito eodem dubio omnes Domini affirmatiuè reſponderunt ex ſupradictis omnibus, quibus ædita alia, num. 7. his verbis (& longè maior fraus interuenire poteſt in donationibus, quæ fiunt ſub aliquo colore, puta confeſſionis, vel cauſæ, quàm in donationibus ſimplicibus, cum in illis magis circumueniri poſſet
14 minor: † Et quod iſtis donationibus coloratis principaliter ſtatuentes occur-
15 rere voluerint, patet, † quia voluerunt conſanguineos iurare, non cedere in præiudicium minorum, quod non poteſt aptari ad ſimplicem donationem, cum
16 illa ſit apertè damnoſa, cum donare † ſit perdere.) Maiorem autem fraudem interuenire poſſe in alijs contractibus, & in illis multò facilius circumueniri poſſe minores, & mulieres conſtat ex optima ratione Vulp. in *l. ſed ſi ego ff. ad Velleian.* ibi: quia facilius ſe mulier obligat, quàm
17 † alicui donet.

Coram Put. deciſ. 146. 27. Iunij 1548. re propoſita 8. Octob. eiuſdem anni, quæ eſt dec. 153. lib. 3. in quib. fuit reſolutum mulierem liberantem ſocerum, vbi reſti-
18 tuiſſet dotem, quæ † erat reſtituenda marito, cum cautione, & abſque cautione fuit reſtituta ſubiacere ſtatuto Vrbis, ea ratione in 1. deciſ. adiecta num. 3. his verbis (& ideo qui interueniebat læſio, dicebant locum eſſe ſtatuto) & in 2. deciſ. his verbis (& ſic pro iſtis omnibus Comes obligauerat bona ſua, quod in euentum reſtitutionis, & dos, & donatio propter nuptias reperiebatur ſine hypothecis, & ideo in hoc Domina Liuia lædebatur per illam refutationem, quietatio-
19 nem, † & pactum de non petendo, & ideo erat caſus compreheſus in ſtatuto.)

Coram eodem de anno 1548. extenſa per Acchill. deciſ. 1. de confeſſ. in qua fuit
20 declaratum, confeſſionem † mulieris, ſeu minoris, requirentem ſolemnitates ſtatuti procedere in confeſſione ſimplici, quæ non eſſet adminiculata alijs veriſimilitudinibus, ſecus autem ſi haberet aliquas præſumptiones pro ſe.

Coram Reomano 19. Octobris 2548. apud Put. deciſ. 160. lib. 3. in qua fuit
21 dubitatum, an obligatio † mulieris pro dote comprehenderetur ſub ſtatuto, & ratio dubitandi, quia, vt ibi legitur his verbis, (quaſi dicta obligatio ſaperet donationem.)

Corā Auguſtino 19. Decembris 1552. extenſa per Cottam deciſ. 361. & per Caput. deciſ. 195. pact. 3. in qua fuit fir-
22 matum † ſtatutum habere locum in tranſactione, in qua fit ex neceſſitate refutatio.

Coram Oradino 30. Aprilis 1554. per Caput. dec. 3. p. 3. vbi fuit firmatū ſtatutū
23 non habere locū in ratificatione † facta à minore inſtrumenti ſponſaliorum, cuius hæc ſunt verba ſub num. 3. (& quia ſtatutum Vrbis enumerat quatuor caſus, in quibus non eſt comprehenſus caſus ſupradictus, ſecus eſſet in inſtrumento ratificationis ſolutionis pecuniarum.

Coram eodem Oradino 30. Octobris 1554. confirmata 10. Decembris eiuſdē anni per Caput. deciſ. 199. par 3. in qua
24 fuit firmatum † ſtatutum non procedere in

in contractu dotis, & donationis propter nuptias, addita ratione his verbis (& quia statutum quatuor casus enumerat, inter quos non est iste.)

Coram Cardinali Blanchetto, quam refert. dec. coram Clemente VIII. 20. Februarij 1576. quæ est diuers. decis. 529. sub num. 4. his verbis (Prout non obstat, quod statutum Vrbis non habeat locum in transactione, *vt per Bero. alle-*
25 *gat.* Quia iste contractus est † principaliter cessionis, quo casu statutum locum habet, vt fuit resolutum in illa Romana Vineæ *coram R. P. D. meo Blanchetto*, licet enim statutum in quatuor casibus loquatur, habet etiam locum in alijs Put. dec. 7. & 55. lib. 3.

Prædictam decisionē Cardinalis Blanchetti refert, & sequitur Litta in vna Romana hæreditatis 29. Decembris 1602. & 8. Aprilis 1578. in eadem coram eodem Cardinali Blanchetto fuit
26 postea decisum, † statutum non habere locum, vbi minor contrahit cum muliere, quia æquè priuilegiati, & fuerunt addita hæc verba decis. 558. par. 1. diuers. (Nec mouit Dominos, quod pri-
27 uilegium statuti † respecit refutantem, non eum, cui refutatur, quia in hoc casu adest vicissitudinaria refutatio, & tàm minores in eo, quod cesserunt, quàm mulieres in eo, quod sibi cessum fuit) ex eo igitur transactio comprehenditur sub statuto, quia fuerunt cessa hinc inde
28 iura, † & cessio ideo sub statuto comprehenditur, quia continet refutationem.

Et in prædicta coram Clem. VIII. fuit etiam dictum, quod etiam si adsit decretum Iudicis super donatione facta sub nomine venditionis illamnon valere his verbis (Minus obstat mulierm po-
29 tuisse † donare ex traditis ab Angel. & Iacob. de S. Georg. in *l. cum hi* §. *si præter ff. de transact.* Quia tollitur obiectum ex doctrina *Bald. in rubr. C. qui admitt. col.* 11. *relati à Tiraquell. de ll. connub. glos.* 8. *num.* 180. *&* 181. asserentis, quod partes simulabant vendere, & tamen contrahebant donationem, & Iudex decretum interponat, donatio non valet, quia id notum non erat Iudici, & propterea inquit apertè, & taliter negotij
30 naturam † exprimendum esse, & nominatim debere dicere se velle donare, quod hic minime factum fuit.)

Coram Cardinali Seraph. 5. Iunij 1595. decis. 1133. ibi (contrarium tamen resolutum fuit ex eo, quod iste con-
31 tractus non † est emptionis, & venditionis, sed potius cessionis iurium, in quo habet locum statutum, vt fuit resolutum *in causa Romana vineæ de Scapuccijs coram R. P. D. meo Blanchetto iuxta decis. Put.* 7. *&* 55. *lib.* 3.

Coram Penia 8. Februarij 1602. decis. 434. par. 4. diuers. in qua num. 1. in fin. legitur (Aliquibus ex Dominis non displicebat aliud motiuum ex eo deductum,
32 quod hoc pactum tamquam † continens donationem, seu remissionem iurispetendi dotem in casu dissolutionis matrimonij per obitum mariti non poterat celebrari sine solemnitate statuti antiqui Vrbis lib 4. cap. 19. quod habet locum vbicumque mulier directè, vel indirectè læditur, vel remittit ius suum.

Supradictæ omnes decis. emanarunt super statuto antiquo de tempore Alex. VI. emanato, in quo sub cap. 23. lib. 4.
33 † & reformato sub Leone X. in cap. 19. & in illo antiquo licet in rubrica fieret mentio de donatione, & in Nigro fuerit omissa, in reformatione facta statuentes addendo, & declarando expresserunt etiam donationem, & vlterius addide-
34 runt (Et in omnibus contractibus, & † negocijs, vbi quis masculus, seu fœmina reperiatur læsus vltra tertiā partē eius, quod agitur, iuramentum censeatur dolosè extortum, & nihil operetur.) Et de hac 2. parte fit mentio, *per Put. dicta decis.* 100. *lib.* 1. *& decis.* 158. *alias* 162. *eodem, & decis.* 7. *&* 55. *lib.* 3. *& in dicta decis.* 158. fuit discussa hæc 2. pars an habret locum, quando minor posset lædi, & fuit resolutum negatiuè, quia statu-
35 tum requirit læsionem † actu, non potentia, & sunt clara verba statuti (reperiantur læsus) vnde antequam constaret de lęsione, statutum non annulla-
36 bat contractum, prout annullabat † quando actus fuisset de sui natura læsiuus, vt in fideiussione dixit Rota in decisionibus infra allegandis.

Cum igitur in stauto nouo fuerit adempta dicta 2. pars, & additum aliud statutum super læsione in cap. 154. lib. 1. in quo correcta dicta 2. parte annullante contractus, mandarunt statuentes posse procedi ad rescissionem contractus ibi
37 (procedi possit ad rescissionem, † quæ supponit validitatem contractus, *l.* 2. *& tot. tit. C. de rescind. vendit.* Non potest vlla

vlla ratione hodie sustineri opinio Pici
in gloss. 7. firmantis statutum habere lo-
38 cum in omnibus contractibus, † in
quibus minor lædi potest, nec eius opi-
nio defendi potest ex decisionibus per ip-
sum allegatis vt infra ostendetur, nec
etiam ex auctoritate DD. Carpan. Lam-
berteng. & aliorum, qui loquuntur super
statutis habentibus verba generalia com-
prehendentia omnes contractus specifi-
catos per Pic. in eadem gloss.

Deueniendo igitur ad decisiones ema-
natas super prima parte statuti, prima il-
la Crescent. clarè ostendit Rotam no-
39 luisse comprehendi † contractum ven-
ditionis, sed solum, vbi sub nomine ven-
ditionis fit donatio, quæ comprehendi-
tur sub statuto ex rationibus supra alle-
gatis. Quod & clarius legitur in illis de-
cisionibus 7. & 55. Put. vbi non solum
expresè Rota dixit statutum non habere
locum in venditione, sed, & quod plus
40 est, non fuerunt Auditores, qui † in prima
propositione in ea fuerint sentētia, vt nec
etiam statutum haberet locum in casu
quo sub nomine venditionis fuit facta
donatio, & idem firmatur in decis. Cott.
Caput. Blanchet. & Clem. VIII. dum
41 fuit resolutum, ideo comprehendi †
transactionem sub statuto, quia in illa
adest cessio, seu refutatio, prout etiam
in casu *decis. Put. 146. & 153. lib. 3. In
illa verò Caput. 3. par. 3.* in qua fuit di-
ctum ratificationem solutionis factam à
minore subiacere statuto, licet non alle-
getur ratio, tamen illa est clara, quia
42 † ratificatio importat quietationem de
pecunijs non receptis per minorem, &
in illa Cardinalis Seraph. expresè dici-
tur statutum non habere locum in con-
tractu emptionis, & venditionis, & in
illa Peniæ idem firmatur, quod in decis.
Crescent. 3. quam allegat.

Ex his autem decisionibus apparet
nullo modo posse sustineri opinionem ali
quorum asserentium statutum habere lo-
cum in omnibus contractibus, ex quo in
omnibus potest fieri fraus, nam omnes
prædictæ decisiones firmant tunc solum
in alijs contractibus habere locum,
43 † quando apparet verè fuisse factam fra-
udem statuto, vbi scilicet sub nomine
alterius contractus fuit vnus ex prohibi-
tis à statuto. Si enim Rota voluisset,
comprehendi omnes contractus, non
fuisset opus in tot decisionibus discute-
44 re, an adesset in illis casibus vnus ex †
prohibitis, sed vnico verbo omnem sub-
stulisset difficultatem, respondendo statu-
tum habet locum in omnbus contra-
ctibus.

Et quia Rota in decisionibus emanatis
super statuto nouo nec expressè, nec taci-
tè recessità supradictis decisionibus, sed
resolutiones omnes fundauit in antiq.
decis. debent in telligi iuxta has, prout
alias Rota *in vna Burgen. Abbatiæ de Sa-
las 20. Nouembris 1615. coram Vbaldo*
dixit his verbis (Et quamuis decis. 373.
45 eadem par. lib. 3. residere videatur in
eo, † quod beneficia Prothonotarij absen-
tis creati sint reseruata; quamuis non
constet de acceptatione, tamen venit
intelligenda iuxta *decis. Crescent. 15.
quam allegat. iuxta doctrinam Bart. in l.
non solum §. liberat. ff. deliberat. lega. cum
vulg.*) Vnde dum in illis legimus statu-
tum habere locum in omnibus contra-
ctibus, in quibus minor directè lædi po-
46 test, † debent intelligi de læsioue resul-
tante ex illis quatuor contractibus, di-
rectè quando simpliciter contrahuntur,
indirectè, quando vnus ex illis inest in
alliis contractibus, vt per Crescent. dicta
decis. 3. de constit. ibi (Alias de facili
statuto fraus per indirectum fieri posset)
& in dicta decis. Put 7. lib. 3. (Nam mi-
47 nor, qui non potest directè † donare,
faceret contractum, & fateretur se pre-
cium recepisse,) & quod minor, & mu-
lier dicantur dicto modo læsi, sunt clara
verba Put. dicta decis. 153. lib. 3. ibi (&
ideo in hoc domina Liuia lædebatur per
illam refutationem, quietationem, & pa-
ctum de non petendo) nec desunt decis.
super nouo statuto, quæ etiam ita se de-
clarant, vt ostendetur.

Secunda decis. Crescent. non dicit es-
se prohibitam omnem confessionem in
quolibet alio contractu, sed solum, vt
ibi dicitur, quando per talem confessio-
48 nem posset aliàs statuto fieri fraus, †
& sic vbi importaret donationem, prout
in casu decis. Put. 7. & 55. lib. 3. vel aliū
conractum in statuto expressum, & vbi
aliàs confessio reditur verisi milis ex con-
iecturis, confessio non subiacet statuto,
vt in dicta dec. Acchill.

Aliæ verò decis. Put 100. lib. 1. & 6.
de Constit. Caput. 3. & 199. par. 3. dum
firmant statutum habere locum in qua-
49 tuor contractibus nominatis, sunt † adeo
claræ, vt interpretatione minimè egeant
ad *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de*

de

de legat. præstan. maxime cum Put. addi-
50 derit dictionem illam taxatiuam, † tantum, quæ excludit omnes alios præter expressos, *l. 3. §. cum Titio, ff. de admi. leg. Card. Mantic. decis.* 109.*n.* 11.

Nunc deueniendo ad decisiones emanatas super statuto nouo.

Prima fuit coram Gypsio 26. Octobris 1588. super mandato procuræ ad
51 adeundam hæreditatem, † in qua dum fuit dictum illud subiacere statuto habente locum, quando quis lædi potest ex *decis. 162. Put. lib. 1. decis.* declarat se his verbis, quo fit vt censeatur successioni ab intestato renunciare iuxta *doctrinam Bart. in l. ex testamento in fine princ. de except. rei iudic. &* faciunt *tradita per Roman. cons.* 125. *& Paris. cons. 77. vol. 4. cum alijs adductis per D. Iulium Petruccium*, quam renunciationem clarum est non potuisse fieri sine solemnitatibus
52 statutarijs; Et hæc est 1. decis. declarans statutum habere locum non † in omni alio actu, in quo minor potest lædi, sed solum quando continetur vnus ex illis quatuor, prout est renuciatio.

Secunda coram Comitulo 9. Decembris 1588. apud. Pic. decis. 44. & apud Marches. to. 1. fol. 455. in qua fuit reso-
53 lutum † retrouenditionem factam à muliere subiacere statuto 154. ratione læsionis, vel statuto 151. non quia illud habet locum in omni contractu, sed quia mulier remiserat ius suum his verbis, quare visum fuit dominis locum esse statuto Vrbis 154. seu 151. quod Rota in-
54 terpretatur habere † locum quoties mulier, vel minor directè, vel indirectè remittit ius suum, & si talis refutatio veniat in consequentiam alterius contractus extra illos quatuor ibi expressos, & allegat. Crescent. Cott. & Put.

Et ex hac decisione habemus Rotam tunc iuxta distinctionem factam à nouo
55 statuto distinxisse, quod † in alijs contractibus si adsit læsio in pretio, hoc est si constiterit de læsione, tunc esse locum dispositioni statuti cap. 145. si verò in illis per indirectum remittatur, vel refutetur ius, esse locum dispositioni 151.

Coram Illustrissimo Domino Cardinali Millino 26. Martij 1593. apud Pic.
56 decis. 25. num. 8. his verbis, sed placuit Dominis caput † nullitatis mandati defectu solemnitatis statuti, quod locum habet vbicumque directè remittitur aliquod ius & allegat Cresc. & Cott.

Coram eodem 20. Octobris 1593. apud Zacch. de Societ. decis. 36. fideiussio-
57 nem mulieris nullam, etiam † si recognouerit bonam fidem, ea ratione his verbis adiecta; Quia cum vigore statuti non possit obligari, nec etiam de iure com-
58 muni fideiubere, fuit simulatum, quod † recognosceret bonam fidem, & reciperet pecunias, vt teneret eius obligatio *Rom. cons.* 194. *num.* 4. & in hac recognitione consistit simulatio, quia verè
59 ipsa pecunias non recipiebat, † cum eodem instanti deberent peruenire ad manus Iulij Casaris *l. qui sic soluit ff. de solut.* Et pro hac decisione sunt optimi tex. *in l. quamuis 9. ff. ad S. C. Velleian. vbi Vulp.* si cum essem tecum contracturus, mulier interuenerit, vt cum ipsi potius contraham, videtur interuenisse, *in l. quidem ff. eod. vbi Paulus I. C.* Quidam voluit hæredibus Lucij Titij mutuam pecuniam dare, & cum eis contrahere: sed
60 quoniam facultates eorum † suspectas habebat, magis voluit vxori testatoris dare pecuniam, & ab eo pignus accipere, mulier eamdem pecuniam dedit hæredibus, & ab eis pignus accepit. Quæro an intercessisse videatur, & an pignora, quæ ipsa accepit, teneantur creditori? Paulus respondit, si creditor cum contrahere vellet cum hæredibus Lucij Titij euitatis ijs, magis mulierem ream elegit, & in ipsius persona S. C. quod de intercessionibus fœminarum factum est locum esse, & pignora ab ea data non teneri, *in l. sed Iulianus, §. idem ait. ff. ad S. C. Maced. vbi Iul.* si duos reos accepero filium fam.
61 & Titiuum, cum ad filium familias peruentura esset † pecunia; Ideo autem reum Titium acceperim, ne quis fideissor S. C. vteretur, vtilem esse exceptionem aduersus fraudem dandam, *in l. cum ad eas C. ad S. C. Velleian. vbi Imperatores Diocletian. & Maxim.* cum ad eas etiam obligationes, quæ ex mulieris persona calliditate creditorum sumpserunt primordium,
62 decretum patrum, quod † de intercessione fæminarum factum est adiecto perpetuo declaretur; si tamen creditor, qui contrahere cum alio proposuerat, & mulieris personam eligit, exceptione contra petitores, secundum ea, quę asseueras, defendi potest.

Coram Cardinali Mantica 26. Iunij
63 1595. decis. 344. in muliere † eligente bona pro sua dote, in qua electione negari non potest potuisse cadere læsionem, nihi-

nihilominus Rota respondit non intrare statutum, num 7. his verbis; Neque etiam obstat, quod electio sit nulla, cum solemnitas requisita à statuto Vrbis lib. 1. cap. 151. non fuerit obseruata: Quia cũ
64 per electionem † ipsæ mulieres id, quod sibi debetur, sint consequutæ, & ideo non potest dici facta alienatio, seu refutatio, & multò minus pactum de non petendo, vel quietantia, seu donatio, de quibus statutum loquitur; Hæc decisio cum sit per se clara, non indiget interpretatione, vt supra in decis. *Put. & Caput.* eadem ratione legitur.

Coram Card. Seraph. 13. Maij 1596. decis. 1187. fuit habitum pro indubitato
65 fideiussionem mulieris † subiacere statuto, rationem assignat in seq. decis.

Coram eodem 10. Nouemb. 1597. in qua dum dubitabatur, an fideiussio
66 comprehenderetur sub constitutione † Marchiæ, ex quo dum de illa non fuit facta mentio, non posset dici comprehensa ex ratione deducta per *Caput. in supradicta decis. 3. lib. 3.* fuit responsum his verbis. Quæ fideiussio non potest censeri contractus lucratiuus, sed est eius-
67 dem, & fortè † damnosioris conditionis quàm cæteri in constitutione enumerati, & ideo cessant ea, quę in contrarium allegantur ex decis. 3. Caput. lib 3.

Coram Penia 16. Februarij 1601. par. 4. diuers. decis. 348. fuit dictum statutum
68 † habere locum in retrodonatione.

Coram eodem 4. Februarij 1602. apud Pic. decis. 1. num. 15. in qua optimè fuit declaratus hic articulus his verbis: in hoc tamen casu attendendum statutum Vrbis *lib. 1. cap.* 151. prohibens mulierem donare, ideoque etiam esse prohibitam fideiussionem pro merito ne fiat in fraudem donationis à iure prohibitæ *glos. in dicta auth. si qua mulier in ver. est ergo C. ad Velleian. Soccin. cons. 23. num. 26. in fin. lib. 4. Tiraq. de ll. Connub. glos. 5. num. 107. vers. ideoq. Surd. dicta decis. 164. num. 11. vers. & ratio decisionis est.* Ne fiat igitur fraus, & inducatur per
69 indirectum donatio † per statutum prohibita, affirmatum fuit fideiussionem quoque sub statuto comprehendi, sicut per eamdem rationem sensit Rota de cõfessione mulieris *Put. decis. 7. & 55. lib. 3.*
60 Idemque affirmatur in quolibet † alio contractu, in quo fraus donationi interuenire posset *Crescent. decis. de const. & infra allegat. d. decis. Card. Millin. 36. apud Zacch.* Quæ decisio sola attendenda esset, vbi deficerent aliæ similes, cum
71 dicere non possimus prædictas rationes per transennam, & non † ex mente dominorum fuisse deductas, prout aliquando euenisse constat ex decis. coram Comitulo decis. 44. in fin. fuit enim articulus duabus propositionibus maturè discussus, vt legitur in princ. decis. ibi, sola Constantia informante causa proposita visa fuerat exemplaris, ideoque dilata, vt maturius articulus propositus discuteretur, iterum proposita causa vtraque parte informante Rota, &c.

Coram Atrebaten. 22. Maij 1601. apud Pic. decis. 6. fuit resolutum fideius-
72 sionẽ mulieris sine † solemnitatibus statuti Vrbis cap. 151. (vt ibi dicitur) Quod licet in quatuor solum casibus loquatur, habent tamen etiam locum in alijs, & dum ad id allegat *decis. Put. Crescent. Clem. 8. Comituli*, Seraph. Peniæ Gypsij & Cardinalis Millini intelligenda est con-
73 clusio secundum illas decis. quando † læsio adest ex eo, quod in alijs comprehenditur vnus ex quatuor, prout in fideiussione.

Coram Litta in Romana hæreditatis 29. Nouembris 1602. fuit resolutum, tran-
74 sactionem factam à muliere † esse nullam ob non seruatas solemnitates statuti ex decis. Put. 162. & ex illa decis. Card. Blãchett.

Coram Gregorio XV. 26. Martij 1604. decis. 164. in qua expresè fuit dictum,
75 statutum non habere † locum in emptione. Quia vt ibi legitur, ex forma statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. quod vltra contractus in eo expressus habet locum in quolibet alio, in quo minor etiam indirectè lædi potest, & *alleg. decis. Put. Crescent. Clem. 8. Comituli*, & Atrebaten. sed cum, vt supra visum fuit, loquantur
76 † prædictæ decis. quando in contractu emptionis contineretur vnus ex quatuor, tunc enim dicitur indirectè læsus minor, hæc decisio substineri potest vbi vnus ex
77 illis concurrit, & licet, num. 5. dicatur, in emptione autem potest † interuenire læsio respectu pretij, & eius excessus, *l. 2. C. de rescendend. vendit.* Tamen id non videtur fuisse dictum ex mente dominorum cum decis. pro fundamento resolutionis allegatæ contrarium firment, &
78 illa decisio † principaliter non fundat se in hac nullitate, sed in ea, quod pupillus contraxit sine auctoritate tutoris, &

& postea fuerunt addita verba; Auge-
tur nullitas istius contractus, quia non
accessit consensus proximiorum, vnde
intrat illa responsio decis. Comituli 44.
in fin. illa verba, in emptione, &c. tan-
quam per trasennam, & non ex mente
dominorum apposita nõ esse attendẽda.

Coram *eod.24.Maij* 1606. *decis.* 260.
sub num.3. ponitur eadem conclusio ex
dictis decisionibus, & casus decisionis
79 est super † transactione, quæ iuris re-
missionem includit, vt ibi expressè di-
citur.

Coram *Attrebaten.* 9.*Februarij* 1607.
apud Zacch. de societ. decis. 24. leguntur
hæc verba; Nam ad hanc scripturam so-
lidationis multæ fuerunt datæ respon-
siones, & prima cum acceptatio Camil-
80 læ importet † confessionem solutionis
in reliquo, & per consequens liberatio-
nem, *l. si ex pluribus, vbi glos. in verb.
reliquum Imol. num.2. in fin. ff. de solut.
Salyc. in l. siquidem in fin. C. de transact.
Ias. cons.*100. *num.* 3. *lib.* 4. Idcircò est
nulla propter Statutum Vrbis cap. 151.
lib. 1. prohibens fieri refutationes, &
81 quietationes, & donationes sub † qui-
bus prohibentur etiam confessiones, per
quas statuto fraus fieri possit, *Put. decis.*
7. *&* 55. *lib.* 3. *Crescent. decis.* 2. *de con-
fess.* & infra, (quia confessio tendit ad li-
82 berationem, † & habet vim pacti de nõ
petendo, *Feder. de Sen. cons.*128. *num.*3.
Soccin. Iun. poss. Calcan. quam allegat cons.
57. *num.*10. *lib.*2. quo casu requiruntur
solemnitates Statuti) Ecce clara decisio
emanata post illam Gregor. statutum no-
uum intelligi, prout intellexit Rota sta-
tutum antiquum.

Coram *Gregor.* 27. *Iunij* 1607. *decis.*
333. postquam enim decis. posuit con-
clusionem, statutum habere locum in o-
mnibus contractibus, in quibus minor,
vel mulier lædi potest *ex decis. Crescent.
Put. Clem. & Atrenaten.* addidit hæc ver-
83 ba † (fideiussio autem non solùm est
contractus de sui natura læsiuus) quibus
declarauit præcedentem conclusionem
intelligi, vbi minor læditur per vnum
ex illis quatuor contractibus, prout in
fideiussione adesse donationem declara-
uit Rota in illa coram Penia *dec.* 1. *apud
Pic.*

Coram *Cardinali Sacrato* 3. *Decemb.*
1607. *apud Pic. decis.* 41. in qua fuit di-
84 ctum † permutationem esse nullam his
verbis (Placebat etiam maiori parti Do-
minorum, & cæteri non contradicebant
motiuum ex Statuto Vrbis c.113. & 151.
lib. 1.) ex qua decisione absolutè firmatur
85 in † permutatione obstare statutum cap.
151. sed vna cum cap. 113. in quo pro-
hibetur alienatio rerum mobilium sine
certis solemnitatibus, sed in muliere
maiore non legitur aliqua decisio, quæ
admittat concursum dictorum statutorũ.

Coram *Cardinali Marcomontio* 17.
Martij 1608. *in recentior. decis.*153. *n.*13.
vbi fuit firmatum statutum in cap. 113.
86 super † alienatione rerum minorum sup-
pleri per istud 151. ex dicta decisione
coram Sacrato, & deinde addita hæc
verba (& potest habere magnam ratio-
nem, cum sæpiùs fuerit resolutum illud
statutum habere locum in omnibus con-
tractibus, in quibus minor lædi potest)
& allegat dictam decis. Attrebaten. &
87 Greg. XV. in Rom. Argumentorum † quę
vt supra fuit ostensum, loquuntur in fi-
deiussione, vnde non potest dici contra-
rium sensisse, sed est intelligendum iuxta
prædictas decisiones.

Coram *Reuerendiss. Coccino Decano* 1.
cembris 1608. *decis.* 433. in qua firmata
88 regula, quod statutum non habet locũ
in dote, nec in augumento dotis *ex Gabr.
cons.*10. *num.*6. *lib.* 1. fuit dicta decis. li-
mitata his verbis: (Tamen placebat e-
tiam, quod hæc non habeant locum,
quando augumentum dotis præsumitur
factum ad defraudan. statutum, vt benè
considerat in terminis statuti Vrbis, Gab.
dicto loco, & propterea cum in casu i-
sto mulier, quæ post contractum matri-
monium fecit augumentum dotis, non
teneretur dotare, & prohibeatur donare,
ideò d. augumẽtum præsumitur factũ ad
fraudan. statutum) quæ decisio est con-
formis *decis. Crescent. Put. Atrebaten. Pe-
niæ, & alijs*, quæ hunc articulum exactè
tractarunt.

Coram *Greg.* 20. *Maij* 1610. *dec.*473.
89 fuit firmatum statutum † habere locum
in diuisione, quia est species transactio-
nis, *l. tres fratres, vbi Bart. Alex. & Ias.
ff. de transact. Decian. cons.*39. *num.*104.
*num.*1. & dum additur habere locum in
permutatione allegat decis. Cardinalis
Sacrati, quæ vt dictum est, procedit in
minore tantum ratione cap. 113.

Coram eod. *in eadem* 4. *Februarij* 1611.
decis. 496. *fuit confirmata decis. & licet,*
90 *num.* 7. *& seq.* dicatur, quod ex † eo,
quod in diuisione cadit læsio, (& propte-

rea intrat statutum, quod stabet locum in omni contractu, in quo minor (lædi potest, *Put.decis.162. lib.3.*) Tamen debet intelligi de læsione actuali, non in potentia iuxta decis. 437.

Coram *Reuerendiss.Pamphilio 26. Nouembris 1611. apud Pic. decis. 8. sub n.4.* postquam fuit dictum, statutum habere locum in omni contractu, in quo minores, & mulieres lædi possunt ex Put. & Rom. Argentorum declarat se his ver-
91 bis; Et per † consequens debet etiam habere locum in fideiussione, quæ ex sui natura continet læsionem, vt fuit sæpissimè deductum in d. Rom. Argentorum.

Coram *R.P.D. Pirouano 17. Februarij 1612, in recentior. decis. 385. par. 1.* in qua fuit dictum censum impositum à muliere sine solemnitatibus statuti c.151. fuisse nullum, quia vt ibi dicitur statutũ, nedum in quatuor casibus expressis, sed etiam in omnibus alijs, in quibus adest ratio læsionis, procedere sæpè fuit resolutum, & ad id allegat decis. Caput.Put.
93 & Illustriss. D. Cardinalis Millini, † in quibus iam fuit ostensum loqui, quando læsio adest ex eo, quod sub nomine alterius contractus celebratur donatio, vel alius ex illis quatuor, qui verisimiliter concurrebat in casu dictæ decis. cum ibi non exprimatur alia ratio læsionis, & ne dicamus fuisse contrarium decisum, quam quod dicunt dictæ decis. super quibus se fundat decis. R.P.D. Pirouani.

Coram *Reuerendiss.D.Cocciro in Romana Saluiani 9. Decembris 1613.* in qua fuit
94 resolutum electionem † factam à muliere de bonis pro dote non comprehendi sub hoc statuto, eisdem verbis vtitur, quibus fuit decisus similis casus in supradicta decisione Cardinalis Manticæ, hæc enim sunt verba, quia cum per electionem ipsa Laura fuerit consecuta id, vel partem, quod sibi debebatur, non potest variare, nec propterea fit, quod fuerit sequuta alienatio, seu refutatio, & multò minus pactum de non petendo, quietantia, seu donatio, de quibus statutum loquitur, vt fuit dictũ *in causa Rom. siuè Ciuitatis Castelli Census 36. Iunij 1595. coram Mantica*, & quod maximè obseruandum in dicta causa; mulier voluit docere de læsione per æstimationem factam, & Rota
95 dicit illam non suffragari, † quia æstimatio longè postea facta, & agebatur de re, quæ vsu consumebatur, in qua de præsenti non inferebatur ad præteritum, vnde tantum abest, quod Rota tenuerit statutum habere locum in omni actu, in quo læsio cadere potest, vt nisi de læsione cõcludenter constet, non succurratur minori, aut mulieri, agebatur enim de rebus mobilibus per mulierem electis, in quibus facillimè illa potuisset in pretio decipi.

Coram *Seleucien. 9. Maij 1614. in recentior. decis. 592. par.1.* in qua legitur, fuit enim lata super rescissione contractus, concordiæ initæ à DD. Sfortia, & Galeatio in minori ætate constitutis, non seruatis solemnitatibus Statuti Vrbis cap. 113. & 151. lib.1. de contract. minorum.
96 Quæ † quidem nullitas locum habet in quocumque contractu læsiuo, etiam per indirectum ex *Put. & Crescent.* hæc enim decisio firmat opinionem assettamenti.
97 Quia † in concordia, prout fuit dictum in transactione, inest refutatio, & sic per indirectum minores lædebantur. Vltra quod decisio loquitur in concursu Statuti 113.

Coram *Reuerendiss. Pamphilio 15. Decembris 1614. in recent. decis. 619. sub num. 5. par. 2.* dicit statutum habere locum in alijs contractibus *ex Put. & Cre-*
98 *scen.* † vt comprehenderetur etiam fideiussio.

Coram *Andrea 22. Maij 1561. in rec. decis.678.par.2.* in qua fuit resolutum im-
99 positionem census per Matrem, † & Tutricem pupillorum esse nullã tàm ex parte minorum, quàm matris minorum, his verbis, respectu enim pupillorum non interuenerunt solemnitates statuti dicitur ibi sic fuisse resolutum *in Romana donationis de Cuppis 24. Maij 1600. coram Cardinali Pamphilio*. Respectu Matris num. 4. his verbis (Quia cum obligatio quoad minores esset inualida, obligatio Annæ de proprio remansit absque causa, quiatan-
100 quam Tutrix ipsa non † tenebatur se obligare de proprio pro soluendis debitis Testatoris. Nec constat, quod ipsa habuerit releuatorem, & sic tanto magis apparet, quod mulier remansit decepta cõtra Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1.) Ex distinctione facta in hac decisione tollitur omnis scrupulus difficultatis, cum in alienatione fuerit dictum intrare Statutum cap.113. in obligatione verò ad fauorem alterius intrare Statutum in cap. 15.

Coram *Buratto 12. Iunij 1615. in rec. decis.723. num.13. par.2.* Fuit firmatum,
101 habere † locum in remissione iuris de fu-

futuro, quæ remissio comprehenditur sub refutatione, vt per *Gabr. conſ. 6. vol. 2.*

Poſt annum 1615. coram eodem fuit diſcuſſus articulus in Rom. Cenſus Vitalitij, & licet non fuerit reſolutus, tamen
102 ex † hoc ſatis conſtat Rotam tenuiſſe hanc opinionem, ex quo actores non potuerunt obtineri declarari nullum contractum, licet allegaſſent dictam deciſionem Greg. 164. & alias.

Coram *Reuerendiſſimo Decano* 13. *Ianuarij* 1625. Fuit reſolutum obligationẽ mulieris de reſtituen. ad omne mandatum Domini bona mobilia mariti penes ipſam ad inſtantiam creditorum depoſitata fuiſſe nullam ſine ſolemnitatibus, & addita hæc verba. (Neque obſtat, quod Statutum tantùm loquatur in quatuor tantum caſibus, quia nihilominus habet locum quotieſcumque mulier lædi poteſt, *Puteus deciſ.* 158. *num.* 2. *lib.* 1. *in nou. Creſcent. deciſ.* 3. *de conſtit. Rota diuerſ. deciſ.* 529. *num.* 4. *in fin. par.* 1. & fuit ſæpiſſimè reſolutum. In hoc autem caſu cum mulier
103 ſe obligaſſet † de reſtituen. hæc mobilia, poterat lædi, vel ad ſui præiudicium, ex quo iuri ſuo renunciabat, vel ex alio capite cõcernente reſtitutionem) hæc deciſio allegata cõtra opinionẽ aſſettamenti tantum abeſt, quod ſit contra, quod imò optimè illam confirmat. Dum explicando, in quo poſſit dici læſa mulier,
104 dicit, quia vel † renunciat iuri ſuo, vel cogeretur reſtituere bona, & ſic reſultaret donatio, & per indirectum fieret fraus Statuto.

Coram *R.P.D. Durano in Romana nullitatis obligationis* 16. *Ianuarij* 1626. quæ loquitur in terminis caſus noſtri, dum dicitur, Statutum habere locum in omni contractu, in quo minor lædi poteſt, & allegat *prædictas deciſ. Put. & Creſc.* in-
105 telligenda eſt iuxta † illas, prout verè intellexit, cum ſtatim dicat minorem fideiuſſiſſe, & conſequenter cum fideiuſſio
106 comprehendatur † ſub Statuto vti de ſui natura læſiua, fuiſſe nullam obligationem.

Ex his omnibus deciſionibus, quæ peruenerunt ad manus Dominorum de aſſettamento emanatis, tàm ſuper antiquo, quàm nouo ſtatuto, viſum fuit clariſſimè conſtare, opinionem aſſettamenti fuiſſe omni tempore conformem opinioni Rotæ.

Sed vltra Rotæ auctoritatem, concurrit etiam auctoritas DD. non vulgarium, nempè *Gabr. conſ.* 6. *num.* 4. *& conſ.* 20. *nu-*
107 *mer.* 55. *lib.* 2. Quia ita tenet tam † ex mente Rotæ, quàm ex verbis ſtatuti, *Bero. conſ.* 176. *per tot. lib.* 1. pro hac opinione conſuluit, & quoniam approbauit *Rota coram Clem.* 8. *& Card. Scraph.* in deciſionibus ſupra allegatis, *Bero. ſequitur Cardin. Tuſc. in littera S. concluſ.* 599. *nu.* 15. Licet Rota non approbauerit Bero. in eo, quod dicit, ſtatutum habere locum ſo-
108 lum † in donationibus, refutationibus, quæ per ſe fiunt, & principaliter, non autem quando fiunt in conſequentiam alterius contractus. Nam in contrarium ſenſit Rota, ne hac via fiat fraus ſtatuto.

Et pro eodem ſtat. Clem. & Pariſ. qui in alio ſimili ſtatuto conſuluerunt approbati à Rota coram Card. Seraph. in ſupra allegata *deciſ. Corn. conſ.* 121. *vol.* 3. *Pariſ. conſ.* 53. *num.* 63. *vol.* 3. Nec contrarium tenuit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 961. *to.* 5.
109 Nam poſtquam firmauit ſtatutum † habere locum in contractibus, in quibus indirectè poteſt cadere læſio ex deciſ. ſupra allegata addit hæc verba, (Dicitur autem læſa Catherina, tamquam fideiuſſerit pro marito, cum contractus fideiuſſionis ſit de ſui natura læſiuus) in cap. 969. ſub
110 num. 31. hæc leguntur verba (Prout eſt in caſu noſtro; in quo prius fuerunt acceptata alimenta, vnde illis non poterat renunciari per acceptationem legati minus vtilis, & multum læſiui, adeo vt ſtante huiuſmodi læſione, magis procedat ſtatutum etiam in renunciatione iuris quærendi.) Nec etiam contrarium tenuit
111 cap. 26. num. 12. & 27. num. 14. quia ibi non loquitur ſuper hoc ſtatuto.

In hac ſecunda inſpectione Domini firmarunt opinionem aſſettamenti ex euidẽtiſſimis rationibus, & quidem antiquiſſimis temporibus per DD. & Rotam, quas quilibet potuit legere in conſ. & deciſ.

Harum prima allata ſupra 100. annos
112 in ſimilibus ſtatutis † *à Corn. conſ.* 121. *num.* 6. *verſ. eſt ergo aduerten & num.* 7. *& ſeq. lib.* 3. *Pariſ. conſ.* 53. *num.* 63. *verſ. vnde cum in caſu præſenti lib.* 3. & ſupra 50. annos in puncto ſtatuti antiqui *Bero. conſ.* 176. *num.* 46. *lib.* 1. quem approbauit *Rota coram Clemen.* 8. *in illa deciſ.* 529. *par.* 1. *diuer.* & omnes prædictos approbauit Rota corã Card. Seraphino in illa dec. 1142. in fin. eamdem rationem ſupra 80. annos attulit Rota apud *Put. in illa deciſ.* 100. *lib.* 1. *&* 7. *de Conſtitut. Caput. deciſ.* 3. *& deciſ.* 199. *par.* 3. *& ſuper ſtatuto nouo coram Card. Mantica deciſ.* 344. *& coram Reue-*

Reuerendissimo Coccino Decano in illa Romana Saluiani 9. Decembris 1613. Quæ ratio desumpta est ex statuti verbis, quæ attendenda sunt, nempe, quod dum statutum loquitur in quatuor contractibus, non habet locum in alijs, & hæc ratio fulcitur duabus iuris regulis. Prima, quia dum statutum includit † illos quatuor,
113 exclusit alios *l. cum prætor ff. de Iudic. latè Surd. cons.* 135. *num.* 43. *& cons.* 408. *num.* 8. *Dec. cons.* 74. *num.* 32. *Corn. cons.* 131. *num.* 9. *lib.* 3. Secunda, quod vbi
114 verba † statuti non conueniunt, non conuenit dispositio, *l.* 4. §. *Toties ff. de Damn. infect. Becc. cons.* 1. *num.* 25. *cum alijs per Surd. cons.* 152. *num.* 38. *& cons.* 179. *num.* 3. *lib.* 2. *Put. in illa decis.* 158. *alias* 162. ibi (& cui non conueniunt verba) *lib.* 1. *Rota in Bonon. administrationis* 10. *Iunij* 1611. *coram Card. Sacrato apud Farin. post. cons. lib.* 2. *decis.* 437. *sub. num.* 2. vbi maximè procedere dicitur, quando statutum exorbitat à iure
115 communi. Cum † igitur hæc ratio, & iuris regulis nitatur, & approbata fuerit in terminis à DD. & à Rota, non est cur de illa aliquis dubitare possit, aut debeat.

Secunda, quod cum statutum exor-
116 bitet à iure communi, quod † licitum est omnibus donare *l. velles, C. de Reuocat. Dona. & ibi DD. latè Tiraq. de ll.*
117 *Concub. glos.* 8. *num.* 5. enumerando † certas species contractus non extenditur ad alios maximè diuersæ speciei, in quibus concurrat etiam diuersa ratio *Cor. d. cons.* 121. *num.* 50. *in fin. & num.* 6. *Bero. d. cons.* 176. *num.* 48. *&* 49. *Paris. d. cons.* 53. *sub num.* 63. maximè, cum sta-
118 tutum annullet † illos contractus, quæ anullatio pœna est *Bero. d. cons.* 176. *nu.* 55. *Cor. cons.* 121. *num.* 8. *vers. sed. in casu nostro lib.* Diuersa autem ratio est in illis quatuor, quæ sunt omninò damno-
119 si, † cum mulier, & minor nihil recipiant *Put. decis.* 55. *sub num.* 7. *ibi* (cum illa sit aperte damnosa, cum donare sit perdere) *Rota in Romana hæreditatis* 14. *Martij* 1603. *coram Litta ibi* (cum do-
120 nans nihil † acquirat, sed dicatur perdere, *& coram Reuerendiss. Pamphilio in recent. decis.* 619. *num.* 5. *par.* 2.

Tertia ratio deducta à *Bero. d. cons.* 176. *n.* 35. *vers.* quod suadetur etiam ex eo, quod statuentes quando voluerunt comprehendere omnes contractus, expresserunt, prout in 2. parte statuti antiqui 19. ibi & in omnibus contractibus, & negocijs. Non enim satis fuit statuentibus dicere in contractibus, etiam cum illa dictione vniuersali, omnibus, sed
121 addita alia (& negocijs) vt † comprehenderentur omnes, & quicumque actus, in quibus læderentur minores, & mulieres, etiam si non essent ex illis quatuor.

Quę ratio eo magis vrget in casu, quia in illo antiquo in cap. 23. in nigro non legebatur contractus donationis, nec etiam illa verba, & in omnibus contractibus, in cap. verò decimonono in reformatione fuit additus contractus donationis, & vlterius secunda pars super læ-
122 sione, si enim † statuentes voluissent comprehenre in prima parte omnes contractus, non fuisset opus enumerare illos quatuor, sed declarando dixissent in omnibus contractibus, & negocijs, in quibus minor, vel mulier lædi potest,
123 seruentur solemnitates † præcedentis statuti, alias enim vel frustratoria fuissent vlt. verba 2. partis, vel enumeratio quatuor contractuum contra tex. *in c. si Papa de priuileg. in* 6. *lib.* 3. §. *eum ff. de iureiur, l.* 1. *in fin. ff. ad Municip. Surd. cons.* 80. *num.* 15.

Multò autem magis, magisque vrget dicta ratio in statuto nouo, nam cum, vt vidimus, emanauerint tot diuisiones super intellectu statuti antiqui, omnes firmantes, illud in prima parte habere lo-
124 cum † in his tantum quatuor, non autẽ in alijs, nisi sub illorum nomine comprehenderetur vnus ex quatuor: in secunda vero parte habere locum, quando constat de læsione potest adesse, statuentes noluerunt ampliare primam partem ad alios, sed fuit additum, quod non aderat in antiquo statuto cap. 19. Quod exprimeretur causa, & redigeretur in scriptis ea ratione, vt dicit. Rota coram *Andrea decis.* 628. *num.* 4. *par.* 2. his ver-
125 bis, (Quod ad † euitandum, vt mulieres non decipiantur, voluit, vt causa in scriptis redigatur, & insinuetur, ac plenè per Iudicem cognoscatur.

Præterea in statuto antiquo proximiores consanguineos adhiberi mandatur, sed cum orta fuerit difficultas, qui venirent sub consanguineorum appellatione, an scilicet agnati, & cognati, vt apud Crescent. decis. 4. de constit. in statuto nouo ad tollen. hanc difficultatem statuentes mandarunt adhiberi coniunctos,
126 † quorum appellatione non dubitatur venire

venire tam agnatos, quàm cognatos, nempe tam mulieri, vel minori attinentes ex parte patris, quam ex parte matris, & qui ab intestato succedunt, vt per plura iura firmat *Pic. glos.* 13. *num.* 3. Sicuti igitur statuentes in nouo statuto, vsi sunt verbo coiunctorum ad tollendam illam dubitationem, ita vsi essent verbis generalibus, nempe, vt in omnibus contractibus adhiberentur so-
127 lemnitates, † si voluissent in omnibus statutum habere locum, & non se restrinxissent ad eosdem quatuor contractus, prout in antiquo statuto, quod Rota in tot decis. declarauit non habere locum in alijs. Demum cum in statuto antiquo diceretur, quod minores, & mulieres possint, & verbum illud (pos-
128 sint) sit † facultatiuum: cum & possit dubitari, an solemnitates essent necessariæ pro validitate. In nouo statuto loco
129 illius verbi fuit positum verbum† (debeant) quod importat necessitatem, *l. si Prætor* §. *Marcilius*, *&* §. *fin. de iudic. cum alijs per Rebuff. ad l.* 37. *ff. de verb. signific.* Ita etiam ad tollendam difficultatem, de qua agitur, loco illorum quatuor casuum, statuentes dixissent in omnibus contractibus, si voluissent omnes comprehendere.

Quo verò ad secundam partem statuentes illam substulerunt ab eodem statuto, & licet ex hac sola ademptione resultaret clara mens statuentium, quod in nouo statuto non comprehenduntur
130 alij contractus, † tamen & clarior redditur ex eo, quod de illa secunda parte fuit conditum nouum statutum in c. 154 in quo noluerunt statuentes ex capite læsionis annullare contractus, sed solùm posse rescindi, illa forsan ratione, quia
131 satis superque erat, quod † cum aliàs non posset rescindi contractus, nisi læsio adesset vltra dimidiam, *l. si voluntate* 8. *in fin.* ibi (nisi minus dimidia iusti pretij, & est text. in l. 2. ibi, minus autem
132 pretium † esse videtur, si nec dimidia veri pretii soluta sit) *C. de rescind. vend.* & ibi DD. quod esset locus rescissioni, etiã vbi adesset læsio in 3. par. & quod licet
133 iuramentum † confirmet contractum, tamen disponere præsumi tunc dolo extortum.

Si igitur, vbi voluerunt diuerso modo disponere, in nouo statuto expressè disposuerunt, ergo vbi non disposuerunt diuersimodè noluerunt disponere, & pce consequens necessario dicendum est, statutum habere locum in illis tantum quatuor casibus, & non in alijs, dum eodem modo fuit dispositum.

Sed quia in alienatione rerum mino-
134 rum de iure ciuili † requiruntur solemnitates, emanauit aliud statutum cap. 113 in quo ãnullantur alienationes immobilium, & iurium non seruatis sole-
135 mnitatibus ibi requisitis, & illis etiam adhibitis, si non adsit euidens vtilitas, quod statutum differt in hoc à statuto 151. In quo vtilitas non requiritur, cum
136 omnes † illi quatuor sint damnosi, & permittantur, vt fuit latè decisum in illa Romana Saluiani 15. Decembris 1614. coram Reuerendissimo Pamphilio Nuntio apud Reges Hispaniarum decis. 16. num. 18. & 19. apud Pacific. & in alia Romana Saluiani 20. Maij 1616. coram Manzanedo decis. 227. num. 3. & fuit alias in Assettamento firmatum.

Et ex his resultat alia ratio, quod cũ alijs contractibus, seu negotijs, in quibus aliquid datur, & recipitur, vel pro-
137 mittitur, vbi minor † deceptus est in pretio illi succurritur per d. cap. 154. Sed in illis quatuor, quia in totum sunt læsiui, si fraude, & dolo circumuenti fuerint ad donationem, &c. cum fraus difficillimè probari possit, necessarium fuit illis prouidere, vt adhibeantur solemnitates, cum in illis non habeat locum di-
138 ctum † statutum 154. *vt fuit dictum* in Romana *Saluiani* 20. Maij *1616.* coram Manzanedo apud Pacific. decis. 227. his verbis: (Tandem non fuit visum obstare obiectum de Statuto Vrbis cap. 154. lib. 1.) & infra (Respondebatur enim dictũ Statutum interpretationem accipere à
139 iure communi, iuxta quod † lesio in quota certa, prout vltra tertiam, vel dimidiam non potest verificari, nisi in cõtractibus, in quibus hinc indè aliquid datur, vel promittitur vnum pro alio, iuxta *Bart. cons.* 90. *num.* 2. *lib.* 1. quem refert, & sequitur *Cagnol. in l.* 2. *nu.* 195. *C. de rescind. vendit. Pinel. in ead. l.* 2. *c.* 3. *num.* 4. *Rebuff. in tract. de rescind. contrac. art. vnic. gloss.* 15. *num.* 6. ex quo inferunt DD. in d. l. 2. non procedere in a-
140 ctu, † quo liberalitas exercetur) & licet etiã fraudibus minores, & mulieres possint induci ad ineundos alios contractus, tamen cum in illis non patiuntur da-
141 mnum in † totum, prout in donatione, &c. Et frequentius ad donandum cir-

circumueniantur, propterea in illis qua-
tuor tantum voluerũt adhiberi solemni-
tates ad l.nam ad ea ff. deleg.

Non obstãt rationes in cõtrarium ad-
ductæ, & prima deducta ex illis verbis
Statut.(Ac semper cum Iudicis compe-
tentis decreto, causa in scriptis illi ex-
pressa, & insinuata,ac plenè cognita cõ-
trahere debeant) quæ dicitur stare am-
pliatiuè ad præcedentia, & quia dona-
142 tione excepta, quæ etiam † impropriè
dicitur contractus, *Mozz.de contract.tit.*
de diuis.contract.art.4. num. 5. alij sunt
distractus Carpan. ad statut. Mediolan.
c.318.num.192.& 193.

Nam huic rationi respondet *Bero. dic.*
cons.176. num.52. his verbis :(Verba il-
la referuntur ad prædicta in quibus sta-
tutum solum de illis quatuor,de quibus
143 in principio habetur, loquitur, † quę
saltem largè dicuntur contractus,ex quo
in illis duorum simultaneus cõsensus in-
teruenit, *l.1.cum ibi not.ff.de pact. Bald.*
in rub.eod.tit.gloss.magna in fin. in l.1. de
act.& oblig. Alex. in lib. 5. in princ. ff. de
verbor.obligat. Non autem debent illa
verba generaliter de omnibus intelligi,
ea enim vltimo loco posita veniunt con-
tinuatiuè, & relatiuè ad præcedentia,vt
patet, & ideò tanquam posita solum ad
144 illa † restringi,& referri debent, arg.l.
fin. & ibi Bart. ff.de reb.dub.& infra: (&
hæc est vera intelligentia dicti Statuti in
in illis verbis, Ac semper contrahere
possint, quę ad prædicta continuatiuè,&
coniunctiuè ven.)

Præterea prædicta ratio in statuto no-
uo non merebatur allegari, quia cum
rubrica sit concepta de contractibus, nõ
possunt non venire, vel difficilius venire
illi quatuor principaliter saltem nomi-
nati.

Demum quia si attendenda esset illa
interpretatio, sequeretur maximum ab-
surdum, & omninò contra mentem sta-
145 tuentium,† quæ propterea minimè re-
cipienda. Nam si non adessent coniun-
cti, vbi celebrantur illi quatuor actus,
vtrique valerent sine auctoritate, & Iu-
dicis decreto, cum hæc iuxta interpre-
tationem exaduerso datam requirantur
in contractibus,sub quorum nomine di-
citur non venire prædicti quatuor, sed
146 sensus verus est† quod minores, & mu-
lieres contrahant semper cum decreto
Iudicis in prædictis quatuor casibus, siue
adsint coniuncti, siue non, sed tunc cum
authoritate Curatoris.

Non obstat secunda ratio deducta ex
ipsa rubrica perfectam rationem conti-
nente, quæ dum loquitur generaliter,
247 non † potest restringi per nigrum spe-
ciale, *iuxta gloss.in leg.1. C. de capit. ciu.*
cens.exim.lib.11. DD. in l.1.ff.si cert.pet.
Rota coram Greg.decis.5.num.2. & in ter-
minis *similis constit. Card.Seraphin.decis.*
1242.num. 3. vers. hoc quoque videtur
confirmari.

Primò, quia illam parum vrgere sen-
sit Cardin.Seraphin.ibidem, dum addit
hæc verba, quod si posset habere ali-
quam difficultatẽ, & præsertim vbi ver-
ba nigra, pro vt hic sint clara, tunc e-
148 nim † non recipiunt declarationem à
rubrica, vt post *Ruin.& Osasch.respondit*
Surd.cons.81. num.1.

Secundò, quia supponit id,quod non
subsistit in facto, nempè quod rubrica
habeat orationem perfectam, prout lo-
quuntur Domini, & præsertim *Bologn.*
ad rubr. ff. si cert. pet.num.25.& vltra o-
149 rationem perfectam† requiritur,quod
etiam sit decisiua, *Alex.cons.6.num.3.*ibi:
Quod rubrica habeat orationem perfe-
ctam, & decisiuam, *Ias.cons.205.num.4.*
lib.2. Hæc enim rubrica statuti non ha-
bet orationem perfectam, cum careat
verbo, *Alex.dict.cons.6.num.2. & cons.*
82.num.20. vers.sed ex hoc, lib.3. & suf-
ficiant verba *Corn.* respondentis ad hoc
argumentum *dict. cons. 121.num.7.* ibi:
Maximè cum illa verba, nigri, sint ver-
150 ba dispositiua, & verba, rubri, † sunt
de se nihil importantia, nisi per delecta-
tionem ad verba dispositiua, & illa ha-
bent necessariam relationem, ideò de-
sit, quod ab illis determinentur, & mo-
derentur.

Tertiò, qia si resoluantur verba rubri-
cæ, illa apparebit non esse generalis,sed
particularis, secundùm enim regulas
151 grammaticales sic resoluenda † sunt,
de contractibus, qui non valebunt sine
solemnitatibus *gloss.in clem.de præben. in*
verb.dignitatibus, Bart.in l. Centurio, ff.
de vulg.& pupill. nu.25.item in d. l.Cen-
turio, cons.189.num.7.lib.4. Ruin. consil.
160.num.11.lib.2. Sed relatiuum illud,
152 qui,† non solum habet relationem ad
disposita in nigro, sed ad illa rubricam
restringit, *l.ea tamẽ adiectio 44.ff.de leg.*
1. ibi Bart.& DD. l. quas pecunias 30.ff.
de leg.1.& habemus in corpore iuris plu-
res rubricas, similes, vt in illa reuocan.

donat.

153 donat, quæ tamen non habet locũ † in
omnibus, sed in illis tamen, quæ conti-
nentur in legibus sub illa rubrica, ita &
illa de rescindenda vendit. & aliæ innu-
mer. & in statuto Vrbis præcedenti 150.
habemus rubricam de donat. insinuãdis,
quæ tamen non habent locum in omni-
bus, sed in illis tamen, de quibus in ni-
gro.

Demum, quia ex hac ratione seque-
retur etiam magnum absurdum, si enim
rubrica non restingeretur à nigro, vtique
comprehenderentur in illa nedum mi-
nores, sed etiam maiores, quod quam
154 absonum sit, † nemo est, qui non in-
telligit, sed sicut rubrica restringitur ad
minores, & mulieres, quia in nigro de
illis tantum sit mentio, ita etiam debe-
bebat restringi ad illos tantùm quatuor,
de quibus etiam fit specialis mentio.

Dum verò pro corroboratione ratio-
nis ponderantur illa verba, volentes e-
tiam fraudibus obuiare, &c. statuimus
pacta, quod propter illam dictionem e-
tiam dicantur stare continuatiuè, ac am-
pliatiuè ad rubricam. Certè hæc pon-
155 deratio † est aliena à natura rubricæ,
quę ponitur solùm ad demonstrandum,
& indicandum materiam, quæ in nigro
tractatur.

Sed vt meliùs obseruauit *Pic. in glos.* 1.
Dictio, etiam, stat augumentatiuè, & am-
pliatiuè iuxta *text. in l. etiam C.* de *testib.
Surd. cons.* 303. *num.* 15. *lib.* 3. *& decis.* 8.
num. 12. non quidem ad rubricam, sed
156 ad Statutum † præcedent. 149. & 150.
in quibus statuentes dum voluerunt ob-
uiare fraudibus, quæ in donationibus
fiunt, voluerunt etiam in hoc capitulo
150. obuiare fraudibus, quæ fiunt in cõ-
tractibus minorum, & mulierum.

Non obstat tertia ratio, quod statu-
tum sit fauorabile, & respiciat publicam
vtilitatem principaliter, & vt legitur in
illo, emanauerit ad euitandas fraudes,
157 quæ ratio generalis comprehendit o-
mnes contractus, quia in omnibus po-
test cadere fraus, vt latè per *Pic. gloss.* 7.
num. 2. 3. *& seqq.*

Nam huic rationi respondit *Corn. dic.
cons.* 121. *sub num.* 9. his verbis, Istæ e-
nim rationes adeò generales non decet,
quod extendant dicta specialia, maximè
correctiua iurium, & pœnalia, fundan-
tur enim tunc iura potiùs in auctoritate,
quàm in illa ratione nimis generali, nec
ratio tunc videtur disponere de lege, al-
legat etiam plura exempla, & præsertim
158 quod insinuatio † in donatione requi-
ritur ad euitandas fraudes, *l. data, C. de
donat.* Et nihilominus non habet locum,
nisi vbi excedit summam iuxta disposi-
tionem, *leg. sancimus, leg. si quis pro re-
demptione, §. fin. C. de donat.* & hodie vi-
gore statuti 150. in summa ducatorum
159 200. † ibi expressa, & multò minus
debet fieri extensio ad contractus diuer-
sæ naturæ, quales sunt vtrinque obliga-
torij, & in quibus datur aliquid, & reci-
pitur, sed posset procedere argumentum
ad alios eiusdem speciei, & naturæ il-
lorum quatuor, nempe quando sunt om-
ninò, & in totum de sui natura læsiui.

Sed & prædictam rationem minimè
habendam esse in consideratione, docet
omnes decisiones Rotæ, firmantes habe-
re locum statutum in illis tantum qua-
tuor, & argumentum à ratione fraudis
160 procedere † solùm in alijs, quando in il-
lis vnus ex quatuor cõtinetur, prout o-
ptimè Rota vsa fuit hoc fundamento in
illa decisione; *Cresc. 3. de Const. & Put. de-
cis.* 55. *lib.* 3. *& in vna Perusina nullitatis
donationis* 28. *Nouembris* 1608. *coram
Card. Lancellotto post cons. Farin. lib.* 2. in
qua fuit resolutum, Statutum Vrbis cap.
161 149. lib. 1. habere locum † etiam in
donatione facta per patrem filijs ratione
præsumptæ fraudis consideratę à statuto,
seu ex prædicta ratione nemo est, qui
dicat dictum statutum habere locum e-
tiam in alijs contractibus, in quibus ea-
dem ratio fraudis cadere potest.

Præterea cum statutum hoc veniat
continuatiuè ad illud 149. ab illo venit
declarandum, sed ibi ratio obuiãdi frau-
dibus, non est simpliciter, & generaliter
apposita, sed restrictiuè ad donationes
162 his verbis, Cum Rip. † intersit fraudi-
bus, quæ in donationibus frequenter, &
facilè committuntur obuiare, statuimus,
&c. illud enim relatiuum, quæ restrin-
163 git † rationem ad donationes, *l. ea ta-
men adiectio* 44. *ff. de legat.* 3. cum alijs
supra allegatis, ita etiam debet intelligi
in hoc statuto ad obuiandum fraudibus,
quæ in donationibus minorum commit-
tebantur.

Demùm, quia aliàs si statutum haberet
locum in omnibus, in quibus mulieres,
164 & minores fraudari, † & decipi possunt,
frustratorium omninò fuisset statutum
154. maximè, cum vt sit locus disposi-
tioni illius statuti non sufficiat læsio in
poten-

potentia, sed sit priùs concludenter pro-
banda, & per hoc 151. statim quod ce-
lebratus est contractus sine solemnitati-
bus, est etiam nullus.

Dum verò ex prædicta ratione dicitur
corruere distinctionem inter contractus
de sui natura læsiuos, & ex accidenti,&
quod statutum nullum verbum de læsio-
ne, sed tantum considerat fraudem, &
165 deceptionem, quæ stare potest in mul-
tis sine læsione. Hæc conclusio est con-
tra verba statuti,& auctoritatem Rotę,&
omnium DD. communissimam assertio-
nem in *l.2. C.de rescind. vendit.* vbi fir-
matur deceptum in pretio esse læsum, &
166 idem esse quem † læsum esse, & dece-
ptum in pretio.

Quod autem statutum considerauerit
fraudem, & circumuentionem, est ve-
rum, sed ratione damni, & læsionis,quæ
eueniebat minoribus per donationem,
quæ enim maior læsio, quam illa, quæ
167 resultat† ex donatione facta non spō-
tè, & mera liberalitate, & integro iudi-
cio, sed fraude, circumuentione, & de-
ceptione alterius, & propterea, vt fuit
ostēsū in alia inspectione, *ex Put. & dec.
Reuerendiss. Pamphilij* quatuor illi con-
tractus sunt merè damnosi, & ratione
huius damni, & læsionis, statuentes vo-
luerunt, quod coniuncti iurent non ver-
tere in prȩiudicium minorum, vel mu-
168 lierum, † ad quid enim præstatio talis
iuramenti, si statuentes considerassent
solam fraudem sine lȩsione, & damno?
Est etiam contra Rotæ assertionem, quæ
in omnibus decisionibus dixit statutum
habere locum in omnibus contractibus,
in quibus minor læditur directè, vel in-
directè.

In hoc articulo, an sit valida obliga-
tio mulieris, vel minoris recognoscen-
tis bonam fidem recipiendo pecunias
169 non † seruatis solemnitatibus statuti,
Rota nedum coram Litta apud *Pic. decis.
11.* respondit pro validitate nu. 1. in fin.
ibi: Primò quia realiter receperat pecu-
nias, & hoc non inficiebatur, licet in eo
170 casu concurreret etiam † versio in vti-
litatem mulieris, sed & antea, *coram Il-
lustrissimo D.Card.Millino de anno* 1593.
apud Zacch. decis.36. num. 6. habuit pro
indubitato illam valere, quando non
fuisset recognitio simulata in fraudem
statuti, vt sunt clara verba. Quia cum
vigore statuti non posset obligari sine
171 solemnitatibus, & nec etiam † de iu-
re communi fideiubere, fuit simulatum,
quod recognosceret bonam fidem,& re-
ciperet pecunias, vt teneret eius obliga-
tio, *Rom.cons.344.num.4.*& in hac reco-
gnitione consistit simulatio, quia verè i-
172 psa pecunias non † recipiebat, cum
eodem instanti deberent peruenire ad
manus Iulij Cæsaris, & cum idem casus
euenisset de anno 1602. coram *Penia a-
pud Pic. decis.1.*articulo maturè discusso
per suas propositiones num.17.& 18.fuit
confirmata decis. referendo eadē verba.

Vbi igitur recognitio est simulata,
173 prout † in casu dictarum decisionum,
præsertim vxoris, quæ etiamsi principa-
litet se obliget, & maritus fideiuberet
pro eo prȩsumeretur intercedere *ex Bal.
in auth.si qua mulier C.ad Velleian.nu.9.
Salycet.num.9. Honded. cons.45. num.20.
lib.1.* intrat statutum, vt etiam.fuit cō-
probatum ex pluribus iuribus in prima
inspectione adductis,quibus additur *tex.
in l. sed Iulianus ff. ad S.C.Macedon.* vbi
Vulp.ait. sed Iulianus adijcit, si color
quæsitus sit, vt filius familias, qui mu-
tuam familiam accepturus erat,fideiube-
174 ret, alio reo dato: † fraudem S.C. fa-
ctam nocere, & dandam exceptionem,
tàm filio familias, quàm reo; quoniam
& fideiussori filij subuenitur.

Sed quando prout hic nulla concurrit
simulationis suspicio, tunc valet ex ra-
tione deducta in dictis decisionibus.
Quòd cum mulier, vel minor receperit
175 pecunias non † ex causa donationis,
legis necessitate, tenetur restituere, &
per consequens non habet locum statu-
tum, vt per *Rom.ibi Put.decis.* 153.*n.*33.
*lib.3.Card.Seraphin.decis.*1133. *numer.*2.
& fuit aliàs latè firmatum in Assetta-
mento.

Quam rationem Domini ex pluribus
iuribus firmarunt, & primò *ex test. in l.
sed si ego ff.ad S. C. Velleian.* vbi *Vlpian.*
ait. Sed si ego cum muliere ab initio
contraxerim, cum ignorarem, cui hoc
176 factum vellet†non dubito S.C.cessare,
& ita Diuus Pius,& Imperator noster re-
scripserunt, proindè si dū vult Titio do-
natum,accepit à me mutuam pecuniam,
& eam Titio donauit S.C. cessabit,dein-
dè ex *text.in l. si mulier 16. ff. eodem,* vbi
Iulianus ait, si mulier contra S. G. Vel-
leianum pro me intercessisset Titio, ego-
que mulieri id soluissem, & ab ea Titius
eam pecuniam peteret: exceptio huius
S.C. non est profutura mulieri; neq; enim

eam

177 eam periclitari propsuit, profuit ne † eam pecuniam perdat cum iam eam habeat, *in l. si mulier 15. ff. eodem vbi idem Iulianus*: Si mulieri sduero id, quod †
178 tibi debebam, & al ea ratam rem te habiturum stipulatus fuero, & fortè te ratum non habente igere ex stipulatu instituere. Exceptio S C. quod de intercessionibus fœminarun factum est, non proderit mulieri. Non enim videri potest
179 alienam obligati-nem recusare: † cũ maneam debito obligatus, & ipsa de lucro ogat, ac potius reddere cogatur, quod non debitum acceperit, quam pro alio soluere, *in l. si mulieri 22. ff. eod vbi Paulus ait*, si mulieridederim pecuniam, vt eam creditori meo soluat, † vel ex-
180 promittat, si ea expromiserit, locum non esse S. C. Pomponius scribit: quia mandati attentione obligata, in rem suã videtur obligari, vbi glos. optimè dixit, propter pecuniam, quæ ad eam peruenit, sicut igitur mulier, vel minor, qui
181 fideiubendo non obligatur † stante sta tuto prohibente fideiubere iuxta Rotæ decisiones, si tamen recipiatur, non debet iuuari statuto.

Præterea hoc casu intrat ratio approbata à Rota, & DD. quod hic contractus non est directè vnus ex illis quatuor,
182 † nec etiam indirectè, cum non contineat, neque donationem, nec quietantiam, nec pactum de non petendo.

Non obstat decisio coram R. P. D. Durano, in qua fuit in terminis resolutum coutrarium, nam decisio transit cũ eo fundamento, quod versamur in fideiussione de sui natura læsiua, † quod
182 fundamentum procedit in vero fideiussore, qui pro alio se obligat, nihil recipiendo, vt constat ex omnibus decisionibus loquentibus in fideiussione, quã includere donationem dixit Rota in illa decisione coram Penia apud *Pic. decis. 1.*

Sed hoc casu minor, licet inter ipsum, & dantem pecunias, non contrahatur
183 societas, tamen in effectu † dicitur, & est verè principalis, cum recipiat pecunias, *dicta l. sed Iulianus ff. ad Macedon. in terminis Gabr. cons. 63. num. 10. lib. 2.* his verbis. Quamuis stricto iure non possit dici principalis, quia in contractu societatis principalis esse nequit, vt dictũ fuit, tamen respectu promissionis soluendi fructus, & restituendi pecuniam acce-
183 ptam censeri debet principalis, † & cęteri fideiussores, quia ad alios nihil peruenit, & fui resolutum in Romana subhastationis bonorum, 7. *Iulij* 1593. *coram Cardin. Lancellotto apud Zach. de societat. decis. 56. num. 3. his verbis*, neque obstat, quod Abbas fuerit officialis, & consequenter principalis debitor, ita vt non possit agere contra Spinolam, quia quicquid sit respectu dantis pecunias, clarum est inter ipsos obligatos principa-
184 lem fuisse Spinolam; † qui habuit pecunias, & recognouit bonam fidem, & alleget in eisdem terminis alias Rotæ decisiones, idem etiam fuit resolutum in *Romana de Cassonis Mer. 5. Decembris 1612. coram Card. Sacrato apud eundem Zach. decis. 18. vbi Gabr. d. cons. 63. qui num. 13.* ex sententia Rotæ videbatur contrarium dixisse, ita respondit. Non obstat *Gabr. cons. 63. num. 13. lib. 2.* dicens post Rotam, quod officialis censetur principalis, & cæteri fideiussores, quia hoc est intelligendum respectu il-
185 lius † qui dedit pecunias, & ad certum effectum, nempe, vt liberatio per acceptilationem factam per illum, qui dedit pecunias officiali, prosit, & alijs, ad quos non peruenerunt pecuniæ, & ita lo-
186 quitur Gabr. † secus videtur dicendum respectu illorum, qui officialem releuare promiserunt. Imo Gabr. nu. 14. expresè tenet hoc idem, dum voluit, eo existente non soluendo, qui bonam fidem recognouit, fideiussorem soluentem, & reportantem cessionem, non posse agere contra officialem, nisi pro dimidia, quasi ambo fideiusserint pro recognitione bonæ fidei veritate, & eo, quod verè actum fuerat inspecto.

Additur, & alia ratio, quod dum officialis non potest lucrari pecunias, sed recognitor bonę fidei, apparet hunc esse verum principalem, non autem officialem.

Optimè igitur decit Rota in Romana societatis officij coram Card. Blanchetto inter *diuers. decis. 288. & 300. num.*
187 *2. par. 1.* eos, qui † suas pecunias in societate deducunt, magis inspicere fideiussores, quam officia, quæ solum ad
188 colorandum † & euitandam vsurariam priuatem interponuntur *Card. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 24. num. 37. ex quibus ait Rota in d. decis. coram Card. Sacrato*
189 officialem non videri habere, † nisi nudum nomen respectu fideiussorum.

Ex quibus Domini censuerunt seruan-

dam, & tenendam opinionem antiquorum nostrorum optimis, & euidentissimis rationibus firmatam, & Rotæ auctoritate munitam, nisi contrarium in posterum eidem Rotæ visum fuerit, cuius rectissimo iudicio stare nunquam dedignabitur Assettamentum, & iure meri-
19 to, † cum in illo sacro, & primo Tribunali, & Vrbis, & Orbis omni tempore resederint omnium gentium Christiani Orbis selectiores iuris consulti.

Et ex his, &c.

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Bononien Euacuationis Molendini.

Die Veneris 12. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Statut. Bononien disponens qualiter sit facienda disdicta in locationibus, an dicatur inducere formam, ita vt ei non possit satisfieri per æquipollens, vel non. Statutum inducens formam non substantialem, sed effectualem sufficit, vt adimpleatur per æquipollens, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statut. Bononien. de pœn. vendit. rem alter. & de protestat. faciend. quid disponat, & qualiter veniat intelligendum, num. 7.*

2 *Statuti forma non seruata in aliquo actu, necesse est, vt corruat d. actus, & num. 3.*

4 *Forma data à statuto, si non est substantialis, sed effeectualis, sufficit, vt adimpleatur per æquipollens.*

5 *Licentia in aliquo actu, si sit requisita in scriptis, dicitur inducta forma.*

6 *Clausula annullatiua operatur solum, vt solemnitas requisita in contractu sit formalis, non autem vt sit substantialis, si aliter non sit.*

8 *Citatio, seu denunciatio, vbi requiritur, si non sit facta, benè suppletur per præsentiam, & acceptationem.*

9 *Forma si respiciat priuatam vtilitatem, potest benè quis illi in sui præiudicium renunciare, & num. 10.*

11 *Locatio, si à principio fuit vnica, non potest conductor cogi ad dimittendam partem. limita num. 12.*

13 *Agere quis non debet ad id, quod ad eum non pertinet.*

14 *In testibus contrarietas, vt euitetur, possunt considerari diuersa tempora.*

15 *Inter testes non adest contrarietas, si alter affirmet, alter verò nihil de eo dicat.*

16 *Testis persona, quando dicatur approbata.*

¶ In eadem causa est supra decis. 495. coram eodem R.P. D. meo Ghisilerio sub die 24. Nouemb. 1628. & allegatur hic in principio decisionis.

DECISIO CCCCXCVIII.

PLacuit DD. decisio in hac causa 24. Nouembris præteriti, quod sententiæ latæ ab Auditore generale Bonon & A. C. contra D. Ioannem Morellum sint iustæ, & validæ. Nec obstare dixerunt, quod sit inducta relocatio ex dis-
1 positione *Statuti Bonon. de* † *pœn. vend. rem alien. & de protest. facien.* nisi denunciatio fiat per publicum instrumentum, vel per denunciationem, seu protestationem de mandato Iudicis factam semel inuento, vel bis non inuento ad domum suę solitę habitationis, vel in præsentia trium testium, & aliter facta non valeat ipso iure. Quare cum neuter supradictorum modorum fuerit seruatus,
2 denunciatio † sit nulla, & consequenter inducta relocatio, maximè iunctis ijs, quæ notat *Monterent. in §. adijcientes in*
3 *verbo trium*, † quod sint de forma, adeo ut etiamsi conductor cõfiteatur denunciationes, sed sine præsentia trium testium non valeret. Nam respondetur
4 quod forma data à statuto † non est substantialis, sed effectualis, & sufficit, vt impleatur per æquipollens aliunde certiorando conductore de disdicta, *not. Bald. in l. si quis mihi bona, §. sed si mandauit. ff. de acquir. hæred. Put. decis. 246. vbi Addent. lib. 2. in correct. Cassad. decis. 26. num. 2. super reg. Cancell. Seraph. decis.* 1413. *num.* 3. & in simili de licen-
5 tia requisita † in scriptis pro forma, *fuit dictum in Romana dotis, siue Saluiani* 10. *Iunij* 1626. *coram R. P. D. meo Durano.*

Nec releuat etiamsi statutum annullet, quia clausula annullatiua operatur
6 solum, vt solemnitas † sit formalis, non autem vt sit substantialis, si alioquin non est, *Cephal. cons.* 171. *num.* 14. *vers. nam decre-*

decretum annullatiuum. Vltra quod statutum procedit, quando quis vult de-
7 nunciare † sine scientia, & præsentia cōductoris, tunc enim requiritur vnus ex tribus modis pro forma effectuali, & ideo confessio denunciationis sinę tribus testibus non nocet, at quando prout hic denunciat conductori præsenti, & ac-
8 ceptanti, tunc † pręsentia, & acceptatio supplet defectum totalis denũciationis, nec requiritur alia citatio. *Ang. in l. de vnoquoque, & ibi Imol. ff. de re iudic. Alex. & specul. in tit. de libelli concept. §. sequitur, vers. item vult quidem*, cum multis cumulatis per *Gabr. de citat. conclus. 1. num. 396. Cassador. decis. 2. num. 3. de reiudic. Rot. decis. 393. num. 16. & 412. num. 1. par. 1. recent.* Et cum hæc forma effectualis respiciat priuatam
9 † vtilitatem, potest quis per scientiam,
10 & acceptationem ei renunciare † in sui pręiudicium ex partium consensu, vt in casu nostro factum præsumitur per ea, quę tradit *Ruin. cons. 78. num. 4. lib. 1.*

Non obstat, quod cum ab initio fue-
11 rit vnica locatio, non potuit † conductor compelli ad dimittendas duas ex tribus partibus, & respectu alterius ratæ in ea inuitus continuare; quia cum author decesserit, & commendator succes-
12 serit pro duabus partibus, † vtique commendator non potest petere euacuationem nisi pro duabus, & quoad tertiam
13 nihil prętendit, quia † ad eum non pertinet, sed est pro ea agendum cum alio cohærede.

Exceptiones veritatis, & falsitatis oppositæ contra primum testem, quod dicat super primo articulo, *Il Commandator disse al Signor Giouanni, che non li starebbe à mandar comiato in scritto, quale accettaua il comiato, & che non li facesse spesa*, & iuxta interrogatoria dixerit, *Non sò se il Signor Commendatore habbia detto, che non li staria à mandar comiato*,
14 non obstant; quia ad tollendam † contrarietatem intelligi debet de diuerso tempore. *Fel. in cap. translata num. 8. de constit. Alex. cons. 185. num. 5. lib. 7. Ruin. cons. 130. num. 6. lib. 3. Rot. decis. 147. num. 12. & 167. num. 53. par. 1. rec. san. mem. Greg. XV. decis. 351. n. 13.*

Nec facit quod Commendator in denunciatione adhibuerit personam, & operam Michaelis, qui interrogatus nihil de hoc dicat, quia nulla adest con-
15 trarietas † inter testes si alter affirmet, alter verò super illo interrogatorio nihil dicat. *Alex. d. cons. 185. num. 6. lib. 7. Rot. decis. 147. num. 18. par. 1. recent. san. mem. Greg. XV. d. decis. 351. num. 32.*
16 præsertim cum persona testis † sit approbata ex responsione ipsius Conductoris, ex deductis in alia decisione.

Ex quibus fuit resolutum vt supra, vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Paduana Feudi.

Die Lunæ 15. Ianuarij 1629.

Delictum vasalli non petitæ inuestituræ feudi cum de directo non offendat personam domini, quid inde sequatur. Feudum mixtum in quo tantum differat à feudo ex pacto, & prouidentia. Et plura deducuntur in terminis, quando feudi renouatio omninò retineat suam primæuam naturam.

SVMMARIVM.

1 *Ob Delictum non petitæ inuestituræ feudum applicatur descendentibus, vel agnatis.*
2 *Et ratio est, quia non offenditur de directo persona Domini, & propterea cessat ratio, vt suæ iniuriæ habeat vltionem.*
3 *Legis ratione cessante, cessat ipsa dispositio.*
4 *Feudum mixtum non differt à feudo ex pacto, & prouidentia, nisi quod in mixto requiritur qualitas hæreditaria.*
5 *Et Rota in hoc seruat, quod sufficiat, vt per succedentem non stet, quo minus fuerit hæres.*
6 *Et quod sit hæres primi acquirentis mediatè, vel immediatè, licet non sit hæres vltimi.*
7 *In Feudo ex pacto, & prouidentia descendentibus non nocet non petitio inuestituræ.*
8 *In Inuestitura non petenda delictum quando per Dominum censetur remissum.*
9 *Feudum renouatũ, quando retineat eamdem primæuam naturam.*
10 *Inhabilitas antecedens non nocet aliquid obtinenti.*
11 *Feudi iterata concessio non dicitur facta tanquam de vacanti, & nouo si Dominus,*

minus, numquam acceperit eius possessionem, nec illud incorporauit.

12 *Quo casu semper retinet eius pristinã naturam, & renouatio facta ob incursam caducitatem, remanet eiusdem qualitatis, prout erat feudum antiquum.*

13 *Feudi priuatio non obstat, quando Dominus concessionem renouauerit in nihilo mutando eius qualitates antiquas.*

14 *Præseruationis natura est, ius retentum præseruare, non autem tollere.*

15 *Feudum, quando non dicatur acceptatum vti deuolutum.*

16 *Et quid si simpliciter fuerit acceptatum.*

17 *Assertioni vnius in præiudicium aliorum non statur, nisi aliter constet de assertione.*

18 *Feudi renouatio, licet dicatur concedi tanquam feudum nouum, tamen id non præiudicat inuestito.*

19 *Quia per hoc non immutatur natura concessionis antiquæ, & in dubio semper censetur renouatio, non autem noua concessio.*

20 *Vasallus ob delictum non petitæ inuestituræ in vna parte feudi, alius non priuatur iure accrescendi in alia parte.*

21 *Nam vbi delinquens non possidet, non nocet possessoribus.*

22 *Delictum non petitæ inuestituræ non est in pesonam Domini, quæ licet videatur offendi, non tamen directè.*

Ideo non est considerabile, vt præiudicet descendentibus &c.

¶ Plures decisiones in hac causa annotaui supra ad decisionem, quæ est in eadem causa 478.

DECISIO CCCCXCIX.

LIcet per duas decisiones coram me* factas, fuerit resolutum sententias Rotales esse confirmandas; tamen placuit Dominis ex benignitate, vt tertia vice proponeretur super ijsdem, & non obstantibus deductis per informantes pro D. Iulia, censuerunt non esse recedendum à decisis.

Non obstat quod inuestituræ antiquæ sint extinctæ cũ fuerit facta renouatio ob non petitam renouationem inuestiture à Galeatio patre intra tempus à iure præfixum, & propterea amiserit feudum, quod fuit reuersum ad Dominum, quia licet ob non petitam renouationem in tempore vassallus priuetur feudo, illud
tamen non applicatur domino, sed alijs
vocatis in feudo antiquo, nam æquior
videtur opinio, & magis recepta, vt ob
1 delictum † non petitæ inuestituræ feudũ
applicetur descendentibus vel agnatis,
Rol. cons. 64. num. 10. & seqq. lib. 3. Farinac. q. 25. num. 85. ad fin. quia non
2 offenditur † de recto persona Domini,
& propterea cessat ratio, vt suæ iniuriæ
3 habeat vltionem, & cessante † ratione
legis cessat dispositio *cap. cum cessante. de appell. l. adigere. §. quamuis ff. de iurepatr. & l. quod dictum. ff. de pact. Mantic. de tac. lib. 23. tit. 38. num. 69.* Præsertim cum non simus in feudo hæredi-
4 tario, sed in feudo saltim mixto, † quod
non differt à feudo ex pacto & prouidentia; nisi quod in mixto requiritur quidem
qualitas hæreditaria, *Surd. cons. 305. num. 10. Paris. cons. 23. num. 86. lib. 1. Soccin. iun. cons. 42. num. 8. lib. 3. Surd. cons. 63. num. 13. & cons. 108. num. 12.*
5 & Rota seruat quod sufficit, † quod per
eum non stet, quominus fuerit hæres,
Put. decis. 380. lib. 1. & quod sit hæres †
6 primi acquirentis mediatè, vel immediatè, licet non sit hæres vltimi, *Put. decis. 175. lib. 2. Rota in hac causa 16. Decembr. 1622. Coram Illustriss. Card. Caualerio,* & in feudo ex pacto & prouiden-
7 tia descendentibus † non nocet non petitio inuestituræ *Clar. in §. feudum. q. 66. Alex. cons. 92. num. 18. lib. 6. Rosental. de feud. cap. 11. conclus. 5. num. 6. Menoch. cons. 303. num. 35.*

Quinimò cum per generale Edictum contra omnes Galeatius fuerit priuatus, & postea comparuerit, & renouatio fuerit facta eidem personæ Galeatij, & non
8 alteri, vtique † Episcopus videtur remisisse omne delictum ex negligentia non petitæ renouationis contractuum, ita vt
9 feudum retineret eandem † naturam,
cap. 1. vbi Præpos. in princ. & num. 4. tit. quæ fuit prima causa benefic. amittend. vbi Afflict. num. 113. Isern. in cap. 1. n. 1. ad med. de vassall. decrep. ætat. vbi Aluarott. num. 1. Scharder. de feud. par. 6. cap. 2. num. 78. & 79. & sic inhabili-
10 tas † antecedens non nocuit, secundum
tex. in l. interuenit. ff. de leg. præstand. Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. num. 36. & lib. 3. cap. 2. num. 16.

Neque dici potest, quod concessio
11 huiusmodi sit facta tanquam de feudo †
vacanti, & nouo, cum Episcopus nunquam acceperit possessionem, nec vnquam

quam feudum fuerit suæ mensæ incorporatum, semper enim retinuit pristinas
12 suas qualitates, quo casu dicitur † remissa caducitas, & renouatio remanet eiusdem qualitatis, & effectus, prout prius, & dicitur antiquum feudum, non nouum. *Isern. in cap. 1. §. sed si res vers. sed si Dominus. tit. per quos fit inuestitura, & in cap. 1. col. 2. num. 5. tit. de feud. sin. culp. non amittend. Bal. in tit. de vasall. decrep. ætat. cap. 1. vbi Afflict. nu. 7. Mastrill. de Magistrat. par. 2. in tit. ad indult. gener. cap. 20. num. 22. Clar. in §. feudum q. 8. num. 6. in fin. Rosental. cap. 2. concl. 12. nu. 2. & 3. Odd. de in integr. q. 98. num. 11.*

Et propterea fuit apposita clausula sine præiudicio aliorum quorumcumque, & ad rectum, & legale feudum vetus, & antiquum, & cum in ipsa renouatione ad fauorem Galeatij ab eodem Episcopo admittantur aduersitates, propter quas Galeatius impeditus fuit, & cum eo se gesserit tanquam cum fidelissimo vasallo, vt constat ex ipsa noua infeudatio-
13 ne, colligitur Episcopum noluisse † recedere ab antiquis inuestituris, & ideo non obstat priuatio feudi contra eum alleg. *ad tex. in l. 3. §. quod diximus. ff. si quis caut. vbi latè. Bart. Alex. & Ias. Menoch. de arbitr. lib. 2. q. 118. num. 6. Garz. de benef. 3. par. cap. 2. num. 435.*

Concessio facta filijs non obstat stante præseruatione iurium, hoc enim im-
14 portat natura præseruationis † quæ denotat retentum ius ex præcedentibus inuestituris, non autem sublatum, *Aym. cons. 226. num. 6. Surd. cons. 152. num. 3. lib. 2. & fuit resolutum in hac causa 20. Nouemb. præteriti in decisione*, quæ reuidetur, & propterea cum fuerit acceptata cum clausula reseruationis iurium ex
15 antiqua inuestitura † non applicatur, quod fuerit acceptata vti de feudo deuoluto, tanquam noua, *Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 348. num. 4.* Moti-
16 uum enim procederet, si acceptatio † esset simplex, secus autem cum præseruatiua, *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano, in impress. decis. 8. num. 3.*

Nec releuat, quod in inuestitura dicatur concedi tanquam feudum vacans, quia respectu Episcopi nihilominus renouatur saluo iure omnium aliarum personarum, & respectu petentium renouationem in hoc non statur eorum assertio-
17 ni in aliorum † præiudicium, nisi aliundè probetur caducitas, *Mohed. decis. 7. de probat Seraph. decis. 254. num. 3. & decis. 965. num. 9. Rota in Bonon. bonorum emphyteoticorum 18. Aprilis 1597. coram Card. Pamphilio*. Et licet dicatur concedi tanquam feudum nouum, non
18 indè † præiudicat inuestito, vt in terminis probat *Afflict. in cap. 1. §. nos numer. 27. tit. hic finit lex Federici*, quia nihilominus non immutatur natura con-
19 cessionis antiquę, † itaut semper ista cēseatur renouatio, non autē noua concessio *Cassad. decis. vnic. de confirm. vtil. vel inutil. & fuit dictum in causa mediolanen. decursus aquarum 28. Aprilis 1581. corā san. mem. Clemente VIII.* & alias prout *in Rauuenat. emphyteusis 22. Maij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Tandem quicquid potuit esse in portione, & medietate Galeatij ob non petitam inuestiturā in alia medietate possessa ab alijs, & obuenta Hieronymo, v-
20 tique ob non petitam † inuestituram à Galeatio, non tollitur ius accrescendi in alia parte, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit 38. num. 69.* qui reprobat *Bald. in cons. 301. num. 13. lib. 1.* Nam vbi de-
21 linquens † non possidet, non nocet possessoribus *Rosental. de feud. cap. 11. concl. 6. num. 1. & seqq.* huiusmodi enim delictum non petitæ inuestituræ non est in personam domini, quæ licet videatur o-
22 ffendi † non tamen directè, ideò non est considerabile, vt præiudicet descendentibus, præsertim in alia parte non possessa à Galeatio, sed ab alio.

Ex quibus, &c.

** Idest sub diebus 17. Maij 1628. & 26. Iunij eiusdem anni, sunt supra decisiones 486. & 492.*

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Romana Restitutionis in integrum.

Die Veneris 26. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Sententia ad hoc vt substineatur, & nullitatis vitio non subiaceat, ad hoc vt dicatur coformis libello, sufficit etiam vt iustificetur ex actis factis, & petitionibus in iudicio deductis etiam post libellum. Intentans remedium l. diffamari, licet regu-

regulariter dicatur reus, tamen quando illud intentatur contra possidentes fallit ista regula, cum ea tantum habeat locum, quando vtens tali remedio est possessor.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio aduersus sententiam non datur, si constet de eius iustitia.*

2 *Sententia est nulla, si feratur super petitorio, & monitorium erat restrictum ad possessorium.*

3 *In Monitorio, quando dicatur deductum possessorium, & petitorium.*

4 *Iudicium iactationis simpliciter intentatum comprehendit, tàm petitorium, quam possessorium.*

5 *Clausula omni meliori modo, posita in libello facit, vt censeantur comprehensa tàm expressa, quam non expressa.*

6 *Iudicium iactationis tunc sine dubio omnia comprehendit, quando causa fuit commissa cum clausula, quam, & quas.*

7 *Expressio rerum, & iurium comprehendit dominium, & proprietatem.*

8 *Sententia debet esse conformis libello.*

9 *In Sententia, si adsit clausula rebusque alijs &c. operatur relationem ad totum processum.*

10 *Sententia sufficit, vt iustificetur etiam ex actis factis in prosecutione iudicij post libellum.*

11 *Reo, & possessori sufficit vincere per non ius actoris.*

12 *Remedio l. diffamari agens obtinet partes rei.*

13 *Rei partes tunc substinet agens remedio l. diffamari, quando intentatur à possidente, contra non possidentem, aliàs secus.*

14 *Remedio l. diffamari agens tunc obtinet per non ius actoris, quando probauit sua incumbentia, nempè quod sit in possessione rerum, super quibus molestatur.*

15 *L. diffamari remedium si sit intentatum contra possidentem, ipse remanet adhuc purè, & simpliciter reus, perinde ac si fuisset in petitorio conuentus.*

16 *Probationes, quæ conquassantur ab alijs validioribus non sunt attendendæ.*

¶ In eadem causa habetur supra decisio 69. coram eodem Card. Vbaldo sub die 17. Maij 1627.

DECISIO D.

ITerum hodie Domini dixerunt non
constare de causis restitutionis in in-
tegrum aduersus sententiam absoluto-
riam, quę fecerat transitum in iudicatum
ad fauorem R.P.D.Ricciulli, & moti sunt
ijsdem rationibus adductis, & conside-
ratis in decisione in causa facta die 27.
Maij 1627. ex quibus clarè constat de iu-
1 stitia supradictæ sententiæ, † & de non
bono iure *D.* Claricis, sine quo restitutio
dari non potest, *Rot. decis.* 1. *de restit. in
integr. in nou. Verall. decis.* 94. *par.* 3. *Se-
raph. decis.* 1238. *num.* 1.
Non obstat repetitum motiuum, quod
sententia sit inualida tanquam lata in
2 petitorio, † cum monitorium sit solum
restrictum ad possessorium. Quia ista re-
strictiua non verificatur, imò ex lectura
monitorij contrarium apparet, dum fuit
deducta omnis actio, & omne ius non so-
lum petendo mandatum de manutenen-
do, sed etiam aliud quomodolibet ne-
cessarium, & opportunum decerni, & re-
3 laxari, † ex quibus verbis apparet fuis-
se deductum tàm possessorium, quam pe-
titorium, *Rot. dec.* 254. *num.* 2. *par.* 1. *di-
uers.* & benè consideratur in decisione,
& ad hunc effectum neque fuissent ne-
cessaria supradicta verba petitorium
concernentia, sed satis superque fuisset,
quod intentatum remedium super mole-
stationibus, & iactationibus non haberet
4 restrictiuam, nec dictionem † aliquam ta-
xatiuam respectu possessorij, nam de sui
natura simpliciter intentatum, vtrumque
comprehendit, *Cast. ad decis.* 6. *de rescrip.
& decis.* 9. *de caus. poss. & propr. num.* 6.
& 8. *Menoch. de recuper. poss. rem.* 15.
quæst. 27. *nu.* 363. *Contard. in l. vnica in
verbo. petitorium quæst.* 14. *num.* 4. *Gabr.
de act. concl.* 6. *num.* 3. Vnde multo ma-
gis vtrumque comprehendere debet
stantibus supradictis verbis vniuersali-
bus, omne ius, omnemque actionem, &c.
5 & clausula etiam omni alio modo, †
quę facit, vt censeantur comprehensa,
tàm expressa, quam non expressa. *iux.
decis. Verall.* 124. *par.* 1. *Achil decis. vni-
ca de verb. signif. Cæs. de Crass. decis.* 1.
num. 4. *de elect.* & in simili quando fuit
6 † causa iactationum commissa, cum clau-
sula, quam, & quas, &c. *Sarnen. q.* 34.
nu. 4. *de infirm. Mandos. vbi sup. d. reg.*
29. *num.* 6. *&* 7.

Et

Et prædicta comprobantur, ex expressione in eodem monitorio facta, quod
7 molestiæ erant etiam super rebus, † & iuribus, quæ comprehendunt dominium, & proprietatem; *iux. decis. Oradini relata per Mandos. in d. reg. 29. q. 14. in fin. Contard. in d. l. vnica in d. verbo peritorium. q. 13. nu. 57. & 58. Mohed. decis. 6. de rescript. Seraph. decis. 335. num. 4.*

8 Et ex hac cessat obiectum, quod † sententia lata in petitorio habeat relationem ad monitorium, cui non sit conformis, quia imò conformitas est clara stante supradicto fundamento, quod monitorium continet tàm possessorium, quam petitorium, & in omnem casum tollitur omnis difficultas, quia sententia non solum habet verba, prout in monitorio, sed etiam habet clausulam, rebusque alijs
9 in actis causæ, † & causarum huiusmodi latiùs deductis, operatur relationem ad totum processum, *Rot. decis. 254. sub n. 2. vers. postremo par. 1. diuer.* & sic dicendum est, quod sententia absolutoria est tàm à contentis in monitorio, quàm in processu, in quo cum indubitanter fuerit
10 etiam deductum † petitorium ex actis factis in prosequutione iudicij post libellum, satis esset, quod ex illo remaneret iustificata sententia. *Imol. in cap. ex tenore in fin. de rescript. Bero. cons. 43. num. 8. l. 3. Afflict. decis. 95. nu. 8.* cum alijs in d. decis. allegatis.

Non obstat, quod si monitorium continebat petitorium, debuisset pronunciari cameras, & apothecas controuersas esse, vel non esse de iure emphyteotico; quia cum tempore exequuti monitorij D. Ricciullus reperiretur, prout est etiam de præsenti, in quasi possessione proprietatis respectu totius domus, & signanter respectu camerarum, & apo-
11 thecarum, super quibus obtinuit † etiam mandatum de manutenendo satis ei fuit tanquam reo, & possessori vincere per non ius d. D. Claricis, & obtinere simpliciter absolutoriam, *l. qui accusare. C. de eden. cap. vlt. §. sanè de iur. iur. cum vulgat.*

Non obstat, quod imò esset rea d. Clarix, quæ commisit causam iactatio-
12 num. Quia † licet regulariter agens remedio *l. diffamari*, dicatur obtinere partes rei, id tamen non procedit, quando intentatur à non possidente contra possidentem, vt est in casu nostro. *Bald. in l. sed etsi per Prætorem. §. sed etsi, sub n. 4. vers. item con. eum, qui est in possessione. ff. quib. ex caus. maior. vigin. ann. & in l. 3. sub. num. 2. vers. nota quod. C. qui bon. ced. poss. Boer. decis. 255. num. 10.*

Et hinc est, quod agens remedio *l. diffamari*, tunc demum nihil probare tenetur, & obtinet per non ius actoris quando probauit sua incumbentia, nem-
13 pe quod sit † in quasi possessione rerum, super quibus molestatur, vt declarat *Fran. Aret. in cons. 68. sub nu. 6. Gabr. in tit. de Art. concl. 6. num. 38. & fuit dictum in Barbastren. decimar. 10. Nouemb. 1624. coram bon. mem. Vbaldo, & in Leodien. Canonicatus 4. Decemb. 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Dum igitur Clarix non reperitur, nec reperiri potest in quasi possessione detinendi iure dominij corpora controuer-
14 sa, attento, † quod in illis est in possessione proprietatis D. Ricciullus, vt supra dixi, *ad l. 3. §. ex contrario ff. de acq. poss.* sequitur vt d. intentatum remedium *l. diffamari*, nihil ei nocere possit quoad beneficium possessionis, sed eo non ob-
15 stante adhuc remaneat purè, † & simpliciter reus, perinde ac si fuisset in petitorio conuentus, vt post alios tradit *Contard. in d. l. diffamari cap. 4. num. 19. & 20.* Vnde meritò fuit ei data absolutoria dicta Clarice non probante ius habere super dictis corporibus controuersis.

Non obstant probationes per Claricem adductæ, quia non sunt concluden-
16 tes, & † conquassantur alijs probationibus in decis. ponderatis, ex quibus etiam ex abundanti constat de dominio, & proprietate D. Ricciulli.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Bononien̄ Legitimitatis.

Die Mercurij 31. Ianuarij 1629.

DECISIO DI.

Est impressa in decis. coram Merlino to. 1. Decis. 389.

EMI-

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Colonien. Monasterij.

Die Mercurij 4. Aprilis 1629.

ARGVMENTVM.

Ad declaratoriæ relaxationem quibus concurrentibus procedatur. Contra vniuersitatem quando agitur, licet collegialiter citanda veniat, tamen si renuat se congregare, vel si congregetur, & præcludantur portæ, vt nuncius nequeat fungi suo officio, tunc habetur pro sufficienter congregata.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Rotale si sit cum debitis solemnitatibus parti intimatum, & non doceatur de paritione, benè relaxatur declaratoria.*

2 *Contra vniuersitatem, quando agitur, est collegialiter citanda.*

3 *Contra vniuersitatem si agatur, & ad quem spectat ius eam congregandi, si sæpius fuerit requisitus, vt Vniuersitatem congregaret, & id spreuit facere, tunc pro collegialiter citata habetur.*

4 *Vniuersitas si impedimentum præstiterit quando est congregata, vt possit citari.*

5 *Et fuerit affixa copia citationis ad ostium, vbi reperitur congregata, tunc pro sufficienter citata habetur.*

6 *Facto vbi opus est, non sufficiunt verba.*

¶ Allegatur hæc decisio supra in decis. 276. quæ est in eadem causa, sub die 7. Maij 1629. coram eodem Eminentiss. D. Card. Vbaldo. Decisiones etiam supra 91. & 115. sunt pariter in hac eadem causa.

DECISIO DII.

FVit hodie dubitatum, an esset danda declaratoria contra Confratres S. Crucis Ciuitatis Colonien. ob non paritionem mandati Rotalis, & Domini affirmatiuè responderunt, quia cum constet dictum mandatum pluries fuisse personaliter intimatum Campio Vicepræfecto dictæ Archiconfraternitatis, nec non alijs Confratribus, vt in Summario dato, sub die 12. Februar. præteriti, nu. 6. & seqq. & fuerint postea seruati quatuor termini seruari soliti in d.
1 Summ. num. 25. & non † fuerit doctum de paritione, meritò debet contra illos concedi declaratoria, *Iuxta decis. Rot. 445. par. 2. recent. Cassad. decis. 6. de caus. possess. & prop. Mohed. decis. 1. de sent. excomm.*

Non obstat, quod cum agatur contra Vniuersitatem, debuisset dictum manda-
2 tum † collegialiter intimari, quia cum d. Vicepræfectus, ad quem spectabat ius congregandi sæpius fuerit requisitus, vt
3 Confraternitatem congregaret, † & noluerit illam congregare pro collegialiter intimata haberi debet. *Sanct. mem. Greg. XV. decis. 584. vbi adden. num. 6. vers. si tamen Vniuersitas, fuit dictum in Terdonen. bonorum 15. Decembr. 1614. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.* Idque præsertim, cum Notarius tempore, quo aliquando Confraternitas repe-
4 riebatur † congregata, ad illam accessisset pro facienda intimatione, & eam facere non potuerit, cum ei fuerint præclusæ portæ, & fuerit reiectus, vt in d. *Summ. num. 13. & 14.* Vnde satis fuit quod ipse affixerit copiam authenticam
5 ad ostium † dicti Oratorij, ad hoc, vt stante dicto impedimento pro sufficienter citata habeatur. *Cap. quoniam frequenter §. porro vbi Abb. num. 3. vt lit. non contest. Crescent. decis. 18. num. 2. de sent. & re iudicat. Seraphin. decis. 1094. nu. 3. Rot. in Zamoren. nullitatis professionis 7. Nouemb. 1625. coram bo. mem. D. Vbaldo.*

Non obstat paritio, ab aliquibus verbaliter facta, quia cum d. mandatum contineret factum præcisum restituendi Canonicos ad naturalem possessionem,
6 à qua eiecti fuerunt † sola patientia, & oblatio verbalis non fuit sufficiens. *Seraph. decis. 1113. & fuit dictum in Pampilonen. Cappellaniæ 3. Iulij 1623. coram bo. mem. D. meo Vbaldo, & in Treueren. bonorum 9. Iunij 1625. coram bo. mem. D. meo Vbaldo.*

Et ita vna tantum parte informante fuit conclusum, &c.

☞* *Est supra in hac parte decis. 193.*

R. P. D. GHISILERIO.

Nouarien. Legitimæ.

Die Veneris 11. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Matri debetur legitima in bonis filij professi à die emisſæ profeſſionis, & quid ſi mater tranſiuerit ad ſecunda vota, vtrũ Monaſterium poſſit dare de iniuria eidem filio illata. Profeſſus habetur pro mortuo, & quid ſi Monaſterium ſit capax bonorum. Ius perſonale, nec cedi, nec tranſmitti poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legitima in bonis filij à die profeſſionis eius.*
2 *Profeſſus habetur pro mortuo.*
3 *Religio capax bonorum retinet iura ſanguinis, & ſucceſſionis loco profeſſorum in ea, & qualiter id procedat nu. 4.*
5 *Fictio impoſſibile eſt, vt repræſentet viuam illam perſonam, quæ à lege morte non expectata fingitur iam mortua.*
6 *Mortuus, & viuus, quis non eſt cenſendus.*
7 *Poſt mortem, quis non poteſt poſſidere, cum mors omnia ſoluat.*
8 *Monaſterium capax bonorum ex perſona filiorum profeſſorum acquirit proprietatem debitam eis ex diſpoſitione l. fœminæ C. de ſecund. nupt. & qualiter id intelligatur nu. 9.*
10 *Ius ſi ſit perſonale, nec cedi poteſt, nec tranſmittitur ad hæredes, & 11. & 113.*
12 *Verbum, ſolis, eſt præcisè reſtrictiuum ad nominata tantum excluſis alijs.*
14 *Ius perſonale cum perſona extinguitur, nec vllo modo ad alium poteſt transferri.*
15 *Querela inofficioſi teſtamenti eſt tranſmiſſibilis.*
16 *Matri in bonis filij ſpectat iure legitimæ tertia pars bonorum eius.*

¶ Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 306. quæ eſt in eadem cauſa die 18. Iunij 1629. coram eodem R. P. D. meo Ghiſilerio.

DECISIO DIII.

Placuit DD. D. Paulę deberi legitimam in bonis filiorum profeſſorum in Ven. Religione Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, non obſtante tranſitu ad ſecunda vota poſt emanatam profeſſionem, & ſic confirmare deciſiones coram me factas 15. Decembris 1628. & 24. Aprilis Anni currentis. * Cum ſit verior opinio de iure
1 Canonico, quod matri debeatur † legitima à die profeſſionis filij, *ex text. in c. cum ſimus in fin. de regul. & benè probat Honded. conſ. 60. lib. 2. per tot. & t enet Rot. in Trident. legitimæ 31. Ianuar. 1607. coram bo. mem. Ortimbergo, & in deciſionibus in hac cauſa factis*; quia filij à die
2 profeſſionis † emiſſę habentur pro mortuis, cum mors ciuilis ad effectum, de quo agitur, operetur eoſdem effectus, quos naturalis, & quamuis fili profeſſi
3 in Religione capaci bonorum retineant † iura ſanguinis, & ſucceſsionis, vt ex eorum perſona Monaſterium poſsit capere ſucceſsionem *auth. ingreſſi, C. de Epiſc. & cler. Moli. de primog. lib. 1. cap. 13. num. 71. Surd. conſ. 557. num. 14.* Id tamen procedit in bonis obueniendis filijs, ex ſucceſsione ab alijs proueniente, vel
4 in illis, quę erant † filiorum de tempore profeſsionis, non autem vbi agitur de reuocanda legitima, iam ab ipſis abdicata per mortem ciuilem in hoc naturali æquiparatam, cum impoſsibile ſit, quod Religio per fictionem repræſentet viuam illam perſonam, quæ à lege morte
5 non expectata † fingitur mortua in tribuenda legitima matri de iure debita, eique iam quęſita de tempore dictæ mortis ciuilis filiorum, aliàs ijdem filij Re-
6 ligioſi † cenſerentur mortui, & viui; mortui, vt mater ſuccederet, viui, vt ipſi retinerent proprietatem, ſed habentur pro mortuis ad effectum, vt mater illis ſuccedat, ergo etiam pro mortuis debent haberi, vt mater liberè plenam habeat proprietatem, & propterea ſequitur, vt aliquod ius apud ipſos filios non remaneat reſpectu iſtius legitimæ, cuius intuitu ipſi mortui reputantur, & eis mater non ſolum non debet, ſed nec poteſt proprietatem reſeruare, quia poſt mor-
7 tem † non poſsunt poſsidere, cum mors omnia ſoluat, *vt in auth. de nupt. §. deinceps, & notatur in l. eius, qui in prouin-*

cia ff. si cert. pet. Castr. cons. 454. in princ. lib. 1. vbi latè.

8 Non obstat quod Monasterio capaci † ex persona filiorum professorum acquiratur propietas debita filijs, *ex dispositione l. fœminæ C. de secund. nupt.* quia siue consideretur, vt pœna, sicut vere
9 censuerunt DD. esse † respectu ipsius matris transeuntis ad secunda vota, vt probat *text. in auth. de nupt. §. si vero expectet, & §. seq. Azo. in summa C. de secund. nupt. num. 68. Ang. in auth. de non eligen. secundo nuben. num. 7. Rip. in repet. l. fœminæ C. eod. Modern. Forol. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 1. num. 2. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 87. num. 3. & seqq.* vbi numerat pœnas secundò nubentium, & prosequitur in disputatione, siue etiã
10 vt fauor filiorum est; semper † ius ideo personale est, *Bald. in auth. ex testamento num. 6. & 8. C. de secund. nupt. l. fœminæ C. eod. tit. Alex. cons. 63. num. 2. & 3. lib. 5. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 89. num. 37. vbi latè rationibus, & auctoritatibus comprobat Ceual. com. opin. q. 611. per tot. Rim. Iun. con. 305. num. 105. & seqq. Rot. decis. 619. num. 1. par.*
11 *1. recent.* vt nec cedi possint. † nec transeat ad hæredes, cum illius reseruatio inducta sit speciali fauore ipsorummet filiorum, *vt in §. quoniam in auth. de nupt. ibi, quibus videlicet solis, & in d. l. fœminæ §. illud C. de secund. nupt. ibi, quibus solis hoc seruauimus*; Vnde cum de tempore, quo mater ad secundas nuptias transiuit, filij essent mortui saltem ciuiliter per ingressum Religionis, sequitur quod mater potuerit transire ad secunda vota absque eo, quod remaneret priuata
12 proprietate legitimæ, cum verbum † illud supra relatum *solis*, ita præcisè restringat fauorem filiorum, vt alios omnes excludat *l. his solis C. de reuoc. donat.* Quare si filijs post professionem ex persona propria, actio hęc non competit, & actio ex supradictis sit mere persona-
13 lis, Monasterium, siue vti hęres † ex testamento, siue ex generali successione ingressorum ius istud prosequi non poterit, vt concludit *Bellon. cons. 60. num. 50. & seqq.* Ita quod siue sit pœna, siue sit prouisio legis, quod mater transiens ad secunda vota amittat proprietatem, vtroque casu cessat obiectum de secundis nuptijs, quia habet locum extantibus filijs, & non ijs mortuis, ex quo hoc ius
14 tanquam personale cum ipsa † persona extinguitur, nec vllo modo transmittitur ad Monasterium: neque releuant instantiæ datæ pro parte Congregationis, vt quęrela inofficiosi testamenti, & aliæ successiones post professionem contin-
15 gentes, † cum sint transmissibiles ad hæredes, quia contrarium procedit in iure personali, vt est id, de quo quæritur, quod fuit cum persona extinctum.

Ex quibus, & alijs deductis in supradictis duabus decisionibus DD. dixerunt D. Paulæ matri pertinere, & spectare
16 iure legitimæ tertiam partem † bonorum filiorum non obstantibus ex aduerso deductis, quæ non releuare, vtraque parte informante, fuit resolutum.

☞ * *Sunt supra in hac parte decisiones 223. & 267. & coram bo. mem. Reuerendiss. Pirouano in eadem causa habetur pariter supra alia decisio sub die 3. Decembr. 1627 est 116. & omnes istæ decisiones deinde fuerunt à Rota canonizatæ coram R. P. D. meo Dunozetto in causa Romana successionis de Comitibus 15. Ianuarij 1642. vbi dicitur, quod articulus, de quo in præsenti decisione fuit maturè in hac causa discussus, & firmatus.*

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Census.

Die Lunæ 14. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Statutum si requirat aliquid in contractibus pro forma, id adamussim debet interuenire, ita vt non potest adimpleri per æquipollens. Minor, si iurauerit se esse maiorem, quando non impediatur allegare nullitatem contractus ob non seruatas solemnitates.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononien. in contractibus pupillorum, præter præsentiam Turoris, & decretum Iudicis, quid requirat.*
Ita vt contractus aliter factus non substineatur nu. 1.
2 *Contractus pupillorum de iure sunt nulli, si non interuenerit auctoritas Tutoris.*
3 *Contractus pupillorum sunt nulli, si non sint seruatæ solemnitates statutariæ.*

Statu-

4 *Statutum si det formam alicui contractui, est ad vnguem seruanda.*

5 *Et sic non potest per æquipollens adimpleri, maximè stante decreto irritanti, & annullatiuo.*

6 *Minor, si iurauerit se esse maiorem, quando non impediatur allegare nullitatem contractus ob non seruatas solemnitates statuti requisitas in eorum contractibus.*

7 *Statutum, si adimat fidem contractui quemadmodum contractus non probatur, nec etiam probatur iuramentum in eo contentum.*

8 *Instrumento sublato censetur etiam sublatum iuramentum in eo contentum.*

9 *Minor non potest allegare nullitatem, si constet de eius euidenti vtilitate.*

10 *Minoris contractus, quamuis nullus sustinetur, vbi minor est factus locupletior.*

11 *Et quorum statutorum id procedere possit, vide hic. & declarantur nonnullæ decisiones num. 12. & 13.*

14 *Minoris contractus quando secundum statutorum dispositionem est nullus, potest ab eo impugnari, quamuis sit factus locupletior.*

15 *Contractus à minore vtiliter gestus ita demum sustinetur sine solemnitatibus, minore ita volente.*

16 *Contractum celebratum à minore sine solemnitate, si quis sustinere velit ex causa vtilitatis, quid probare teneatur.*

17 *Et quas probationes hoc casu afferre teneatur.*

18 *Ita vt non sufficiat probare, quod pecuniæ fuerunt acceptæ sub vsuris.*

19 *In Minorum contractibus, si statutum desideret copulatiuè causam, & solemnitates, tunc vterque, nisi interueniat contractus, corruit.*

¶ Allegatur præsens decisio infra in eadem causa sub die 16. Ianuarij 1630. coram eodem R. P. D. meo Ghisilerio est decis. 510.

DECISIO DIIII.

IMposito perpetuo censu per D. Antonium Bouium in pupillari ætate existentem cum falsa narratiua quod esset ætatis 15. annorum, cum ipso non fuerunt seruatæ solemnitates necessariæ ex statuto Bononiæ in contractibus pupillorum, & minorum requisitæ: discusso in Rota de validitate istius census, Domini censum non substineri responderunt, ex quo deficiunt auctoritas Tutoris, & decretum, seu licentia Tribunorum plebis, quæ requiruntur præter præsentiam Tutoris, & decretum Iudicis, vt exponit *Monterent. Glossator ibi in verbo, & Dominorum*, ita & taliter vt contractus, aliter factus, & sic sine supradictis † sit
1 ipso iure nullus, vt censuit *Rota coram me in Bonon. transactionis* 14. *Iunij*, & 11. *Decembris* 1628. Nec præsentia Curatoris releuat, quin requiratur Tutoris auctoritas, cum Antonius esset pupillus, & impubes, vt ex fide baptismatis. Quare contractus tàm ex forma statuti, quæ expresse requirit hanc Tutoris auctoritatem, vt ex ipso statuto expresse colligi-
2 tur, † quàm de iure est omninò nullus *l. pupillus ff. de reg. iur. Rot. decis.* 54. *par.* 1. *recent. per tot.* ob non seruatas solemni-
3 tates statuti † *Alberic. in l.* 3. *Castren. in l.* 1. *nu.* 3. *C. si minor. se maiorem dixer.* & *cons.* 53. *num.* 3. *lib.* 2. *Roman. post Io. Andr. cons.* 12. *num.* 5. *Marsil. singular.*
4 399. data enim forma † præcisa circa contractum, ad vnguem præcisè, & in forma specifica debet adimpleri *cap. cum dilecta, vbi notant. Doct. de rescrip.* Neque potest per æquipollens adimpleri stante
5 † decreto irritanti, & annullatiuo, de quo in statuto.

Et censuerunt Domini minorem ætatem suffragari Antonio, quamuis iurauerit se maiorem, & ideo non impeditur †
6 allegare nullitatem contractus ob non seruatas requisitas solemnitates in contractibus minorum ex allegato statuto Bononiæ, quia fide dempta contractui à statuto, quemadmodum contractus †
7 non probatur, nec etiam probatur iuramentum contentum in contractu. *Bart. in l. omnes populi num.* 25. *de iust. & iur.* Instrumento enim sublato, sublatum est, & iuramentum, ad *not. per glos. in cap. si diligenti de for. compet. & per glos. in cap. inter dilectum. de fid. instrum. Mohed. decis.* 5. *num.* 1. *præscript. Put. decis.* 116. *num.* 2. *Rota recent. par.* 1. *decis.* 54. & 153. *num.* 3. Ea ratione, quia cum statutum, ibi, *& siquæ cessiones, & renunciationes, seu contractus, alienationes, vel obligationes, seu sacramenta, vel confessiones prædictorum minorum, vel filij familias, vel instrumenta aliqua de prædictis fierent contra dictam formam, & non* serua-

seruatis solemnitatibus prædictis ipso iure sint cassi, cassæ, & cassa, & nullius valoris, & momenti, &c. & inferius, ibi, *ipso iure sint cassa, & talibus instrumentis, seu scripturis, & inde confectis nulla fides adhibeatur, vel detur, &c.* nedum irritet obligationes, sine dictis solemnitatibus, sed etiam adimat fidem scripturis, & instrumentis † vtique super alle-
8 gato iuramento nullum posse fieri fundamentum dixit *Rota in Romana nullitatis donationis 3. Iunij 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Maior tamen difficultas consistebat in eo, quod contractus cessent in euidentem vtilitatem pupilli, ita quod non pos-
9 sit † per eum impugnari, nisi saltem restituta quantitate recepta, receptissima enim est conclusio, contractum minoris
10 quantumuis † nullum sustineri, vbi minor est factus locupletior. *l. si prædium §. emptor. C. de prædijs min. l. si pupillorum §. si obligauerit. ff. de reb. eorum. Bal. in l. neque C. de contrahen. & committen. stipul. Alexan. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad trebell. Bero. cons. 176. num. 43. lib. 1. Rota in recent. decis. 47. num. 3. part. 2. & 867. num. 5. par. 3. diuers. sanct. me. Greg. XV. decis. 31. num. 9. Caputaq. dec. 199. per tot.* Attamen dicta conclusio nō
11 obstat, quia † dictæ decisiones non applicantur, cum loquantur de statutis, in
12 quibus † solemnitates requirantur, ne minores, & pupilli lædantur, sed nullę ex ijs loquuntur in statuto Bonon. quod contractus minorum celebratos sine dictis solemnitatibus à dicto statuto requisitis, annullat, & irritat, etiam, quod
13 inde † locupletior factus fuerit, dūmodo ipse minor à dictis contractibus voluerit resilire, vt verba ipsius statuti cantant, ibi, *Ipse autem impubes, nisi in quantum esset locupletior factus si eos vellet sibi obligatos habere, alias cum eo facta, & acta ex omni parte ipso iure sint cassa, & talibus instrumentis nulla fides habeatur, vel detur, &c.* Quare cum secundum verba statuti sit dirimenda difficultas, de qua agitur, non autem secundum dispositionem iuris, & ex parte pupilli impugne-
14 tur validitas † contractus, non est dubium, quin contractus census celebratus ab Antonio, sit inualidus, etiamsi locupletior factus fuerit, & contractus cesserit in eius vtilitatem; contractus enim à minore vtiliter gestus, ita demum susti-
15 netur sine † solemnitatibus minore ita volente, vt respondit *Put. decis. 2. lib. 1. Gabr. cons. 20. nu. 66. & seqq. Rota in terminis huius statuti decis. 153. nu. 177. n. 3. par. recent.* Et in omnē casum hæc vti-
16 litas † debet esse euidentissima, *vt not. Dec. cons. 432. & Seraph. decis. 1242. n.*
17 *3.* & plenè probari ab eo, qui vult † contractum sustinere ex hoc capite. *Cinus in l. non videtur. C. de integr. restit. & in hoc statuto notauit Monterent. Glossator in verb. locupletior in fine.* Neque
18 dicitur probata † vtilitas ex sola receptione pecuniarum, ex quo pecuniæ recipiuntur sub vsuris.

Demum cum Statutum Bononiæ duo copulatiuè requirat, ad hoc vt contractus possit sustineri, nempè solemnita-
19 tem, † & causam, vt tenuit *Rota in allegatis decisionibus 153. & 177. par. 1. recent.* Dominis non placuit causa, quæ in obligatione minoris, & in instrumento impositionis census enunciatur, videlicet emptionis prædij, cum prædium, cuius emendi gratia pecunię recipiuntur, iam esset ipsius pupilli, quæ etiamsi fuisset vera, tamen cum defecerit solemnitas, & copulatiuè requiratur, nihil prodesset. Et propterea Domini vtraque parte informante resoluerunt, vt supra, &c.

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Aliphana Iurispatronatus.

Die Veneris 12. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Patronus, qui probauit suam quasi possessionem præsentandi, est manutenendus, & qualiter ea probetur, & præsentandus ab eo venit instituendus. Iuspatronatus non expirat per extinctionem lineæ fundatoris. Vnio iurispatronatus sine consensu patroni est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Præsetandi quasi possessio acquiritur per vnicum actum.*
2 *Institutio præsentato, quando debeatur.*
3 *Ius aliquod considerabile non potest acquiri per ea, quæ dederunt causam liti.*
4 *Patronus est manutenendus in quasi possessione præsentandi, & præsentatus est instituendus, si opponantur ea quæ requi-*

quirunt altiorem indaginem.

5 *Vnio beneficij de iurepatronatus est nulla si sit facta sine consensu patroni.*

6 *Iuspatronatus non expirat per extinctionem lineæ fundatorum, sed sui natura est transitorium etiam ad hæredes extraneos.*

7 *Concil. Trident. substulit omne iuspatronatus ex priuilegio vna cum quasi possessione, quod tamen est intelligendum, quando ius patronatus præsumitur ex vsurpatione, & ideò secus, quando non intrat talis præsumptio, & num. 8.*

¶ Infra in eadem causa adest altera decisio coram eodem R. P. D. meo Ghisilerio sub die 4. Iulij 1629. est decisio 509.

DECISIO DV.

VAcante simplici beneficio sub inuocatione Sanctæ Mariæ Magdalenę, Ordinarius prædictum beneficium mensæ Capitulari Canonicorum suæ Ecclesię vniuit: Sed cum Ioannes Baptista Gargaglia prædicti Beneficij Patronus ad illud præsentasset Alferium à prædicta vnione appellauit, & causam in Rota cõmisit. Verùm quia de eodem beneficio fuit etiam auctoritate Apostolica prouisus Matthæus Peregrinus. Dubitaui, an Io: Baptistæ sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione præsentandi, itaut Alferius ab eo præsentatus veniret instituendus, & per Dominos conclusum non posse denegari manutentionem Ioanni Baptistæ, & Alferio præsentato institutionem, quia de quasi possessione Io: Baptistæ apparet ex pluribus præsentationibus ab eo factis, & per Ordinarium admissis cum subsecuta institutione, & possessione institutorum nempe de anno 1597. & 1617. Licet quasi
1 possessio † per vnum actum acquiratur, *cap. cum Ecclesia Sutrina, vbi Abb. nu. 23. Rip. 52. & seqq. de caus. poss. & prop. Alex. cons. 74. num. 16. lib. 4. Ruin. consil. 106. num. 9. lib. 5. Crauet. consil. 124. num. 7. Rota dec. 17. num. 1. & 2. par. 2. diuers. & 435. num. 1. par. 2. recent.* & propterea tàm ex supradictis patet deberi institu-
2 tionem, quàm † ex his, quæ tradit *Abb. in cap. 2. num. 22. de integr. restit. Rocch. de iurepatr. in verb. competens. nu. 53. Lambertin. eodem tract. art. 4. 3. quæst. 3. par. 2 lib. num. 2.*

Non obstat vnio per Ordinarium fa-
3 cta capitulo, quia tanquam † ea, quæ dedit causam liti, non tribuit aliquod ius considerabile, nec est attendenda, *Afflic. decis. 395. num. 7. Rota dec. 30. n. 1. par. 2. recent.* & donec videatur de vnione in
4 petitorio, interim † & patronus manutenendus, & præsentatus est instituendus, *Seraphin. dec. 499. num. 3.* quinimo cum in Bulla vnionis, de qua in Summ. num. 3. non negetur, beneficium, de quo agitur esse de iurepatronatus, sed asseratur finitam esse lineam Patronorum, eã Domini censuerunt nullam, tanquam fa-
5 ctam de beneficio patronatus † sine consensu Patroni, *Lambertin. de iurepatron. par. 1. lib. 2. q. 7. art. 30. num. 2.* debebant enim vocari hæredes vltimi de familia, cum ob lineam finitam fundatorum non expiret iuspatronatus, sed sui natura sit
6 transitorium † etiam ad hæredes extraneos, *vt per gloss. in can. considerandum 16. q. 7. Abb. cap. 1. de iurepatr. Aret. Cardin. Imol. & cæteri allegati à Didæo Var. lib. 2. cap. 18. num. 6. Seraph. deci. 364. & 378.*

Nec obstat, quod Concilium sustulerit omne iuspatronatus ex priuilegio vnà cum quasi possessione, quia procedit in
7 ijs, in † quibus præsumitur iuspatronatus ex vsurpatione, sed in alijs relinquitur in dispositione iuris communis, & de iure in istis non præsumitur ex vsurpa-
8 tione, sed ex fundatione † vel ex constitutione, *Rota diuers. dec. 798. num. 4. par. 3. & 331. num. 1. par. 2.* vnde cum in casu, de quo agitur, concurrant institutiones factæ ad præsentationem patronorum cum sententijs latis per Ordinarium. Placuit Dominis ad effectum manutentionis sufficienter constare de iurepatronatus.

Quę verò dicuntur pro prouiso Apostolico, visa fuerunt non releuare, cum non doceat de tali possessione, & tamen debebat litteras Apostolicas expeditas exhibere, aliàs tanquam non habens interesse, venit repellendus.

Et ita vtraque, &c.

RE-

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Romana Vineæ.

Die Mercurij 13. Iunij 1629.

DECISIO DVI.

Est impressa in decis. coram Merlino to. 1. Decis. 410.

R. P. D. MOTMANNO.

Mediolanen. Pecuniaria.

Die Lunæ 18. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Creditor quando præsumi possit, quod fuerit satisfactus à suo debitore. Crediti, & debiti compensatio, quando & quid requiratur, vt admittatur, & quando nullo modo possit admitti talis cōpensatio.

SVMMARIVM.

1 *Creditor præsumitur satisfactum à suo debitore, vel quod debitum remiserit, si nunquam illud petierit stante maximè coniunctione sanguinis.*
2 *Confessio tutoris, concurrentibus pluribus adminiculis, attenditur contra pupillū.*
3 *Debitor si fuisset creditor sui creditoris, verisimiliter opposuisset compensationē.*
4 *Debiti compensatio, vt admittatur, necesse est, quod sit æquè liquidum.*
5 *Creditum, tunc dicitur liquidum, quando nulla exceptione, vel negatione infringi potest.*
6 *Compensatio de vno credito ad aliud regulariter non fit.*
7 *Compensatio non potest fieri cum credito nondum in esse deducto.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in decisione 298. quæ est in eadem causa sub die 10. Iunij 1629. coram eodem bo. me. Motmanno.

DECISIO DVII.

IN hac causa sub die 19. Ianuarij proximi præteriti * fuit resolutum constare de credito DD. Comitissarum Paulæ, & Barbaræ de Barbiano ex rationibus tunc deductis.

Verum cum agētes Illustriss. D. Card. Borromæi non acquiescerent dictæ decisioni, & ad effectum compensationis opponerent de illius credito ex instrumento donationis celebrato de anno 1582. ideo dubitaui, an hinc inde constaret de credito, & hodie DD. non recedendo à decisis, censuerunt non obstare creditum D. Cardinalis.

Quamuis enim in huiusmodi instrumento donationis d. D. Card. fuerit constitutus creditor q. Com. Ioannis Baptistæ Borromæi auctoris Comitissarum, ratione quorundam annuarum pręstationū. Attamen cum ipse tam ante, quod etiā dici post obitum d. Comitis tacuerit, & nihilominus haberet amplissimam facultatem easdem præstationes à quibuscūque bonorū donatorum affictuarijs propria auctoritate exigeñ, nec doceatur vllo vnquam tempore datum fuisse impedimentum earum exactioni, intrat pręsumptio, vel quod fuit satisfactus † quod 1 remiserit debitum, iuncta præsertim sanguinis proximitate *ad l. procula ff. de probat. facit gloss. in l. libertis* §. 1. *& ibi Bart. ff. de alim. & cib. legat. Bald. in l. cum personas, la 1. fl. in fin. C. de pact.* Cuius præsumptioni non leue adminiculum præbent verba eiusdem instrumenti, quibus Comitissa Mater, & Tutrix D. Cardinalis profitetur se tunc fuisse in quasi possessione exigeñ annuas libras 945. seu illarum ius exactis locañ, & pro reliqua summa ascendere ad lib. 973. sol. 13. den. 4. partim datii Aronæ fuisse per eumdē Com. Io. Baptistam ipsi assignatam, quæ 2 confessio à † matre, & tutrice concurrentibus alijs adminiculis emanata attendi debet, *Natt. cons. 543. num. 20. cum alijs per eum cumulatis, Rota in Romana de Consciarijs* 13. *Ianuarij* 1599. *coram Orano relata per Adden. ad Galles. de obl. Cam. decis.* 111. *num.* 9.

Accedit quod post elapsum decennium à die d. Instrumenti donationis, & constitutionis crediti D. Cardinalis facit se debitorem q. Comitis nulla opposita cōpensationis exceptione. Vnde insurgit 3 etiam † præsumptio non leuis ipsum tūc creditorem non fuisse, *vt tradit Ancar. cons. 434. circa med. vers. huic accedit præsumptio*, quem refert, & sequitur *Aymon. cons. 129. num. 9. Egid. cons. 4. n. 41.* & fuit

& fuit dictum *in Romana pecuniaria 3. Maij 1595. coram Penia., quæ decisio est 724 par. 4. diuers.*

Cum itaque de credito D. Card. non
4 adeò clarè constet, vt † dici possit æquè liquidum, ac illud, de quo fuit resolutum constare ad fauorem D. Paulæ, &
5 Barbaræ, quod nulla exceptione, † vel negatione infringi potest *ad not. per Bal. in l. post rem iudicatam num. 7. vers. non*
6 *quæro, ff. de transact.* compensando † de vno ad aliud iure fieri non potest, *l. S. C. de compensat. Afflict. decis. 381. numer. 6.* præsertim quia constat creditum, quod opponitur præextitisse ante obligationē D. Cardin. quæ circumstantia præmissis
7 iuncta † excludit omnem æquitatem compensationis iuxta distinctionē *Bart. in l. amplius non peti 2. col. ff. rem rat. hab. quam comprobat Soccin. in l. Iulianus, la prima, ff. de cond. & demonstr. Afflict. d. decis. 381. num. 3. & Capic. decis. 67. nu. 4. cum alijs, quos refert Galles. ad form. cam. obl. par. 6. q. 2. numer. 19. & ibi Adden. num. 18.*

Et ita vtraque, &c.

☞* *Est supra in hac parte decis. 234.*

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Ciuitatis Castelli Decimarum.

Die Lunæ 25. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Tractatur de amplissima exemptione concessa Patribus Societatis IESV circa solutionem decimarum, in qua cum adsit derogatio specifica *cap. nuper de decim.* & sit munita clausulis amplissimis, & decreto irritanti, ideo si quis contra eos in hac materia exactionis decimarum petat manutentionem, audiendus non est, quod procedit etiam quoad bona post exemptionem acquisita.

SVMMARIVM.

1 *Patres Societatis IESV sunt amplissimè exempti à solutione Decimarum etiam acquisita post dictam concessionem.*

2 *Exemptio à solutione Decimarum concessa Iesuitis, est cum derogatione specifica cap. Nuper de decim.*

3 *Et cum clausula sublata, & decreto irritanti, & quod non possit dari de subreptione, & obreptione cum alijs amplissimis clausulis, & num. 17.*

4 *Decretum irritans inficit non solum titulum, sed etiam possessionem.*

5 *Manutentio petita deneganda venit, quādo constat de iure alterius partis clarè, & apertè.*

6 *Sententiæ latæ super statu faciunt ius quo ad omnes.*

7 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum, obstat etiam alijs æquale ius habentibus.*

9 *Manutentio aduersus rem iudicatam, quando non detur.*

10 *ad Manutentionem obtinendam sola assistentia iuris non suffragatur, quando alius est in possessione.*

11 *Tunc enim existenti in quasi possessione, non autem habenti iuris assistentiam datur manutentio.*

12 *Priuilegiorum exceptio admittitur in possessorio.*

13 *Priuilegia aliqua quando non requirant altiorem indaginem, ita vt sine dubio admittantur in possessorio.*

14 *Card. Seraphin. decis. 1380. quo casu loquatur.*

15 *Priuilegia, quandò se extendant ad bona postea cuæsita.*

16 *Rota decis. 572. num. 2. par. 1. recent. declaratur.*

DECISIO DVIII.

Rectores Parochialium Ecclesiarum Ciuitats Castelli existentes in pacifica possessione percipiendi decimas ex omnibus bonis existentibus intra fines suarum Ecclesiarum Parochialium à quibuscumque possessoribus, prætendebant, non obstantibus priuilegijs concessis Societati IESV, sibi deberi decimas ex fructibus perceptis in quibusdam bonis stabilibus per Collegium dictę Ciuitatis acquisitis: Et cum dubitassem, an Rectoribus esset dandum mandatum de manutenendo, vel potius releuarent priuilegia dictæ Societatis, Domini responderunt, non esse dandum mādatum de manutenendo, sed priuilegia releuare. Quia ex eorum lectura apparet de amplissima
1 exemptione † à decimis huiusmodi, non solùm pro bonis de eo tempore acquisitis, sed etiam in futurum acquirendis cū derogatione specifica, *cap. Nuper de decimis, Rota decis. 122. num. 4. & 123. eo-*
2 *dem num. par. 1. diuers.* cum clausula † sublata,

lata, & decreto irritanti, & quod non
possit dari de subreptione, & obreptio-
ne, & alijs clausulis amplissimis, quæ o-
3 perantur, † vt non possit aliter iudicari,
*Ruin.cons.*21.*num.*16. *lib.*1. *Caputaq. dec.*
134. *num.*4 quæ procedunt etiam in pos-
4 sessorio, ex quo decretum † irritans in-
ficit non solum titulum, sed etiam pos-
sessionem *ad tradita in cap.si eo tempore*
de elect.in 6. Sarnen.in reg.de trienn.q.99.
num.3. Put.decis.50.num.2. lib.1. Cassad.
dec.1. num.7. de restit. spol. & cum supra-
dicta priuilegia sæpius fuerint per deci-
siones * & sententias Rotales, ac res iu-
dicatas confirmata etiam in iudicio con-
tradictorio, intentionem Collegij opti-
mè sustineri fuit dictum, cum ex illis con-
5 stet de † bono iure Collegij, quod exclu-
dit omnem exaduerso petitam manuten-
tionem. *Rota dec.*28. *n.9.in fin. & 269.*
num.7.par.2.diuers.& in recent. dec. 741.
num.5.par.2.& ex quo sententiæ fuerunt
6 latæ † super statu, faciunt ius quoad om-
nes, *l.ingenuum, vbi gloss.Bar.& Doct.ff.*
*de stat. homin. Rota dec.*312.*num.*19.*p.*1.
recent. vnde cum non possit dubitari de
illorum releuantia, allegata possessio per
Rectores exigeñ contra alios non priui-
7 legiatos † nihil operatur, cum sit pro-
banda in specie in terminis casus, de quo
agitur, *Butr. in c.significasti sub num.* 11.
de appellat. Vltra quod contra vnum ex
istis Rectoribus extat sententia, quæ fa-
8 cit transitum in iudicatum, † quæ obstat
alijs æquale ius habentibus. *Mant. dec.*
350. *Rota dec.*312.*num.*19. *par.*1. *recent.*
9 quo casu non datur manutentio † aduer-
sus rem iudicatam, *Alex.in l. naturaliter*
num.34. ff. de acquiren.possess. Rota decis.
348. *num.4. par.1. & dec.269.num.6.p.2*
diuers.

Non obstant deducta per Parochos ex
assistentia iuris communis ad sui fauo-
10 rem, quia sola assistentia † non suffra-
gatur, quando alius est in possessione,
11 tunc enim existenti in possessione, † non
autem habenti iuris assistentiam, datur
manutentio: *Abb.in cap.1. num.8. vt lit.*
pend. Lancell.de atten.2.par.cap.4. declar.
4.num.6.Rota in recent. dec. 685. num. 2.
par.1. Quinimò cum vt supra fuit dictum,
12 exceptio † priuilegiorum admittatur e-
tiam in possessorio, assistentia iuris tol-
litur per priuilegia clara, in quibus con-
ceditur amplissima exemptio à solutione
decimarum, cum specifica derogatione,
cap.Nuper de decimis. Clausula sublata,
& decreto irritanti, alijsque super pon-
deratis. Neque potest dici, quod pri-
uilegia requirant altiorem indaginem,
13 cum † sint clara, & præuijs decisionibus
per rem iudicatam canonizata, & pro-
pterea non obstat *decisio Seraph.* 1380.
14 quia cum ibi † non extaret derogatio
cap. Nuper de decimis, priuilegium erat
dubium pro bonis postea acquisitis, &
cum talis derogatio in priuilegijs Colle-
15 gij expressè legatur † non potest dubi-
tari de exemptione quoad bona postea
acquisita, neque obstat *dec.* 572. *num.*
par. 1. *recent.* quia ibi similiter contro-
uertebatur priuilegium, an comprehen-
deret illum casum, nec aderat ibi decre-
tum irritans cum clausula sublata, & a-
lijs clausulis, quæ extant in priuilegijs
17 Collegij † iam pluries per Rotam cano-
nizatis.

Et ita vtraque, &c.

* *Et recentius latissimè dicta priuilegia fuerunt comprobata, & canonizata à Rota coram bon.mem. Reuerendiss.Coccino in celebri illa causa Corduben. Decimarum & Lucena 10. Maij 1635. 5. Iunij 1635. & 27.Februarij 1636.& 30.Ianuarij 1637 sunt infra tom.3. decisiones 44. 56. 10[illegible] & 193. & deindè coram R. P. D. Carillo 29. Maij 1638. & 5. Iulij eiusdem anni & tertiò coram Reuerendissimo P. D. [illegible] Merlino Decano 7.Februarij 1639.& 1[illegible] Maij eiusdem anni, videatur etiam coram Eminentiss. & Reuerendiss. D.Card. Ma-chiauello in Causa Granaten. Decimarum 20. Ianuarij 1636. & coram R.P.D. [illegible] Cerro in vna Cracouien. Decimarum 21. Maij 1640. quæ decisio fuit postea confirmata die 4. Iulij eiusdem anni.*

R. P. D. GHISLERIO.

Aliphana Iurispatronatus.

Die Mercurij 4. Iulij 1629.

ARGVMENTVM.

Præsentationum initio, & fine dato, illæ de medio tempore factæ præsumuntur ab eodem, qui pariter eas fecit, dum contrarium non probatur. Contra prouisum Apostolicum, quando sufficiat quasi possessio præsentandi, & quando nullatenus suffragetur Iuspatronatus non expirat, si terminetur linea fundatoris, sed tran-

transit ad hæredes. Et aliqua, quando non intret præsumptio vsurpationis Iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 Tempus modicum, licet deficiat ad constituendam centenariam, tamen illud non est attendendum.

2 Possessionis extrema probata, medium tempus præsumitur.

3 Præsentationum initium, & finis quando datur, tunc præsentationes medio tempore factæ, præsumuntur ab eodem factæ, si aliud non doceatur.

4 contra Prouisum Apostolicum, quando agitur, sola possessio præsentationis non sufficit ad effectum manutentionis.

5 Decis. in Causa Compsana Iurispatronatus coram Litta, & decis. 519. lib. 3. par. 3. quo casu loquatur.

6 Beneficij vltimus status attenditur etiam contra prouisum Apostolicum, quando sumus in summarijssimo possessorio.

7 contra Prouisum Apostolicum vigore regulæ 8. non suffragatur quasi possessio præsentandi.

8 Sed secus est in prouiso ex alia reseruatione.

9 Beneficia vacantia de mense Decembris non sunt reseruata.

10 Concil. Trident. ca. 6. sess. 7. non præscribit certam formam vnionibus, & quid tantum disponat.

11 in Fauorem alicuius ea, quæ sunt inducta, non debent in eiusdem odium retorqueri.

12 Iurapatronatus laicorum sub reseruatione non cadunt.

13 Iuspatronatus non expirat ob lineam finitam fundatorum, cum transeat ad hæredes.

14 de Iurepatronatus si plenè constet non est dubitandum, quin possessio patroni sit manutenibilis.

15 Regul. Cancellariæ de non iudicand. iuxta form. supplicat. & Regul. quod commissiones causarum quando non habeant locum.

16 Supplicationes non suffragantur nisi literis expeditis.

17 Productio facta ad vnum finem, non præiudicat, quoad diuersum.

18 Papæ assertiua, si sit facta motu proprio, plenè probat.

19 Dominium loci, vbi adest iuspatronatus, requiritur, vt concludenter probetur in patrono ad hoc, vt intret præsumptio vsurpationis.

20 Titulus nobilis viri datur à Cancellaria non solùm quibusuis domicellis, sed etiam officialibus, & alijs.

21 Patronus si in concessione iurispatronatus nominetur persona nobilis, ex hoc pernecesse non arguitur, quod habeat dominium in loco, vbi adest iuspatronatus.

22 Stylus de tempore, quo controuertitur, est probandus.

23 in Patrono aliquo, si adsit suspicio vsurpationis iurispatronatus, quando dicta suspicio cesset in sequentibus patronis.

24 Cum ius non prohibeat acquisitionem in successore.

25 Iuspatronatus, quando nullo modo possit dici, quod sit ex priuilegio.

26 Papa si confirmet iuspatronatus ex fundatione, & dotatione, non potest dici, quod de nouo ex priuilegio illud concedat.

27 Conc. Trident. circa iuspatronatus Potentum, ius commune tantum innouauit.

¶ Supra in eadem causa habetur altera decisio coram eodem R. P. D. meo Ghisilerio sub die 1. Iulij 1629. & citatur hic in principio decisionis, est in ordine decisio 505.

DECISIO DIX.

Domini confirmando, quod resoluerunt coram me in hac causa prima Iunij, dixerunt manutentionem deberi Ioanni Baptistæ in quasi possessione præsentandi, & Alferio ab eo præsentato institutionem; Quia ex longissima, & centenaria possessione pręsentandi ab anno 1531. continuata vsque ad annum 1627. satis docetur de sufficienti titulo,
1 & licet deficiant quatuor † anni, tamen modici temporis, quod deest ad centenariam, non est habenda ratio, *Rota in Lancianen. Archipresbyteratus 2. Maij 1616. coram bon. memor. Buratto, & in Ianuen. Abbatiæ 13. Iunij 1625. coram eodem.*

Nec releuat, quod non exhibeantur omnes præsentationes continuatæ; Quia
2 constito de duobus extremis media † possessio præsumitur, maximè cum non doceatur ordinarium vnquam de medio
3 tempore prouidisse † tamquam de libero, *cap. inter dilectos de fid. instrum. Rota decis.*

ecis. 4. *num* 12. *par.* 2. *diuers.* & *decis.*
645. *num.* 3. *par.* 2. *recent. Seraph. decis.*
1141.

Non obstat primò, quod ex quo agi-
4 tur contra prouisum Apostolicum † sola
possessio non sufficiat ad effectum manu-
tentionis, nisi pariter doceatur de legiti-
mo titulo ex fundatione, & dotatione,
vt tenuit *Rota in Campsana Iurispatro-*
natus 23. *Iunij* 1604. *coram Litta,* & *co-*
ram Paleotto decis. 529. *lib.* 3. *par.* 3.
5 Nam supradictæ † decisiones procedunt
quando agitur in petitorio ad iustifican-
dum titulum, secus autem in summarijs-
simo possessorio manutentionis, cum
6 tunc sufficiat, & attendatur † vltimus sta-
tus beneficij etiam contra prouisum A-
postolicum, *Seraph. decis.* 499. *num.* 3.
Vltra quod supradicta procedunt in pro-
7 uiso Apostolico vigore regulæ † octauæ,
contra quam non suffragatur quasi pos-
sessio præsentandi, vt tenuit *Seraphin.*
alleg. decis. 499. *Reuerendiss. Dominus*
meus Decanus decis. 469. *num.* 4. & 5.
Caputaq; decis. 29. 326. *lib.* 1. *in manu-*
script. Rota in recent. par. 1. *decis.* 224.
8 *num.* 3. Non autem † in prouiso vigore
alterius reseruationis, maximè quia in
hoc casu nullam adesse reseruationem
censuerunt Domini. Primò, quia benefi-
9 cium vacauit de mense Decembris, nec
ea potest desumi ob non seruatam for-
mam Concilij Trident. cap. 6. sess. 7. ex
quo fuerit facta tamquam de beneficio
effecto libero ob lineam finitam funda-
toris non vocatis hæredibus vltimis de
10 familia, quia † Concilium Tridenti-
num non præscribit certam formam v-
nionibus, sed solum disponit, quod vnio-
nes factæ à 40. annis infra possint exa-
minari ab Ordinarijs tanquam à Sede A-
postolica delegatis, atque ita non appli-
11 catur, & dum consulit patronis, † non
debet contra eosdem retorqueri, itaut
quasi possessionem præsentandi sublatam
12 velit, cum iurapatronatus laicorum,
sub reseruatione non cadant, *glos. quam*
omnes sequuntur in cap. 2. *verb. collatio*
de præbend. lib. 6. *Cardin. in Clem.* 1. *quæst.*
7. *in fin. de iurepatr. Simonett. de reser-*
uat. q. 9. *per tot. Cassad. decis.* 6. *num.* 3.
de Iurepatr.

Nec subsistit, quod fuerit effectum li-
berum ob lineam finitam fundatorum;
13 † quia propter hoc non expirat Iuspa-
tronatus, sed transit ad hæredes, *glos. in*
can. considerandum 16. *q.* 7. *Anchar. cons.*
81. *Abb. cap.* 1. *de Iurepatr. Aretin. in c.*
significauit col. 1. *de rest. Card. cons.* 122.
dec. cons. 149. *col.* 1. *Card. Anchar. Imol.*
& *alij in Clem.* 2. *de Iurepatr. quod ma-*
nifesti iuris esse tenet Couar. var. lib. 2.
cap. 18. *num.* 6. *ex tex. in cap. ex litteris,*
&c. *cum sæculum de Iurepatr. Seraph. de-*
cis. 364. & 378. Quarè cnm ex supradi-
ctis plenè constet de Iurepatronatus,
14 non potest dubitari † quin possessio
Ioannis Baptistæ patroni sit manuteni-
bilis.

Nec secundo fuit dictum obstare,
quod vltra supplicationem obtinuerit
committi causam cum specifica deroga-
tione regulæ, quod processus super be-
neficijs fabricati litteris non expediti
sint nulli, quia suffragatur quidem ad ef-
fectum instruendi processum vsque ad
terminum ad articulandum, vt possit in-
terim instruere processum, non autem
ad effectum, vt possit iuuari commissione
15 ad agendum, vel excipiendum, † quia
licet ei non obstet regula de non iudi-
cando iuxta formam supplicationum, &
regula, quod commissiones causam, ni-
hilominus obstat Constitutio Iulij Ter-
16 tij, † quod supplicationes non suffra-
gentur, nisi litteris expeditis, *vt late per*
Mandos. super reg. 27. *q.* 3. *sub nu.* 3.

Nec præsumpta vsurpatio deducta ex
Bulla Bonifacii Noni, in qua Antonel-
lus de Alipho cui competebat Iuspatro-
natus, nobilis vir nuncupatur, quidquam
facit, tum quia non fuit producta à Ioan-
ne Baptista pro titulo, sed pro probanda
17 enunciatiua † Patronatus, & ita eidem
non præiudicat, tùm quia in eadem Bul-
la dum asserit Papa motu proprio pa-
tronatum antiquitus ad eandem fami-
18 liam spectasse, plenè probatur † ex di-
cta assertiua Papæ, motu proprio patro-
natus, *Clem. litteris de probat. vbi Card.*
Anchar. & *Io; de Imol. Alex. cons.* 212.
lib. 7. *Curt. Iun. cons.* 61. *num.* 13. *Put. de-*
cis. 101. *lib.* 3. *Seraph. decis.* 1106. *num.*
6. & 1349. *num.* 3. Nec inde possit de-
sumi concludens probatio, quod ad ip-
19 sum spectaret dominium Aliphi, † pro-
ut requiritur ad inducendam vsurpatio-
nis præsumptionem. *San. mem. Gregor.*
XV. decis. 222. *nu.* 1. *Caputaq. decis.* 128.
num. 1. *par.* 2. *recentior.* Quia titulus no-
bilis viri datur à Cancellaria non solum
20 quibuscumque domicillis, sed etiam †
officialibus, & alijs, vt patet *in practica*
Cancellariæ Hieronymi Pauli, sub tit. de
viris.

viris. fol. 170. & 171. & ita non concluditur, quod haberet iurisdictionem in lo-
21 co beneficij, † cum posset esse domicellus alterius loci, vel aliam habere qualitatem, cuius ratione à Papa, qui erat illarum partium fuisset honoratus, & attestatio, quæ ex eo deducitur non con-
22 cludit, quia † debet probari stylus de tempore Bonifacij Octaui, & quod in litteris, & bullis tunc Pontificum talis titulus viri nobilis non esset solitus dari, nisi dominis, & patronis locorum, nec vllibi legitur, quod familia de Alferijs vnquam fuerit patrona Ciuitatis Alliphanæ, & quatenus in Antonello caderet præsumptio vsurpationis, tamen cum spatio tanti temporis fuerint in possessio-
23 ne, & certum sit à centum † annis familiam de Alferijs non obtinuisse dominium, cessat præsumptio vsurpationis, non enim permisissent Ordinarij personã non potentem tandiù fuisse in possessionem iuris presentandi, & ex cursu tanti temporis quælibet præsumpta suspicio
24 in authore purgatur, itaut † ius non prohibeat acquisitionem in successore. *Rota in Pampilonen. Iurispatronatus de Aya* 24. *Maij* 1613. *coram Reuerendissimo Domino meo Patriarcha Pamphilio.*

Dispositio Concilij Trident. sess. 25. cap. 9. non applicatur, quia Bulla Bonifacij non continet concessionem Iurispatronatus, ita quod sit ex priuilegio,
25 † quia Papa non concedit Iuspatronatus de nouo, sed asserit, illud antea com-
26 petijsse † ex dotatione, & fundatione, & sic confirmat, & plenè probat ex deductis supra, & concilium, vt fuit resolutum in decisione, quæ reuidetur, loquitur in familia potenti, & tantum ius
27 commune † innouauit in his, in quibus posset esse præsumptio vsurpationis. *Rot. decis.* 798. *num.* 4. *par.* 1. & 551. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.*

Vnde cum concurrant varia adminicula, nempe testes deponentes de diuturna obseruantia, & de auditu donationis, & fundationis, nec non sententiæ ab Ordinarijs latæ canonizatoriæ Iurispatronatus ex his, & ex deductis in alia decisione, Domini vtraque parte informante resoluerunt, vt supra, &c.

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Census.

Die Mercurij 16. Ianuarij 1630.

ARGVMENTVM.

Contractus celebratus per pupillum cum obligatione, & fideiussione tutoris, & se obligauerit vti principalis principaliter, & insolidum, tunc non obstante, quod contractus declaretur nullus respectu pupilli respectu minoris ætatis, ob non seruatas debitas solemnitates, non tamen ex hoc corruit obligatio tutoris, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Liber rationem optimè probat contra scribentem.*
2 *Tutor de partitis scriptis in eius libro tutelari, vel tenetur reddere rationem pupillo, vel si non reddat, descripta in eo tenetur restituere.*
3 *Tutoris bona sunt tacitè obligata pupillo*
4 *Obligatio principalis si sit nulla corruit etiam obligatio fideiussoris tanquam accessoria.*
5 *Sed hoc non procedit, quando fideiussor obligauit se tamquam principalis principaliter, & insolidum, videatur etiam nu.* 6. 7. 20. & 21.
8 *Iuramentum confirmat contractum.*
9 *Fideiussores, quando accedunt obligationi iuramento vallatæ, si non valet obligatio, vt agitur valet vt melius valere potest.*
10 *Propter Iuramentum appositum contractui fideiussor obligatus principaliter, & insolidum non gaudet priuilegio, licet pro minore, qui non tenetur, fideiusserit.*
11 *Pupilli fauore licet annulletur obligatio principalis ex priuilegio ei concesso ratione minoritatis.*
12 *Non tamen ex hoc corruit obligatio accessoria fideiussoris, & quare.*
13 *Prohibitio alienationis bonorum pupilli concernit solum commodum minoris, & non alterius personæ. Ideo tutor, & fideiussor de euictione tenetur.*
14 *Obligationes strictissimè sunt intelligendæ.*

14 *Fideiussor obligans se in casu nullitatis, data eius nullitate, tenetur ad interesse, & remanet obligatus ad restitutionem pretij.*

16 *De Euictionis natura est, vt fideiussor teneatur ad pretium rei.*

17 *Decis. 50. par. 1. recent. declaratur.*

18 *Contractus si non sortiatur effectum, cum cesset causa obligationis, nec fideiussor ad aliquid tenetur.*

19 *Priuilegia personalia personam non egrediuntur.*

21 *Tutor, si in contractu minoris, se obliget cum iuramento, & obligatione Camerali, tunc quamuis corruat obligatio minoris, ipse tamen remanet obligatus, & quare.*

22 *Ad Tutorem si peruenerit fundus minoris, vbi fuit impositus census, & tunc ipse tutor in constitutione census se obligauerit vnà cum pupillo.*

23 *Non poterit postea tutor allegare nullitatem census ob non seruatas solemnitates in contractibus minorum.*

24 *Nullitatis auctor non potest eam allegare in præiudicium alterius.*

25 *Frustra opponit quis id, cuius causam ipse præbuit.*

26 *Procurator, qui falsò asserens se esse procuratorem, alienauit rem Domini, & postea illi successit, non potest reuocare dictam alienationem, tanquam falsè factam.*

27 *Iudex qui post sententiam iniustam latam succeessit parti, non auditur, si intendat eam reuocare ex capite iniustitiæ.*

¶ In eadem causa est supra decisio 504. sub die 14. Maii 1629. coram eodem R. P. D. meo Ghisilerio, & allegatur hic in principio decisionis.

DECISIO DX.

RE soluto coram me 14. Maii præteriti censum impositum per *D.* Antonium Bouium in pupillari ætate existente cum fideiussione D. Dominici Turini tutoris propter defectum solemnitatum Statuti Bonon. de contractibus pupill. non sustineri, dubitaui an pupillus, siue tutor teneatur ad restitutionem pecuniarum, & Domini Turinum tutorem teneri censuerunt. Nam constat eas peruenisse ad manus tutoris, qui eas descripsit in libro tutelari ad creditum ipsius pupilli, vt ex partitis extractis ex libro ipsius tutoris, † qui benè probat contra scribentem, *glos. in leg. quidam* §. *numularios ff. de eden.* 1. *gloss. in clem.* 1. §. *cæterum in verbo rationum de vsur. Bartol. in dict.* §. *nummularios numer.* 2. *& in l. admonendi num.* 26. *ff. de iureiur. vbi Ias. num.* 112. *& Ripa nu.* 117. *Mascard. de probat. conclus.* 974. *in princ. San. mem. Gregor. XV. decis.* 79. *num.* 1. *& decis.* 475. *num.* 8. & de his tutor, vel tenetur reddere rationem pupil-
2 lo, † vel si non reddat, eas cogitur resti-
3 tuere, cum illius bona † tacitè sint hipothecata pupillo, *ex l. pro officio, & ibi glos. C. de administr. tutor. & glos. in l. dabimus* §. 1. *de priuil. creditor. Ruin. cons.* 94. *num.* 2. *cum seqq. lib.* 5. *Rip. in l. quæsitum* §. *si cum autem tutor. num.* 9. *& in fin. alleg. tit. de priuil. credit. Rota diuers. decis.* 114. *num.* 1. *par.* 1.

Nec quidquam releuat nullitas contractus ipsius census, cum existente nul-
4 la obligatione principalis, corruat † etiam obligatio fideiussoris tanquam accessoria, vt notant. *Doct. in l. non dubium C. de legib.* Quia conclusio nõ applicatur, quando fideiussor obligauit se tanquam
5 principales, principaliter † & insolidũ, nã tunc considerantur tanquã duo correi debendi. *Bart. in l. si quis pro eo. nu.* 15. *ff. de fideiuss. Natt. cons.* 262. *num.* 14. *Alex. cons.* 32. *in fin. lib.* 4. *San. mem. Gregor. XV. decis.* 321. *num.* 7. * & quam-
6 uis † respectu Bouij sit fideiussor respectu tamen Montesancti est reus principalis, *Bur. Ang. & alij in l. reus in princ. ff. de duob. reis. Natt. cons.* 52. *numer.* 1. *&* 6.
7 quia respectu † creditoris neuter eorum potest dici fideiussor, ex quo vterque se obligauit, vt principalis, principaliter, & insolidum, ita dicunt. *Bart. Ang. Paul. de Castr. & Imol. in d. l. reos in princ. Salicet. in l.* 1. *q.* 3. *C. eod.* Ideo tutor fideiussor tenetur non solum ex supradi-
8 cta obligatione, sed etiam † propter iuramentum, quod confirmat contractum, iuxta *not. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Natt. cons.* 262. *num.* 14. *Gratian. discept. for. cap.* 122. *num.* 10. *Gabr. concl.* 5. *de minor. Seraph. de priuil. iuram priuil.* 88. *num.* 5. *Mohed. decis.* 2. *de fideiuss. San. mem. Greg. XV. decis.* 560. *num.* 3. quia quando fideiussores accedunt obli-
9 gationi iuramento vallatæ, † si non valet obligatio vt agitur, valet, vt melius

valere

valere potest, *l. cum pater §. filijs matrem. ff. deleg. 2. Ang. in §. fideiussores. in fin.*
10 *instit. de fideiuss.* & ita propter † iuramentum appositum contractui fideiussor obligatus principaliter, & insolidum non gaudet priuilegio licet pro minore, qui non tenetur, fideiusserit.

11 Nec facit † quod fauore pupilli annulletur obligatio principalis ex priuilegio ei concesso ratione minoritatis,
12 quia non ideo corruit obligatio † accessoria, quæ non est ęquè fauorabilis, cum respectu fideiussoris non militet eadem ratio, quæ militat respectu pupilli & propterea cum prohibitio alienatio-
13 nis concernat † solum commodum minoris, & non alterius personæ, ideo tutor, & fideiussor de euictione tenetur, vt per. *Bar. in l. non dubium num.* 28. *C. de legib. Salicet. ibid. num.* 11. *de communi Paris. cons. 66. num. 7. lib.* 4. Rota *coram bo. mem. Orano in Romana census de Pirouanis* 8. *Aprilis* 1598. *& coram eodem in Romana euictionis* 5. *Iunij* 1599. *extensa per Seraph. quæ est inter impress.* 1324. *san. me. Greg. XV. d. decis.* 321. *n.* 6. *vbi addent num.* 13.

Non obstat, quod D. Turinus non se obligauerit ad pretii restitutionem in casu nullitatis census, cum hoc non legatur in promissione, & obligatione sua, quæ etiam videtur strictissimè intelli-
14 genda, † nec extendenda vltra formalitatem verborum, *Menoch. cons.* 763. *nu.* 2. *Hond. cons.* 111. *num.* 26. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 1. *Rota decis.* 50. *par.* 1. *in recent.* quia cum Turinus
15 explicitè se obligauerit † de euictione in forma, quæ iam euenit ex declaratione nullitatis impositionis census, ad interesse, & remanet obligatus ad restitutionem pretii loco illius succedentis, est
16 enim † de natura euictionis, vt fideiussor teneatur ad pretium rei, & propterea ex clausulis pręgnantissimis non potest dubitari de illius obligatione, neq; quod non constet de interesse Montesancti, cuius interest, si nullus est census, habere
17 pretium. Neque supradicta † decisio 50. applicatur, cum loquatur in diuersis terminis; ibi enim agebatur de contractu non sortito effectum, & proterea cessan-
18 te causa, propter quam Cardinalis † Cusentinus se obligauerat, Domini resoluerunt, illius obligationem tanquam sine causa remanere inefficacem, & inualidam.

Vnde cum in casu, de quo agitur, obligatio Turini fideiussoris nullam habeat dependentiam ab obligatione Bouij pupilli, sed consideretur per se sola, inducta in fauorem pupilli, non applicantur tutori ex supra deductis, cum pri-
19 uilegia † personalia personam non egrediantur, *l. & si fideiussor. ff. de re iud. Gratian. discept. cap.* 122. *numer.* 14. *& seqq.*

Et ita fuit resolutum informantibus quibuscumque interesse habentibus, &c.

ANNOTATIO.

20 *Et probat text.* † *in l. si is quem §. pignora, & ibidem glos. in verb. sanè, vers. quantum autem ad tutorem C. de præd. & alijs reb. & minor Dec. consil.* 7. *num.* 6. *vol.* 1. *Paris. cons.* 16. *num.* 113. *vers. tanto magis lib.* 2. *Castr. cons.* 433. *num.* 3. *vers. ad secundum dum dicitur, & vers. præterea lib.* 1. *Alex cons.* 66. *sub num.* 7. *vers. sed fortius lib.* 4. *Bertazz. de clauс. instr. claus.* 7. *glos.* 19. *n.* 4. *Negus. de pign.* 2. *membr.* 3. *part. num.* 42. *post. med. vers. tamen hoc non obstante. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 171. *numer.* 77. *& seqq. Maurus de fideiussor sect.* 1. *cap.* 5. *num.* 17. & in terminis obligationis factæ à tu-
21 torè, † qui accessit vti principalis pro minore in contractu celebrato non seruatis solemnitatibus à statuto requisitis post decisionem hanc coram R. P. D. meo Ghislerio, Rota deinde etiam respondit *coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Verospio in Romana Census* 5. *Iul.* 1638. *cum ibi relatis, quibus adde elegantem decisionem coram R. P. D. meo Dunozetto in causa Romana saluiani* 26. *Aprilis* 1641. Vbi etiam dicitur, quod si obligatio tutoris est facta prout hic cum iuramento, & obligatione Camerali, tunc illa substinetur, licet corruat obligatio minoris, etiamsi non fuerit expresse facta principali nomine, cum virtus iuramenti, & obligationis Cameralis operetur, vt fideiussor dicatur obligatus tanquam principalis iuxta veriorem opinionem, quam tenent *Bertazol. de claus. instrum. d. claus.* 7. *glos.* 19. *num.* 4. *vers. secundo, quando interuenit iuramentum, Lamberteng. de contract. lib. glos.* 16. *num.* 18. *Gab. comm. opinion. tit. de fideiuss. conclus.* 1. *n.* 44. *in fin. Seraph. de priuil. iuram. priuileg.* 88. *n.* 5. *Mohed. decis.* 2. *circa med. vers. fuit resolutum de fideiuss.* & adde *Bart. in l. si*

pro

pro eo. ff. de fideiuss. & notandum perpetuo dixit Angel. in §. fideiussores in fin. instit. de fideiuss. & Bauer. in tractat. de virtut. iuramenti in 1. effect. *Grat. respons.* 28. *num.* 16. *lib.* 1. & in specie in casu tutoris, qui se obligauit in contractu minoris *fuit dictum coram Card. Seraph. d.* 1324. *num.* 5.

Quę conclusio multò magis sibi vindicat locum, loquendo in terminis con-
22 tractus census, † prout est casus noster, quando fundus minoris super quo fuit impositus census, tractu temporis peruenit ad eumdem tutorem, qui se obligauit in constitutione census vnà cum mi-
23 nore. Nam † tunc tutor euadendo Dominus dicti fundi, sequitur ipsum non posse amplius impositioni d. census contradicere eiusque nullitatem opponere contra possidentem dictum censum, cum
24 auctor † nullitatis non possit illam allegare in pręiudicium alterius, *Ferrett. cons.* 155. *num.* 7. *Ciriac. controuers.* 181. *num.* 157. *& seqq. Rota coram Greg. XV. decis.* 140. *num.* 10. nam frustra opponit
25 † quis id, cuius causam ipse prębuit *l. cum mandato ff. de negot. gest. l. mulier. in fin. ff. de ventr. inspicien. Rot. coram bon. mem. Card. Mantic. decis.* 78. *num.* 4. & potest canere illud Poetæ.

Heu patior telis vulnera facta meis.

& in terminis tutoris, qui nulliter alienauit rem minoris, quæ postea ad eum-
26 dem tutorem peruenit quod tutor † non possit nullitatem huius alienationis opponere, sed contractus in eius præiudicium substineatur, *dixerunt Menoch. cons.* 58. *num.* 36. *vers. nono mouet me argumentum, Caualcan. de tutor. & curat. sub num.* 175. *Mastrill. decis.* 287. *sub num.* 42. *& seqq. lib.* 3. Vbi ampliat hoc ipsum procedere in procuratore, qui falsò asserens, se procuratorem alienauit rem Domini, & postea illi successit, & in Iudice, qui post latam sententiam
27 iniustam successit † parti, quicquid tamen esset dicendum, si falsitas in procuratore, vel iniustitia in Iudice cessaret, & ne hic longior sim, alibi multa circa circa hoc afferam.

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Parmen. Nullitatis Ordinum.

Die Lunæ 11. *Martij* 1630.

ARGVMENTVM.

Filiatio, & legitimitas qualiter, & ex quibus probari potest, & maximè si agatur ad effectum successionis. Testes, quantum fieri potest, reducendi sunt ad concordiam.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probari potest ex fide baptismatis adminiculata.*
2 *Testes ex quibus dicantur concludenter probare filiationem, & num.* 6.
3 *Successio in bonis paternis, est actus proportionabilis conducens ad probationem filiationis.*
4 *Illegitimus non admittitur ad successionem feudalem.*
5 *Legitimitas probari potest ex admissione ad successionem solis legitimis competentem.*
8 *Personæ identitas probari potest ex identitate nominis, & cognominis.*
9 *Testium fides ex alijs probationibus est adminiculanda.*
10 *Testes non dicuntur contrarij, si aliquando dixerint se nescire, & non cognouisse, & postea se scire, & cognoscere, quia possunt saluari, se nescire ex certa scientia, & scire de auditu.*
11 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed adiuuanda, vt contrarietas euitetur.*
12 *Descendentia ad effectum successionis probatur leuioribus probationibus.*

¶ Infra in eadem causa habetur altera decisio coram eodem sub die 2. Decemb. eiusdem anni 1630. est decisio 516.

DECISIO DXI.

COmmissa causa restitutionis in integrum cum clausula, constito de interesse aduersus sententiam de partibus super nullitate susceptionis ordinum, & licentia nubendi, Domini 19. Iunij 1628. * resoluerunt constare de interesse Ludouici ad effectum admissionis in causam, sed cum in propositione dubij, an con-

constaret de causis restitutionis in integrum, Domini voluerint, quod legitimaretur persona Ludouici, hodie proposui, 6 an constaret de eius descendentia, & de ea constare fuit resolutum, cum probetur Ludouicum esse filium legitimum Iulij Malaspinæ, & Iulium esse filium Floramontis, ac fratrem Camilli Corradi, 7 Fabritij, & Ascanij de Malaspina, qui de anno 1574. constituerunt primogenituram super feudis Bastiæ, & Terræ Ru- 8 beæ, & pertinentiarum Imperiali auctoritate confirmatam,

Quod Ludouicus sit filius Iulij Malas-
1 pinæ, probatur ex fide † baptismi, quæ datur in eius summ. num. 2. *Rebuff. in tract. reg. seu lib. baptism. glos. vnic. vers. & sic patet*, quæ adminiculata probat *Rota coram bon. mem. Card. Caualerio decis. 128. num. 2. & coram san. me. Greg. XV. decis. 78. num. 2. & aliàs sæpè*. Neque desunt adminicula, quoniam id deponunt plures testes, de quibus in eius summ. num. 3. & 4. qui deponunt de visu, tractatu, & cognitione Ludouici, & quod fuit communiter habitus, tractatus, & reputatus tanquam filius legitimus, & naturalis Iulij, & Euridicis eius vxoris, & vt talis educatus, vocatus, & tractatus ab eius parentibus, & quod talis erat publica voce & fama
2 † ex quibus filiationem probari docet *text. in l. filium. cum definimus ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. non Episcopalis C. de probat. cap. per tuas eod. tit. cap. transmissæ, qui filij sint legitimi*. Et pro hac descendentia facit successio in bonis paternis, quæ est actus † propor-
3 tionabilis conducens ad probationem filiationis, *Bald. in cap. ex transmissa nu. 4. de rest. spol. Felin. in cap. per tuas num. 17. de probat. Rota decis. 406. nu. 5. par.*
4 *1. recent.* ad quam † vti feudalem non potuisset admitti, si fuisset illegitimus, iuxta *text. in §. naturales 12. si de feud. defunct. fuer. controuers. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 19. num. 1.* admissio au-
5 tem † ad successionem solis legitimis competentem, probat legitimitatem, *Bero. cons. 19. num. 7. lib. 2. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 54. num. 38. lib. 6. & cons. 490. num. 13. & 14. bon. mem. Card. Caualer. decis. 123. num. 4. Rota decis. 434. num. 7. par. 1. recent.*

Quod autem Iulius pater Ludouici fuerit filius Marchionis Floramontis, & frater Camilli, & Fabritij, probatur ex secundo teste num. 3. & ex primo, & secundo teste num. 4. & ex alijs num. 7. qui deponunt † de filiatione Iulij ex Floramonte, & coadiuuatur ex primogenitura, in qua filius Floramontis, & frater Camilli, & aliorum expressè appellatur, & ex litteris institutionis, & collationis † Capellaniæ, necnon ex instrumento donationis eiusdem Capellaniæ, ad quã simul cum alijs supradictis præsentauit. Deindeque ex identitate nominis † Iulij & cognominis Malaspinæ benè probatur identitas personæ, *Bar. in l. hac consultissima, vbi Ias. testator de communi, & ibi Dec. 18. C. qui testam. fac. poss. Aym. cons. 269. num. 3. bon. mem. Cad. Caualer. decis. 128. num. 3.* quibus adiunguntur indicia, & coniecturæ vrgentissimæ ex alijs actibus ad id proportionatis desumptæ.

Nec Dominis visa fuerunt releuare
9 deducta contra testes, † cum illorum fides ex alijs probationibus sufficienter adminiculetur, *Cæs. de Graff. decis. 3. nu. 6. de probat. Acchill. decis. 1. de confess. san. mem. Greg. XV. decis. 247. num. 6. Rota in recent. decis. 598. num. 6. & 772. num. 4. par. 2.* quapropter stantibus tot probationibus, non obstat testium præsumpta contrarietas ex eo, quod aliquan-
10 do dixerint se nescire, & conouisse, † & postea dicant se cognouisse & scire, quia possunt bene saluari nescire de certa scientia, & scire de auditu, *Rota in recent. decis. 321. num. 1. & 371. n. 5. par. 2. san. mem. Greg. XV. decis. 487. num. 2. & 3. 547. num. 5. & 578. num. 8.* quinimò dicta testium non sunt cauil-
11 landa, sed coadiuuanda, † itaut ad concordiam reducantur, & contrarietas euitetur, *Paris. cons. 138. num. 18. lib. 4. san. mem. Greg. XV. d. decis. 487. nu. 2. & 547. num. 2.*

Vnde prædicta sufficere ad probandã descendentiam censuerunt Domini, cũ
12 leuiores probationes † ad effectum successionis sufficiant, *Gemin. cons. 27. n. 8. & seqq. & cons. 16. num. 5. & 6. & firmauit Rota in Parmen. status 26. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, vbi plura cumulantur.

Et ita vtraque &c.

☞ * *Est supra in hac parte decisio 490.*

REVEREDISS. PIROVANO

Illerdeñ Decimarum.

Die Veneris 15. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Tractatur qualiter deponere debeant testes ad hoc, vt per eos probata dicatur immemorabilis, & diluuntur, atque reijciuntur quędam oppositæ exceptiones circa hanc materiam. Testes examinati extra locum remissoriæ an sint nulliter examinati, & quid si sine interogatorijs datis à parte.

SVMMARIVM.

1 *Testes probant immemorabilem, si deponant secundum requisita glos. in cap.* 1. *de præscrip. in* 6.

2 *Testes, vt probent immemorabilem, debent esse ætatis annorum* 54.

3 *Obseruantiæ testimonium per* 40. *annos si deficiat in teste, nullatenus potest immemorabilem concludere.*

4 *Testes sunt nulliter examinati, si sint recepti extra locum remissoriæ in litteris decretum.*

5 *Et quando id non procedat.*

6 *Testes examinati, absque interrogatorijs datis à parte, dicuntur nulliter examinati.*

7 *Testes examinati absque interrogatorijs datis à parte, non dicuntur nulliter examinati, quamuis sint repetendi.*

8 *Et hoc procedit etiam si negligentia, vel dolo fuerint omissa.*

10 *Notarius est adhibendus in examine testium, & hoc maximè si ad hoc sit specialiter deputatus.*

11 *Limita hoc, quando sunt plures Notarij deputati, & alter eorum recusat comparere, vel est negligens, quia tunc Iudex potest procedere ad vlteriora.*

12 *Testes, quando verum sit, quod deponant secundum requisita glos. in cap.* 1. *de præscript. in* 6. *& num.* 13.

14 *Testes deponendo super immemorabili, an debeant asserere maiores, à quibus audiuerunt, non vidisse, aut audiuisse in contrarium.*

15 *Testes si sint mendaces, repelli veniunt.*

16 *Titulum inualidum si quis produxerit, non potest se alijs præsumptis iuuari.*

17 *Priuilegium decimarum aliud est, & aliud priuilegium primitiarum.*

19 *Per Citationem, & libelli porrectionem contestatur lis.*

DECISIO DXII.

RESolutum fuit non constare de immemorabili possessione decimandi
☞ vniuersum Territorium loci de Albelda, per D. Franciscum prætensa, quia &
si processus remissorialis sit validus, &
testes cum de uempore examinis, quod
contigit de anno 1619. & 1621. † con-
1 cludant requisita *gloss. in cap.* 1. *de præ-
script. in* 6. quæ reassumuntur per *Couar.
in reg. possess. par.* 2. §. 3. *num.* 7. *de re-
gul. in* 6. *Gabr. de præscript. conclus.* 1. *nu.*
74. Attamen quia de obseruantia perce-
ptionis decimarum de visu per 40. annos
ante motam litem de anno 1593. depo-
nere non possunt, cum tunc debuissent
2 esse ætatis annorum 54. † quæ ad minus
requiritur in teste, vt in decimoquarto
scire possit quid deponat. & alij 40. vt
concludat obseruantiam de visu *Franc.
in c.* 1. *num.* 16. *de præscript. Gabr. eod.
tit. conclus.* 1. *num.* 73. *Seraph. decis.* 1102.
num. 5. 1179. *num.* 1. *&* 298. *num.* 1. *co-
ram Papa Gregor. XV.* & in ætate deficiat.
3 Inde sequitur, † quod immemorabilem
concludere non possint, deficiente testimonio obseruantiæ per 40. annos, quæ est de principalibus inter præscript. per *gloss. in c.* 1. *de præscript. in* 6. *idem Couar. in regul. posses. par.* 2. §. 3. *num.* 7. *Mohed. decis.* 3. *de iurepatr. Seraph. decis.* 1102. *num.* 5. *Rot. decis.* 76. *num.* 3. 254. *num.* 2. 445. *num.* 1. *part.* 1. *&* 248. *nu.* 3. *par.* 2. *recent. & coram Papa Gregor. XV. decis.* 298. *num.* 1.

Credebant igitur Domini processum remissorialem esse validum, quia de iurisdictione Iudicum cõstat ex eorum deputatione, in literis de earum præsentatione, & acceptatione, & de forma seruata, quæ solent ponderari ad effectum validitatis.

Neque obstat, quod testes fuerint nulliter examinati, dum fuerunt reperti ex-
4 tra locum † remissoriæ deputatum in literis, *cap. statutum, §. in nullo quoque de rescript. in* 6. *Rota decis.* 345. *num.* 4. *p.* 2. *recent.*

Quia ante examen testium superuenit nouus terminus, cum deputatione loci de Fraga, in quo testes fuerunt examinati,

ti, quæ loci mutatio, cum prouenerit ab Auditore, tunc bo.mem. Cardinalis Sacrati Iudice delegante, & re integra testes dici nõ possunt examinati extra terminum, nec vim facit, quod postea alię literæ noui termini datæ fuerint per Illustrissimum Cardinalem Verospium, tũc tertiæ instantiæ Iudicem, cum clausula, quod procederetur iuxta formam remissoriæ, itaut semper remanserit deputa-
5 tus primus locus de Albelda, quia † illa verba sunt intelligenda respectu modi procedendi, non autem respectu loci, quem sciebat Iudex rescribens esse mutatum, vt in his terminis *Rota respondit coram Greg.XV. decis.327. num. 1.*

Et eo minus obstare videbatur, quod testes fuerint examinati absq; interroga-
6 torijs, † in processu remissoriali exhibitis ad effectum, vt super eis testes sigillatim examinarentur, *c. cum dilecta. de rescrip. Bald. in l.2. num.4. & Dec.num.43. C.de eden.*

7 Quia ex hac omissione, † non sequitur, quod testes sint nulliter examinati, quãuis debeant repeti parte præsente, *Specul. in tit. de testib. §.iam de interrog. vers. item cautè, num.21. Alex.cons. 172. n.9.*
8 *lib. 2.* Id admittens, etiamsi dolo, † vel negligentia examinatis fuerint omissa, *Put.decis.417. num.1.in correct.lib.1.* volens, quod cum repetuntur, causa non expediatur, *& decis.411.in fin. par.1.recent. 331. num.17.& 351.num.46.coram*
9 *Papa Greg. XV.* & hanc opinionem † sequuntur etiam *Scabius Lipsien.* inhærendo auctoritati huius tribunalis, *cor. Put. in allegata decis. 417. relat. per Matth. Berlich. decis.2.num.3.& 4.*

Similiter nec tertia nullitas excitata, quod examen fuerit factum sine interuẽtu Notarij ad instantiam Capituli deputati aliquid releuat, quia & si Notarius
10 sit † adhibendus, maximè deputatus, *cap.quoniam contra de probat. Caputaq. decis.64. par.3. Rota in Carthaginen. Canonicatus 12. Decembris 1611. coram me.*

Attamen quando non vnus tantum, sed
11 duo sunt deputati, vt in præsenti, † altero recusante comparere in loco, vel negligente poterit Iudex ad vlteriora procedere, cum præsentia alterius Notarij deputati, *c. prudentiam, §.adijcimus, de offic.deleg. c.cum plures eodem tit. lib.6. Rota decis. 327. num.6. coram Greg. XV.*

Similiter etiam visum fuit testes pro-
12 bare † in dicto, secundum requisita, *gloss.in c.1.in verb. memoria de præscript. in 6.* communiter per Rotam receptæ, *Mantic.decis.289. num.3. Rota dec. 445. num.1. par.1. recent. Seraph. decis. 1102. num.4. Molin.de primogen.lib.2.cap.6.numer.31.* & eadem requisita reassumuntur *in decis. 196. coram Gregor. XV.* nempè quod testis deponere debeat de visu per
13 40.annos de auditu à suis maioribus, † & quod ipse, nec maiores sui, vnquam viderunt, vel audierunt contrarium, & de publica voce, & fama, per verbum fuit, & est.

Nam sextus testis annorum 84. dicit, quod D. Franciscus, & illius antecessores à tempore immemorabili perceperunt decimas in toto territorio de Albelda, & quod ipse testis à 50. annis citrà vidit, & à maioribus suis valdè senibus dici audiuit, & quod ipsi toto tempore semper viderunt obseruari, & illud dici audierunt ab alјs suis maioribus, nec vnquam aliquid in contrarium vidit, nec audiuit, & quod antecessores Francisci, & ipsemet percipiebat, cum fama priuilegij Apostolici, dicens prædicta scire, quia communiter dicebatur, & dicitur publicè à tempore, quo ipse recordatur, & per verba fuit, & est.

Decimus septimus testis annorum 74. deponit de immemorabili de visu per 40 annos: de auditu à maioribus suis, qui ab alijs suis maioribus audierunt, nec ipse testis vnquam vidit, vel audiuit in cõtrarium, & quod D. Franciscus, & sui antecessores percipiebant decimas vigore priuilegij Apostolici, & se prædicta scire, quia per spatium 40. annorum est talis, & de omnibns supradictis fuit, & est publica vox, & fama.

Decimus nonus testis annorum 67. idem in sua depositione concludit se habere memoriam à 50. annis, & amplius, & vidit, quod Collectores deputati per antecessores D.Frãcisci, & per ipsum collegisse decimas in territorio de Albelda, & quod pariter dici audiuit à personis valdè senibus, qui dicebant toto tempore eorum vitę soluisse, & ita illud dici audiuisse à maioribus prædefunctis, & insuper antecessores D. Francisci, & ipsummet decimas percepisse, vigore priuilegij Apostolici, & prædicta scire, quia ita communiter dici audiuit in d.Oppido de Albelda, à plusquam 50. annis, de quibus omnibus fuit, & est publica vox, & fama.

14 Non obstat, quod prædicti † testes non deponant, quod maiores à quibus audierunt, non audierint, vel viderint contrarium, quia *Rota in Conchen. decimarum 31. Maij 1617. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, existimauit non esse necessariam huius qualitatis expressionem, tanquam non appositam *per d. gloss. in cap. 1. de præscrip. in 6.*

Nec minus releuat, quod omnes dicti tres testes deponant antecessores, & D. Franciscum fuisse, & esse in quieta, & pacifica possessione percipiendi decimas, cum tamen ab anno 1593. citra vigeat
15 lis super dicta decima, & † sic tanquam mendaces sint repellendi, nec fidem mereantur.

Quia cum loquātur de possessione pacifica, verum deponunt, dum non est quæstio super possessorio, sed in petitorio, quoad ius decimandi.

Nec denique obstare potest, quod testes deponentes de fama priuilegij Apostolici, non exprimant, de quo priuilegio senserint, attenta productione aliorum priuilegiorum, quoad primitias, quæ iam per Rotam declarata fuere diuersa esse à decimis, nec releuare in decisione huius causæ 16. *Maij* 1618. *coram bon. memor. Cardinali Sacrato*. Itaut produ-
16 cto † vno titulo inualido non possit se alijs præsumptis iuuare, *c. dudum de decimis, Rota coram Papa Gregor. XV. decis. 367. numer. 7. & in recent. decis. 412. num. 2. par. 2.*

Quia eadem decisio in fine firmauit probationes, & priuilegia D. Francisci non probare, nisi doceretur de immemorabili cōsuetudine percipiendi decimas, cum fama priuilegij admittens, & firmās
17 aliud esse priuilegium primitiarum, † & aliud decimarum; vnde testes benè se explicant, dum dicunt, quod D. Franciscus percipiebat decimas vigore Priuilegij Apostolici, de quo erat publica vox, & fama.

Cæterum vt in principio dicebatur, quia de visu per 40. annos deponere non possunt defectu ætatis, illorum testimonium redditur irreleuans; nam debuissent esse ętatis saltem annorum 80. si de tem-
18 pore litis de anno 1593. † requirebatur ætas annorum 54. cum ab inde citra, vsque ad diē noui examinis de anno 1619. aut 1621. decurrerint anni 26. aut 27. æquantes ætatem annorum 80. & tamen vnus tantum ex prædictis ætatem illam attingit.

Neque dubitari potest, quin lis fuerit mota per Capitulum de anno 1593. & per D. Franciscum contestata de anno 1594. dum de mense Iulij 1593. Capitulum conuenisset incolas loci de Albelda ad soluēdum decimas Parochiali Ecclesiæ, & literas monitoriales ab Ordinario obtinuisset, & D. Franciscum, & alios possessores citari fecisset, idem D. Franciscus 24. Februarij 1594. libellum contra Capitulum coram Ordinario produxit, in quo petijt se declarari decimatorem vniuersalem totius territorij, & Capitulo nullum ius competere, in quo iudicio iura fuerunt producta, & testes examinati, ac demum sententia de anno 1615. ab Ordinario emanauit ad fauorem D. Francisci, quæ postmodum fuit reuocata per tres alias Rotales sentētias, vnde euitari non potest, quin lis fuerit contestata, tàm actiuè, quàm passiuè per
19 citationem, & libelli porrectionē, † cum ille sit modus lites contestandi, *Clem. 2. vt lit. pend. Marant. in prax. de lit. contest. par. 6. num. 3. & seq. Rot. in recent. decis. 685. num. 2. par. 2.*

Et ita, &c.

☞ * *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 23. Iunij 1631. est decis. 520 coram eod. bon. mem. Pirouano, vbi Rota recessit à præsenti resolutione, sed ab ea decisione fuit deinde recessum coram eodem die 18. Februarij 1639. & tandem ista vltima fuit reuocata die 16. Decembris eiusd. anni 1639. coram eodem, permanendo in decisis primo loco, & etiam in eadem causa adest alia decis. sub die 5. Martij 1641. quæ tres decisiones erunt in 4. tomo.*

DECISIO DXIII.

Assisien. Emphyteusis.

Die Mercurij 18. *Martij* 1630.

Est impressa apud Merlin. Decis. 454.

R. P. D. GHISLERIO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 3. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Fœminæ continentur appellatione filiorũ, quod procedit etiamsi simus in materia fauorabili, & hoc amplia si genus masculinum sit conceptum in numero plurali, & non fuit habita ratio conseruationis agnationis, & quando testator habuisset rationem ad conseruationem dictæ agnationis, & adducuntur aliqua circa statuta exclusiua fœminarum, quando scilcet non habeant locum.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in fauorabilibus etiam fœminæ continentur.*

2 *Genus masculinum quando est prolatum in numero plurali, tunc multo magis comprehendit fœmininum.*

3 *Et hoc maximè procedit, agnationis ratio non fuit habita.*

Agnationem non dicitur testator respexisse, si extraneos vocauerit.

4 *Testator in conditione (si sine filijs, &c.) si intellexisset de masculis, id expressisset.*

5 *Et hoc multo magis procedit quando vsus est verbis generalibus denotantibus masculos, & fœminas.*

6 *Statuta exclusiua fœminarum habent locum ab intestato, non autem condito testamento.*

7 *Et hoc est generale in omnibus statutis exclusiuis fœminarum.*

8 *Statuta exclusiua fœminarum, non excludunt eos propter extraneos.*

9 *Testator præsumendum est respectu suæ successionis voluisse admittere filios, qui ab intestato vocantur.*

10 *Statuta exclusiua fœminarum non operantur penitus exclusionem, sed potius suspensionem.*

11 *Qua præferuntur quidem masculi fœminis, non tamen ita fœminæ inhabilitantur, vt deficientibus postea masculis, postea masculi non succedant.*

12 *Neptes non debent esse melioris conditionis, quàm propriæ filiæ, & an hoc sufficiat ad exclusionem neptum.*

13 *Filiorum appellatione veniunt etiam fœminæ, sed ab ista regula receditur ex coniecturis.*

14 *Verum tamen est, quod dictæ coniecturæ debent esse vrgentes, & diuersæ, & nisi clarè concludant mentem ipsius testatoris, non attenduntur.*

15 *à Verborum proprietate vt recedatur, coniecturæ debent esse valdè vrgentes.*

16 *à Verborum proprietate non est recedendum, nisi ex valde vrgentibus coniecturis, quod procedit etiam si ageretur de materia piæ causæ.*

¶ In eadẽ causa sunt supra decisiones 216. & 269. sub diebus 27. Nouembr. 1628. & 30. Aprilis 1629. coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo.

DECISIO DXIV.

Domini ex deductis in decisioue in hac causa facta coram me 7. Nouemb. præteriti * censuerunt constare de fideicommisso ad fauorem Dariæ, & Flauiæ Monialium in Monasterio Sanctæ Margaritæ de Vrbe imposito à Iulio Cæsare Rosato, quandoquidem Confraternitas Sanctissimi Corporis Christi Terræ Viffi, & alij litis consortes fuerunt vocati sub conditione, si testatoris filij instituti sine filijs decederent. Et quicquid sit, an supradictæ Daria, & Flauia filiæ Herculis sint vocatæ, hoc tamen censuerunt, quod faciant deficere conditionẽ, si sine filijs, sub qua Confraternitas, & litis consortes fuerunt vocati, cum enim non fuerit habita ratio agnationis, nec aliter constet de testatoris volũtate, fœminæ sub dicta conditione comprehenduntur ex regulis firmatis in dicta decisione, † nam filiorum appellatione in fauorabilibus etiam fœminas cõtineri docet ex *tex. in l. si quis ita, in princip. ff. de testam. tutel. latè probat. Abb. in cap. nobis, num. 3. de iur. patron.* Præcipuè quando genus masculinum † in plurali loquitur, *l. iusta ff. de verb. signif. l. Herennius, eod. tit. iuncta d. l. si quis ita, ff. de testam. tutel. vt post Castr. Dec. & Alciat. considerat Emanuel Costa in cap. si pater, verbo si vtrumque, num. 1. par. 1.* Maximè vbi agnationis ratio† non habetur, ex quo Iulius Cæsar vocauit alios extraneos, *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 51. Couar. in cap. Raynutius, in princip. numer. 3. de testam. Fusar. de substit. q. 402. n. 26. & 27. & latè*

& latè fuit dictum in Florentina de Guidaccÿs 21. Februarÿ, & 21. Iunÿ 1628. coram R.P.D. meo Dunozetto.

Nec facit quod à dicta conclusione recedatur concurrentibus coniecturis in contrarium, quia coniecturæ, quæ hic ex aduerso afferuntur, Dominis non fuerunt visæ releuare.

Non prima ex repetita qualitate masculinitatis in substitutione masculorum, quia si testator illam in supradicta con-
4 ditione † (si sine filijs) voluisset, vtique eam expressisset, nec fuisset vsus verbis generalibus aptis comprehendere
5 tàm masculos, quàm † fœminas, *Anan. cons.22.Soccin. Iun. cons.120.num.20. lib.1.Gabr.cons.97.num.28. lib.1. Curt. Iun. cons.110.num.20.lib.1.Gabr. cons. 97. numer.28.lib.1. Curt.Iun.cons.49. numer. 7. vers.ex præmissis, san. mem. Greg.XV. decis.514.num.6. vers.non obstat, & id fuit resolutum in d.Florentina de Guidaccÿs 21 Februarÿ 1628.*

6 Nec secũda ex statuto exclusiuo † fœminarum propter existentiam masculorum, quia procedit in successione ab intestato, non autem ex testamento, quod
7 generale est in omnibus statutis † exclusiuis fœminarum per existentiam masculorum, *Brun.de statut. exclus.fœmin. ar. 8. in princ.quæst.9.num.15.& seqq. Honded. cons.57. num.74. lib.1.* Præterea sta-
8 tutum † non excludit fœminas propter extraneos, qualis est Confraternitas, ideoque potius retorquetur hæc coniectura, cum sit præsumendum testatorem re-
9 spectu † suæ successionis voluisse admitti illos, qui ab intestato ex dispositione statuti vocantur, *Honded.d.cons.57. n.20. lib.1.Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit.14. nu. 16. vers.secundo etiam respondetur, Bart. in l. sciant in fin. C. de legit. hæred. Dec.cons.1.num.1.in fin. & num.4. vers.allegata, Alex.cons.1. col.2. vers.nec obstat, vol.1.& cons.30.num.3.vol.2.idem cons.100. num.3. vol.7. Rota in d.Florentina 21. Iunÿ 1628.* & sic apparet dictũ statutum non operari exclusionem, sed potius suspensionem, qua præferuntur
10 quidem † masculi fœminis, non tamen ita fœminæ inhabilitantur ad successio-
11 nem, vt deficientibus † postea masculis non succedant, vt deducitur *in decisione 7. Nouembris in hac Causa.*

Tertia coniectura, quod scilicet neptes essent melioris conditionis, quàm
10 propriæ filiæ testatoris, non obstat, † cum ea non sufficiat ad exclusionem neptis, *Mantic. de coniect. vltim.vol.lib.11. c.14. num.6. & 14.Seraphin.decis.880.nu.2.& 1216. san.mem.Greg.XV. decis.514.Rota inter diuers.decis.790. num.2. par.1. & in d.Florentina vers.non obstat, quod testator,* vnde licet à regula firmata pro fœminis, vt fuit dictum, recedetur ex coniecturis,
13 debent † tamen esse vrgentes, & diuersæ, & nisi clarè concludant mentem ip-
14 sius † testatoris, non attenduntur, notant *Doct. in l.si is, qui ducenta, in princ. vbi Bart.ff. de reb.dub.scribit Alciat. in l. Gallus, §.quidam rectè, num.5.ff.de lib.& posthum.Dec.cons.289. circa princ. & cons. 315. num.9. Mant.de coniect. vltim. vol. lib.3. tit.4. nu.6.* Requiruntur enim con-
15 iecturę † valdè efficaces, vt à proprietate verborum recedatur, *Alciat. cons.76. num.9. lib.9. Curt. Iun. cons. 169.num.1. & seqq. Rota in allegata Florentina fideicomm. de Guidaccÿs coram R. P. D. meo Dunozetto.*

16 Et licet pia † causa fuerit substituta, ea tamen non obstat, *Crauet. in rubr. de leg.1. num.131. ad fin. vers. amplius, & cons. 294. num.7. Mantic. vbi sup.nu.5. & pluribus cumulatis* pro veriori, ac magis communi concludit *Fusar. de substit. q.402. num.104.*

Ex quibus vtraque parte informante Domini confirmando supradictam decisionem, resoluerunt, constare de fideicommisso ad fauorem Dariæ, & Flauiæ Monialium S.Margaritæ de Vrbe.

☞ * *Est supra in hac parte decis.317.*

Et infra in sequenti tomo habentur in eadem causa aliæ decisiones, scilicet sub diebus 14. Februarÿ 1633. & 30. Maÿ eiusdem anni, coram eodem R.P.D. meo Ghisilerio, sunt decisiones 179.& 210.& alia est coram Reuerendiss.D.meo Merlino Decano sub die 24. Nouembris 1634. est decis. 312. quæ omnes decisiones fuerunt postea confirmatæ in eadem causa coram Eminentissimo, & Reuerendissimo D.Cardinali Machiauello die 28. Ianuar.1636. est decisio 71.infra tom.3.

RE-

REVERENDISSIMO PIROVANO.

Calaguritana Processionum.

Die Mercurij 27. Nouemb. 1630.

ARGVMENTVM.

Ad censurarum fulminationem, si Executor non ritè procedat, relaxatio est attentata, & pars indebitè grauata, est absoluenda ab eis, & latè discutitur vtrum festum S. Stephani, S. Ioannis, SS. Innocentium, & feriæ secundæ, & tertiæ immediatè sequentium solemnitati Paschali, & Pentecostes sint eiusdem naturæ, sicut est ipsa dies Natalis Domini, & Paschæ, & conclusio est negatiua, cũ differant nomine, ordine, & effectu, & alia, de quibus in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Executori si non sit demandata iurisdictio cognoscendi exceptiones, si illæ opponantur, debet eas remittere ad Iudicem delegantem.*

2 *Ad censuras, vt rectè procedatur, quid de stylo Rotæ sit seruandum.*

3 *Ad censuras si executor procedat non seruatis seruandis, relaxatio est attentata, & pars est absoluenda à censuris latis.*

5 *Et hoc casu non cessat in totum facultas executoris, cum illa possit exerceri contra resistentes de facto.*

6 *Dies festiuitatis S. Stephani Prothomartyris non dicitur dies Paschalis.*
Sicuti nec dicitur dies S. Ioannis sequens, nec duo sequentes Paschæ Resurrectionis aut Pentecostes. ibid. num. 6.

7 *Dies Natiuitatis, Resurrectionis, & Pentecostes differunt à diebus respectiuè sequentibus, nomine, ordine, & effectu.*

8 *Dies Natiuitatis de per se consideratur, & nominatur in c. nocte sancta de consec. dist. 1. & distinguitur ab immediatè sequentibus festiuitatibus.*

9 *Termini discretiui natura est, distinguere, & separare.*

10 *Festum S. Stephani, S. Ioannis, & SS. Innocentium ab Ecclesia post Natiuitatem DOMINI quare fuerunt ordinata.*

11 *Festum Natiuitatis DOMINI, vt augeatur, ideo post illud ponuntur aliæ festiuitates.*

12 *Festum S. Stephani, S. Ioannis, &c. licet iungatur festo Natiuitatis Domini, non tamen dicuntur solemnitates illi similes.*

13 *Dies sequentes solemnitati Paschalis non dicuntur ita solemnes, sicuti est ipsa Pascha.*

15 *Pentecostes dies non minori lætita celebratur, quàm ipsa Paschalis solemnitas.*

19 *Festum Prothomartyris, S. Ioannis, & feria 2. & 3. Paschatis, Resurrectionis, & Pentecostes, licet sint primæ classis, non tamen sunt primi ordinis sicut est ipsa Natiuitas, & Paschatis dies.*

17 *Festa primæ classis, & secundi ordinis sunt Epiphaniæ, Ascensio Domini, Pentecostes, Corpus Domini, & alia de quibus hic.*

18 *Feria 2. & 3. quæ immediatè celebrantur post diem Pascatis, & Pentecostes, sunt primi ordinis, & tertiæ classis.*

19 *Festa S. Prothomartyris, S. Ioannis, & SS. Innocentium licet non ponantur in ordine classis, celebrantur tamen, vt festa primi ordinis, & tertiæ classis.*

20 *Feria 2. & 3. post diem Paschatis, Resurrectionis, & Pentecostes ponuntur inter maiora duplicia, & quid de festo Prothomartyris.*

24 *Festa S. Prothomartyris S. Ioannis, &c. & feria 2. & 3. post Pascha, & Pentecostes, licet non differant respectu recitationis officij, tamen distinguuntur ab ipsa die Natiuitatis, & Paschæ ornatu, & seruitio.*

25 *Missæ celebratio si concedatur priuatis domibus, excipitur dies Paschatis, & aliorum festorum solemnium.*

26 *Interdictum, si in aliquo loco ponatur, eo durante licet ibi non celebrentur missæ, tamen excipiuntur dies Paschatis.*

27 *Mandata de manutenendo solent dari ad limites possessionis.*

28 *Pluralitas potest verificari, dum exceditur numerus pluralis.*

29 *Periurij à limite iudicij sunt repellendi.*

30 *Iuramento, si quis non contrauenerit, nequaquam poterit dici periurius.*

31 *Iudex, vbi incipit dubitare de iustitia sententiæ, non est consumanda illius exequutio.*

32 *Rota semper abstinet in relaxando censuras detecta iniustitia sententiæ, & mandat partes audiri super eorum iure.*

33 *Executori non est inhibendum, quoad contenta in ipso mandato, num. 34.*

35 *Quo verò ad non contenta in mandato, ipse tenetur remittere, & iudicio delegan-*

legantis terminanda.

36 *Executoribus non demandatur iurisdictio cognoscendi, sed exequendi.*

37 *Inhibitiones imminente timore scandali sunt concedendæ.*

38 *Executor si probabiliter timeat resistentiam de facto, quid ei sit concessum.*

39 *Acchill. decis. 3. de caus. possess. & propr. & decis. in causa Caurien. iurisdictionis, in quo casu loquantur.*

40 *Per inhibitionis viam non est procedendum, quando quis iurauerit aliquid adimplere, sed benè per viam coactionis.*

42 *Indebitè ne quis grauetur obuiandum est.*

43 *Expressio specialis etiam vbi requiritur, sufficit vt fiat relatio ad quid certum absque alia expressione.*

DECISIO DXV.

ORTA controuersia inter Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Calaguritañ. & beneficiatos Sanctorum Iacobi, & Andreæ, super eo, quod beneficiati tenerentur in qualibet die Sabbathi petere horas, & horis interesse, accedereq; ad processiones intra claustra fieri consuetas, Capitulum in summarijssimo retinendæ obtinuit manuteneñ esse in possessione cogendi Abbates, & beneficiatos Ecclesiarum prædictarum Sancti Iacobi, & Sancti Andreæ assistere, & interuenire in procession. quę fiunt per Canonicos intra ambitum Cathedralis Ecclesiæ, videlicet vt in diebus Dominicis, & festiuis accedant duo beneficiati respectiuè ex dictis duabus Ecclesijs, vnus de qualibet earum. In diebus verò festiuis solemnibus accedant pariter ex dictis beneficiatis duo ex qualibet Ecclesia: demum in diebus Paschalibus accedant quatuor ex eisdem beneficiatis ex vnaquaque Ecclesia, & ad petendas horas duo beneficiati dictarum Ecclesiarũ, videlicet vnus de qualibet Ecclesia quolibet die Sabbathi cuiuslibet hæbdomadæ, quando fit Capitulum in dicta Ecclesia Cathedrali ad illud accedant pro recipiendis horis in hebdomada recitandis.

Contra beneficiatos fuit oppositum de non paritione supradicti mandati in pluribus, sed eisdem auditis responsum fuit constare de sufficienti paritione 1. sub die 27. Nouembris 1628. & deindè 15. Ianuarij 1629.

Cæterum cum adhuc prætenderetur beneficiatos nõ paruisse in die S. Stephani Prothomartyris, dum in ea die non transmiserunt octo ex ipsis, sicuti in die Paschatis fecerunt, à subexequutore fuerunt declarati, sed censuris ad tempus suspensis, quæsitum fuit, an sint absoluendi Abbates, & beneficiati à pœnis, & censuris, cum inhibitione in futurum, & quomodo sit prouidendum, ne per eos contemnantur censuræ.

Quoad absolutionem Domini affirmatiuè responderunt, quia subexequutor literarum nulliter contra beneficiatos, & iniustè processit ad censuras, nulliter inquam, quia etsi intimatum fuerit mandatum cum comminatione censurarum, & facultas non deficeret ex tenore literarum Decreti, ibi quatenus opus sit suspensionis, & interdicti, ac excommunicationis respectiuè pœnis ipso facto per quemlibet contrauenientem incurrendis, & beneficiati facto non paruerint. Attamen Iudex ille non poterat censuras fulminare defectu iurisdictionis, ex quo in suis literis non est demandata iurisdictio cognoscẽdi exceptiones per beneficiatos proponendas, quare parere nõ
1 teneantur, † sed illas remittere debebat ad Iudicem delegantem, *Bald. in cap. super quæsitum num. 5. do offic. delegat. Couarr. var. lib. 3. cap. 16. num. 7. Lancellott. de attentat. part. 1. cap. 1. num. 34. Cassad. decis. 6. num. 10. de Caris. possess. & propriet.* qui de stylo huius Tribunalis mandat seruari quatuor terminos ad docen.
2 de paritione, † qua non probata, vel legitima exceptione non proposita, quare parere non teneantur, proceditur ad cen-
3 suras, aliàs totum est attentatum, † & ante omnia reuocandum, & sic à censuris absoluendi sunt beneficiati, *Felin. in cap. ad probãdum num. 6. de re iud. Cassad. d. decis. 6. de caus. possess. & propriet. Crescent. dec. 1. de seques. possess. & fruct. Vestr. in prax. lib. 8. c. vltimo num. 16.* & idem
4 in literis manutentionum † fuit firmatũ in *Vicen. Prioratus 19. Martij 1610. coram Card. Pamphilio, & in Mediolanen. Decimarum 14. Nouembris 1616. coram me*, nec propterea cessat in totum facul-
5 tas subexequutoris, cum † illa possit exerceri cõtra resistentes de facto, *Franc. in cap. 1. in princ. col. fin. vers. vel poterit de concess. præben. Put. decis. 210. n. 5. lib. 3. in correct. Acchill. decis. 4. num. 10. de sententia excommun.*

Iniustitia verò deducitur, dum censuræ fue-

ræ fuerunt fulminatæ ex eo, quia octo beneficiati non interfuerunt Processioni in die Prothomartyris Stephani de anno 1628. prout in die Natiuitatis Domini nostri præcedentis assisterunt, & tamen
6 dies ille Prothomartyris non † dicitur dies Paschalis, prout desiderat decretum ibi; *In diebus Paschalibus, sicuti nec dicitur dies Sancti Ioannis sequens, nec duo sequentes Paschæ Resurrectionis, aut Pentecostes.*

7 Differunt enim inter se † dies Natiuitatis, Resurrectionis, & Pentecostes, à diebus respectiuè sequentibus, nomine, ordine, & effectu.

Nomine, quia in Sacris Canonibus de per se nominantur, & considerantur,
8 vt de † die Natiuitatis, est *text. in cap. nocte sancta, de consecr. dist.* 1. vbi discretiuè ab alijs diebus determinantur horæ celebrandi Missas, cuius termini, discre-
9 tiuè, † natura est distinguere, & separare, *Ruin. cons.* 131. *num.* 4. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 4. *num.* 15. *&* 215. *numer.* 70. *Surd. cons.* 426. *num.* 2. *&* 28. *vol.* 3. maximè quia festum eiusdem Prothomartyris in nomine non conuenit, sed ibi ad alium effectum vnà cum festo S. Ioannis, & SS.
10 Innocentium † ab Ecclesia ordinata fuere, & Christo capiti, & sponso, omnes sui comites adiungerentur, *Duran. de ritib. Eccles. lib.* 7. *cap.* 42. de Sanctis Stephano, Ioanne Euangelista, & Innocentibus, vbi accuratè prædictam, & alias reddit rationes, vel si aliam rationem sequamur ad augendum fe-
11 stam † Natiuitatis Domini celebrationem, vt opinatur, *Suarez de Religione tom.* 1. *lib.* 2. *de diebus fest. c.* 9. *num.* 12. Idem erit dicen. vt iungantur, non autem, vt idem festum dicantur similiter,
12 & † dies Paschatis Resurrectionis consideratur de per se ab alijs diebus sequẽtibus *in cap. nosse de consecrat. dist.* 3. *& cap. omni tempore eodem titulo dist.* 4. vbi
13 determinatur, quod † Pascha Domini in die Dominico celebretur, & Subdiaconi, aut Diaconi ante diem Paschæ ad accipien. Chrisma de singulis Ecclesijs
14 ad Episcopum destinentur, † ac demum festum Pentecostes de per se consideratur *in cap. nosse cum seq.* 76. *dist.* ibi, *non*
15 *minori † lætitia celebramus diem Pentecostes, quàm Sanctum Pascha curauimus.*

Ordine etiam differunt, quia etsi dies Prothomartyris, & S. Ioannis, ac secundæ, & tertiæ feriæ Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes sint primæ classis, non tamen sunt eiusdem Ordinis, quia in
16 primo † ordine primæ classis ponuntur dies Natiuitatis Domini, Pascha Resurrectionis, & festum Patroni Ecclesiæ, fe-
17 sta verò primæ classis secundi † ordinis sunt Epiphania, Ascensio Domini, Pentecostes, Corpus Christi, festum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Assumptio Beatæ Mariæ Virginis, omnium Sanctorum, & Patroni Ciuitatis, inter festa autem primæ classis tertij Ordinis
18 connumerantur † feria secunda, & tertia, quæ immediatè post diem Paschę, & Pentecostes sequuntur, Natiuitas Sancti Ioannis Baptistæ, & dies Anniuersaria dedicationis propriæ Ecclesiæ, & quamuis festa S. Stephani Prothomar-
19 tyris, & † Sancti Ioannis, & Sanctorum Innocentium non ponantur in ordine
20 classis, celebrantur tamen † ac si essent primæ classis tertij ordinis, ita accuratè, & distinctè prædicta ponuntur *per Castal. in prax cerem. lib.* 2. *sess.* 5. *num.* 1. *& lib.* 3 *sect.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. & idem sentit *Duran.* per aliam distinctionem inter festa maiora duplicia, & festa maiora duplicia de *ritib. Eccles. lib.* 7. *cap.* 1. *numer.* 31.
21 ponens † feriam secundam, & tertiam Paschæ Resurrectionis, & Pentecostes inter maiora duplicia, & quamuis ali-
22 qui † existimauerint Prothomartyrem Stephanum ponendum esse in secunda classe, eorum tamen opinio saltem con-
23 uenit cum † Castaldo in eo, quod non sit dies ęqualis in in ordine cum diebus Natiuitatis, Resurrectionis, & Pentecostes, et idem Castaldus prędictorum rationem deducit ex qualitate personarum, quę solent celebrare in dictis respectiuè diebus ex numero celebrantium ex maiore ornatu Ecclesiæ, et splendidiori apparatu Altaris sequendo ceremoniale
24 Episcoporum † editum sub Clemente VIII. in quo licet in eisdem festis quoad recitationem officij nulla, aut modica sit dispar ratio, tamen quoad prędicta vna dies ab altera distinguitur ornatu, et seruitio.

Effectu demum tanquam diuersa pra-
25 cticantur, nam quando conceduntur † priuatis oratoria in proprijs domibus in singulis diebus sacrum Missæ celebrari facere, excipitur dies Paschatis, & aliorũ festorum solemnium, non autem excipiũtur dies Paschales cum suis secundis, & tertijs ferijs, & in locis, in quibus reperitur

26 peritur † positum interdictum, eo durante Missæ possunt celebrari in diebus Paschatis Resurrectionis, & Natiuitatis, non autem in alijs, quæ iunguntur ad augendam dierum festorum celebrationem. *cap. Alma mater §. in festiuitatibus de sent. excomm. in 6. S. Antoninus in summa par. 3. tit. 26. cap. 4. Siluester in verbo interdictum §. 3. vers. 5. secundum Couarr. in d. c. Alma mater par. 3. §. 5. art. 6. Henriq. de excommun. lib. 13. cap. 47. num. 1. Vgolin. de interd. tab. 5. §. 9.*

27 Quare cum mandata de † manutenen. soleant dari ad limites possessionis. *Rota decis. 169. num. 1. cum ibi addentes coram Papa Greg. XV.* & decretum relaxatum loquatur tantummodo de transmittendis octo beneficiatis, quatuor scilicet pro qualibet Ecclesia in diebus Paschalibus, concurrantque festiuitates Natiuitatis, Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, in quibus pluralitas † potest verificari,
28 dum excedunt numerum singularē, iustitia sententiæ declaratur pro alijs diebus cōtra beneficiatos defendi nō potest, &c.

Neque obstat decretum absolutionis beneficiatorum de assistendo processionibus, quę fiunt in Cathedrali Ecclesia Calaguritana in secundis, & tertijs festiuis diebus Paschalibus, Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi sicut in primo die festo Paschali eiusdē Resurrectionis, tanquam diebus festiuis Paschalibus, & vlterius de parendo iuxta tenorem mandati relaxati, & cum ijdem beneficiati
29 absolutionem † obtinuerint, & curauerint obseruare contenta in decreto, nec obseruauerint, dicebatur tanquā periuros a limine iudicij repellendos absolutione a periurio non obtenta. *Paris. cons. 10. n. 94. lib. 1. Rot. decis. 786. part. 3. diuers.*

Quia si de præcisa obligatione assistendi in diebus secundæ, & tertiæ feriæ Paschatis Resurrectionis agitur de contra-
30 uentione, † non constat, sed tantum de die Prothomartyris Stephani non comprehenso in iuramento. Si verò de obligatione iuxta tenorem decreti de manutenendo contendatur, verba illius nō distinguunt secundas, aut tertias ferias solemnitatum Natiuitatis, Resurrectionis, & Pentecostes, sed de diebus Paschalibus mentionem faciunt, quę secundum supradictum recipere debent interpretationem, & quoad præcisam obligationem feriarum secundę, & tertiæ Paschatis Resurrectionis in posterum seruandam, beneficiati debent à decreto
31 reponi, quia † vbi Iudex incipit dubitare de iniustitia sententiæ, non est consummanda illius exequutio, *Afflictus decis. 28. num. 6. Aputaq. decis. 114. par. 3.* & Rota semper abstinet in relaxando
32 censuras detecta † iniustitia, & mandat partes super eorum iure audiri.

Secundò principaliter quærebatur an sit inhibendum sub exequutori ne procedat ad censuras contra beneficiatos, sed visum fuit non esse inhibendum, quoad contenta, & declarata in ipso mandato de manutenendo, quia impli-
33 caret † cum anthoritate data in eodem mandato, si non posset de facto resistentes, & inobedientes per censuras compellere ad peten. *Put. decis. 1270. num. 5. lib. 3. in correct. Achill. decis. 4. num. 10. de sententia ex communicationis*, & idem pro denegatione inhibitionis in
34 † his terminis fuit firmatum *in decis. 64. num. 1. & seq. par. 2. rec.* quo verò ad
35 alia non contenta † in mandaeo, si egeant cognitione, & discussione, erant remittenda, & iudicio Rotæ terminanda,
36 quoniā subexequutori non † est demandata iurisdictio cognoscendi, sed exequendi, *secundum decisiones supra allegatas in causa Vicen. Prioratus, & Mediolanen. Decimarum.*

Non obstant decisiones *in causa Caurien. iurisdictionis 22. Aprilis 1575. coram Cantuccio*, quæ datur, & *Achilles 3. de caus. possess. de propiet.* in quibus dictū
37 fuit inhibitiones imminente † timore scandali esse concedendas, de quo dicebatur constare ob frequentes censurarū fulminationes, quia stante obligatione beneficiatorum iuratoria, quod paritionem contentorum in mandato, & relaxationem censurarum, quoad ea super quibus exequutor probabiliter dubitare
38 poterat resistentiam, de facto fuisse factā inde ex subsequutis de abusu, aut scandalo dubitari non potest, & eo cessan-
39 te † non intrant decisiones supra allegatæ.

Superest tertium quæsitum quomodo sit prouidendum, ne beneficiati contemnant censuras, visum fuit non aliter esse prouiden. quàm ex facultate subexequutori data, & ex iuratoria cautione per
40 eosdem beneficiatos † prestita, quia per viam inhibitionis contra beneficiatos non est procedendum, sed per viam coactionis, adstringendo illos ad cauendum,

41 dum, quæ cum iam sit † præstita, sufficienter videtur prouisum sequendo prouisionem *Bartoli in l. vnica C. vti C. vti possid*, & aliorum, qui recensentur, per *Menochium in remed. 3. retinend. num.* 811.

Neque retorquendus est effectus huius tertiæ partis dubij contra Capitulum, vt
42 scilicet beneficiatis sit magis † prouidendum, ne grauentur horis incertis interessendi processionibus, aut pro illis petendi à Capitulo pro officio recitando in hebdomada.

Quia pro interessendo processionibus semper horæ sunt certæ, dum ipsi tenentur horis decantandis per Canonicos assistere, vt iam fuit resolutum in hac causa 15. Aprilis 1622. & 27. Ianuarij 1627: Horis autem recitatis fiunt processiones, & pro petendis horis similiter est tempus præfinitum in decreto mandati de manutenendo, nempe qualibet die sabbathi cuiuslibet hebdomadæ, quando fit Capitulum, & quamuis hora celebrandi
43 Capituli non exprimatur sufficit † nihilominus relatio ad Capitulum, tanquam ad quid certum etiam in his, quæ requirunt specialem expressionem. *l. vbi autem, &c. illud ff. de verb. oblig. Bart. in l. qui liberis §. hæc verba in fine, ff. de vulgar. Dec. in leg. certam num. 3. ff. si cert. petac. Paris. cons. 25. num. 4. lib. 1. Menoch. plenè comprobas cons. 287. num. 39. & seq. vol. 3.* Et ita &c.

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Parmeñ Nullitatis Ordinum.

Die Lunæ 2. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Nullitas, & iniustitia sententiæ sufficit, vt qualiscunque sit, ad effectum contra eam obtinendi restitutionem in integrum. Princeps si à primo Iudice auocauerit causam, non potest deinde sine nouo rescripto in ea se intromittere, Sacri ordines quando non dicantur per vim, & metum suscepti. Et testes quando non probent metum illatum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum, vt obtineatur contra sententiam, sufficit docere de eius nullitate, & iniustitia, etiamsi non sit notoria.*
2 *Sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam.*
3 *Causa, si sit auocata à primo Iudice absque noua commissione, non potest in ea se intromittere.*
4 *Commissio non dicitur facta communis, si non sit facta citatio ad dicendum contra commissionem.*
5 *Papa si rescripserit, vt aliquis Iudex deputatus non cognoscat causam, tale rescriptum afficit, etiamsi non sit facta citatio ad dicendum contra commissionem.*
6 *Et hoc quia vis auocationis non stat in facto impetrantis, aut scientia Iudicis à quo, sed in appositione manus Papæ.*
7 *Adeo vt sine nouo rescripto Papæ non potest causam cognoscere.*
9 *Iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iussit.*
10 *Rescripti forma præcisè seruanda est.*
11 *Citatio per edictum contra interesse putantes non suffragatur, quando adest certus contradictor.*
12 *Sententiæ iniustitia concludi potest ex eiusdem nullitate.*
13 *De timore vano non est habenda ratio.*
14 *Timor, cum non præsumatur, ab allegante est probandus.*
15 *Cclausula constito, requirit probationes in suo genere concludentissimas.*
16 *Testes sunt nulliter examinati sine citatione partis.*
17 *Testes non probant metum, si tantum deponant de persuasionibus, & minis in genere, sine suis qualitatibus.*
18 *Metus, vt sit releuans, debet cadere in constantem virum.*
19 *Persuasiones non inducunt metum, ad effectum irritandi actum iam gestum.*
20 *Metus non præsumitur, quando quis facilè potest recurrere ad superiores.*
21 *Metus dicitur purgatus, ex actibus subsequentibus liberè gestis, & num. 22.*

☞ * In eadem causa sunt supra decisiones 490. & 511. sub diebus 19. Iunij 1628. & 11. Martij 1630. coram eodem R. P. D. meo Ghisilerio, quæ & alleguntur hic in principio decisionis.

DECISIO DXVI.

Postquam Domini censuerunt constare de interesse Marchionis Ludouici

uici ad effectum admissionis ad causam, deindeque etiam resoluerint probari etiã descendentiam à Iulio filio Floramontis, vt ex decisionibus 19. Iunij 1629 & 11. Martij 1630. Hodie quoque ad eius fauorem responderunt constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam de partibus latam ad fauorem Marchionis Hippolyti super nullitate susceptionis Ordinum, & licentia nubendi, cum doceatur de nullitate, & iniustitia dictæ sententiæ, † quæ sufficit
1 ad hunc effectum, qualiscunque sit etiã non notoria. *Rot. decis. 1. de restit. in integ. in nou. Cæsar. de Grass. decis. 10. num 12. de sent. & re iud. Seraph. decis. 251. num. 2. Caputaq. decis. 94. par. 3. Rota in recent. decis. 492. num. 1, par. 1. & 307. num. 1. par. 2.* quo casu nunquã
2 † transit in iudicatum, *vt per Put. decis. 401. in causa Toletana in fin. lib. 1. Seraphin. decis. 988. num. 6. Cæs. de Grass. decis. 2. num. 8. de solut.*

Nullitas visa est patens, ex pluribus, & maximè quia causa iam in Rota commissa reperiebatur vigore commissionis auocatoriæ à quibuscunque Iudicibus ad instantiam Domini Hippolyti, quæ auocatione stante à primo Iudice absque
3 noua † commissione amplius in causa citra vitium nullitatis, & iurisdictionis defectum procedi non potuit. *Innoce. in c. vt nostrum. de appell. Gemin. cons. 97. n. 1. Barbat. in cap. cum M. Ferrarien. num. 186. ad fin. de constit.* Nec potest sustineri ex eo, quod commissio non fuerit
4 facta communis, cum non fuerit † facta citatio ad dicen. contra commissionem, quia talis citatio requiritur quidem ad effectum, vt secundum rescriptum effi-
5 ciatur commune, non autem † ad effectum auocationis à primo Iudice, vis enim auocationis non stat in facto impetrantis, aut scientia Iudicis à quo, sed
6 † in appositione manus Papæ. *cap. Pastoralis. de offic. deleg. cap. vt nostrum. de ap-*
7 *pell.* quæ ligat inferiorem † absque inhi-
8 bitione. *Not. Doct. in cap. 1. de confirm. vtil. vel. inutil. Gabr. cons. 66. num. 6. lib. 1.* adeout sine nouo rescripto Papæ non potuerit causam cognoscere dictis
9 iuribus super allegatis, soluitur † enim iudicium eo vetante, qui iudicare iussit. *l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Gemin dict. cons. 47. num. 1.*

Et quatenus potuisset procedi vigore primæ commissionis, adhuc nihilominus nullitas non potest excusari ex defectu citationis attento, quod non fuerunt vocati vocandi, nec verificata verificanda iuxta formam rescripti præcedentis
10 † commissionis, quæ præcisè seruanda erat. *l. diligenter. ff. mandati, cap. cum dilecta, vbi omnes de rescript. Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Gozad. cons. 67. num. 2. Seraph. decis. 337. num. 6.* Debebat enim citari Ludouicus, cuius persona fuerat approbata per Hippolytum mediante concordia inita cum ipso super bonis feudalibus, ita firmauit Rota 19. Iunij 1628. in hac causa, & propterea
11 cum esset certus † contradictor, citatio per Edictum contra interesse prætendentes non suffragatur, sed requirebatur citatio personalis. *l. de vnoquoque, vbi gloss. & doct. ff. de re iudic. Abb. in cap. ex tua. num. 3. de cleric. non resid. Rot. decis. 8. de dol. & contum. in nou. Caputaq. decis. 117. num. 1. par. 1. Seraphin. decis. 972. num. 4. & 1276. num. 4. Rota decis. 624. num. 8. par. 1. recent.*

12 Iniustitia verò non solum † concluditur ex nullitate processus per supra deducta, sed præter ea non constat de metu, aut certè de tali metu, qui cadere potuerit in constantem virum, vt requiri-
13 tur, alioquin † de vano metu non est curandum. *cap. consultationi, & cap. veniens de despons. impuber.* & non præsumi-
14 tur, nisi ab allegante iustificetur † *l. cum te l. metu. vbi Doct. C. de his, quæ vi metusuè causa fiunt. Innoc. in cap. causa matrimonij n. 1. in fin. de offic. deleg. Surd. cons. 329. num. 47. lib. 3. Caputaq. decis. 221. num. 1. par. 2. Mantic. decis. 142. num. 1. Rota in recent. decis. 463. num. 3. par. 2.* Et cum in commissione adsit clausula,
15 constito † quæ requirit probationes in suo genere concludentissimas. *Fel. in cap. de probat. num. 3. vbi Dec. num. 4.* metus erat necessario probandus.

Testes deponentes de metu non rele-
16 uant; tum quia nulliter † examinati sine citatione partis. *l. si quando §. sed cum minimè oporteat, ibi gloss. in verb. noluerit. & Bart. num. 7. & 8. C. de testibus, cap. 2. vbi Doct. communiter eod. tit. Farinac. de opposit. contra examen. quæst. 72. num. 1.* tum quia nihil releuans deponunt circa mandatum respectu susceptionis ordinis sacri, sed solum de persuasionibus,
17 † & minis in genere, non autem cum qualitatibus, de quibus *in l. interpositas cum ibi not. C. de transact.* & quod fuerint

rint illatæ ab illo, qui solet exequi mi-
18 nas, & † tamen ad hunc effectum requiritur metus cadens in constantem virum. *Ant. de Butr. in cap. consultationi in 4. notab. vbi Præpos. in vlt. notab. Abb. num. 4. de sponsal. Dec. in cap. causa matrimonij num 7. de offic. delegat.* Immo respectu susceptionis ordinis sacri non
19 deponant, † nisi de persuasionibus, quæ nullum pariūt effectū in casu, de quo agitur, neque deponunt eum fuisse tempore susceptionis ordinis sacri in loco iurisdictionis fratris, sed quia viuebat cum plena libertate in Ciuitate Parmæ, vbi re-
20 sidebant † Princeps, Episcopus, & supremi magistratus, ad quos facilis erat recursus pro remouendo metu ob loci qualitatem, militat præsumptio iuris in contrarium. *Rolan. consil. 83. num. 33. cum seqq. lib. 2. Paris. consil. 135. num 12. lib. 4. Seraphin. decis. 236. num. 4.* Insuper dictos testes plures pati difficultates censuerunt Domini latè deductas per informantes in facto.

Quatenus autem metus probaretur ex retentione Canonicatus, perceptione fructuum per plures annos, necnon ex
21 † resignatione cum pensione, prætenditur purgatio metus, ita fuit resolutum in hac causa in allegata decis. 19. Iun.
22 1628. per quos actus subsequentes † ab Hippolyto liberè gestos absque vlla coactione, metus purgetur. *Bart. in l. 2. n. 2. C. de his, quæ vi, metusuè caus. fin Alex. consil. 98. uum. 7. lib. 3.* Quia supradicti actus non poterant fieri citra approbationem, & ratificationem suscepti ordinis.

Et ita fuit resolutum Ludouico tantum informante.

DECISIO DXVII.

Bononien̄ Dotis.

Die Veneris 4. Decembris 1630.

Impressa Apud Merlinum Decisio 493.

* *In hac causa fuerunt factæ plures decisiones, & primo coram Buratto sub. diebus 1. Iulij 1616. & 19. Ianuarij 1624. & 3. Iunij eiusdem anni & 28. Nouemb. pariter 1624. sunt inter eius impress. decisiones 201. 752. 798. & 873. & coram Reueredis. D. meo Decano præter illam supra à me adductam; aliæ etiā fuerunt factæ sub. diebus 19. Ianuarij 1628. & 16. Martij 1629. & infra adest alia sub die 31. Ianuarij 1632. & in altero tomo aderunt duæ aliæ, prima coram eodem Reuerendissimo Merlino die 27. Februarij 1636. & altera coram Reuerendiss. P. D. Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano sub die 5. Martij 1638.*

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO.

Romana Prælationis.

Die Veneris 20. Decemb. 1630.

ARGVMENTVM.

Censuarij duo si simul, & insolidum litigauerint ad obtinendam prælationem in re censuata, & insolidum obtinuerint duas sententias fauorabiles, si vnus ex his litem deserat, & nolit amplius præferri, ille qui remansit in lite, nullo modo impeditur obtinere tertiam sententiam, & mandatum exequutiuum in tota re, &c. De depositi validitate, quando non possit controuerti, & aliqua, quādo dicatur integrum in hac materia prælationis rei conseruatæ.

SVMMARIVM.

1 *Tres sententiæ conformes, cum faciant rem iudicatam, per consequens locus est exequutioni.*
2 *Censuarij duo, si simul, & insolidum litigauerint ad obtinendam prælationem in re censuata, & obtinuerint duas sententias fauorabiles, an vnus solus possit obtinere tertiam.*
3 *Duo an simul, & insolidum litigant, si alter eorum non curet prosequi litem, alius bene poterit litem prosequendo eam terminare.*
4 *Negligentia vnius ex litigantibus non debet præiudicare alteri collitiganti.*
5 *Sententia sic intelligi debet, vt sit conformis libello.*
6 *Monitorium deseruit loco libelli.*
7 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
8 *Citatus si creditor sit ad recipiendam pecuniam, alias viden. deponi, si intra terminum non compareat, tunc locus est deposito.*
9 *Contumacia partis stante in receptione pretij,*

pretij, si illud fuerit depositatum, non potest deinde pars conqueri de deposito.

10 *Depositum, vt releuet debet esse integrum.*

11 *Bulla Pij V. super censibus, in materia depositi, quo ad prælationem solum exigit depositum pretij, non autem expensarum.*

12 *Illatio non fit quoad diuersa.*

DECISIO DXVIII.

Dominus Christophorus de Rantegni emit vineam, de qua agitur per subhastationem, sed cum super eam essent impositi duo census, vnus ad fauorem R. P. D. Castellani, & alter ad fauorem Domini Ludouici Zeffiri, tam Castellanus quàm, Zeffirus coniunctim, & in solidum mouerunt iudicium prælationis ex bulla fel. record. Pij Quinti super censibus contra emptorem; & obtinuerunt insimul duas sententias vnam ab A.C. alterã in Rota præuijs decisionibus. Postea Zeffirus litem deseruit, & noluit amplius præferri, sed Castellanus illam prosequẽdo obtinuit tertiam sententiã confirmatoriã aliarum duarum, in qua tamen solus Castellanus, & non Zeffirus nominatur, vnde stantibus tribus sententijs fuit relaxatum mandatum, & illud executum super vinea ad instantiam solius Castellani, modò dubitatur; an executio substineatur, quàm substineri fuit resolutum, nam fuit facta in vim mandati Rotalis relaxati præuijs tribus sententijs
1 † conformibus, quæ cum faciant rem iudicatam, erat per consequens locus executioni, *clement. vt calumnijs de re iud Gabr. de exec. rei iudic. conclus. 1. nu. 1. l. post rem iudicatam, vbi Bart. & Doct. ff. de re iudic. bo: me: Cardinalis Caualerius decis. 22.*

Non obstant tres defectus, qui contra executionem opponuntur, nam primus, quod cum ab initio fuerit iudicium
2 intentatum tam à Castellano, quàm † à Zeffiro, & ad eorum fauorem coniunctim obtentæ duæ sententiæ, non potuerit postea solus Castellanus obtinere vltimam sententiam, & immissionem in tota vinea, de cuius retractu agebatur, tollitur ex quo Zeffirus noluit amplius ius suum prosequi, prout patet ex declaratione ipsius, quæ datur, vnde cum remaneret solus Castellanus, qui petebat præferri, & erat censuarius, benè poterat obtinere immissionem in tota vinea, quidquid enim dicendum esset, si cum ipso concurreret Zeffirus, qui ha-
3 bebat † coæquale ius ad prælationem petendam, dum ille amplius non currit, remanet solus Castellanus, & cum censũs ad eorum fauorem impositus cantet super tota vinea, vtique poterat in tota vinea prælationem habere, quia super tota vinea est etiam creditum cũ hypotheca ad fauorem Castellani; vltra quod licet duæ priores sententiæ fuerint latæ ad fauorem vtriusque, tertio tamen fuit lata solum ad fauorem Castellani, qui solus pro ea institit, & illam obtinuit, vt fuit dictum supra, & is ratione trium conformium, & appellationis non interpositæ habet ad sui fauorem rem iudicatam, quæ tamen non applicatur Zeffiro, qui habet tantum duas senten-
4 tas, cuius † negligentia non debet præiudicare alteri collitiganti, qui voluit litem prosequi. *Ruin. cons. 35. num. 13. & 14. lib. 5. & 13. num. 9. lib. 4.* quem sequitur *Gabr. cons. 56. num. 10. & seqq. lib. 1.*

Aufertur tamen quæuis difficultas ex monitorio facto super prælatione, in quo fuit petita prelatio ab vtroque coniunctim, diuisim, & insolidum, vnde sententiæ simpliciter concedentes prælationẽ,
5 † debent etiam intelligi insolidum, vt sic sint conformes libello. *l. vt fundus ff. com diuid. Surd. decis. 295. num. 20. sanct. mem Gregor. XV. decis. 176. num. 5. bo. me. Card. Caualer decis. 158. num.*
6 † *2.* Cuius libelli loco deseruit dictum monitorium *Mandos. de monitor. quæst. 38.*

Secundus defectus, de quo opponitur, est, quod sententiæ dicunt Castellanum, & Zeffirum esse præferendos, soluto tamen pretio in venditione, & subhastatione vineæ prædictæ, & sic sub condi-
7 tione solutionis pretij, † quam importat dictus ablatiuus absolutus *l. ab emptore, ff. de pact.* Ideoque non debuerit fieri depositum, sed solutio realis Rantegni maximè, quia eius procurator fuit paratus recipere solutionem, sed tollitur,
8 quia præcessit citatio † ad recipiendum, aliàs videndum mandari deponi, vnde cũ intra terminum nullus comparuerit ad recipiendum, & Iudex elapso tempore ordinauerit deponi, & verè depositum factum fuerit, antequam procurator esset paratus recipere, procul dubio locus

fuit

fuit deposito, *iuxt. l. obligatione, vbi gloſ. & Bald. C. de ſolut. l. acceptatio. vbi etiam gloſſ. in verbo ſoluantur. C. de vſur.* Quod autem procurator fuerit paratus recipere ſolutionem non releuat, ſiquidem comparitio non fuit in termino citationis ad recipiendum, ſed multo poſt decretum, nam ex regeſtro apparet decretum fuiſſe factum 6. Iulij, & ſub eadem die expeditum mandatum, proteſtationem verò fuiſſe factam per Procuratorem Rantegni conſtituiſſe procuratorem
9 ad recipiendum. Et cum ex † his probetur contumacia in receptione pretij, ceſſat allegatus defectus depoſiti.

Tertius defectus, de quo obijcitur eſt,
10 quod non fuerit depoſitum † integrum, cum fuerit factum ſimpliciter de pretio oblato in ſubhaſtatione, non autē de expenſis in ea factis ſed Dominis placuit reſponſio, quod bulla fel. rec. Pij V. ſolum
11 † exigit depoſitum pretij, non autem expenſarum, nam qui retrahit, debet quidem emptorem releuare indemnem ab omni expenſa, quam fecit in emptione, hæ autem expenſæ non ſunt factæ ab emptione, ſed à creditore in recuperatione ſui crediti, mediante ſubhaſtatio-
12 ne, quod nihil habet commune † cum emptione, & ſic non eſt dicendum, quod emptor in ſubhaſtatione reficeret expenſas ei, ad cuius fauorem fit ſubhaſtatio ita non conuenit, vt is, qui retrahit ab emptore, ſoluat expenſas, quas emptor, nec fecit, nec tenetur, & de illis non extat condemnatio, quia Caſtellanus fuit ſolum condemnatus ad ſoluendum pretium in ſubhaſtatione, & deliberatione ſolutum, vt ex verbis ſententiæ, ibi: *Dominum Chriſtophorum verum emptorem teneri, & obligatum eſſe, ac cogen. prout condemnamus ad facien. retrouenditionem, & retroceſſionem vineæ, ſoluto tamen pretio in venditione, ſeu ſubhaſtatione, vnde depoſito pretio prætenſa nullitas non obſtat.*

Demum illud, de quo opponitur, fuerit facta executio ſuper fructibus vineæ, nō iuſtificatur ex facto, & quatenus etiam probaretur, reſpicit poſſeſſores, qui emerunt à Rantegni, qui tamen à Caſtellano illos repetere debent, quatenus perceperit.

Cæteræ verò nullitates citationis ad ſubſtantiales, & citationis ad ſententiā, necnon diuerſæ perſonæ Notarij cauſæ tolluntur ex facto, nec Dominis viſæ fuerunt releuantes, cum in vltima poſitione difficultas fuerit tantummodo reſtricta ad ſupradictos tres principales reſpicientes depoſitum, & executionem ipsā ratione prætenſi exceſſus.

Et ita vtraque parte &c.

DECISIO DXIX.

Romana Fideicommiſſi de Coronis.

Die Mercurij 18. Iunij 1631.

Impreſſa Apud Merlinum Deciſio 520.

REVEREDISS. PIROVANO

Illerdeñ Decimarum.

Die Lunæ 23. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Ius vniuerſale decimandi per motionem litis ſuper decimis, quando, & ex quibus non dicatur effectum litigioſum.

SVMMARIVM.

1 *Ad Immemorabilem probandam teſtes cuius ætatis eſſe debeant, vt de ea poſſint rectè deponere.*

2 *Exemptio, quando non eſt totalis, ſed particularis præſupponit ius vniuerſum eſſe penes alterum, & illi aſſiſtere.*

3 *Lis, quando non eſt ſuper ipſa re, ſed ſuper iure connexo ipſi rei, quinimo ſuper modo tantum agendi, res illa non poteſt dici litigioſa.*

4 *Litis, quando non conteſtetur, an inducta præſumatur ſuper fundamento exceptionis.*

5 *Niſi ex parte actoris impugnetur, aut negetur.*

6 *Lis, ſuper vniuerſo iure decimandi, quādo non dicatur fuiſſe conteſtata.*

7 *Ad Propietatis Dominos, ſeu directarios ſpectat cogere incolas ad denunciandum.*

8 *Exceptiones, quando ſunt propoſitæ per modum actionis, eo caſu lis qualiter inducatur ſuper eis.*

9 *Probibitio, ſeu exceptio ſi proueniat ex iure connexo ipſi rei generaliter, non poteſt inferri ad totum ius.*

10 Ad

10 *ad Partis petitionem semper recurri debet ad cognoscendum quid in iudicio fuerit deductum, & num.* 11.

¶ Decisiones plures in hac causa annotaui supra ad decisionem 512. quę est in eadem causa.

DECISIO DXX.

Domini recesserunt à decisis in hac Causa 15. Martij 1630. & 7. Februarij præteriti.

Quia ex eisdem apparet sufficienter probata immemorabilis, quatenus testes
1 ad eamdem probandam inducti † essent eius ætatis, vt de ea secundum requisita *glos. c.* 1. *de præscrip. in 6.* possent de tempore litis contestatæ deponere, & in hoc Domini conueniebant; si lis probaretur contestata de anno 1593. vel 1594. testes defectu sufficientis ętatis non probare; si verò fuit cœpta de anno 1617. vel ante, ad quod tempus ætas testium de anno 1619. examinatorum posset referri, testes immemorabilem probare, & cum tota hæc causa, sub die 28. Martij præteriti ad punctum litis contestatæ esset restricta. Hodie iterum posita, visum fuit defectum ætatis non obstare, & à decisis consequenter esse recedendum.

Quia ex parte Capituli de Albelda non probatur litem super vniuersali decima fuisse contestatam per Carlanum de anno 1593. seu 1594. emanauerat enim sententia arbitramentalis vsque de anno 1418. 15. Iulij inter Rectorem S. Vincentij, & Franciscum Cortit Ciuem Illerdeñ, vti Carlanum loci de Albelda contendentes respectiuè ex parte Rectoris decimas, quorumcumque fructuum prouenientium ex quibusuis terris, & domibus franchis, seu franchitatem habentibus ex consuetudine antiqua in dicto loco, & terminis dicti loci Albeldæ pertinere, & spectare Ecclesiæ S. Vincentij, quæ terræ, & domus erant descriptæ in capibreuibus S. Mariæ Salsonæ, vel S. Iacobi de Nura, vel in nonnullis alijs capibreuibus, & insuper Carlanum debere recipere, & consueuisse recipere decimas in dicto loco de Albelda ex illis domibus, & terris, dumtaxat, quæ sunt scriptæ in libro manifesti, & seu æstimi, cum quo libro omnes dicti loci consueuerunt arctare suum commune ad solutionem decimarum, itaut in cæteris non descriptis constaret de franchitate per Rectorem prætensa, respectu verò Carlani prætendebatur Rectorem non posse ex libris S. Mariæ, aut S. Iacobi concludere ius suum, neque ex libris manifesti, & seu æstimi excludere ius ipsius Carlani, sed aliundè teneri probare exemptionem terrarum ex antiqua consuetudine, vel priuilegio sibi spectare, quæ controuersiæ per arbitratores fuerunt compositæ, vt Carlanus percipere debeat decimas terrarum, & domorum, quæ sũt feudi, & exemptionem non habent; imò scriptæ sunt in libro æstimi, Rector verò percipere debeat decimas ex domibus, & terris franchis, & exemptis.

Cæterum Capitulo post centum, & septuaginta quinque annos hæsitante, ne iura Parochialis Sancti Vincentij (cuius nomine decimas percipit) negligentia Canonicorum, vel malitia incolarum, aut temporis diuturnitate perirent, petitum fuit coram Ordinario mandari omnibus, & singulis incolis, & habitatoribus loci de Albelda terras, & domos franchitatem habentes, & ex consequẽti decimas habentes Ecclesiæ S. Vincentij quatenus denuncient, & confiteantur se tales terras habere.

Prædictæ autem petitioni pro Carlano citato fuit responsum illum legitimis, & certis titulis esse in possessione, seu quasi percipiendi decimas fructuum, qui colliguntur in termino de Albelda, & eo nomine generalem esse decimatorem, sicuti, & illius prædecessores in eodẽ fuerunt, nullumque ius competere capitulo molestandi incolas, & vniuersitates ad denunciandum terras, & domos francas petens cognosci de exceptionibus eidem competentibus, & declarari dictę Communitati Clericorum in pręmissis ius nõ competere, & cogi cessare à quibuscumque prætensionibus, & molestijs, & pronunciare liberè pertinere, & spectare dictum ius percipiendi decimas ad ipsum Gilabert Carlanum.

Si quęratur ex hac facti serie, an ex parte Capituli fuerit lis contestata super pertinentia decimarum, etiam non exẽptarum, iam patet idem Capitulum magnifecisse sententiam arbitramentalem illam producẽdo, & iuxta terminos productionis confitendo Carlanum esse generalem decimatorem ratione feudi ipsum autem pro certis terris, & domibus habere exemptionem, quę inter se non pu-

pugnant, sed conueniunt, quia exemptio
2 quando non est totalis, † sed particularis presupponit ius vniuersum esse penes alterum, & illi assistere, *cap. cum personæ de priuil. in 6. Verall. decis. 306. p. 1. Rota decis. 491. num. 1. par. 1. recent.* preterea petendo omnes incolas, & habitatores compelli ad denunciandum domos & terras franchitatem habentes, supponitur ius vniuersale decimandi ex parte Carlani demptis franchis, et exemptis, itaut lis non possit dici mota super decimis feudi, sed super eo; an liceret Capitulo, et Clericis cogere omnes incolas, et habitatores loci de Albelda ad denũciandum terras francas, vt ideo quando lis non est super ipsa re, sed super iure
3 connexo ipsi, † quinimo super modo tantum agendi, ius decimandi non potuit effici litigiosum, *l. quamquam §. Iulianus, ff. de acqu. plu. arcen. Roman. cons. 270. num. 2. Ferret. cons. 12. nu. 1. & 170. num. 6. & 192. num. 9. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 492.*

Si verò hæsitetur, an ex responsione Carlani fuerit contestata supradicta lis sub die 10. Ianuarij 1594. quæ fuit dies datæ cedulæ responsionis in actis, verba cedulæ litem non concludunt, nam dum respondit legitimis, & certis titulis esse in possessione, vel quasi percipiendi decimas fructuum, qui colliguntur in termino, & seu territorio de Albelda, & eo nomine generalem esse decimatorem, sicuti & illius prædecessores in eodem fuerunt, fundat exceptionem suam super sententia arbitramentali, & illam præsupponit non impugnãdo ius ex parte Capituli decimandi terras exemptas,
4 vt † propterea lis non contestatur, aut inducta præsumitur super fundamẽto exceptionis, *c. final. de lite contest. in 6. Felin. in cap. illud num. 12. de præscript. Balb. eod. tract. 3. par. 6. par. principal. q. 4. n. 38. & idem fuit firmatum in decis. 726. in fin.*
5 *par. 2. recent.* nisi ex † parte actoris impugnetur, aut negetur, *l. 1. C. de litis contest. cap. 1. eod. tit. in 6. Roman. cons. 174. nu. 5. Castrens. cons. 401. nu. 2. lib. 1.* Vnde cum petitio Capituli non fuerit ab initio generalis de vniuersis decimis, vel iure vniuerso decimandi, sed particularis pro decimis ex terris, & domibus franchis, nec post exceptionem à Carlano deductam ipsum scilicet esse generalem decimatorem impugnauerit, aut negauerit
6 tale ius illi competere, † sequitur litem super vniuerso iure decimandi non fuisse contestatam.

Similiter nec immediatè sequentia, ibi, *nullumque ius Capitulo competere molestandi incolas, & vniuersitates ad denunciandum terras, & domos franchas,* inferunt litis contestationem super vniuerso iure decimandi, quia si Carlanus generalis est decimator respectu non exẽptorum, certè nullum ius competit capitulo cogendi omnes incolas ad denunciandum, cum hoc † tantummodo 7
spectet ad dominos propietatis vel directarios, *Afflict. decis. 265. num. 87. Peregr. de priuil. fisci lib. 7. tit. 3. num. 18. Specul. tit. de locato §. nunc aliqua vers. 60. & Bald. in addit. ad eundem col. 8. vers. emphyteuta cogitur declarare rem Ias. in l. 2. num. 175. C. de iure emphyt.*

Et alia quæ in eadem cedula continuantur, ibi *petens cognosci de exceptionibus eidem competentibus, & declarari dictæ Communitati Clericorum in præmissis ius non competere, cogi cessare à quibuscũque prætensionibus, & molestijs,* quamuis videantur declarare exceptiones fuisse
8 propositas per † modum actionis, & eo casu litem fuisse introductam, *Rota decis. 78. num. 3. par. 1. recent. Rota Ianuen. decis. 102. num. 3.* Attamen quia rationes tendunt non ad includendum vniuersum ius decimandi priuatiuè quoad franchitatem & exemptionem capitulo debitam, sed ad modum agendi per præcepta contra incolas, & vniuersitates, vt denuncient terras & domos francas, qui modus, agendi cum verè capitulo non competat, & exceptio ac prohibitio per Carlanum prætensa proueniat ex iure connexo ipsi rei generaliter decimandi
9 non potest inde inferri, quod † totum ius decimandi effectum fuerit litigiosum, *Lancell. de attent. d. cap. 4. nu. 492. cum alijs supra allegatis.*

Demum nullum potest constitui fundamentum ad proban. litem super vniuerso iure decimandi in finalibus verbis eiusdem cedulæ, ibi, *& pronunciare liberè pertinere, & spectare dictum ius percipiendi decimas ad ipsum Gilabert Carlanum:* quia petitio neque excedit terminos sententiæ arbitramentalis per capitulum productæ, vt de terris non exemptis ius generale decimandi spectet ad Carlanum, neque contraria interpretatio potest desumi ex petitio ne capituli ad terras francas restricta, ad quam semper est

10 † est recurrendum ad cognoscendum quid in iudicio fuerit deductum, *Cassad. decis. 3. nu. 2. de iudic. Seraph. decis. 990. num. 4. & decis. 212. num. 6. par. 1. recent.* vt ideo petitio pronunciandi liberè
11 spectare † ius percipiendi decimas verè respiciat exclusionem capituli agendi per præcepta contra incolas, & vniuersitates ad denunciandum, non autem excludendi capitulum à iure suo percipiendi decimas ex terris exemptis, quatenus aliter probarent qualitatem terrarum, & quantitatem respectu prætensæ exemptionis.

Non obstat sententia in hac causa postmodum lata per vicarium Illerden. die 11. Ianuarij 1616.

Quia ex ea clarius apparet non fuisse pronunciatum super iure vniuersali decimandi, prout prętenditur petitum, & fuisse motum iudicium perCarlanum, sed super controuersia qualitatis, & quantitatis terrarum exemptarum iuxta petitionem factam per capitulm. In primis enim pronunciatur Franciscum Gilabert esse generalem decimatorem terrarum, & domorum Villæ de Albelda, exceptis his, quas francas, & exemptas esse constat ex priuilegio, & consuetudine antiqua à quæstis, siue communi dicti loci solutione, quod totum respicit Capituli petitionē inhærendo sententiæ arbitramentali productæ. Secundo determinantur decimæ non franchæ, & exemptæ à franchis, & exemptis per relationem ad capibreuia tunc in causa facta, videlicet capibreuium liquidum factam de terris scriptis in libro æstimi continere terras, & domos descriptas in libro manifesti, & tanquam tales eas omnes in dicto capibreuio contentas teneri soluere decimam Francisco Gilabert Carlano, quo verò ad capibrenium illiquidum terræ, & domus ex quibus capibreuiantes confitentur consueuisse soluere decimam Ecclesiæ, omnes teneantur soluere decimam capitulo, de alijs verò ex quibus capibreuiantes confitentur consueuisse soluere decimam, seu ignorant, cui præstiterint decimam, vel aliàs incerti sunt, cui soluant earumdem omnium partitarum decimas spectare ad Franciscum Gilabert Carlanum saluo iure capituli quandocumque probandi antiquam exemptionem, quarumcumque terrarum non descriptarum in libro æstimi, ex quibus omnibus patet à primordio iudicij, illisque prosecutione, & definitione semper actum fuisse de cognitione, & diuisioue terrarum, & domorum exemptarum ab alijs non exemptis, non autem de vniuerso iure decimandi respectiuè per negationem capituli ergà Carlanum, aut per affirmatiuam Carlani contra capitulum incompatibilem cum iure exemptarum terrarum per capitulū prætensarum. Et ita &c.

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNORI.

Bononień Pretij Clericatus.

Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Articuli quando, & ex quibus causis non sint admittendi, & etiam si simus in Curia.

SVMMARIVM.

1 *Decisiones in causa factæ satis esse possunt ad ostedendam iustitiam sententiarum.*
2 *Pater, si emat officium filio, quæ nisi cum magna difficultate potest resignari, non imputatur illud in legitimam.*
Sed si admissa sit resignatio, & pretium reperiatur in peculio, & potestate filij, cessat omnis difficultas.
3 *Articuli, si sint confecti de industria, ac data opera ad euitanda fundamenta decisionum, reijcendi veniunt.*
4 *Probatio, quæ nihil est profutura, meritò spernenda venit.*
5 *Protestantis ius, quando bene dicatur conseruatum.*
6 *Probatio per scripturas non potest elidi per contrariam probationem facien. per testes.*
7 *Filio familias, ac sub patria potestate constituto, videtur esse ingenita, & connaturalis paupertas.*
8 *Materiæ articulatæ satis videntur calumniosæ, si in alijs instantijs fuerunt neglectæ, & n. 16.*
9 *Articuli, quando fuerunt producti in termino sententiæ, per calumniam præsumuntur dati, & ad protrahendam causæ expeditionem.*
10 *Articuli in Curia de stylo Rotæ numquam reijcunutur, si aliquo modo possint ad causam pertinere.*

11 *Et*

11 *Et hæc possibilitas censetur præseruata ex clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & quando id non procedat, n. 12.*

13 *Statutum, si mandet recipi quascumque probationes, intelligendum est de probationibus, quæ non essent omninò ab re, sed possunt aliquo modo ad causam conducere. num 14.*

15 *Et ab hac denegatione hoc casu nec potest appellari.*

17 *Articuli, quando sunt dati in termino, in quo cadebat citatio ad sententiam, non solum Iudex potest illos reijcere; sed neque etiam potest dici, vt grauauerit non admittendo eosdem articulos.*

18 *Cum præsumi debeat latam prius fuisse sententiam, vt ideo integrum non fuerit Iudici Commissario, & Delegato post eãdem sententiam eas probationes recipere.*

19 *Citatio ad dicendum contra articulos præsumitur posterior citatione ad sententiam, si pro die eodem ambæ fuerunt factæ, & hoc ad euitandam quamcumque nullitatem.*

20 *Et hoc etiam ad effectum exclusionis attentatorum, quæ considerari possent ob non admissam appellationem.*

21 *Nullitas secundæ sententiæ, si eamdem sententiam non vitiat, ita nec tertiam, si per eam secunda fuit confirmata.*

22 *Sententia lata pendente termino probatorio est nulla.*

23 *Terminus probatorius de stylo Rotæ non datur aliquis, sed loco illius sunt, & seruantur termini substantiales.*

24 *Rota de stylo solet ante probationem sententiæ reuocare omnes dilationes, & hanc reuocationem extendunt Notarij in registris causarum.*

25 *Dilatio aliqua, quando bene videatur, quod ob calumniam fuerit petita.*

¶ In eadem causa est supra decisio 54. sub die 19. Aprilis 1627. coram Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano.

DECISIO DXXI.

IN hac causa, quæ coram me pendebat in gradu restitutionis in integrum, adducebatur pro fundamento restitutionis nullitas, & iniustitia præcedentium sententiarum, cum D. Marchio Franciscus Manzolus, qui passus erat rẽ iudicatam, & tribus sententijs condemnatus fuerat ad restitutionem pretij, quod pro se Comes Vlysses pater exposuerat in emptione officij Clericatus Cameræ, non solum impugnaret hanc condemnationem factam in eisdem tribus sententijs, quod negaret subsistere, quæ fuerunt huius condemnationis fundamenta, & in omnibus decisionibus factis in totis tribus instantijs deducta fuerunt, vt hoc officium, vel fuerit emptum ex pecunia sui patris, vel imputari posset in legitimam eiusdem officij pretium, quod potius ex qualitate ipsius officij, & ex alijs facti circumstantijs præsumi debedat sibi donatum, sed cum post primam sententiam probationes vtrique huic fundamento contrariæ propositæ per se fuissent, quæ admissæ non fuerunt, resultare inde dicebat, & iniustitiam, & nullitatem earundem sententiarum.

Verùm quæ huius imputationis, ac rei iudicatæ iniustitiam respiciebant, satis
1 visa fuerunt † Dominis sublata ex earumdem decisionum rationibus; quæ satis esse poterant ad ostendendam iustitiam sententiarum, vt dictum fuit *in decis. 617. num. 2. par. 1. recent. & decis. 678. num. 1. par. 2. coram Greg. deci. 524. num.* 4. & alias sępissimè, & ex quibus eadem duo fundamenta luculentissimè comprobata (cum probationem, quæ ex publico instrumento sequebatur, vt hoc officium ex proprijs Comitis Vlyssis pecunijs emptum fuerit, non tollerent, quæ contra idem instrumentum obijciebantur, vt scilicet idem instrumentum contineret solam confessionem de recepto, dum eadem confessio reddebatur nõ solum verisimilis ex præcedenti conuentione, ac pluribus adminiculis, quæ poterant veritatem eiusdem confessionis probare in pręiudicium ipsius filij, & quamuis eadem confessio diceretur posterior resignatione, quam idem filius etiam dicebat liberè sibi factam fuisse de eodem officio, sed etiam redargueretur ex contraria patris voluntate declarata in pluribus actibus & ex pluribus facti circumstantijs, quæ fuerunt ponderata in eisdem decisionibus) vt hoc officium numquam Marchioni Francisco donatũ, aut libere illi per patrem concessum fuerit. Imò neque contrarium concluderet qualitas ipsius officij vacabilis, & cuius resignatio, non nisi magna cum difficultate potuisset obtineri (quo casu † con-
2 tra imputationem videbatur stare communis Doctorum opinio) cum etiam data hac opinione non posset illi locus

esse in hac causa, in qua fuerat iam admissa huius officij resignatio, & eiusdem officij pretium reperiebatur in peculio, & potestate ipsius filij.

Et licèt hæc omnia quatenus tangebant summam totius probationis, quæ fieri debebat, concluderent etiam eiusdē probationis irreleuantiam, quin ex hoc potissimum dici posset, vt meritò reiecti fuerint articuli, quo viderentur de indu-
3 stria, † ac data opera confecti ad euitanda fundamenta decisionum *Rot. decis. 319. sub. num. 2. par. 2. diuers. Seraph. decis.* 1460. *num.* 1. *Greg. decis.* 211. *nu.* 5. *& fuit dictum in Vlixbonen. iuris conferendi 7. Februarij* 1667. *coram Card. Lancellotto*. Tamen quod eadem probatio nihil fuisset omnino † profutura, & quod sperni, ideo potuerit, dixerunt Domini, vel ex eisdem articulis colligi posse.

Primus enim articulus, dum continebat, vt ex generali consuetudine, & stylo Curiæ officium per patrem emptum nomine filij præsumeretur eidem filio donatum, nisi ad fauorem patris reseruata fuerit dispositio decreti, aut ex alijs pactis, & reseruationibus hoc idem colligi posset. Dabat ipse ex se responsionē, cum hæc reseruatio ad fauorem patris legeretur in ipso instrumento solutionis, in quo expresse protestatus fuit Comes Vlysses non eam sibi mentem esse in emptione, quam faciebat, vt donaret Francisco filio pretium, quod pro hoc officio soluebat, sed velle se idem pretium ab ipso Francisco repetere, & quocumque modo posset de eo sibi satisfacere. Ex
5 quibus dubitari non potest, † quin conseruatum fuerit ius protestantis ex traditis per *Bart. & alios in l. non solum* §. *morte num.* 24. *ff. de oper. nou. nunciat. Abb. in cap. cum M. Ferrariensis nu.* 15. *vers. aut habetur consensus, de constitut. Rot. decis.* 1. *num.* 9. *de donat. int. vir. & vxor. in antiq. & coram Card. Caual. decis.* 257. *num.* 2. Et hoc etiam considerarunt omnes decisiones præter alios plures actus, in quibus huc idem pater declarauit, & qui in eisdem decisionibus referuntur.

Secundus articulus, & ipse ad rem pertinere, imò omninò improbabils videri poterat, quatenus in eo proponebatur, ut integrum pretium scutorum trigintasex millium auri fuerit solutum ex pecunijs Marchionis Francisci. Cum
9 enim contrarium probaretur ex publico instrumento, in quo ex proprijs pecunijs etiam ad cambium, & ad censum acceptis declarauit Comes Vlysses pater se idem officium emisse, non poterat hęc probatio, de qua constabat per scriptu-
6 ras, † elidi per contrarias probationes, quas facturi erant testes, *Aegid. decis.* 9. *Seraph. decis.* 1460. *num.* 3. *Rot. decis.* 582. *num.* 3. *&* 6. *par.* 1. *decis.* 414. *num.* 5. *& decis.* 589. *num.* 1. *in fin. par.* 2. *recent.* & vel hæc solutio, quæ probari debebat facta à Marchione Francisco, intelligenda erat ex propria ipsius Francisci pecunia (vt conceptus videbatur articulus) & huius rei inuerisimilitudinem pluribus comprobarunt decisiones propter quantitatem pecuniæ solutæ, & qualitatem ipsius Comiti Francisci, cui †
7 tanquam filio familiæ, ac sub patria potestate videbatur esse ingenita, & connaturalis paupertas, vt probat *cap. sicut ij* 47. *dist.* & aduerterunt *Aret. cons.* 66. *n.* 8. *Surd. cons.* 39. *num.* 11. *Alciat. reg.* 2. *præsumpt.* 27. *num.* præter *Tiraq. de retract. consag.* §. 32. *glos. vnica num.* 94. *Afflict. decis.* 377. *num.* 5. adductos in decisionibus. Vel eadem solutio poterat etiam intelligi, & explicari de pecunijs, & alijs bonis mobilibus, quæ ex dote Pellegrinæ matris prouenìebant, & huic etiam difficultati satisfecerunt eædem decisiones, cum huius dotis non esset ipse Comes Vlysses debitor, donec viueret, & iuribus Marchionis Francisci pariter consultum esset ex ratione, quam eiusdem dotis, & aliorum bonorum matris petere potuerat à sui patris hæredibus, etiam quod verum dici posset, vt ex pecunia, & alijs bonis dotalibus emptum fuerit hoc officium, cuius contrarium probatur ex publico instrumento. Et augebatur præterea huius probationis,
8 & materiæ † articulatæ calumnia, cum in alia instantia eadem probatio neglecta fuerit, nec vnquam super eisdem articulis curauerit Marchio testes examinare, vt considerarunt *Bald. in l. ignorat. num.* 1. *C. de fruct. & lit. expens. Castr. in l. de die.* §. *tutor. in fin. ff. qui satisd. cog. Verall. decis.* 63. *in princ. par.* 3. *Vestr. in prax. lib.* 6. *cap. vlt. num.* 3. *Rot. decis.* 491. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & coram Greg. decis.* 311. *num.* 4. sicut etiam, quia ijdem articuli producti fuerunt in termino sententiæ, quo casu etiam per calumniam † dati præsumuntur, & ad protrahendam expe-

expeditionem causæ, *Bellam. decis.* 427. *post med.Rot.decis.*332. *lib.*3.*par.*3.*diuers.* & *decis.*45. *num.*1. *par.* 2. *recent. coram Cardin. Seraphin. decis.* 1440. & *decis.* 1460. *numer.*1.*coram Gregorio decis.*356. *num.*8.

Neque dixerunt Domini esse in contrarium huius Tribunalis stylum, vt nun-
10 quam reijciantur† articuli in Curia, si aliquo modo possunt ad causam pertinere, de quo stylo attestatur *Vestr.in prax.lib.*5 *cap.*14.*num.*6.& 26.& *c.*15.*num.*2.& 3. Sicut vt hæc possibilitas præseruata cen-
11 seatur † ex clausula illa, *saluo iure impertinentium,& non admittendorum* dixit idem *Vestr. d.cap.*14. *num.*6. quia vt non debeant admitti ijdem articuli, neque cũ hac clausula *saluo iure*, &c. sed vel debeant discuti, & antea cognosci eorum
12 releuantia, vel reijciendi etiam sint, † si constet illos non esse admittendos post *gloss.in cap.cum contingat in verb. nihilominus de off.deleg.* tradiderunt *Ias. in l. si duo patroni*, §. *idem Iulianus num.* 33. *ff. de iur.iur. Paris.cons.*67. *num.* 39. *vol.* 4. & *cons.* 97.*num.*131.*vol.*1.*Dec. cons.*161. *num.*1.*Roland.cons.*34.*n.*15. *vol.*3.*Grammat. decis.* 45. *num.* 5. Etiamsi super hoc
13 adesset contraria statuti dispositio,† quæ mandaret recipi quascumque probationes, vt in terminis statuti Vicentini consuluit *Paris.d.cons.*67. *num.* 41. *vol.*4. & *super statuto Tridentino cons.* 97. *nu.* 136. *vol.*1. *Imol. in l.dies*, §.*Prætor ait*, *nu.*28. *ff.de damn.infect.Ias.in d.l.si duo patroni*, §. *Idem Iulianus num.* 34. *ff. de iure iur.* qui omnes etiam dixerunt eiusdem statuti dispositionem intelligendam esse de
14 probationibus,† quę non essent omninò ab re, sed possent aliquo modo ad causam conducere: & quod neque ab hac
15 denegatione † possit appellari post *Menoch. de adipisc. possess. remed.*4.*num.*816. *dixit Scacc. de appellat.quæst.*17. *limit.*6. *memb.*7. *num.* 44. vbi præcipuè considerant an id grauamen, quod infertur non admittendo appellationem, potuerit reparari in appellatione à diffinitiua, quia vt dicebam, maximè videtur conuenire ad præsentem controuersiam, quia cum hæc probatio, quæ in secunda instantia
16 reiecta fuit, commodè † potuerit fieri in tertia, satis videtur indè argui, vt solum ad differendam causæ expeditionem eadem probatio proposita fuerit.

Considerarunt præterea Domini, quod cum dati fuissent ijdem articuli in termino, quo cadebat citatio ad sententiam, nõ solùm illos reijcere potuit Iudex, sed
17 neque † etiam dici poterat, vt grauauerit non admittendo eosdem articulos, cũ præsumi debeat latam prius fuisse sententiam, vt ideo integrum non fuerit Iudici
18 Commissario, † & Delegato post eamdẽ sententiam eas probationes recipere, *l.si vt proponis*, *C.quomod.& quan.iud.l.Iud. ex posteaquam* 55.*ff.de re iud. cap. in literis* 9.*cap.venerabili* 37.& *cap.seq. de off. delegat.* & hæc præsumptio, vt posterior
19 fuerit † citatio ad dicendum contra articulos citatione ad sententiam admitti debet, dum de contrario non constat, & ad euitandam quamcumque nullitatem, *Bald.in l.cum in testamento* 37.§.*hæc verba*, vbi notat etiam *Angel. numer.*1. *Imol. nu.*7. *ff.de hæred.instit.Ias.in repetit. l.admonendi num.* 230. *ff.de iure iuran.Cassador.decis.*21.*de præben.Crescent. decis. vltima de præsumpt.Alciat.reg.*3.*præsumpt.* 42. *Rota decis.* 377. *num.*1.*par.*3. *diuers. Caual.decis.*334. *num.*1. & etiam ad effe-
20 ctum exclusionis attentatorum, † quæ considerari possent ob non admissam appellationem, *Crescent.decis.*1.*de caus.poss.& propriet.num.*2.

Hæc nullitas, quæ obijciebatur secundæ sententiæ, sicut eamdem sententiam
21 non vitiabat, † ita nec etiam, per quam secunda fuit confirmata. Quod verò eidem tertiæ sententiæ obiectum fuit, vt lata fuerit pendente termino probatorio,
22 & † antequam extractæ fuissent aliquæ partitæ, super qua extractione iam fuerat per Marchionem Franciscum obtentum decretum, neque visum fuit Dominis obesse, cum de stylo huius Tribunalis non detur aliquis terminus probato-
23 rius, † sed loco illius sint, & seruentur termini substantiales, & soleat de stylo Rota ante prolationem sententię reuoca-
24 re omnes dilationes, & hanc † reuocationẽ extendere Notarij in registris causarum, vt post *Cassador. decis.* 9. *num.*2. *de appellat.* attestatur *Vestr. lib.*7. *cap.* 1. *num.* 17. & 18. *Rota decis.*582.*nu.*1. *p.*1. *recent. Greg.decis.*327.*num.*11. & *seq.* Et hæc etiam visa fuerunt proposita per calumniam, & ad impediendam causæ expeditionem, quia cum sub die 9. Iunij anni 1627. fuisset obtenta citatio, & de-
25 cretum pro extrahendis dictis † partitis, tamen nonnisi in vltima Rota eiusdem anni, quæ fuit die 5. sequentis mensis Iulij fuit facta vltima citatio

pro extractione dictarum partitarum. Et ita, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.

Reatina Iuris redimendi.

Die Veneris 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM.

Damnorum, & interesse appellatione quid veniat, & alia circa petitionem, & liquidationem fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo re valet, & ex mora debentur fructus.*
2 *Damnorum, & interesse appellatione etiam fructus continentur.*
3 *Actio de redimendo transit ad hæredes.*
4 *Obligationi pacti de redimendo quando dicatur factus locus.*
5 *Fructus percepti per eum, qui obtinuit in possessorio, an sint restituendi ei, qui postea sententiam reportauit in petitorio.*
6 *Fructuum condemnatio in interdictis à quo tempore fiat.*
7 *in Interdicto, vnde vi, præcipuum est, vt in fructibus à die motæ litis fiat condemnatio.*
8 *Fructus sibi debitos, quis potest petere in iudicio ordinario, vt præmissa liquidatione, quis condemnetur in sententia.*
9 *Iudicium manutentionis regulatur ad similitudinem interdicti retinendæ.*
10 *Iudicia duplicia, quæ dicantur.*
11 *ad Censuum validitatem requiritur, vt fructus fundi æquent eorumdem censuum valorem.*
12 *Fructus bonorum stabilium in 20. annis æquant sortem, & conficiunt deductis omnibus expensis pretium ipsius fundi, num. 13.*
14 *in Fructuum liquidatione, cum sit res difficilis probatione, admittuntur leuiores probationes etiam per indicia, & coniecturas.*
15 *Quando propter possessionem non potest dubitari de perceptione fructuum in genere, & solum est in controuersia quantitas ipsorum fructuum.*
Et hoc etiam procedit, quamuis ea æstimatio, ex qua hæc coniectura desumitur, facta esset inter diuersas personas.

¶ In ead. causa supra coram eodem Eminentissimo D. Card. Verospio habentur duæ aliæ decisiones sub die 27. Maij 1628 & 28. Decembris eiusdem anni, sunt decisiones 179. & 229.

DECISIO DXXII.

SVB vno, eodemque dubio, quod ad instantiam DD. de Capellettis hodie proposui. Dubitaui, an ipsis debiti essent fructus huius prædij (cuius possessionem cum obtinuissent ex mandato de immittendo sibi cōcesso ab A.C. eamdem possessionem postea recuperauerat D. Hippolytus Vincentinus impetrato mandato de manutenēdo coram Iudice, ad quē deuoluta fuerat causa appellationis,) & ad quam summam, atque etiam à quo tempore debiti essent ijdem fructus. Et super primo articulo, an scilicet fructus deberentur, non habuerunt Domini difficultatem, cum post decisiones, quæ factæ fuerunt in hac causa, & in quibus firmata fuit iustitia decreti A.C. qui immissionem concessit, & quod ex obligatione Hippolyti Vincentini de retrouendendo hoc prædium Claudio directo agere etiā potuerint Capelletti, vt probatum fuit, intraret hæc Vincentini obligatio, etiam
1 respectu fructuum, ne † dum ratione obligationis contractæ vigore pacti de retrouendendo, vt *in l. 2. C. de pact. int. emptor. & vendit. ex qua post gloss. in verb. oblatam omnes id notant Soccin. sen. cons. 80 num. 4. vol. 3. Tiraq. de retr. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 4. §. 5. gloss. 2. num. 4. & gloss. 4. num. 6. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 32. num. 5.* Verum etiam propter stipulationem damnorum, & interesse promissam tàm in instrumento retrouenditions factæ ab A.C. ex officio, quàm ex eodem instrumento, in quo Vincentinus se obligauit ad eamdem re-
2 trouenditionem, cum & horum † damnorum, & interesse appellatione etiam fructus continerentur, *l. loci corpus §. In confessoriam, & ibi Angel. ff. si seruit. vendic. Bald. in l. si quid pars num. 3. C. de seruit. & acqu. Rota decis. 156. nu. 9. coram Ludouis.* & hæc actio, quæ super iure redimendi, ac pro eisdem damnis Claudio
3 competebat, † transiuerit in Aegidium, & Prudentiam illius hæredes, & ab ipsis in Dominis de Capellettis, qui erant creditores Aegidij, & cessionem obtinuerant à Prudentia, vt etiam dictum

ctum fuit in eisdem decisionibus,

Super secundo articulo à quo tempore deberentur ijdem fructus, cum hanc suam petitionem restringerent Capelletti ad diem, quo per manutentionem Vincentino concessam, fuit ab illis auocata possessio, neque etiam Domini dubitarunt, an pro eo tempore dicti fructus peti
4 possent, quia cum iam factus † esset locus huic obligationi Vincentini à die, quo pretium retrouenditionis oblatum, ac depositum fuit, vt etiam disponitur *in ead. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.* multò minus poterat dubitari, an ipse Vincentinus restituere teneretur eosdem fructus, quos perceperat in iudicio manutentionis, postquam idem mandatum de manutenẽdo, cuius causa erat in possessione, concessum fuit Capellettis, cum reuocata eadem sententia, ac decreto factus fuerit debitor tàm ipsius prædij, quã
5 omnium fructuum, † quos in vim sententiæ perceperat, *l. filio, §. Contra tabulas: ff. de inoff. testam. cap. 2. in fin. vt lit. non contestat. cap. cum super, & ibi glos. in verb. restituendum de caus. possess. & propriet. Roman. cons. 454. num. 26. Natta cons. 535. num. 12. Franch. decis. 288. in fin. Surd. decis. 47. numer. 11. Rota decis. 17. de caus. possess. & propriet. in antiq. & decis. 18. de re iudic. in nou.* Et licet à tempore, quo Vincentino fuit concessa manutentio, litem aliquam super possessione non instituissent Capelletti, qui solum petierunt mandatum de manutenendo longè postquam decretum fuit per Iudicem appellationis, vt manuteneri deberet Vincentinus in eadem possessione, ad quam ipsi decreto A.C. fuerant immissi, ex quo
6 inferebat ipse Vincentinus, † vt fructus aliqui peti non possent ante propositum interdictum *ex reg. tex. in l. interdictis, ff. de interdict. l. 1. §. Ex die ff. de vi, & vi armat. l. quæsitum §. Ex hoc, & ibi gloss. in verb. editum est, ff. de precar. Rot. dec. 317. num. 1. par. 1. recen.* cum hoc solum præ-
7 cipuum sit in interdicto vnde vi, † vt etiã à die motæ litis ijdem fructus debiti sint propter naturam eius interdicti, *vt in d. l. 1. §. Ex die, vbi etiam gloss. in verb. interdictis, ff. de vi, & vi armat. Speculat. in tit. de fructib. & interess. §. 1. numer. 9.* Quia tamen hos fructus, vt dicebam, cõsequi poterant Capelletti etiam à die factæ oblationis, & illos petebant in iudicio ordinario, vt præmissa liquidatione
8 condemnari posset † ipse Vincentinus in sententia etiam in fructibus iuxta notata *in l. & ex diuerso, §. Vbi autem, ff. de rei vendic, & per Rot. decis. 4. de restit. spol. in nou.* quòd solum illos peterent à tempore, quo fuit Vincentinus in possessione prædij, id nõ fiebat à Capellettis ex causa manutentionis sibi concessæ, sed quia ante id tempus, vel aliqui fructus nõ extabant, vel etiam quia illos non petebãt, quãuis propter manutentionem petitam à Vincentino dici etiam posset, vt sub eo iudicio ijdem fructus peti potuerint, cum interdictum retinendæ, ad cuius simili-
9 tudinem † procedit, & regulatur iudicium manutentionis, *Verall. decis. 200. par. 2.* sit vtrique parti commune tãquam ex eo
10 genere iudiciorum, quę duplicia † dicuntur *in §. Retinendæ, & in §. Tertia diuisio, instit. de interdict. & fuit dictum in Valẽtina pensionis 31. Ianuarij 1600. coram Manzanedo, & coram Greg. XV. decis. 64. num. 5.*

Super quantitate eorumdem fructuũ, quę erat tertia pars dubij sequuti fuerunt Domini æstimationem *gloss. in auth. præterea, C. de Sacrosanct. Eccles.* quam etiam propria confessione videbatur approbasse ipsemet Vincentinus. Cum enim à tẽpore, quo penes se fuit possessio huius prædij, tres census super eodem prędio imposuisset, colligebatur inde non solũ æstimatio in genere ipsius fundi pro rata scutorum 2200. (vsque ad quam summã ascendebat pretium censuum venditorũ propter assertionem iuratam ipsius Vincentini) sed etiam probatio in specie quantitatis fructuum, qui ex eodem fun-
11 do percipi potuerunt, † cum id requireretur ad validitatem ipsorum censuum, vt fructus fundi ęquarent eorumdem censuum valorem, vt post *Nauarr. in comment. de vsur. nota. 22. nu. 79.* notant *Modern. Perusin. de censib. par. 1. cap. 3. qu. 2. art. 1. num. 9. Menoch. cons. 445. num. 12. & fuit etiam dictum in decis. 388. num. 5. coram Ludouis.* Cum verò ijdem fructus taxati fuissent à Vincentino ad rationem septem, non poterat impugnari æstimatio facta ad rationem quinque, quia prę-ter præsumptionem, quam de iure habẽt
12 stabilia, † vt viginti annorum fructus ęquent, & conficiant deductis omnibus expensis pretium fundi, quod pro vera
13 æstimatione † annui redditus obseruauit inter cæteros *Couarr. var. resolut. lib. 3. cap. 9. num. 5.* Satis etiam esset in huiusmodi materia liquidationis hæc probatio

tio, quæ colligebatur, vt dicebam ex eiusdem Vincentini confessione sepius repetita, ac iurata, cum tanquam difficilis
14 probationis † admitteret leuiores probationes etiam per indicia, & coniecturas, quando propter possessionem, prout erat hoc casu, non poterat dubitari de
15 perceptione fructuum † in genere, sed erat in controuersia sola quantitas ipsorum fructuum, *Acchill. decis. 22. de restit. spol. vbi declaratur doctrina Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Surd. consil. 293. num. 31. vol. 2. Menoch. præsumpt. 9. nu. 2. lib. 3. Card. Seraph. decis. 1397. num. 3.* & fuit latissimè probatum *in Bononien. Fideicommissi de Turri 8. Nouembris coram R.P.D. meo Merlino.* Id quod etiã pro-
16 cedere, quamuis ea æstimatio, † ex qua hæc coniectura liquidationis desumitur, facta esset inter diuersas personas dixit in terminis *Alciat. cons. 116. num. 4. lib. 5.* & fuit deductum *in Bononien. Fideicommissi de Guidalottis 24. Maij 1619. coram bon. mem. Caualerio.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

DECISIO DXXIII.

Bononieñ Dotis.

Die Veneris 23. Ianuarij 1631.

Impressa Apud Merlinum Decis. 537.

☞ * *Et præsertim sub die 5. Maij 1627. coram eodem Reuerendiss. P.D. Decano est supra in hac parte decis. 59.*

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNORI.

Ceruieñ Pensionis.

Die Lunæ 22. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Cumulatio possessorij cum petitorio admittitur, quando à cognitione negotij principalis, ac iuris, quod pars habet in petitorio dependet exitus, & finis iudicij in possessorio. Arbitrium emanatum è Signatura Gratiæ, non debet ita restringi, ac si esset emanatum è Signatura Iustitiç, & alia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Petitorij cumulatio, cum possessorio, quando admittatur. & num. 7.*

3 *Decretum habens clausulam annullatiuam dare censetur certam formam rei.*

4 *Arbitrium regulatur à iure.*

5 *Arbitrium emanatum ex Signatura Gratiæ non debet restringi, sicuti esset emanatum ex Signatura Iustitiæ, ita strictè inhærendo dispositioni iuris, vt æquitatem amplecti, & sequi non possit.*

6 *Possessorium iudicium sequi debet cognitio negotij principalis.*

8 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem, quando est iustificatum.*

9 *Solutiones, quæ solum probantur ex libris Mercatorum, nihil penitus probant in præiudicium tertij.*

10 *Pensionarij confessio de recepto an probet stante decreto, dequo hic.*

11 *Procurator licèt habeat mandatum à Domino ad exigendum, non aliter tamen potest liberare debitores, quàm per solutionem sibi facta præsente pecunia.*

12 *Decisiones in causa Lucana, & Spoletana pensionum declarantur. & num. 18.*

13 *Arbitrium quando non est concessum, tunc non potest recedi à dispositione iuris cõmunis, nec est locus æquitati.*

14 *Arbitrium operatur, vt relicto vtroque extremo eligatur media via.*

15 *Decis. in causa Mediolanen. pensionis coram Cardinali Marcomont. declaratur.*

16 *Probatio tituli nulli, & inualidi plus nocet, quàm si nihil probatum sit.*

17 *Manutentionis commodum est ipsa possessio ab onere probationis.*

19 *Præiudicium non potest dici magnum, si consistat in sola dilatione.*

20 *Arbitrium pro cumulatione petitorij cum possessorio, quare aliquando denegatur, & aliquando non. num. 20.*

DECISIO DXXIV.

CVm in hac causa, quæ super nullitate pensionis pendet coram A.C. procedere deberet idem Auditor cumulato possessorio cum petitorio arbitrio Rotæ, dubitatum fuit coram me, an esset locus huic arbitrio, & cum idem dubium proposuerim ad instantiam tàm Eminentissimi Cardinalis à Balneo noui Titularis, & successoris in Ecclesia Ceruieñ (super cuius Ecclesiæ fructibus reser-

seruata fuit hęc pensio) quàm Abbatis Bonifacij Beuilacquę pensionarij, Domini responderunt fauore Titularis propter plures rerum, & causarum circumstantias, ex quibus visa fuit reddi turbida possessio pensionarij, quo casu semper
1 solet esse locus huic † cumulationi, & à cognitione negotij principalis, ac iuris quod pars habet in petitorio, dependere exitus, & finis iudicij in causa possessionis, vt sæpius decisum fuit in hoc Tribunali, & inter *alias decis. in Romana Cottigij 6. Martij 1606. coram Card. Sacrato, in Vicen. Parochialis 10. Decembris 1608. coram bo. mem. Manzanedo, in Cremonen. beneficij 26. Aprilis 1621. coram bon. mem. Vbaldo, coram Card. Caual. dec. 185. num. 3. decis. 284. num. 1. & 4. decis. 474. numer. 3. & inter recent. decis. 365. numer. 11. par. 1. & decis. 468. num. 11. par. 2.*

Etenim nõ erat cõtrouersia inter partes super qualitate, ac naturę Sagnaturę Gratiæ reseruationis; vt cũ beneficio iã pleno imposita fuisset hæc pensio, ac propterea diceretur reseruata sine causa, ex vi decreti in ea positi, cogeretur pensionarius probare, quod integrè, & cum effectu soluti sibi fuissent omnes termini pensionum, qui decurrerunt, siue dum vixit ipse Titularis, qui pensioni consen-
2 sit, † siuè quamdiu Ecclesiam, aut beneficium obtinuit, quæ eiusdem pensionis onere grauata fuerunt, vt fuit dictum in *Bergomen. pensionis 7. Nouemb. 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Lunen. Sarzanen. pensionis 26. Februarij 1616. coram bon. me. Buratto, & in Parmen. pensionis 5. Martij 1624. coram R. P. D. meo Merlino*; cum inter alios effectus hæc sit vis eius decreti, vt dare censeatur cer-
3 tam † formam propter clausulam annullatiuam, quam habet, *l. cum ij, §. Si Prætor aditus, ff. de transact. Bald. in l. 1. ff. de liber. & posthum. Cassad. decis. 10. nu. 7. de rescript. Rota in Veronen. Pensionis 3. Iulij 1592. coram Card. Millino*, sed solum fundamentum pensionarij, & omnis illius defensio in eo posita erãt, quod probatio integræ, & continuatæ solutionis, quæ tangebat nullitatem pensionis non pertineret ad hoc iudicium summarijssimum manutentionis, & ita non posset admitti in sui præiudicium hæc cumula-
4 tio, dum arbitrium, † quod pro eadem cumulatione facienda concessum fuit ex peculiari rescripto Signaturæ, debebat regulari à iure, vt est etiam conclusio sæpius recepta in hoc Tribunali, & in his terminis adducebatur *decis. in causa Lucana Pensionis 21. Aprilis 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Spoletana Pensionis 21. Iunij 1619. coram bon. memor. Vbaldo.*

Verum plura concurrebant, quæ visa fuerunt suadere, vt in concessione huius arbitrij relaxatus fuerit rigor iuris, cum hæc facultas proueniret ex rescripto † Si- 5
gnaturæ Gratiæ, quæ non adstringitur, sicut Signatura Iustitiæ, ita inhærere iuris dispositioni, vt æquitatem amplecti, ac sequi non possit, vt dictum fuit *in decis. 558. num. 1. in fin. par. 1. recent.* & cum idem arbitrium cõcessum fuisset super ijs, quæ sunt à iure statuta nempè, vt iudicium possessorium † sequi debeat co- 6
gnitio negotij principalis, vt etiam consideratum fuit in *Catanien. legitimitatis 10. Ianuarij 1583. coram Aldobrandino.* Præterea exceptio, & fundamentum pẽsionarij tollebatur ex serie totius facti, ex quo reddebatur dubia illius possessio, vnde † ipsa iuris dispositio hoc suadere 7
videbatur, vt propter solam possessionem non posset illi concedi manutentio ex notatis, *l. si duo, ff. vti possidetis, & in l. communi, §. inter prædones, ff. commun. diuid. Verall. decis. 202. par. 2. Rota dec. 120. num. 1. p. 1. diuers.* Conueniebant enim in hoc partes, quod post reseruatam pensionem, viginti quinque termini solutionum decurrissent in vita Titularis, de cuius cõsensu facta fuerat reseruatio, & quod horum terminorum ostensæ fuerint non vnica, aut aliquæ solum solutiones, sed omnes omninò, & totidem quot decurrerunt in vita eiusdem Titularis, ita in iudicio petitorio non haberet pensionarius quid probaret respectu integritatis omnium solutionum, sed ex his solutionibus vna solum dabatur, quæ esset in pecunia numerata, cum reliquæ omnes, vel probarentur ex partitis libri Mercatorum, vel ex sola confessione de recepto ipsius pensionarij, aut procuratoris eiusdem pensionarij. Ex hoc autem facto, quod non controuertebatur à partibus, apparebat de irreleuantia probationis, & quod inde sequebatur de nullitate ipsius possessionis, in quibus terminis nulla adducebatur decisio huius Tribunalis, vt satis esse posset, possessio ostẽderetur contra formam decreti, ex hoc solum non poterat esse manutenibilis,

quia

quia licet decretum non tollat detentationem, siue insistentiam facti ante illius
8 iustificationem, † tamen postquam est iustificatum, inficit non solum Titulum, sed etiam possessionem, propter decretum irritans, quod continet, vt *in decis. Cassad.1. de restit. spoliat. num.2. Put.decis.196.num.1.lib.3.* & fuit dictum in terminis huius decreti *in Bergomen. pensionis 7. Nouemb. 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Siracusana Quartæ 24. Maij 1585. coram Card. Blanchetto*, quā refert, & sequitur *Gonzal.ad regul.8. gloss. vlt. num. 64.* & primo nihil † con-
9 cludere poterant in præiudicium tertij eædem solutiones, quæ solum probabantur ex libris Mercatornm, vt tradit *Felin.in cap.2.num.32.de fid.instr. & Ias. in l. admonendi num.133.ff. de iur.iur.& tenuit Rota apud Verall.decis.157.par.2.& coram Card. Caual.decis.60. num.9.* & ad hunc effectum probandæ solutionis, & quasi possessionis exigendi, dictum fuit *in decis.717.num.1.par.2. recent.* Secundò non poterat dici satisfactum eidem
10 decreto ex sola confessione† de recepto ipsius pẽsionarij, vt pluries decisum fuit, & præcipuè apud *Card. Seraph. dec. 292. num.2. in Lucana Pensionis 23. Nouembr. 1617. coram R.P. D. meo Pirouano, & in Parmen. Pensionis 5. Iunij 1624. coram R.P.D. Merlino, & 27. Ianuarij 1627. coram bon. memor. Manzanedo*, & in his præcisis terminis, occasione arbitrij, vt eius causa retardari deberet solutio pensionis, *in Lunen. Sarzanen. Pensionis 26. Februarij 1616. coram bon.mem.Buratto, & in Cremonen.Beneficij 26. April.1621. coram Vbaldo*, & multo minùs potuerunt eæ solutiones probari ex cõfessione pro-
11 curatoris, qui licet † haberet à Domino mandatum ad exigendum, non aliter tamen liberare poterat debitorem, quàm per solutiones sibi factas præsente pecunia, vt *in l.non abstulit, C.de nouation. & tradit Bart. in l. si debitorem,ff.eodem tit. Caput.decis.16.num.7. Surd. dec. 220.nu. 28.Put.decis.416. lib.3.*

Ex his responderi poterat ad decisio-
12 nes in causa † *Lucana, & Spoletana Pensionum*, quia præterquam in casu earum decisionum,nullum apparebat datum ar-
13 bitrium,& † ita non poterat recedi à dispositione iuris,neque erat locus æquitati: Præterea in eis decisionibus non fuerat iustificatum idem decretum,dum pẽsionarius solùm deficiebat in probatione solutionis omnium terminorum, quam probationem facere volebat in petitorio non autem ostendebatur eadem possessio contraria formæ datæ ab ipso decreto:& quamuis non posset ex his dici preclusa via pensionario melius iustificandi easdem solutiones in iudicio petitorio,vt videntur supponere eędem decisiones,tamen non poterat ex hoc locus esse arbitrio, quia hoc saltem eidem arbitrio cõcedendum erat, vt dum ex vna parte satis esse debebat possessio quęsita ex vnico actu solutionis, ex altera verò ostendebatur nullitas eiusdem possessionis, quę declarare poterat non ius partis etiā in petitorio, posset relicto vtroque ex-
14 tremo eligi media † via, & ex ęquitate expectari nouę probationes faciendę in eodem iudicio suspenso interim effectu possessionis, vt declarat *Bald.cons. 177. num.4.lib. 1.* quem secuta fuit *Rota in Cæsenaten. de Aldinis 4.Februarij,& 20.Iunij 1608. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & decis.506. num.4.par. 2. recent.* & fuit seruatum *in vna Mediolanen.pensionis coram Card. Marquemontio 5. De-*
15 *cembris 1607.* † in qua ex hoc solum, quod dubitatum semel fuerit de extinctione possessionis, semper denegata fuit manutentio, imò suspensus effectus mandati de manutenendo semel concessi, quamuis postea, sępius proposita causa, visa fuisset dubia decisio super eiusdem pensionis extinctione, & in eadem decisione refertur alia similis decisio facta coram Platto in vna Clusina pensionis, quod eo magis dicendum erat, dum ex probationibus factis excludebatur pręsumptio melioris probationis, cum
16 plus†noceat probatio,& allegatio Tituli nulli, aut inualidi,quàm si nihil probatum sit, vt dicit *Innoc. in cap. dudum de decim. Bellam.cons.10.nu.20.& dec.193. Aym. cons. 134. num. 3. Rota decis. 731. num. 18. par.1. diuers.*

Et considerarunt pręterea Domini, quod cum duplex sit effectus, & vtilitas huius interdicti possessorij, & iudicij sũmarijssimi manutentionis, nimirum cõ-
17 modum † ipsius possessionis, & liberatio, quam dat eadem possessio ab onere probationis,primam solum vtilitatem amittebat pensionarius ad aliquod tempus, propter hanc cumulationem, quia licet ex manutentione sibi concessa declararetur possessor, adhuc cogebatur sustinere partes actoris, & docere, quod satis-

satisfactum esset decreto, vt admittunt
18 omnes deciss. & in specie † *decis. in causa Lucana pensionis* 21. *Aprilis* 1617. *coram R. P. D. meo Pirouano*, quæ adducebatur pro parte pensionarij, vnde cum solum differri deberet, siue suspendi effectus possessionis, & mandati de manutenendo, quod petebatur, antequam cognosceretur de meritis causæ, præiudicium, quod inde oriebatur pensiona-
19 rio, non † posset dici ex se magnum, tanquam consistens in sola dilatione temporis, secundum *l. debitorib. ff. de re iudic. Verall. decis.* 61. *num.* 3. *par.* 2. ex hoc etiam capite videri poterat rationabile arbitrium in concedenda hac cumulatione, cum omnes deciss. in quibus
20 denegatur idem arbitrium † supponant in specie præiudicium, quod possessori sequeretur propter onus probationis, vt præcisè consideratum fuit in *decis.* 698. *par.* 2. *recent. & coram Card. Caual. decis.* 185. Et è contra hæc fuit ratio alia-
21 rum deciss. in quibus idem † arbitrium concessum fuit, quod scilicet non multum grauaretur ex ea cumulatione, qui se possidere prætendebat, vt in decis. 363. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & coram Reuerendiss. D. meo Decano in vna Narnien. confinium inter impress. decis.* 278. & latè declarat *Aym. cons.* 182. *num.* 14. & 15.

Et ita &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.

Tulleñ Reformationis.

Die Lunæ 4. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

Clausula, dummodo, cuius sit naturæ, & alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Gratia tota, an restringatur per clausulam, dummodo.*
2 *Clausula, dummodo, dicitur habere vim conditionis suspensiuæ.*
3 *Clausula posterior, potius interpretari debet clausulam præcedentem, quàm ab illa interpretationem recipiat.*
4 *De Principis mente, quando dicatur constare in casu derogationis.*
5 *Vniuersitas consideratur tanquam vnicum corpus, dum vni capiti subijcitur.*
6 *Abbas habet præsumptum mandatum à suo Monasterio, cui præest.*
7 *Itaut onus contrarium probandi, quod aliquid factum fuerit ab Abbate sine consensu suorum Manachorum ad ipsos Monachos spectat.*

¶ Supra in eadem causa est decisio 302. sub die 18. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Dunozetto, & in sequenti parte adsunt plures aliæ, nempe sub diebus 30. Martij 1629. & 18. Iunij eiusdem anni, & 22. Aprilij 1630. & 10. Ianuarij 1631. coram eodem, & 6. Februarij 1632. coram bon. mem. Motmanno, sunt decisiones 327. 328. 333. 4. & 95.

DECISIO DXXV.

PROPOSVI hodie dubium super confirmatione sententiarum Rotalium, postquã denegata fuit remissoria in hac causa, quam petebant Abbas in Capitulum generale Præmonstrateñ ad ostendendã subreptionem litterarum Reformationis, quas iustificatas esse dixerunt eædem sententiæ: & pro confirmatione earumdem sententiarum considerarunt Domini eadem ferè, quæ in alijs disputationibus, & propositionibus huius causæ deducta fuerunt coram RR. PP. DD. meis Dunozetto, & Motmanno. Primum enim, ac præcipuum fundamentum, quod adducebatur contra easdem litteras ex diuersitate formæ professionis, quã emittere debebant Reformati in noua hac Communitate, & Congregatione, quæ fuit approbata, & confirmata in dictis litteris, sublatum fuerat tàm in decis. R. P. D. mei Dunozetti 10. Ianuarij 1631. In qua latè probatum fuit quod voto stabilitatis, super quo dicebatur cõsistere hæc diuersitas formæ vtriusque professionis fuerat derogatum, quam in decisione 6. Februarij 1632. coram R. P. D. meo Motmanno, in qua ostensa fuit necessitas eidẽ voto derogandi: Nam quod remissa fuerit eadem stabilitas legebatur id in ipsis litteris Reformationis, in quibus post approbationem, & confirmationem factam omnium legum, & constitutionum, quæ conditæ fuerant in institutione, & erectione nouæ huius Communitatis sub ea conditione, dummodo in iuramento, quod ab his Religiosis præstari deberet in eorum professione seruaretur

retur solita professionis formula, addita fuit eidem conditioni hæc exceptio, quatenus non repugnaret institutis eiusdem Ordinis ab alijs, quam in superius expressis, & magis in specie eidem voto fuit etiam postea derogatum per clausulam, non obstantibus, positam in fine earumdem litterarum, sub qua facta fuit præcipua, ac particularis mentio huius voti stabilitatis; ex hac enim vltima derogatione cessare poterat omnis dubitatio: quæ fiebat ex superiori clausula, dum-
1 modo, † an scilicet per eam intelligi deberet restricta tota gratia, iuxta quæ notat *Mandos. ad regul. de non tollen. iur. quæsit. quæst.* 2. *num.* 3. *Rebuff. in prax. tit. de Signat. Grat. num.* 23. *& super* 2. *par. Signat. num.* 35. *& super* 3. *par. in verb. quod obstantiæ oratoris num.* 13. *&* 14. *Rota decis.* 208. *nu.* 2. *par.* 2. *recent. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.* 361. *nu.* 5. quia non solum eadem clausula, & restrictio intelligi debebat, in alijs, quàm in ijs, quæ expressa fuerunt, quæq; si per eam clausulam, quæ vim
2 † dicitur habere conditionis suspensiuæ sublata censerentur, inanis esset gratia, iuxta *cons. Oldr.* 230. *in fine*, quod sequuta fuit decisio facta in hac causa 22. Aprilis 1630. & tradit *Sarnen. ad reg. de iur. quæsit. quæst.* 1. *num.* 41. *Put. decis.* 133. *num.* 1. *lib.* 3. præsertim dum eadē expressio facta fuit in ipsa restrictione, sed cum ea expressio, & derogatio, qua præcisè, & expressis verbis facta fuerat eidē stabilitati posita etiam legeretur in eisdem litteris post illam clausulam, dummodo, siue conditionem, in qua præseruata fuerunt veteris ordinis instituta, †
3 tanquam posterior potius interpretari debebat præcedentem illam conditionem, quàm ab illa declarationem recipere, *Mohed. decis.* 17. *de præb. n. Cassad. decis.* 5. *num.* 3. *eod tit. Put. decis.* 208. *lib.* 1. & fuit preterea eidem voto derogatum quatenus concessū fuit Monachis ius transeundi ad Monasteria reformata, & inter eadem Monasteria concessa fuit rerum omnium communio, itaut (sicut dicitur in eisdem litteris) omnes refomati non magis vnius, quam alterius Monasterij Monachi dici deberent,
4 ex quibus satis dici potest constare † de ea Pontificis mente derogandi eidem stabilitati propter repugnantiam, quam habere hæc omnia videbantur cum ipso voto stabilitatis, vt in similibus fere terminis arguit *Card. Zabar. cons.* 136. *num.* 11. *&* 12. *Anchar. cons.* 188. *num.* 6. *Osasc. decis. Pedem.* 141. *num.* 5. *Ruin. cons.* 76. *num.* 4. *lib.* 5.

Ex his deduci poterat etiam necessitas derogandi eidem voto, quia cum non omnia Cœnobia, & Abbates huic Reformationi se subijcerent, sed solum aliqui, qui instabant pro reformatione, & qui in decisionibus factis canonizati fuerunt pro oratoribus, sicut in alijs Monasterijs nō potuisset induci hæc reformatio dissentiētibus eorū Abbatibus ita vsu huius gratiæ reformationis priuari non debebant, si qui Monachi in dictis Monasterijs vellent huic reformationi nomen dare, & propterea huius Congregationis constitutus fuit caput Abbas generalis vniuersi Ordinis Præmonstrateñ., vt non solum esset, sicut dicitur in dictis litteris reformationis is, quem omnes reformati agnoscere tenerentur tanquam præcipuum, ac peculiare caput totius Communitatis, sed cum etiam esse deberet caput vniuersale totius Ordinis, vt intelligeretur hoc ius amplectendi reformationem datum fuisse vniuersæ Religioni, vt propterea in dictis litteris appelletur sæpius idem Abbas, non solum caput totius Ordinis, sed reformator generalis, & tam in litteris Pauli V. quàm in Constitutionibus factis in Capitulo generali, data fuerit etiam hec facultas omnibus eiusdem Ordinis professoribus, vt dictam reformationem amplecti, & sequi possent, vt latè deductum fuit, & probatum in prima decisione huius causæ coram R. P. D. meo Dunozetto 30. Martij 1629. Et in hoc sensu posset etiam dici, quod sicut hæc Communitas antiqui rigoris quamuis plura sub se continere deberet
5 Monasteria, tamen tanquam vni cum † corpus considerari debebat, dum vni capiti subijciebatur. Ita penes Abbatem generalem, qui futurus erat caput eiusdem Communitatis esse debebat ius, ac potestas aggregandi sic profitentem vniuerso Ordini, iuxta not. *in cap. porrect. de regular. vbi Innoc. num.* 4. *Abb. num.* 6. *&* 12. *Ioan. Andr. num.* 4. *Anchar. num.* 6. *Bero. in cap. in præsen. de probat. num.* 546. *Card. Zabar. cons.* 106. *Roderic. quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 17. *art.* 11. *&* 12. & retenta fuerit eadem stabilitas saltem in ordine ad ipsam Congregationem, itaut intrare deberent ea, quæ de secunda professionis specie considerauit

decis.

decis. R. P. D. mei Dunozetti d. die 10. Ianuarij 1631. *ex cons. Calder. 23. de regular.* cuius consilij distinctionem reassumunt *Abb. in c. in præsent. num. 65. Butr. num. 64. Bero. num. 543. de probat.*

Altera eaq. præcipua obiectio, quæ fiebat contra litteras reformationis erat quod falso expressum fuerit, & suppositum in eisdem litteris, vt pro ea reformatione supplicauerint Monasterium S. Pauli Ciuitatis Virduneñ, ac Monasterium Saliuæ vallis, dum qui enunciabantur Monachi eiusdem Monasterij per professionem emissam secundum veterem formulam in Monasterio Mussipontano non poterant esse filij nisi eiusdem Monasterij: verum licet hæc exceptio cum proposita etiam fuisset in dubio super concessione remissoriæ, visa fuerit releuans, ac propterea dictum fuerit, quod ea qualitas professionis, & affiliationis in certo, ac peculiari Monasterio poterat probari per scripturas eiusdem Monasterij, in quo dicebantur ipsi Monachi professionem emisisse, hodie tamen ex probationibus, quæ datæ fuerunt in disputatione huius dubij pro parte Communitatis visa fuit eadem exceptio penitus, & omninò tolli, nam quantum ad Monasterium Saliuæ vallis nomine eiusdem Monasterij dicitur hanc reformationem petijsse etiam Ioannes Gomberuaux illius Abbas, & ita nihil referre potest, an qui postea enunciantur Monachi eiusdem Monasterij videlicet, Claudius Moriset, Petrus Thieruil, & Ioannes Collart fuerint Monachi in eodem Monasterio, cum satis sit, vt sustineatur ea petitio tanquam facta nomine Abbatis, vt nomine totius Conuentus etiam facta censeatur propter † mandatũ
6 præsumptum, quod habet à suo Monasterio, cui præest *cap. 2. de donat. cap. edoceri*, cum ibi notat. *de rescript. Abb. in cap. ea noscitur, de ijs, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli num. 8. Nauar. cons. 1. eod. tit. Aufrer. ad Cappel. Tholos. decis. 79.* Itaut onus contrarium probandi, quod ind factum fuerit à solo Abbate sine consensu suorum Monachorum † ad
7 ipsos Monachos spectare debeat, *cap. ea noscitur, & ibi glos. de ijs, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli, Innoc. nu. 2. Io. Andr. num. 7. Compostel, in cap. tum dilectus, de consuetud. Federic. de Sen. cons. 259. num. 2.* Quo verò ad Monasterium S. Pauli constat in eo non solum fuisse institutum, & inductum vsum reformationis ab Abbate generali anno 1620. atque ita per annum ante confirmationem factam eiusdem reformationis in litteris Gregorij, sed acceptatam fuisse eamdem reformationem à Philippo de Pelue eiusdem Monasterij Abbate Commendatario primum per instrumentum mandati procurę facti in personam Petri de Spanz, qui enunciatur in litteris Monachus eiusdem Monasterij, quique propter officium Prioris, quod in eodem Monasterio exercebat, gerebat ibi vices Abbatis ad consentiendum dictæ reformationi eodem anno 1620. ac deinde anno 1628. alio mandato dato P. Claudio Morizet Procuratori communitatis reformationis ad tuendam, & defendendam hanc causam reformationis ex quibus facti circumstantijs visa fuit sublata vt dicebam, hæc exceptio præter alias responsiones, quæ datæ fuerunt in decisionib. R. P. D. mei Dunozetti 18. Iunij 1629. & 22. Aprilis anni 1630. vt potuerint Monachi, quorum nomine petita fuit reformatio per translationem fieri filij alterius Monasterij ab eo, in quo professionem emiserant propter supremam auctoritatem Capituli generalis, à quo non solum fieri potuit, sed facta etiam fuit eadem translatio.

Et ita &c.

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNORI,

Tulleñ Reformationis.

Die Lunæ 2. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Gratia, vt excusetur à vitio subreptionis, quid sit narrandum. Reseruationum natura, quæ sit. Clausula quorum tenores, quid operetur. Monachi, vbi residere debeant. Vtile per inutile, quando non vitietur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, vt excusetur à vitio subreptionis, debent narrari ea, quæ Princeps verisimiliter ignorare potest.*

2 *Pars dispositiua in gratia, declarat quid verè concessum fuit.*

 3 *Ver-*

3 *Verbum, fiat, ex quo ipsa gratia perficitur ad omnia refertur.*
4 *Gratiæ pars, quæ à practicis vocetur dispositio.*
5 *Reseruationis natura, quæ sit.*
6 *Clausula, quorum tenores, ex stylo Palatij continet plenissimam derogationem.*
7 *Constitutiones propter clausulas derogatorias derogatoriarum requirunt etiam ipsæ particularem, & expressam mentionem in derogatione, quæ de illis fieret.*
8 *Monachi residere debent in suis beneficijs.*
9 *Monachus posessis in vno Monasterio, si ad aliud proficiscatur, an debeat iterũ profiteri.*
10 *Monachus potest retinere, & habere iura in diuersis Monasterijs.*
11 *Vtile per inutile non vitiatur in separabilibus.*
12 *Et ista regula diffunditur per omnes humanas actiones, & habet etiam locum in rebus spiritualibus.*
13 *Pactum à iure prohibitum an vitiet contractum.*
14 *Resignationis nomen, quid concludat.*

¶ Plures decisiones in hac causa anotaui in præcedenti decisione.

DECISIO DXXVI.

AGebatur in hoc dubio de confirmatione sententiarum Rotalium, & in tertia propositione hodie facta eiusdem dubij, non solum repetitæ fuerunt eædẽ duæ obiectiones, quæ fuerunt sublatę in alijs duabus disputationibus sub die 5. Iunij, & 20. Decembris anni 1632. quod scilicet non fuisset in litteris reformationis derogatum voto stabilitatis, & quod non constaret de consensu Monasteriorum, à quibus dicebatur petita eadem reformatio, verum etiam addita fuit tertia obiectio validitatem earundẽ litterarum, & gratiam dictæ reformationis propter mentionem in ea non factam iuris Capituli generalis, vt illius dispositioni esset reseruata facultas derogandi, aut immutandi, quicquid antiqua Ordinis instituta iuberent, tam ex eiusdem Ordinis Constitutionibus, quam ex priuilegijs Apostolicis illis concessis, vt propterea dum eas Constitutiones, & priuilegia potuit Papa, qui gratiam dictæ reformationis cõcessit, probabiliter ignorare tanquam Constitutiones particulares, fuerit etiam necessaria illorum mentio † ad excusandum gratiam à vitio subreptionis *cap. vltimo de offic. Archid. cap. 1. de constitut. lib. 6. cap. super litteris, & ibi Felin. num. 8. de rescript. in 3. reg.* & fuit dictum in hac eadem causa occasione alterius iuris competentis Capitulo generali in decisione facta coram R.P.D. meo Dunozetto 29. Nouembris 1629. 1

His tamen omnibus obiectionibus nõ putarunt Domini ostendi iniustitiam dictarum sententiarum, & singulis satisfaciendo, tertio demum in hoc dubio responderunt. Quod enim eidem voto derogatum fuerit non in vno loco legebatur in dicta gratia reformationis. Immò vt in eadem decisione dicebatur, necessaria fuerit derogatio eiusdem voti, tam dum in dicta gratia concessa fuit facultas quibuscunque Religiosis huius Ordinis Præmonstrateñ, vt reformationem amplecti possent, quod in necessarium antecedens videbatur supponere, vt qui eidem reformationi se subijcere volebant, possent deserere antiqua Monasteria, in quibus erant affiliati (cum non omnia Monasteria pro eadem reformatione instarent, sed tria solum, nempè Monasterium S. Mariæ Maioris Mussipontanũ, Sancti Pauli Virduneñ & Saliuæ vallis) quàm dum fuit in eisdem litteris Abbas Generalis vniuersi Ordinis Præmonstrateñ constitutus caput huius nouæ Communitatis, & concessum Monachis in eadem Communitate victuris, vt non esse deberent magis Monachi vnius, quam alterius Monasterij, & demum dum inducta fuit inter Monasteria reformata rerum omnium communio, cum hæc omnia tanquam ea, quæ simul esse non poterant, cum voto stabilitatis necessariò concluderit eiusdem voti derogationem, vt ipsa gratia inanis non esset, & fuit latè deductum, tam in dicta decisione facta coram me, quam in decisione 22. Aprilis anni 1630. coram R. P. D. meo Dunozetto.

Neque ad hunc effectum visa fuerunt obesse ea, quæ ex parte Abbatis, & Capituli fuerunt sæpius considerata, quod tota hæc gratia restringeretur ab vnica sola clausula, & conditione, in qua pro forma requirebatur, vt in iuramento, quod imposterum contigeret præstari ab his reformatis seruari deberet antiqua

forma

forma professionis, quod quidem fundamentum hodie confirmabatur ex originali ipsius supplicationis, in qua eamdē clausulam non solum apparebat positam
2 fuisse in parte dispositiua, † quod potuisset satis esse ad hoc, vt per eam dici deberet restricta tota gratia, cum eadem pars sola declaret quid verè concessum
3 fuerit, licet † verbum, fiat, ex quo ipsa gratia perficitur ad omnia referatur, vt scribit *Rebuff.in prax.tit. de Signat. Grat. in 3.par.signat.in verb.quod obstantiæ oratoris n.13.Rot.decis.642.n.3.& par.1.dec. 108.n.2.par.2.recent.* vt proptera eadem
4 pars † vocetur etiam à practicis dispositio, vt obseruauit *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano in vna Romana S.Thomæ 27. Iunij 1607. inter impressas decis. 361. num. 5.* verum legebatur eadem clausula ante perfectam orationem, & ante ipsum nomen confirmationis, ex quo approbata fuerunt statuta huius Communitatis, ita regerentur ab vna, & eadem dispositione tàm ipsa prima, ac principalis dispositio, quàm hæc illius conditio, & restrictio inducta ex eadem clausula. Huic enim fundamento fuit etiam responsum in eadem prima decisione, quod post dictam conditionem, & clausulam, posita fuit noua declaratio eiusdem conditionis, quatenus scilicet eadem forma antiquæ professionis non repugnaret cum institutis huius Ordinis præter quam in expressis, quod idem perinde erat ac si dictum fuisset, vt ea restrictio intelligi ita deberet, vt non pugnaret cum ijs, quæ
5 superius concessa fuerunt, & † est de natura reseruationis, vt post *Oldrad.cons. 230. in fin.trad. Sarnen. ad reg. de iure quæsit. non toll. q. 1. num. 41. Put. decis. 133. num. 5. lib. 3.* Et pręterea derogatum apparebat eidem voto ex clausula, non obstantibus, posita in fine earumdem litterarum, vt fuit in specie consideratum in decisione facta coram R.P.D. meo Dunozetto 10. Ianuarij 1631. quia cum in eadem clausula facta legeretur particularis, & præcipua expressio eiusdem voto stabilitatis in loco, quę stabilitas solum promittebatur secundum antiquam formam professionis, cessabat omnis difficultas, quæ fieri poterat ex eadem conditione, cum etiam satis esse potuisset, vt aliquo modo constaret de volūtate Papæ derogandi eidem voto ex
6 clausula, † quorum tenores, quæ ex stylo Palatij continet plenissimam derogationem ad alias gratias, quamuis eædem gratiæ propter clausulas derogatorias derogatoriarum requirerent etiam ipsæ
7 particularem & expressam mentionem in derogatione, quæ de illis fieret, vt de hoc stylo post *Butr. in cons. 2. & Cassad. in decis. 2. super regul. attestantur Felin. in cap. nonnulli num. 7. de rescr. Gabr. de claus. conclus. 9. num. 12. Gonz. de reg. 8. Cancell. glos. 36. num. 29. & fuit resolutum coram Greg. decis. 109. num. 10. & in decis. 666. num. 2. par. 1. recent. & in Cæsaraugustana dismembrationis 29. Nouemb. 1627. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Altera obiectio erat super defectu cōsensus duorum Monasteriorum, à quibus petita dicebatur confirmatio huius reformationis, Monasterij scilicet Virduneñ S. Pauli, & Monasterij S. Marię Saliuæ vallis, & hæc obiectio dublici modo in hoc dubio proponebatur, cum & negaretur, vt ij, quorum nomine data fuit supplicatio essent Monachi in eisdem Monasterijs, & daretur expressa contradictio aliorum Monachorum. Verum ea, ex quibus dicebatur probari eadem contradictio, non visa fuerunt Dominis aliquam fidem facere, non solum quia scriptura ad hunc effectum data erat penitus informis, sed quia nihil afficere poterant, quæ in eadem scriptura continebantur, cum esset solum supplex libellus datus nomine reformatorum Abbati Generali contra quosdam Monachos, qui licet tunc non essent in Monasterio Saliuæ vallis, sed resideren tin suis beneficijs, quorum curiæ præerant iuxta dispositionem *cap. quod Dei timore, de sta. Monach.* tamen asserebant se filios illius Monasterij, & de facto intervertere tentarunt possessionem, quam eiusdem Monasterij obtinuerant Abbas Gomberuaux, & alij Monachi reformati, quod factum cum aliunde non iustificaretur, quàm ex eo libello, in quo hæ pretensiones dictorum Monachorum impugnatiuè narratæ fuerunt visum fuit præterea pendere ab inspectione alterius articuli, in quo dicetur de validitate cessionis dicti Monasterij, factæ à Monachis, qui tempore eiusdem cessionis verè in eo erant.

Quantū verò attinet ad personas Monachorum, qui se inscripserunt, & fecerunt Monachos eorum duorum Monasteriorum, visa fuit obiectio in hac parte tolli ex his, quæ fuerunt considerata in secunda

secũda decisione facta coram me 20. Decembris præteriti, quod scilicet tunc cũ petita fuit ea gratia, & confirmatio verè probaretur, vt quorum nomine porrectę fuerunt preces pro eadem gratia obtinẽda, essent Monachi in eisdem Monasterijs licet antè essent filij Monasterij Mussipontani propter professionem in eo emissam.

Neque contra hoc fundamentũ, quod in eadem decisione constitutum fuit, obstare poterant ea, quæ dicebantur tam contra dictam cessionem, ex qua possidere cœperunt Monachi hæc duo Monasteria, quàm contra validitatem translationis factæ in vim eiusdem cessionis, quia licet, vt ea translatio, & cessio valere potuissent, plura requirerentur, tàm ex particularibus Constitutionibus huius Ordinis Præmonstratẽ, quam etiam ex dispositione iuris communis, ea tamen omnia, vel apparebant seruata fuisse, vel si fuerunt omissa, non potuerunt nullam reddere ipsam translationem, quia cum eædem Constitutiones loquerentur in statu, in quo ante reformationem vigebat votum stabilitatis in loco, non poterant dici necessaria; etiam secundum statuta reformationis, in qua eadem stabilitas non amplius in certo Monastrio, sed in vniuersa Religione promittebatur, cum semper quælibet dispositio intelligi debeat, dum antiquus rerum status mutatus non sit, &c. Et examinatis in specie omnibus, quæ dicebantur opus fuisse ad validitatem dictæ trãslationis, quatuor illa erant, videlicet, quod Monachi ad nouum Monasterium transituri dimissi fuissent à tota Cõgregatione eius Monasterij, quod deserebant, quod obtinuissent absolutionem ab obedientia, quam in primo Monasterio promiserant proprio Abbati, quod reciperentur in filios ab Abbate, & maiori parte Monachorũ eius Monasterij, ad quod fieri debebat hic transitus; & demum quod in eodem Monasterio instauraretur professio, & votum obedientiæ promisso primo Abbati,
9 quæ † omnia excepta noua professione, quæ tamen repetita fuit, cum id fieri debuisset etiam ex dispositione iuris communis, vt habetur *in cap. Abbatem de verbor. signific.* & ex eo notant *Abb. n.5. & in cons. 96. num. 4. in fin. Dec. in cap. præterea num. 6. de præben.* non potuerũt in hac translatione seruari; cum enim antequam impetraretur à Sede Apostolica cõfirmatio huius reformationis inducta fuisset eadem reformatio tàm in Monasterio Mussipontano, cui per professionem dicebantur fuisse affiliati Petrus de Sbans, Claudius Morizet, & Petrus Thienuille, quàm etiam in Monasterijs Virduneñ, & Saliuæ vallis, pro quibus ijdem Monachi dictam confirmationem petierunt, & leges eiusdem reformationis induxissent, non solum communionem inter omnia Monasteria reformata, verùm etiam iuberent, vt obedientia prę-staretur Abbati Generali, qui licet esset caput vniuersæ Religionis, erat tamen præcipuum, ac peculiare Caput huius Communitatis, hinc patet, quod vt ea translatio valere posit, non requirebat nisi eiusdem Abbatis Generalis auctoritatem, cum ipse esset Abbas vtriusque Monasterij, & quod ea, quæ dicuntur, tàm de licentia Abbatis primi Monasterij, quàm de acceptatione alterius Abbatis in secundo Monasterio nõ poterant conuenire in hoc statu reformationis, in quo nõ dabatur hæc distinctio inter Monasteria reformata: & faciunt ad horum, quæ dicta sunt, confirmationem, quod hęc omnia potuit intelligere san. memor. Gregorius XV. qui confirmationem dictæ reformationis concessit, tàm ex eo, quod narratum fuit in literis hoc genus viuendi sub obedientia Abbatis Generalis, quod seruabatur ex forma Constitutionum, quàm ex quo confirmatio earumdem Constitutionum petita, & concessa fuit, cum hoc nomen confirmationis supponeret existentiam, & obseruantiam dictarum Constitutionum.

Nec dicatur, vt ex eo valere non potuerit eadem translatio, quòd illi, qui erant filij eorum duorum Monasteriorum non cesserint liberè iura, quæ habebant in dictis Monasterijs, sed assignatis sibi certis pensionibus, immò in Monasterio Saliuę vallis aliqui ex Monachis, qui cessionem fecerunt, reseruauerint sibi vocẽ, tàm actiuam, quàm passiuam in futuris electionibus, quod repugnabat tàm Cõstitutionibus Ordinis, quàm dispositioni iuris communis, cum id permissum non
10 sit in iure, vt Monachus posit retinere, & habere iura in duobus Monasterijs, *cap. si quis translatus 22. quæst. 1. cap. vlt. de relig. domib. gloss. in cap. constitutus in verb. vocem, de elect.* Quia præter ea, quæ in satisfactionem huius obiecti adducta fuerunt in postrema decisione sub die 5. Iunij

Iunij anni præteriti, vt tempore, quo petita fuit confirmatio dictæ reformationis non essent præsentes in ijs duobus Monasterijs alij Monachi præter eos, à quibus eadem confirmatio obtenta fuit, & quod constaret de expresso consensu aliorum Monachorum, qui erant in eisdem Monasterijs, vt in illis hæc reformatio induceretur, pluribus modis crediderunt Domini posse in hoc dubio euitari dictam obiectionem, & quia satis erat, quod tã cessio eorum, qui prius inibi erant, quàm translatio ad eadem Monasteria aliorum Monachorum processerint ex auctoritate Abbatis, neque sibi inuicem postea promiserunt ijdem Monachi potuerunt irritam facere dictam translationem tãquam actus, qui cum esset ex se validus, & non solum à dicta reseruatione separabilis, sed omninò distinctus non poterat
11 per actum inutilem † vitiari, *l.* 1. §. *Sed si mihi ff. de verb.oblig.l.* 1. §. *Item quæritur,* & §. *Trebaticis, ff. de aqu. quotid. & æstiu. c. vtile* 37. *de reg. iur. lib.* 6. quam regulam diffundi per omnes humanas actiones, & habere locum etiam in rebus spiritualibus aduertit *Petr. PecK in expositione eiusdem c. vtile in* 6. *ex Innoc. in cap. cum ex officijs, de præscript.* & quia neque omnes reseruarunt sibi eadem iura, sed duo solum Monachi in Monasterio Saliuæ vallis. Immò quatenus conuenerunt ij duo Monachi, vt vsum vtriusque vocis habere posset simul cum reformatis, & hoc
13 iure prohibitum erat † non potuit idem pactum irritam facere dictam cessionem, & translationem, sed potius ipsum vitiabatur, §. *Neque illud, Auth. de non alienan. & ex eo tex. voluerunt Bald. in auth. si quas ruinas, num.* 3. *C. de sacros. Eccles. Castr. in auth. qui rem, num.* 7. *C. eodem tit. final. Felin. in cap. cum ordinem, num.* 2. *de rescr.* & in terminis reseruationis factæ à Monacho, *Imol. in cap. cum M. Ferrarien. num.* 41. *de constitut. Ias. in l. non solum, §. Morte num.* 20. *ff. de nou. oper. nunc. & auth. ingressi, num.* 30. *&* 37. *C. de sacros. Eccl.* & demum, quia hæc gratia, & confirmatio reformationis antequam expediretur fuit sæpiùs examinata in Congregatione Regularium, & de ordine eiusdem Congregationis ab Episcopo Virdunen. vt fuit consideratum in decisione 18. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Dunozetto, in qua in specie ponderatum fuit, quod iustificabatur consensus Abbatis Iustimontis, qui erat Pater Abbas Monasterij Saliuæ vallis, & ipsiusmet Abbatis eiusdem Monasterij Saliuę Vallis, & cuius consensus defectus adducebatur hodie ex parte Abbatis, & Capituli Generalis tanquam præcipuum fundamentum ad probãdam negatiuam, quod non interuenisset idem consensus.

Et ex his visæ fuerunt Dominis cessare hæ duæ præcipuè obiectiones, quæ sẽper, & in omnibus disputationibus repetitæ fuerunt. Ad tertiam verò obiectionem, de qua numquam actum fuit, vt hæc noua statuta, & mutatio in Religione fieri non potuerit, nisi de cõsensu Capituli Generalis propter priuilegia eiusdem Capituli, ne antiquis Ordinis institutis derogari posset sine illius consensu, responderunt Domini, quod ex reformatione in dictis tribus Monasterijs suscepta nulla successit mutatio in Religione, neq; quidquam ex causa eiusdem reformationis factum fuit contra Ordinis instituta, sed solus restitutus rigor antiquę
14 disciplinæ, cum id † concludat ipsum nomen reformationis, ex qua res ad suũ primum principium censetur restituta, *cap. ab exordio* 35. *dist.* & notat *Sanch. super præcept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 27. Et sola mutatio vti stabilitatis, quæ ante reformationem promittebatur in certo Monasterio, secundum verò reformationę promitti debebat in vniuersa Congregatione non poterat dici contra Cõstitutiones Ordinis, si omnia Monasteria reformata vnam Congregationem, & Communitatem constituere debebant, & vnum Caput eidem Communitati fuit Prępositus Abbas Generalis vniuersi Ordinis Præmonstraten. vt latè deductum fuit in prima decisione facta coram me 5. Iulij præteriti. Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO
Patriarcha Constantinopolitano.

Spoletana fructuum Dotis.

Die Mercurij 18. *Martij* 1633.

ARGVMENTVM.

Dos, vel eius pars non soluta ab hæredibus primi viri, eius fructus ab eis debentur secundo viro à die interpellationis ad substinenda onera matrimonij, dos constituta ab vxore primo viro, eadem pariter censetur data secundo viro. Actio ad

ad prosequendum fructus dotis, cui competat.

SVMMARIVM.

1 *Mulier transeundo ad secunda vota, fructus dotis debentur eius viro ab hæredibus primi viri, quando ab eis non fuit restituta dos, & num. 16.*

2 *Et quando hoc casu non requiratur interpellatio.*

3 *Executioni præsumitur demandatum omne, quod de iure erat necessarium, spatio 30. annorum stante.*

4 *Dos, quando non consistit in bonis stabilibus, sed in pecunia, soluto matrimonio remanet purum creditum, nec censentur tradita in eadem quantitate secundo viro.*

5 *Mulier, quando secundò nupsit, dos integra in primo matrimonio censetur tradita secundo viro. vide num. 7. & 8.*

6 *Et pro quantitate non soluta ab hæredibus primi viri secuta interpellatione ratione onerum matrimonij fructus debentur secundo viro.*

9 *Verba sunt semper intelligenda secundum eorum sanum, bonum, & ciuilem intellectum, omnique vitio carentem.*

10 *Vir ex aliquo accidenti potest velle agere potius nomine vxoris, quàm proprio.*

11 *Actio ad prosequendos fructus dotis de iure spectat ad virum, qui substinet onera matrimonij, & non ad vxorem.*

12 *Statut. Spoleti prohibet non possideri in dotem vltra scuta 500.*

13 *Statuta trahi debent ad futura, & non ad præterita.*

14 *Mulier transeundo ad secunda vota, constituendo eamdem dotem secundo viro, prout constituit primo viro, non censetur nouam dotem tradere, sed antiquam renouare.*

15 *Mulier soluendo non tenetur probare indebitum, sed qui exigit tenetur probare debitum.*

DECISIO DXXVII.

DIxerunt Domini sententiam Vicarij esse infirmandam, quia in ea condemnatur D.Paulus ad restituendos fructus per ipsum perceptos occasione partis dotis Faustinæ vxoris sibi non solutæ ab hæredibus primi viri, cum tamẽ
1 dicti hæredes † tenerentur soluere eidem D. Paulo secundo viro, vel d. residuum dotis, vel fructus à die interpellationis ad sustinenda onera matrimonij, *Plot. de in lit. vir. §. 11. num. 26. Aretin. §. Fuerat num. 4. & 5. vbi Ias. num. 5. instit. de act. & in l. cunctos populos num. 38. vbi Castr. num. 15. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Abb. cons. 39. sub num. 3. & seqq. p. 2. Socc. Sen. cons. 56. num. 2. vers. quinimo statutum lib. 3. Alex. cons. 141. num. 5. lib. 5. Anchar. cons. 150. nu. 4. vers. bene tamen fateor, Aymo cons. 189. num. 7. vers. sextus casus, Lup. de vsur. com. 1. §. 4. n. 90. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 45. sub n. 49. vers. quarta conclusio, & n. seq. & q. 46. n. 4. Seraphin. decis. 1423. nu. 2. Mantic. decis.* 171. & fuit alias sæpissimè decisum, & signanter *in Sancti Seuerini bonorum 20. Februarij 1630. coram Reu. P. D. meo Pirouano.*

Interpellatio verò in casu isto vel non
2 fuit habita pro † necessaria dum dicti hęredes primi viri agnoscendo bonam fidẽ, fructus sponte persoluerunt D. Paulo secundo viro iuxta not. per *Ioan. Andr. in cap. fin. vbi Franch. num. 9. vers. quinto quæritur, de elect. in 6. & per Felin. in cap. cum M. Ferrariensis sub num. 35. de Constit,* & fuit latè resolutum *in Romana fructuum dotis 12. Iunij 1606. coram bo. me. Penia, & in Tiburt. dotis 19. Iunij 1623. coram Reuerendiss. Tirasonen.* Vel de ea visum est satis constare ex dictis solutio-
3 nibus factis spatio plusquam 30. † annorum, quo tẽporis cursu præsumitur executioni demandatum omne id, quod de iure erat necessarium, *Bart. in l. cum seruus, num. 4. ff. de verb. oblig. Surd. dec. 199. num. 4. Mantic. decis. 353. sub num. 2.* & in istis terminis *Rot. in Bononien. dotis 9. Decembris 1619. coram bon. mem. Remboldo.*

Nec dicatur, quod cum dos non con-
4 sistat in bonis stabilibus, † sed in pecunia, soluto matrimonio remanserit purum creditum, nec censeatur tradita in eadem quantitate secundo viro. Nam quicquid sit quãdo mulier innupta remanet, respõ-
5 detur † quod quando nupsit integra dos constituta in primo matrimonio, censetur trradita secundo viro, *l. si mulier l. dotem quæ, l. diuus, ff. de iure dot. Paris. cons. 34. num. 1. lib. 3. Rol. de lucro dot. quæst. 75. num. 1. & seqq. vbi num. 7.* dicit ab hac sententia in iudicando non esse recedendum, *Phanuc. de lucro dot. gloss. 10. num. 21. Surd. de aliment. tit. 1. d. quæst. 45. num. 51. seqq. & d. q. 46. n. 5. latissimè Mant. de tac. lib. 12. tit. 15. per tot.*

Rota

Rota in Romana de Puliaschis 18. *Martij* 1630. *& in Romana dotis* 13. *Decembris* 1632. *coram R.P.D. meo Dunozetto*. Et
6 pro † quantitate non soluta sequuta interpellatione ratione onerum matrimonij fructus debentur ex prædictis.

Nec replicetur prædicta non procede-
7 re, † quando apparet vxorem aliquam partem dotis sibi reseruasse, quod dicitur constare in casu isto; tum ex quo D.Paulus in receptione dictorum fructuũ quietauit hæredes primi viri nomine vxoris non autem proprio. Tum quia dũ conuenit hæredes primi viri coram A.C. pro solutione dicti residui dotis, egit pariter nomine vxoris, & non suo. Tum denique, quia promissio restitutionis dicti residui dotis facta fuit vxori, & non viro; imò per decem annos à die contracti matrimonij inter ipsos, ex quibus cum appareat dictum residuum spectasse ad vxorem, nõ poterant pro eo solui fructus, cum illi nullo modo vxori debeantur.

Responderunt enim Domini, quod de
8 expressa reseruatione † non constat, & licet in quietantijs, & in alijs actibus supradictis fuerit adhibitum nomen vxoris, Præsumendum tamen est id factum fuisse solum ad ostendendam originem debiti, non autem quod verè, & realiter pecuniæ spectarent ad vxorem. Verba enim
9 sunt † semper intelligenda secundum eorum sanum, bonum, & ciuilem intellectum, omique vitio carentem. *Rota decis.* 10. *num.* 4. *&* 5. *de testam. in antiq.* & vt excludatur contractus illicitus. *Alex. cons.* 191. *num.* 6. *lib.* 2. & fuit dictum in *Ferrarien. Societatis* 28. *Iunij* 1599. *corã Card. Millino, quæ est decis.* 137. *num.* 3. *post cons. Farin.* Maximè cum potuerit es-
10 se, quod † vir ex aliquo accidenti voluerit potius agere nomine vxoris, quàm proprio, iuxta mentem, *Bal. Nouell. de dot. priuil.* 71. *par.* 6. *num.* 2. *vers. vnde infertur*. Qui quidem intellectus eo facilius est amplectendus, cum aliàs de iu-
11 re † actio ad consequendos fructus spectet ad virum, qui substinet onera matrimonij, non autem ad vxorẽ, vt per *Bart. cons.* 128. *incip. Franciscus habuit*, *in fine lib.* 1. *Alex. cons.* 141. *num.* 3. *& seq. lib.* 5. *Aym. cons.* 189. *in fin. vers. sed contra, Grat. cons.* 56. *num.* 3. *lib.* 1. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 44. *in fin. & dict. quæst.* 45. *numer.* 49. *& seqq.*

Nec pariter obstat, quod statutũ Spo-
12 leti † prohibeat non posse dari in dotem vltra scuta 500. quia respondetur, quo dictum statutum non intrat casu isto, cum hæc dos fuerit constituta primo viro antequam fieret dictum Statutum, quod
13 propterea debet † trahi ad futura non autem ad præterita, *cap. fin. de constit. vbi Imol. num.* 2. *l. leges, C. de legibus*, *Gabriel. cons.* 16. *num.* 23. *lib.* 2. & fuit resolutum *in Meliten. probationum* 19. *Decembris* 1605. *coram bon. me. Penia.* Quod videtur procedere etiam si mulier secundò nupsit post conditum dictum Statutũ,
14 † ex quo tunc nõ cẽsetur tradi noua dos, sed antiqua renouari, iuxta *text. in l. diuus, ff. de iur. dot.* quod sine alijs solemnitatibus Statuti fieri potest, *Phanucc. de dot. d. gloss.* 10. *sub num.* 26. *vers. volo tamen, & num. seqq. Soccin. Sen. cons.* 80. *lib.* 4. *Ruin. cons.* 61. *num.* 3. *lib.* 3. *Menoch. lib.* 3. *præsump.* 6. *num.* 24. *Gratian. for. discep.* 583. *num.* 23.

Tandem non obstat, quod hæres primi viri, quæ soluit fructus sit mulier, quæ
15 regulariter soluendo † non tenetur probare indebitum, sed immo qui exegit tenetur probare debitum, *l. cum de indebito, §. Sin autem, ff. de probat.* Quia respondetur, quod in casu isto satis non constat ex prædictis fructus residui dotis non soluti, debitos fuisse secundo viro, stante
16 interpellatione, † & ratione onerum matrimonij, concurrente præsertim exactione bona fide continuata per longissimum tempus, quæ sola sufficeret D. Paulo, vt ab ipso dicti fructus repeti minimè possint, vt latè resolutum fuit in *Bononien. dotis* 9. *Decembris* 1619. *coram bon. mem. Remboldo*.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. GHISILERIO

Romana de Bonellis.

Die Veneris 29. *Maij* 1633.

ARGVMENTVM.

Filius legitimatus propter ius suitatis an excludat matrem, & quid si adsit clausula sine præiudicio venientium ab intestato. Testamentum, quando est reuocatum, est seruandum.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas omninò seruanda est.*

2 *Filius illegitimus per legitimationem cõsequitur iura suitatis.*

3 *Filius legitimatus ex iure suitatis primam causam succedendi, exclusa matre, acquirit.*

Et quid si in legitimatione adsit, clausula sine præiudicio venientium ab intestato. num.3.

4 *Legitima matri de iure debetur.*

5 *Testamentum, quando non est annullatum, nec reuocatum, in eo contenta sunt seruanda.*

6 *Testamentaria dispositio tota regulatur à voluntate testatoris.*

7 *Hæres voluntatem testatoris seruare, & non impugnare debet.*

DECISIO DXXVIII.

THomas de Bonellis in suo testamento hæredem vniuersalem instituit Alexandrum, in quo etiam instituit Emiliam matrem in legitima, Hortentiæ, & alijs sororibus factis certis legatis, deinde legitimauit Alexandrum filium, & cum tali testamento decessit. Dubitatum fuit in Rota, me proponente causam, An Emiliæ matri Thomæ deberetur legitima, secundò quanta sit eadem legitima, & quoad primam partem Domini dixerunt, matri deberi legatum legitimæ, reseruato quod in alia positione de quantitate videatur. Quia de clara, & expressa voluntate testatoris, satis apparet in hac vltima dispositione, in qua asserendo habere matrem, quæ non erat sanæ mentis eam hæredem instituit in legitima, & omni eo, quod sibi de iure debe-
1 tur pro validitate testamenti. Vnde † omnino talis voluntas seruanda est, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr. l. verbis, ff. de verb. signif. §. Disponat, auth. de nupt.*

Nec DD. censuerunt obstare, quod cum Alexander in legitimatione deindè
2 subsequuta, † fuerit consecutus iura suitatis, consequenter fuerit etiam sublatũ legatum legitimæ factum matri, tamquã exclusæ à successione, per existentiam filij legitimati, qui vna cum iure suitatis,
3 etiam primam causam † succedendi exclusa matre à successione acquisiuit. Quia ommissio, an per clausulam, sine præiudicio venientium ab intestato, apposita in legitimatione, possit dicta legitimatio præiudicare Emiliæ matri, in eo, quod † fil- 4
li fuit relictum, tanquam de iure debitũ, satis est testamentum, in quo dicta Emilia fuit in legitima instituta non esse re-
uocatum, † nec annullatum, & per consequens attendendum, & dum de contraria voluntate testatoris non apparet talis interpretatio non est admittenda, 5
cum † à sola voluntate testatoris, omnis dispositio reguletur, *l. seruo manumisso, vbi Ias. in secundo not. ff. de cond. indeb. l. quo loco §. 1. vbi Imol. ff. de hæred. instit. l. 1. ff. de testam.* atque ita cum Thomas Iunior ex persona Alexandri veniat ex testamento Thomæ Sen. nullatenus illud 6
impugnare valet, † sed tenetur seruare voluntatem defuncti, etiam in eo, in quo voluit, vt Emilia mater hoc legatum legitimæ haberet, *Angel. cons. 264. num. 3. Rimin. Sen. cons. 40. num. 9. & 13. Decian. cons. 41. num. 33. san. mem. Greg. XV. decis. 201. num. 4.* 7

Et ita &c.

¶ *In eadem causa adest alia singularis decisio sub die 24. Ianuarij 1635. coram eodem R.P.D. Ghisilerio.*

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Census.

Die Lunæ 12. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Maritus, si vendidit aliquid vxori suæ absenti Notario eius nomine stipulante, & pretium idem maritus pro ea accepit, atque de pecunijs eiusdem coniugis esse medio iuramento asseruit, an iste contractus præsumatur factus in fraudem prohibitę donationis inter virum, & vxorem. Et quando hoc cesset.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est valida, si concurrant omnia requisita necessaria.*

2 *Probatio euidentissima resultat ex instrumento.*

3 *Descriptio aliqua, si in instrumento non sit de substantia, sed per quoddam accidentale ea deficiente, nihilominus sub-*

subsistit promissio.

4 *Donatio inter virum, & vxorē est prohibita. & num.16.*

5 *Dominium vnius rei, apud duos insolidum esse non potest.*

6 *Venditori census, licitum est, illum extinguere, præuia tamen denunciatione per bimestre.*

7 *Census disdictæ denunciatio facienda est ei, cui dandum erit pretium, idest Domino census.*

8 *Maritos videmus administrare non solum pecunias dotales, sed etiam alia non dotalia.*

Interpretatio rectè desumi potest à consuetis. num. 8.

9 *Venditio census, si est facta absenti, alio tamen tanquam procuratore præsente, & vna cum Notario stipulante potest habere administrationem, non autem dominium.*

10 *Fraudis, & simulationis omnis præsumptio cessat, si constet de præexistenti causa, & veritate actus.*

11 *Simulationis præsumptio, vt excludatur, quos actus Rota soleat considerare.*

12 *Persona vna, non est nouum, quod respectu diuersorum iudiciorum, & munerum repræsentet duplicem personam.*

13 *Maritus habet à lege vniuersalem administrationem bonorum, & negotiorum vxoris.*

14 *Scientia præsumitur ex cohabitatione cū eo, qui actum gessit.*

15 *Præsumptio l. Quintus ff. de donat. inter vir. & vx. quando cesset.*

17 *Vxor magnata aliunde potest habere pecunias, quàm ex bonis viri.*

18 *Inter coniuges magnates pretiosorum iocalium consueta est donatio.*

19 *Ac pro priuatis necessitatibus ipsarum mulierum reseruatio bonorum, & pecuniarum.*

20 *Vxor, quando multò magis præsumatur, quod pecuniam aliunde habuerit, quàm à marito.*

21 *Decis. Gregor. XV. 67. & Caualer. decis. 448. in quibus contractibus emanarunt.*

22 *Statut. Vrb. cap. 151. lib. 1. habet locum etiam in alijs contractibus ibi non expressis.*

23 *Mulier, vel minor ad fauorem quorum à lege, vel statuto, contractus annullatur, ipsi tantum possunt dicere de nullitate dicti contractus.*

DECISIO DXXIX.

Bona memoria Paulus Sfortia super Casali Cerueteri quod possidebat, constituit annuum censum scutorum 119. illumque vendidit bo. mem. Lucretię Piæ vxori suæ absenti Notario eius nomine stipulante pro pretio scutorum 1700. quę idem Paulus pro ea à semetipso recepit, & de pecunijs eiusdem coniugis esse medio iuramento affirmauit. Postea vendidit præfatum Casale Papirio Aluero, & & successiuè post obitū Pauli b.m. Card. Sfortia eius hæres supradictum censum, aliosq; extinguere promisit sub obligatione Camerali. Et huiusmodi promissioni tanquam principalis principaliter, & insolidum accessit Dux Ceræ, quem indemnem releuare promisit Dux Soræ, sed cum d. Cardinalis Sfortiæ promissio intra tempus illi adiectum minimè fuisset adimpleta Eminentiss. D. Cardinalis Pius d. Lucretiæ hæres in iudicio Saluiani contra Aluaros d. Papirij hæredes, & Casalis possessores tàm pro sorte principali, quàm pro fructibus huiusmodi censsus obtinuit satisfactionem.

Quocirca Aluaris agentibus ad releuationem, Auditor Cameræ relaxauit mandatum executiuum contra bona hæreditaria Ducis Ceræ, vt supra obligati, cuius hæres postquam Signatura mihi rescripsisset, vt causā appellationis cognoscerem sine præiudicio executionis, fatendo debitum, suscepit terminum 30. dierum, dictisque Aluaris satisfecit, & quamuis pro eius releuatione ab eodem A.C. obtinuerit quoq; contra bona Ducis Sorę relaxari mandatum executiuum; attamen hodie vnà cum eodē Duce Sorę adhærēte d. appellationi institit proponi dubium, an mandatum A. C. relaxatum contra bona hæreditaria d. Ducis Ceræ sit confirmandum, ad quod Domini affirmatiuè responderunt, nam † illius validitati nihil opponitur, cum omnia in eo concurrant requisita per *Caput. d. 260.*

1 Iustitia verò ex eo redditur manifesta, quia mandatum fuit relaxatū vigore obligationis Cameralis Ducis Ceræ, qui simpliciter accessit omnibus contentis in instrumēto promissionis Cardinalis Sfortiæ de extinguendo censsus, vt supra impositos, inter quos censum, de quo agitur, comprehensum esse non potest dubitari, cum de illius impositione constet ex instru-

2 instrumento, † vnde euidentissima probatio resultat, *c. cum Ioannes. vers. ad hoc de fide instrum. cum alijs allegatis per Cenc. in tract. de censib. par. 1. cap. 4. numer. 10.*

Cui resolutioni non obstat, quod promissio sit de extinguendo census in calce eiusdem instrumenti describendos, qui tamen descripti non reperiuntur. Quia cum huiusmodi descriptio non sit de substantia, sed quoddam accidentale,
3 ea deficiente, † nihilominus subsistit promissio ad not. per *Bar. in l. 1. num. 28. ff. de cond. & demon. & per Bal. in l. in vend. num. 12. C. de contrah. emp. ac per Soc. iun. in l. ita stipul. num. 71. & seq. ff. de ver. obl. & faciunt trad. per Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 14. tit. 41. num. 7.*

Neque obstat, quod idem impositor census dum à se ipso pro vxore absente, & sine vllo eius mandato recepit pretium census, sibique reseruauit facultatem de illum retrouendendo, seu cedendo, aut alienando, fructusque ac fortem exigendo etiam absque ipsius coniugis consensu, siue mandato, videatur per simulationem contraxisse sub ficto nomine vxoris, quæ nullam de huiusmodi censu quo tempore vixit, habuerit notitiam, vel fructus exegerit, sed cum præter dotem illa pecunias non habuerit, ipse ma-
4 ritus in fraudem † legis prohibentis donationem inter virum, & vxorem de suis non autem vxoris pecunijs pretium census prædicti sibimet ipsi soluerit. Quoniam plures datæ fuerunt responsiones, quæ non modo euertunt oppositam simulationem, sed augent veritatem census impositi ad fauorem vxoris, quamuis enim maritus præfatus reseruauerit sibi facultatem disponendi de censu, dominium tamen vxori acquisitum mediante persona ipsius mariti, neque eidem marito se gerenti vti procuratorem acquiri,
5 neque penes vtrumque † coniugem insolidum existere potuit, sed dicendum est quod huiusmodi reseruatio respicit administrationem, non verò dominium. Quod confirmatur ex conuentione apposita in eodem instrumento, quod scilicet ipsi venditori liceat hunc censum †
6 extinguere præuia tamen denunciatione per bimestre eidem vxori facienda iuxta Constitutionem de creandis censibus, quæ in ordine Bullarij noui apud *Laert. inter Pij Papæ V. Constitutiones est 79. vbi* §. 11. Pontifex prouidendo indemnitati eius, penes quem dominium census exi-
7 stit, præcepit, quod huiusmodi † denunciatio fiat ei cui dandum erit pretium, id est Domino census, vt explicat *Io. Bapt. Leonell. Sup. d. Constit. glos. 27. in princ.* Et hoc ipsum comprobatur ex communi vsu, & consuetudine maritorum, quos vt inquit *Aym. cons. 91. num.*
8 *7.* videmus † administrare non solum pecunias dotales, sed alia etiam non dotalia, cuius dictum probauit *Rot. decis. 647. par. 4. recent.* & ab eo quod fieri consuetum est rectè sumi interpretationem est *text. in l. minimè ff. de legib.* etiam in contractibus *l. quod si nolit. §. qui assiduas ff. de Edilit. edict. l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. Magon. decis. Floren. 56. num. 3. Surd. decis. 223. num. 11.* & in si-
9 milibus terminis venditionis † census factæ absenti, alio tamen tanquam procuratore presente, & vnà cum Notario stipulante, qui possit habere administrationem non autem dominium, alias à Rota fuit resolutum, *vt decis. 167. 169. & 170. post. dictum. tract. Cenc. de censib.*

Preterea veritatem d. contractus comprobat causa illius præexistens, vt scilicet ex pretio predicti, & alterius census vno eodemque die per ipsummet maritum impositi super eodem Casali, ac venditi Laurentio Nicolino conflaretur summa scutorum 5250. quibus triduo post idem maritus emit domum cũ viridario, camque incontinenti vendidit Constantiæ de Cuppis suscipienti in se onus extinguendi vtrumque censum, & promittenti se daturam propter ea idoneum assignamentum cum accessione Episcopi Aumani, & Abbatis Fratrum de Cuppis, cuius accessionis vigore Paulo tandem fuisse satisfactum de suo credito patet ex partitis Banchi illorum de Olgiatis, & ex deductis in causa Romana Viridiarij, iuxta decisionem in ea emanatam sub die prima Iunij 1622. coram bon. mem. Vbaldo, quos quidem circuitus idem Paulus vir nobilissimus verisimiliter euitasset, si proprias Constantiæ tradendas habuisset pecunias. Et cum ex omnibus prædictis
10 constet † de præ existenti causa impositionis census, & veritate actus, cessare debet præsumptio fraudis, & simulationis ad not. *per Bart. in l. sicut §. super vacuum. ff. quib. mod. pig. vel hipoth. Dec. cons. 491. num. 4. & 648. num. 5. & seqq. Rolan. cons. 6. num. 30. lib. 3.* Hos enim
11 & similes actus ad excludendam præsum-

sumptionem simulationis ponderare cõsueuit *Rota*, *vt coram Greg. XV. decis.* 195. *num.* 4. *& coram Card. Caualerio decis.* 420. *etiam num.* 3.

Non obstat quod in actu d. Constitutionis census maritus repræsentauerit duas personas, vnam scilicet venditoris, & debitoris ac alteram emptoris, & sic creditoris. Quia non est nouum † quod
12 quis respectu diuersorum officiorum, & munerum repręsentet duplicem personam *l. vnic. §. 1. ff. de offic. consul. ff. de adopt. cum alijs alleg. per Rot. in recent. decis.* 535. *num.* 10. *par.* 1. *& deci* 379. *nu.* 2. *par.* 2. *& coram Greg. XV. decis.* 531. *num.* 7. Poterat enim in vna, eademque persona Pauli cum qualitate debitoris concurrere qualitas creditoris tamquam
13 mariti habentis † à legi vniuersalem administrationem bonorum, & negotiorum vxoris *l. maritus de Procur. Dec. in l.* 1. *num.* 49. *ff. de offic. eiu.* etiam in ijs, in quibus non haberet † mandatum, cũ eorum communis cohabitatio sufficientem induceret præsumptionem, quod vxor de impositione census facta ad sui fauorem Notario pro ipsa stipulante haberet notitiam, eamque tanquam sibi vtilem approbaret, vt in simili casu censuit *Rota in Veneta Census quæ est* 262. *inter impress. par.* 1. *recent.*

Neque potest esse locus præsumptioni
15 quod huiusmodi census † fuerit acquisitus de pecunijs mariti, non autem ipsius vxoris *iuxt. l. quintus ff. de donat. inter vir. & vxor.* Vel quod præsumptio sit contra viri confessionem tanquam factam in præiudicium donationis prohibitæ dum absente vxore profitetur se pre-
16 tium soluere † de pecunijs ipsius vxoris *iuxt. limit. d. l. quintus, de qua per Salicet. in l. si mater C. contrahen. empt. & Rot. decis.* 67. *coram Greg. XV. &* 448. *coram Card. Cauallerio.* Quia huiusmodi præsumptiones facilè tolluntur à verisimilitudine, quę fortius vrget, quod cum res
17 ageretur inter coniuges † magnates ipsa vxor aliunde potuerit habere pecunias, *iuxt. decis. Capic.* 103. *num.* 18. Dicta enim Lucretia erat mulier præclaræ no-
18 bilitatis, & cum inter † nobiliores pretiosorum iocalium consueta sit donatio, ac pro priuatis necessitatibus ipsarum
19 mulierum † reseruatio bonorum, & pecuniarum. *Rot. decis.* 113. *num.* 13. *par.* 1. *recent. & in Rom. Societatis* 23. *Ianuarij* 1593. *coram bon. mem. Card. Pamph.* *quæ impressa est apud. Marches. de commiss. tom.* 1. *pag.* 843. probabile redditur, quod ex ijs summam prædictam scutorum 1700. redegerit, eamque in prõptu de tempore constitutionis census habuerit, cui præsumptioni non leue adminiculum præbent documenta, ex quibus constat ipsam possedisse plura bona, quę de tempore obitus reliquit, vnde
20 augetur † verisimilitudo, quod illam pecuniam aliunde habere potuerit, quàm à marito, quo casu non esse locum dictæ limitationi admittit idem *Salic. in d. l. si mater. C. de contrh. empt.* & huiusmodi præsumptiones, ex quibus colligitur cõfessionem viri esse veram, etiam admittit *Menoch. præsumpt.* 51. *num.* 30. *lib.* 3. *Decisiones autem præ allegatæ* 67. *coram*
21 *Greg. &* 448. *coram Caual.* cum emanauerint super cõtractibus in quibus plures suspicionis simulationes ex facto deductæ vrgebant contra mariti confessionem, quę in præsenti casu deficiunt, non applicantur.

Minus obstat quod contractus prędicti census careat solemnitatibus à statuto
22 Vrbis 151. lib. 1. requisitis, † cuius dispositionem habere locum etiam in alijs contractibus præter ibi expressis dixit *Rot. cor. Put. decis.* 7. *num.* 2. *lib.* 3. *& Crescen. decis.* 3. *de Constit.* Quia responsum fuit hanc exceptionem, quę solis mulieribus, & minoribus competit ra-
23 tione proprij † commodi stante contractu acquisitionis census perpetui vtiliter gesto hodie non posse per tertium allegare contra hæredem ipsius mulieris, ad cuius fauorem conditum est statutum *l. non eo minus C. de procur. Paul. de Castr. cons.* 91. *num.* 5. *vol.* 1. *& cons.* 119. *num.* 2. *vol.* 2. *& Pic. ad stat. Vrb. glos.* 7. *limit.* 33. *sub num.* 282.

Et ita vtraque parte informante, fuit decisum, &c.

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNORI.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 23. *Februarij* 1634.

ARGVMENTVM.

Hæredi non nocet exceptio ommissi inuentarij, nisi quando agitur de interesse Legatariorum, & Creditorum hęreditatis, & ideò

& ideò ad minuendas deductiones heredi debitas non sufficit Fideicommissario probare in genere quod in hæreditate extarent mobilia, sed opus est docere illa fuisse eius valoris, vt expleta quotidiana hæredis indigentia, possent satis esse pro illius satisfactione.

SVMMARIVM.

1 *Hæres adeundo videtur statim, & à principio deduxisse suum creditum, & sic in restitutione fideicommissi non tenetur restituere fructus perceptos de bonis, quæ sibi debebantur, & quare num. 2.*

3 *Hæres in deductione sui crediti tenetur seruare ordinem l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic. sed declara vt num. 4.*

5 *Inducta ad fauorem non debent contrarium effectum operari, & damno cedere.*

6 *Mobilia, quorum vsus de iure hæred. competit, damno Fideicommissarij consumuntur, nec imputantur in quartam Trebellianicam hæredi debitam nu. 7.*

8 *Negatiua non existentiæ bonorum probatur ex inuentario.*

9 *Exceptio ommissi inuentarij hæredi non nocet, nisi quando agitur de interesse legatariorum, & creditorum hæreditatis.*

10 *Probationis onus, quod in hæreditate extarent mobilia vltra indigentiam hæredis an, & quando spectet ad hæredem, vel fideicommissarium & num. 11. & per totum.*

12 *In materia probationum plurimum Iudicis arbitrio defertur.*

DECISIO DXXX.

IN vltima decisione, quæ facta fuit in hac causa, sub die 17. Decembris ann. 1632. declarata fuit alia decisio antea facta sub die 5. Iulij eiusdem anni in qua occasione immissionis petitæ à Fratribus de Syllanis visum fuit de releuantia detractionum, ex quibus Nicola Laurentia hæres Ludouici vltimi grauati conabatur impedire eam immissionem. Cum enim dictum fuisset in ea prima decisione sub die 5. Iulij, quod detractiones oppositæ ideo obstare non poterant, quia creditum Nicolæ hæredis Ludouici proueniens ex causa earundem detractionum, quæ competebant suo authori, compensandum vibebatur cum credito, quod fideicommissarij habebant aduersus hæreditatem testatoris occasione fructuum, qui post casum fideicommissi probabantur percepti ab hærede, declaratum fuit in decisione sub die 5. Decembris anni 1632. quæ vltima fuit in hac causa quomodo procedere deberet ea compensatio, & quod illa intrare non posset respectu fructuum, quos Nicola perceperat ex bonis hæreditarijs vsque ad concurrentem quantitatem sui crediti, cum pro ea rata, & summa ad quam ascendebant credita, quæ Nicola ex persona Ludouici habebat contra dictam hæreditatem, illa fecisset suos fructus eiusdem hæreditatis ex rationibus, quæ fuerunt consideratæ in dicta decisione,
1 quia hæres adeundo videtur statim, † & à principio deducere voluisse suum creditum, ex quo ij fructus non potuerunt venire in restitutione fideicommissi tanquam percepti ex re propria, & in proposito adducta fuit authoritas *glos. in l. mulier §. cum proponeretur, ff. ad sen. consult. Trebell.* quam sequuntur *Bart. ibi num. 4. Alber. num. 2. Alex. num. 14.* & præter relatos in decisione tenuerunt *Castr. in l. ita tamen §. si ex Trebelliano num. 2. ff. ad sen. cons. Trebell. & in cons. 77. nu. 1. lib. 2. Surd. cons. 7. num. 24. Menoch. consil. 183. num. 33. Gabr. cons. 124. in fin. lib. 1. Peregrin. decis. 5. num. 6.*

Cum ageretur de confirmatione posterioris huius decisionis, non negabant fratres de Syllanis vocati ad fideicommissum, de quo agitur, conclusionem sæpius firmatam, vt ex bonis hæredi debitis non potuerint aliqui fructus decurrere eorum fauore, dum nullum ius habere poterant super ęre alieno,
2 † quo grauata erat hæreditas, quam rationem in specie considerarunt Authores adducti, & ex ijs declarauit *Rota in decis. 680. num. 2. part. 2. diuers.* relata in eadem decisione. Verum cum assererent fideicommissarij, vt in ea solutione, quam censebatur hæres sibi fecisse, & ob quam illi acquiri debebant fructus hæreditatis, tenerentur seruare ordinem, qui præscribitur in exequutione facienda post rem
3 iudicatam *in l. à † Diuo Pio ff. de re iudicat. in §. in venditione*, vt primo super bonis mobilibus, deinde super immobilibus satisfactionem huius sui crediti cõsequi possit, ex hoc capite impugnabant decisionem, quæ fructus bonorum immobi-

mobilium adiudicabat hæredi quod præter ea bona probarentur fuisse in hæreditate testatoris tum plura mobilia, tum etiam plures fructus collecti ex eisdem stabilibus, quæ ante omnia necessariò deducenda erant, vt conclusionem superius firmatam visus est limitare *Peregr. de fideicom. art.* 35. *num.* 22. *Surd. decis.* 170. *num.* 2. *&* 12. & voluit *Rota in adducta decis.* 680. *num.* 7. *part.* 2. *diuers. coram Card. Caualer. decis.* 130. *num.* 4. *& Card. Seraph. decis.* 967. *num.* 2.

Sed non visa fuit Dominis obstare hæc limitatio & respondendo dubio proposito negarunt, quod potuerit hoc casu Nicola, vel sibi satisfacere de bonis mobilibus, vel quod præsumi deberet illa primum deduxisse; ea enim limitatio aliam recipit declarationem, vt mobilia, quæ heres imputare tenetur in extinctionem
4 sui crediti non sint destinata, † vel ad vsum domus, vel ad victum diurnum eiusdem hæredis, vt se declarat *idem Peregr. art.* 35. *num.* 22. *&* 23. vbi attestatur ita vsu receptum, ac semper se vidisse obseruari, *& decis.* 99. *num.* 17. *& decis.* 64. *num.* 2. *Modern. Brixien.* qui pariter de eodem communi vsu deponunt in *tractat. de substit. quæst.* 667. *nu.* 14. *& quæst.* 624. *num.* 6. *&* 11. Et ita cum ex testibus examinatis ad probandum valorem hæreditatis non probaretur existentia talium mobilium, quibus hæres quotidie indigere non potuerit, habita ratione siue quantitatis, siue illorum valoris, ac pretij, vt etiam eorundem testium depositiones non concludebant de tali quantitate fructum collectorum, qui potuissent abundare eidem hæredi, non poterat haberi aliqua illorum ratio ad effectum huius imputationis, & vt ex illis censeri deberet diminutum de credito hæredis, quia communis illa consuetudo, & obseruantia, de qua deponit Pereginus, vt hæres priuandus non sit vsu eorumdem mobiliũ, non solum authoritate, sed etiam ratione suffulta est; nam cum hæc solutio, quam hæres grauatus præsumitur sibi fecisse de bonis repertis in hæreditate, procedat illius fauore, non poterat contrarium effectum operari, & cedere † damno
5 eiusdem hæredis; quod damnum profecto contineret si ipse in sui crediti satisfactionem cogeretur accipere primum ea mobilia, quorum liberum vsum illi iura promittunt pendente conditione fideicommissi; vnde, & illud receptum est, vt consumptio de mobilium cessante do-
6 lo, † aut culpa hæredis grauati cadat damno solius fideicommissarij, vt traditur in *l. mulier,* §. *sed enim l. deducta* §. *cum hæreditas, ff. de sen. cons. Trebell. l. in ratione* §. *si seruus ff. ad l. Falcid. Paris. cons.* 25. *num.* 78. *lib.* 2. *& cons.* 55. *num.* 26. *lib.* 3. *Peregr. cons.* 70. *num.* 21. *lib.* 1. *& de fideicommissis art.* 10. *num.* 39. & fuit resolutum *coram Gregor. decis.* 285 *num.* 3. *& in Romana fideicommissi de Cructarijs* 28. *Ianuar.* 1630. *coram R. P. D. meo Durano,* adeò, vt ipse hæres grauatus, neque illa teneatur imputare in
7 quartam † Trebellianicam, *vt post glos. in d. l. deducta* §. *ante diem in verb. eorum ff. ad sen. cons. Trebell. tenet Alex. num.* 3. & communem conclusionem esse testatur *Pereg. de fideicom. art.* 10. *num.* 44. *Modern. Brixien. quæst.* 64. *num.* 10. *Soccin. Iun. cons.* 170. *num.* 5. *vol.* 2. *Alex. Rauden. decis. Pisan.* 28. *par.* 1. *num.* 161. *& fuit dictum in Perusin. fideicommissi de Alfanis* 5. *Decembris* 1621. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Sola difficultas super esse videbatur; cui incumberet id onus probandi, quod bona mobilia, quæ fuerunt reperta in hæreditate, non essent præter indigentiam hæredis, cum non ostenderetur
8 aliquod inuentarium † ex quo probata dici posset hæc negatiua non existentiæ aliorum bonorum *iuxt. notata in l. vltim. C. arbit. tutel. & per Bart. & alios in l. vlt.* §. *licentia C. de iur. deliber.* In quo quidem articulo admittebant fideicommissarij, vt hæc exceptio ommissi inuentarij nocere non posset hæredi, qui hanc obligationem inuentarij conficiendi non
9 habet, nisi respectu † legatariorum, & creditorum hæreditatis, & propterea quod non poterat ipse hæres cogi ad probationem eius, quod erat fundamentum propiæ intentionis, vt post *Castrens. in l. ita tamen* §. *si ex Trebelliano num.* 2. *ff. ad sen. cons. Trebell. & in l. cum tale* §. *Titius hæredem num.* 2. *ff. de condit. & demonstr.* & alios natos *Peregr. de fideicom. art.* 3. *num.* 79. *& art.* 35. *num.* 24. *Modern. Brixien. de substit. quæst.* 667. *nu.*
10 17. *& quæst.* 512. *num.* 6. † Sed cum probata fuisse hoc casu existentia aliquorum mobilium, quæ Nicola hæres Ludouici grauati replicabat, quod non poterant esse sufficientia pro satisfactione sui Authoris, asserebant ijdem fideicommissa-

missarij ex hoc capite, se ad aliam probationem non teneri, & quod onus contrariæ probationis, vt ea bona mobilia sufficerent, pertinere deberet ad replicationem hæredis, vt in simili, vbicumq; vocatus ex fideicommisso directè agat ad vẽdicationem bonorũ, conclusionem superius firmatam limitauit *Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 14.* & fuit resolutum in *Bononien. fideicom. de Cataneis 10. Martij 1617. coram R. P. D. meo Pirouano in Maceraten. fideicommissi 16. Februarij 1610. coram Cardin. Sacrato, & in Romana domus ad Peregrinum 11. Mart. 1609. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Verùm non visum fuit eamdem limitationem applicari ad casum, de quo agitur, quia illa procedit vbicumque cõstat, puod bona, quæ hæres negat sibi satis fuisse pro suis detractionibus, siue illa mobilia sint, siue immobilia non so-
11 lum peruenerunt † ad manus eiusdem hæredis, verùm quod illa fuerunt ab eo alienata, & in his terminis loquuntur Peregr. & aliæ authoritates adductæ, quę fundantur in præsumptione *l. Marcellus §. res quæ ff. ad sen. cons. Trebell.* qui termini longè diuersi sunt à casu huius decisionis, in qua deberet probari excessus, vt hæres ad hanc probationem cogi posset, & quantitas seu valor eorumdem mobilium, quæ essent vltra indigentiam eiusdem hæredis, qui excessus negari nõ potest, quin sit fundamentum intentionis eorumdem fideicommissariorum.

Præterea etiam ex probationibus datis à fideicommissarijs crediderunt Domini non esse probatam talem quantitatem bonorum mobilium, quæ pręter quotidianos vsus potuerint satis esse ad extinctionem creditorum, quę Ludouicus hæres habebat contra hęreditatem testatoris. Et cum in hac materia plurimum deferunt Doctores Iudicis † arbi-
12 trio vt patet ex notatis *per eundem Peregr. de fideicomm. in adducto sæpius artic.*
13 *35. num. 28.* † Suadebatur hoc idem, quod scilicet ad mobilia vix potuerint explere vices vnius causę, & indigentię hęredis, tum ex qualitate Ciuitatis Spoletanę, in qua ex consuetudine eius Regionis non poterat considerari hic excessus, tum ex qualitate personę ipsius testatoris, qui licet esset ex honesta familia eiusdem Ciuitatis, non tamen excedebat conditionem priuatę personę, quę duo considerauit ad hunc effectum *Pereg. d. art. 35. & art. 44. num. 25. & Moderni Brixien. de substitution. quæst. 667. num. 17.* Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO Patriarcha Constantinopolitano.

Maceratẽ Fideicommissi.

Die Veneris 27. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Testator, si instituat plures cohęredes cum arcta prohibitiene alienationis bonorũ, & quod si aliquis alienauerit, tunc & eo casu cadat à sua portione, quęritur modo, stantibus deductis hic in decisione, quis admittatur ad pretendendum dictã partem.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum ex prohibitione alienationis, quam censeatur inductum etiam in casu mortis num. 2. & 3.*
4 *Successorum appellatione veniunt etiam fœminæ.*
5 *Quod intellige, nisi testatoris mens repugnet, vel aliter adimpleri non possit, & num. 7.*
6 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorũ, nepotum, & descendentium, in emphyteusi, & in alijs contractibus, quando mens disponentis repugnat.*
8 *Memoria testatoris non debet perire, contra eius voluntatem, & dispositionem.*
9 *Verbum, memoria, interpretari solet pro honore.*
10 *Fœminæ, nec descendentes illarum comprehenduntur in eis, quæ fiunt ad honorem domus testatoris.*
11 *Fideicommissum censetur inductum ex arcta prohibitione alienationum bonorũ, & num. 12.*
13 *Memoria nostrorum conseruatur tam per masculos, quàm per fœminas, declara num. 14.*
15 *Fœminæ, memoriam agnationis non conseruant.*
Sed potius tanquam principium alterius familiæ cum extinctione personæ propriam perimunt agnationem num. 15.
16 *Testator, si in casu contrauentionis non vocauerit agnatos, qui nòn contrauenerunt, sed Ecclesiam, vocatio ista destruit*

struit rationem conseruandæ agnationis, vide num. 17.

18 *Hæres vnus, si contra dispositionem testatoris alienet partem suam, propter hoc alij cohæredes non cadunt in commissum.*

19 *Alienatio, quando est prohibita extra vocatos, si talis alienatio fiat extra, censetur ipsis vocatis concessa virtualiter facultas recuperandi.*

20 *Prohibitio alienationis quãdo est facta ad fauorem alicuius, potest ille reuocare alienationem, cum vocatus ille censeatur, ad cuius fauorem est facta prohibitio.*

21 *Fœmina agnata, quando vti talis est admissa ad fideicommissum, ea defuncta fideicommissum remanet in masculis proximioribus de agnatione in eo comprehensis.*

22 *Fœminæ agnatæ non est inconueniens, quod durante vita ipsarum ad fideicommissum admittantur.*

23 *Scripturæ, si concurrant cum testibus, sunt præferendæ.*

24 *Et hoc maximè si simus in antiquis.*

DECISIO DXXXI.

Alexander Florianus de anno 1541. suum condidit testamentum, in quo pro æquali portione heredes vniuersales instituit Nepotes ex Fratribus, scilicet Franciscum, Ludouicum, Camillum, & Pompeium filios Petri Pauli, Florianum, & Ioannem Andream filios Thomæ, & denique Seuerinum filium Cæsaris; cum hac tamen conditione, quod supradicti eius hæredes non possent, neque valerent diuidere bona mobilia ipsius testatoris donec, & quousque non fuissent integraliter exacta credita, soluta debita, completa ad totalem perfectionem fabrica domorum ipsius testatoris, & casu quo aliquis dictorum hæredum accepisset de d. hæreditate valorem vnius Floreni ante dictum tempus, tunc, & eo casu caderet à portione ipsius contrafacientis.

Post hanc autem, adiecit aliam conditionem per hæc præcisa verba: *Quod præfati hæredes nullo pacto, & nullo modo possint, & valeant alienare, & vendere domus ipsius testatoris, nec etiam inter eos diuidere, & casu quo prædicti hæredes, seu eorum successores alienarent, venderent, & diuiderent dd. eius domus, tunc, & eo casu cadant ab hæreditate dicti testatoris, & dicta hæreditas succedat, & perueniat Ecclesiæ Sanctæ Crucis de Macerata*, subdẽs postea, *Et hoc fecit dictus testator ea causa, quod prædictæ domus semper, & perpetuò firmæ remaneant in supradictis hæredibus, & successoribus eorum*, & ad memoriam ipsius testatoris.

Adita hæreditate, & perfecta fabrica per supradictos hæredes, euenit quod non multis ab hinc annis aliqui ex ipsis, seu eorum descendentes alienarunt, vt supponitur, nonnullas portiones dictarum domorum, de quibus tamen alienationibus hodie non agitur, sed quia portio Ludouici hæredis instituti deuenit ad Iuliam filiam, eaque mortua ad Dominam Cõstantiam Paganellam filiam pariter prædictæ Iuliæ, insurrexit D. Petrus Paulus Florianus Iunior prętẽdens, quod ad ipsum vti descendentem masculum à Camillo, ac de familia Florianorum, nõ autem ad dictam D. Constantiam ex aliena familia ortam, successio ad ratam dd. domorum deferri deberet, & introducta lite coram A.C. cum post longam causæ discussionem placuisset partibus consulere Rotam, proposito per me dubio, DD. responderunt successionẽ spectare ad masculum.

Et pro dubij decisione fuit indubitanter suppositum, quod fideicommissum, de quo agitur, 1 † ex prohibitione alienationis censeatur inductum etiam in casu mortis, nedum quia in casu alienationis datus est alius substitutus, nempè Ecclesia S. Crucis, vt per *Ruin. cons. 122. num. 2. & 7. lib. 2. Gabr. de fideicomm. conclus. 9. num. 24. Odd. qui loquitur de hoc fideicom. cons. 33. num. 15. vers. secundo quia*, cum alijs adductis per *Fusar. de substit. q. 688. num. 74.* sed etiam ex qualitate rei, super qua fuit facta prohibitio alienationis, & diuisionis cum dicta clausula, vt semper, & perpetuò remaneãt in hæredes, & successores eorum, 2 † vt de prohibitione alienationis palatij, seu domus latè *Gabr. de fideicommiss. d. conclus. 9. num. 44. Odd. vbi supra sub num. 13. Fusar. d. qu. 688. num. 75. Rot. decis. 121. num. 1. & seqq. p. 2 diuers. & decis. 231. num. 3. in fin. & nu. 4. p. 2. recen.* & de adiectione facta, 3 † vt domus perpetuò permaneant ad memoriã ipsius testatoris, tradit *Eugen. cons. 48. lib. 1.* quem refert, & sequitur *Fusar. d. q. 688 n. 82.* & facit *dec. Rot. 47. n. 1. par. 1. recent.*

Hoc autem firmato DD. crediderunt in casu præsenti sub nomine successorum ipsorum hęredum venire tantùm masculum, vel quatenus ex inferius dicendis venire posset etiam fœmina, id tamen esse intelligendum de fœminis agnatis durante ipsarum vita, non autem de Domina Constantia non agnata; licet enim
4 regula sit, † quod appellatione successorum, veniant etiam fœminæ *iuxt. l. hæredis appellatione, ff. de verb. signif. cum alijs adductis per Odd. cons. 47. num. 2. & 3. Eugen. cons. 21. nu. 21. & seq. lib. 2. Fusar. de substitut. quæst. 343. num. 1.* attamen
5 procedit, quando mens testatoris † repugnat, vel aliàs adimpleri non posset, vt per *Curtium Iun. cons. 115. num. 20. & seqq. Ruin. cons. 168. num. 14. & sub nu. 20. vers. cum ergo lib. 3.* cum alijs adductis tradit *Odd. d. cons. 33. nu. 4.* & facit textus *in l. pater Seuerinam ff. de condit. & demonstr.* Prout etiam idem videmus in emphyteusi, & alijs contractibus, in qui-
6 bus sub nomine filiorum, nepotum, † & descendentiũ non veniunt fœminæ, quãdo similiter mens disponentis repugnat *Dec. cons. 318. num. 1. vers. sed tamen hoc non videtur, Rota coram bon. mem. Cardin. Seraph. decis. 604. num. 8. & dec. 663. num. 14. & num. 18. in fin. par. 1. recent.*

In casu autem nostro mens testatoris visa est repugnare: primò, quia dum testa-
7 tor non solum prohibuit alienationẽ domorum, sed etiam illarum diuisionem, non censetur voluisse, quod fœminæ saltem non agnatæ, & earum mariti de pluribus, & diuersis familijs, in eisdem domibus sic indiuisis inhabitarent, vt per *Odd. d. cons. 33. sub num. 8.* quem refert & sequitur *Fusar. de substit. q. 311. n. 79.*

Secundò, quia supposita huiusmodi habitatione fœminarum non agnatarum cum earũdem maritis de alienis familijs domus vocarentur de familijs ipsarum fœminarum, & maritorum, non autem de Florianis, & ideò *memoria* te-
8 statoris † potius periret, quàm viueret contra voluntatem, & dispositiouem testatoris, vt supra expresse factam *ad memoriam* ipsius. Quod verbum interpre-
9 tari solet, † scilicet ad honorem, & importat, quod domus conseruentur in agnatione, & non transeant ad extraneos, *iuxt. l. 1. §. Sed, & si ff. de ventr. inspicien. & tradit Ruin. cons. 110. nu. 10. circa fin. & num. seqq. lib. 2. Giouagnon. cons. 36. numer. 34. & seqq. Soccin. Sen. cons. 63. nu. 12 Alex. cons. 125. num. 5. lib. 7.* vbi dicit,
10 quod ea, quæ fiunt † ad honorem, non comprehendunt fœminas, neque illarũ descendentes, *Fusar. de subst. quæst. 685. num. 32.*

Tertiò, quia ex huiusmodi fœminarũ non agnatarum successione subuerteretur fideicommissum in casu mortis super dd.
11 domibus ad fauorem agnatorum, † quod tamen negari non potest quin secundum mentem testatoris censeatur inductum, etiam ex prohibitione tam arcta per dicta verba vniuersalia de illis nullo pacto & nullo modo alienandis, nec diuidendis facta, vt post *relatos tradit Peregrin. de fideicomm. art. 14. num. 40. & pluribus seqq. Rota decis. 10. num. 6. par. 1. recent.* ac
12 etiam ex magna affectione, quam † testator se habuisse ostendit erga istas domus, cum voluerit fabricari, & fructus hæreditatis percipi non posse, nisi domibus perfectis, vt per *Eugen. d. cons. 81. numer. 44. lib. 1.* & tradit *Fusar. de substit. d. q. 688. num. 78.*

Nec aduersatur, quod imò memoria
13 nostrorum † dicatur conseruari tàm per masculos, quàm per fœminas in *l. liberorum 220. in fin. ff. de verb. signif.* (ibi) *filios, filiasque concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earumue diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus,* quia responsum fuit id procedere quoad
14 conseruationem † *memoriæ* respectu prolis, illiusque propagationis, non autem quando agitur, prout in casu isto, de conseruatione *memoriæ* respectu agnationis,
15 quia tunc † fœminæ illam non conseruant, sed potius tanquam principium alterius familiæ cum extinctione personæ propriam perimunt agnationem, *l. Iuris consultus, §. Cognationis, ff. de gradibus, Curt. Iun. cons. 5. num. 24. Cephal. cons. 413. num 23* cum alijs adductis *per Fusar. de substit. q. 346. num. 4. & 6.*

Nec obstat, quod cum testator in casu contrauentionis non vocauerit agnatos, qui non contrauenerunt, sed Ecclesiam,
16 vocatio † ista destruat rationem conseruandæ agnationis, ex deductis *per Rot. decis. 463. num. 5. & decis. 486. num. 4. parte 1. recentior.* quia dupliciter fuit responsum.

Et primò, quod cum idem testator istas solummodo domus fideicommisso subiecerit, Ecclesia in casu contrauentionis censetur tantum vocata ad partẽ hæreditatis illius, qui contrauenisset, non autem

autem ad partem domorum, prout suadetur tum ex illis verbis testamenti, ibi: (*tunc, & eo casu cadant ab hæreditate testatoris, & dicta hæreditas succedat, & perueniat Ecclesiæ Sanctæ Crucis*) tùm etiam ex eo, quia alias *memoria* ipsius testatoris quoad dictam partem domorum
17 periret, † & alij hæredes in ea pro indiuiso habitare non possent, contra dispositionem testatoris, vt supra expressè factam, & ita huiusmodi intellectum amplexus est *Odd.d.consf.33.num.18.*

Secundò fuit responsum, quod quando etiam Ecclesia vocaretur ad istas domus, hoc solum deberet intelligi in euentum, quod omnes hæredes, & successores cō-
18 trauenirent; adeò vt si † vnus tantum dictam eius portionem domorum alienaret, alij quo ad illam non caderent in cōmissum, secundum commùnem sententiam Doctorum, de qua latè *Michael Crassius to.3.commun.iur.lib.1. quæst.3. Corn. consf.67. num.11. & 16. lib. 2. Clarus in §.Emphit.quæst.13.num.10. Hier. Portel. de consortib. cap.33. à num.9. & seqq.* sed possent eam recuperare: prout etiam colligitur ex illis verbis testamenti, ibi: (*& hoc fecit ea causa, quod prædictæ domus semper, & perpetuò firma remaneant in supradictis hæredibus, & successoribus eorum*, & ad memoriam *ipsius testatoris*.)
19 Et facit, quia quando alienatio est † prohibita extra vocatos, ipsis vocatis censetur virtualiter concessa facultas recuperandi portionem alienatam, *Ioan. Igneus in l.dudum num.6.& 7. C. de contrahend. empt.Salicet. in l.ea lege, & seqq.C.de condiction. ob causam Bald. in cap. 1. §. Hoc quoque n.17. de success.feud. Odd. d.consf. 33. sub num.18. vers.& sit legitimus sensus, cum alijs per Hieron. Portel. de consort. cap.14. num.18. & seqq.* vbi quan-
20 do † prohibitio est facta in fauorem alicuius, potest ille reuocare alienationem, cum vocatus ille censeatur, ad cuius fauorem facta est prohibitio, *l. cum Pater, §.Libertis vbi Castren.num.4. ff. de leg. 2. lege peto §. Frater, vbi Bart.ff.eodem tit.* & hanc verissimam dicit sententiam ex *Bart.* & alijs latè materiam exornans.

Minus obstat, quod Iulia supradicta, vna ex descendentibus fœminis fuerit admissa ad hoc fideicommissum, quia cū
21 solummodò admissa fuerit † vti agnata, ea defuncta fideicommissum remansit in masculis proximioribus de agnatione in eo comprehensis, vt per *Fusar. de subst. dicta quæst. 39. num.* 100. & faciunt tradita in *causa Parmen. Iurispatronatus 26. Aprilis 1619. coram Eminentiss. Cardin.*
22 *Pamphilio*, vbi dicitur, quod † fœminę agnatæ non est inconueniens, quod durante vita ipsarum ad fideicōmissum admittantur, dummodo illud non transmittant ad earum filios, qui sunt de aliena familia.

Nec visum fuit attendendum, quod Petrus Paulus Senior, vt aliqui testes deposuerunt, esset tantum frater vterinus ipsius testatoris, quia de contrario apparet ex testamento, & alijs scripturis per d. D.Petrum Paulum Iuniorem deductis,
23 quæ in † concursu cum testibus sunt pręferendæ iuxtà *l. generaliter, cum ibi notatis, C. de non numerata pecunia, Rota in eadem Romana spolij de Pinis* 10. *Iunij* 1620. *coram bo.mem. Buratto.* Præsertim
24 in † antiquis, *gloss. in cap. 3. loco verbo testium de prob.Rota coram bon.mem.Cardin. Seraph. decis.339.num.7.& dec.462. num. 5, & coram san.mem. Greg.XV. decis.434. num.8. & 19.* Et quia dd. testes quamplurimas patiūtur exceptiones, quę latè in facto deducuntur.

Atq; ita fuit decisum parte vtraq; &c

In eadem causa adest alia decisio, & quidem magistralis sub die 7. Februarij 1635.coram eodem Reuerendiss. P.D.Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Rescissionis contractus.

Die Lunæ 30. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Emptoris contractus, quando uenit rescindendus ex eo, quod emptor fuit læsus vltra dimidiam iusti pretij, qualiter ista computatio facienda sit, doctè declaratur, prout est mos tam eximij Auditoris.

SVMMARIVM.

1 *Computi ratio, qualiter sit facienda ad hoc, vt emptor dicatur læsus, vltra dimidium iusti pretij, & num. 2.*

3 *Gloss. in l.2. C.de rescind. vend. in verb. Iudicis, tamquam inepta, & pertinax à multis I.C. tàm antiquis, quàm modernis damnatur.*

4 *Emptor emens rem, cuius pretium iustum sunt decem, ad effectum, vt dicatur læsus vltra dimidiam, necesse est, vt emerit pro 21.*

5 *Venditio, quando rescinditur propter læsionem, tunc à iusto pretio detrahenda non est tertia pars, sed superaddenda.*

6 *Tertia, aut dimidia pars iusti pretij, vt rescindat venditionem, mensurari debet à re petita, seu data, & num. 7.*

8 *In venditione, si læsio vltra dimidiam esset in duplo, nihil superesset, aut remaneret.*

9 *Venditori magis est succurrendum, quàm emptori, quando læsus est vltra dimidiam.*

10 *Emptor ex affectione potest induci ad aliquid emendum cariori pretio, quàm non valeat.*

11 *Venditor, vt plurimum necessitate rei familiaris, vendere compellitur minori pretio, quàm res valeat.*

12 *L.2. C.de rescind. vendit. non loquitur, nisi in venditore, & soli venditori prospicere voluit, non autem emptori.*

Et DD. interpretatiuè d. legem extenderunt etiam ad emptorem, num. 12.

13 *Læsio in emptione alicuius fundi, vt dicatur adesse, quid sit per emptorem probandum.*

14 *Pretij constitutio in venditione attendi debet tempore venditionis.*

15 *Peritus non æstimat, nisi quod subijcitur ipsius oculis, non autem de præterito.*

16 *Et hoc procedit etiamsi agatur de re Ecclesiastica, vel inter personas Ecclesiasticas.*

17 *Læsio in contractu emptionis non potest allegari per eum, qui scienter, & diligenter instructus aliquid emit.*

18 *Et hoc amplia, quando emptor non fuit vnus, sed plures, & personæ cautæ, quæ emerunt.*

DECISIO DXXXII.

SVb die 22. Iunij præteriti fuit in hac causa resolutum non esse locum rescissioni contractus, quia pro parte PP. Ministrantium infirmis non probatur læsio; Cum etiam admissa relatione periti per ipsos electi pretium domus, de qua agitur, non excederet tertiam partem, nisi in scutis 17. qui excessus videbatur cessare, stante quod ex testibus pro parte Cassandræ examinatis constabat de tempore contractus in d. domo adfuisse Caput Aprimarmoreum, quod valebat scuta centum in circa, cuius capitis æstimatio à peritis fuerit omissa: Hodie proposita iterum causa super ijsdem DD. steterunt in decisis.

Non obstat, quod pro parte dd. PP.
dicatur rationem computi non ita esse
ineundam, vt superaddatur sũmæ 2456.
tertia pars, videlicet summa 1228. nam
illa est medietas summæ 2456. cum tamẽ
debeat dari excessus tãtum in tertia parte, vt puta in summa 818. 13.4. quæ iuncta summæ 2456. constituit summam
3274. 13.4. adeò vt excessus erit in scutis 300. & vltra, non autem in 17. tantum, vt supponitur in decisione, & hunc
esse ineundum calculum, vt videlicet
emptor rescindens contractum ex capite
læsionis vltra dimidiam, qui emit pro decem V.G. sufficiat, quod emerit pro 16.
1 vt † videlicet, decem sint iustum pretiũ,
quinque illius medietas, & deindè vnum,
in quo excedat medietatem *iuxt. gloss. in c.cum causa, verb. dimidiam, de empt. & vend. & gloss. magnam in l.2. C.de rescind. vend.* quam sequitur *Franc. decis. 243. numer. 3. Gomes. var. res. tit. de empt. & vendit. n. 22. Couar. var. resol. lib. 7. c.3. n.8.*
2 ex quo infertur, † si quinque sunt medietas iusti pretij decem in emptore, quod
tertia pars non erit nisi 3. cum dodrante.
3 Nam fuit responsum *d. gloss.* † reprobari à multis tàm ãtiquis, quàm modernis vtriusq; iuris DD. qui dicunt eam esse ineptã, vt in specie allegati per *Franc. vbi supra ante num. 3. Abb. in c.cum dilecti nu. 2. de empt. & vendit. vbi & reliqui Canonistæ Bellaper. in d.l.2. specul. in rub. de rescind. vend. num.* 11. *Mising. cent. 4. obser. 33. Forner. lib. 2. Select. c. 19. Cuiac. lib. 16. obser. cap. 18. Facchin. controuers. lib. 2. cap. 16. vers. illud longè probabilius. Viuian. comm. opin. cap.* 15. qui omnes cõ-
4 cludunt, quod emptor emens rem † cuius
iustum pretium sũt decẽ ad effectũ, vt dicatur læsus vltra dimidiã necesse est vt emerit pro 21. vtpotè, quod vltra dimidiã
idẽ sit, ac vltra duplũ, *Capic. dec. 159. n. 24* adeò vt res, cuius iustum pretium sunt
20. dicatur empta vltra tertiam iusti pretij, si empta fuerit pro 31. neque enim à
5 iusto † pretio detrahenda est tertia pars,
sed superaddenda *Rota decis. 648. num. 6. par. 1. recent. Grat. cons. 30. num. 3. & 4.*
6 *lib.* 1. qui dicit tertiam, † & dimidiam
mensurari debere rei petitæ, siuè datæ, *Marian. Soccin. cons. 98. num. 20. lib. 2.* vbi

quod

7 quod attenditur † tertia, vel dimidia iuxta summam petitam, *Gabr. conf.* 168. *q.*10. *num.*126. *lib.*1. *Menoch. conf.* 156. *num.*36. *lib.*2. *Giurb. decis.*110. *num.* 5. & disertissimè *Facchin. vbi supra vers. probatur hec sententia*, vbi respondet obiectioni, quod posita hac interpretatione constitueretur differentia inter emptorẽ, & venditorem, vtpotè, quod in venditore rei, cui iustum pretium sunt 10. medietas læsiua sint quinque; & in emptore, eiusdem rei medietas læsiua sint totidem, ac ipsum iustum pretium, & rationem reddidit, quia si † in venditione læ-
8
sio vltra dimidiam esset in duplo, nihil superesset, aut remaneret; aliam differentiam affert *Cuiac. loco allegato*, nempè
9 quod † venditori magis est succurrendum quàm emptori, cum hic ex affectione
10 possit † induci ad emendum cariori pre-
11 tio, quàm res valeat, venditor † verò vt plurimum necessitate rei familiaris vendere compellatur minori pretio: & re ve-
12 ra *lex* 2. *C. de rescind. vendit.* non loquitur nisi in venditore, & soli vẽditori prospicere voluit nõ autem emptori, & Doctores interpretatiuè dictam legem extenderunt etiam ad emptorem, vt notat *Host. in d. c. cum dilecti de empt. & vendit.*

Et prædicta magis procedunt in præsenti casu ex eo, quod nulla videtur adesse, siue adfuisse læsio, nam peritus pro Cassandra electus æstimauit domum, de qua agitur cum criptis, viridario, & reliquis membris, & pertinentijs suis in scutis 3923. 45. iuxta mensuram situs, parietum, areæ, & similium, & pro par-
13 te Ministrotum † non opponitur de excessu mensuræ, nempè, quod dictus peritus superaddiderit numerum mensurarum iuxta *decisionem* 554. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* sed quoad mensuras omnes periti sunt concordes, cum igitur peritus æstimauerit res mensuratas, non quidem in pretio maiore, neque in minore, sed in pretio medio, & res mensuratæ existant, non potest dari de læsione, etiamsi situs, & domus postea casu in æstimatione di-
14 minuta sint, quia † quoad constitutionẽ pretij attendi debet tempus venditionis, *Bart. in l. pretia rerum num.*2. *in fin. ff. ad leg. falcid. Bero. conf.*45. *nu.*11. *lib.*1. *Aym. conf.*188. *num.*4. *Seraphin. decis.*1494. *n.*3. & dicunt omnes *in l. nam postea §. si minor ff. de iureiur.*

In præsenti verò casu peritus Ministrorum, super cuius relatione disputatur medio iuramento affirmat, se domũ, de qua agitur r ante diem, qua eam æstimauit, numquam vidisse, cum tamen cõtractus venditionis præcesserit æstimationem per quinque circiter annos, adeò vt non poterit probè æstimare, etiam si dicat, se habuisse respectum ad tempus
15 præteritum, quia peritus † non æstimat, nisi quod subijcitur ipsius oculis, non autem de præterito, *l. si voluntate C. de rescind. vendit.* etiam, quod agatur de
16 re † Ecclesiastica, vel inter personas Ecclesiasticas, *cap. ad aures, ubi gloss. in uerb. tunc de reb. Eccl. non alien.*

Confirmatur hoc ipsum ex instrumento emptionis, in quo legitur, quod R.P. Ministri antequam inirent hunc contractum, fecerunt pluries per peritos inspicere, & mensurare hanc domum cum suis annexis, & pertinentijs, & quod plures habitæ sunt inter ipsos, Congregationes, in quibus stante æstimatione peritorum resoluerunt deuenire ad d. emptionem, ex quo colligitur, nullam adfuisse læsio-
17 nem, † quæ allegari non potest per eum, qui scienter, & diligenter instructus aliquid fecit, *Bero. conf.* 49. *num.* 32. *lib.*1.
18 præsertim quando † emptor non est vnus sed plures, & personæ cautæ, & nonnisi priuilegio minores, *Alciat. conf.*93. *nu.*4. & hoc casu non esse locum rescissioni contractus firmant *Socc. consil.* 48. *in fin. lib.* 4. *Gabr. de empt. & vendit conclus.* 2. *num.*120.

Et ita &c.

☞ * *In eadem causa adest alia decisio sub die* 18. *Iunij* 1635. *coram eodem R. P. D. meo Dunozetto.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Beneuentana Salium.

Die Veneris 17. *Februarij* 1634.

ARGVMENTVM.

Bona in exequutionem capta, tunc præsumuntur esse debitoris, quando apud ipsummet reperiuntur, secus si penes tertium. Antidatæ, & simulationis præsumptio in apocis, quando, & ex quibus coniecturis excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Bona in exequutionem capta præsumuntur esse debitoris taliter, quod alleganti contrarium, incumbat onus probandi.*

2 *Quod intellige, quando bona de tempore executionis reperiuntur, vel possidentur ab ipsomet debitore.*

3 *Bona præsumuntur eius penes quem reperiuntur, vel à quo possidentur.*

4 *Bona debitoris, si reperiuntur penes tertium de tempore executionis, tunc onus probandi, quod d. bona sint debitoris, creditori non autem tertio possessori spectat, & istam sententiam perpetuò tenementi secundum Bart.*

5 *Possessio efficacissimam præbet coniecturam, quod bona apud aliquem reperta sint propria illius.*

6 *Administrator possidens bona Domini, præsumitur ea habere, & administrare, non nomine proprio, sed Domini.*

7 *Testes, si non sint formiter examinati, eorum reuelationes tanquam extraiudiciales non probant.*

8 *Interpretatio ea est facienda, per quam excluditur fraus.*

9 *Diuersitas in dubio, & non identitas præsumitur.*

10 *Emptio potest etiam benè probari per apocas trino teste subscriptas.*

11 *Possessionis titulus benè remanet iustificatus, si doceatur de titulo habili ad eam transferendam.*

12 *Text. in l. scripturas C. qui pot. in pign. hab. quando cesset.*

13 *Antidatæ suspitio in scriptura priuata semper cessat, dum in contrarium concurrunt plures, & vrgentes coniecturæ.*

14 *Simulatio non datur sine causa.*

15 *Venditio non præsumitur facta in fraudē creditorum, si de tempore venditionis ille, qui vendidit, adhuc non erat debitor.*

16 *Simulatio debet probari per vrgentes, & efficaces coniecturas.*

17 *Simulatio, si oriatur ex aliquibus coniecturis. destrui potest.*

18 *Persona diues, bonæ conditionis, & famæ, non est præsumendum per actum simulatum in præiudicium tertij, illaqueare propriam animam.*

19 *Personæ bona qualitate existente, est sufficiens coniectura ad excludendam omnē suspicionem simulationis, & fraudis.*

DECISIO DXXXIII.

VItus Antonius Dauid obtinuit ad sui fauorem mandatum Rotale pro ducatis 3458. contra Franciscum de Angelis, & Bartholomeum Balsamum arrendatores Salium Ciuitatis Neapolis, illudque exequi curauit super quibusdã salibus in Ciuitate Beneuenti, tamquam ad ipsos spectantibus, huic exequutioni se opposuit Ioannes Pennella vti dd. Salium dominus: Quapropter deuoluta causa per viam appellationis ad Rotam, mihique commissa; dedi dubium, an constaret de aliquo iure d. Pennellæ super dd. salibus, quod d. exequutionem impedire valeret, eoque hodie proposito DD. affirmatiuè responderunt. Ea moti ratione.

1 Quia licet regulariter bona † in exequutionem capta præsumantur esse debitoris talitet quod alleganti contrarium, incumbat onus probandi *iux. decisionem S. M. Greg. XV. 402. num. 2. glos. in l. 1. C. de priuil. fisc.* cum alijs comulatis in *Lucana, seu Fesulana Abbatiæ 27. Iunij 1626. coram Buratto*. Hoc tamen procedit, quando bona de tempore †
2 exequutionis reperiuntur, vel possidentur ab ipsomet debitore, quo casu tertius veniens ad impugnandam exequutionē sub prætextu, quod bona in exequutionem capta sint sua propria, id concludenter probare tenetur, secus verò, quãdo bona possidentur à tertio, tunc enim cum ipse tertius habeat præsumptionem
3 iuris pro se, ex quo bona † præsumuntur illius, penes quem reperiuntur, vel à quo possidentur ad *text. in l. ob maritorum, & ibi Salic. num. 4. C. ne vxor pro marit. Bald. in l. 1. num. 1. & 2. C. de priuil. dot. Socc. cons. 128. sub. num. 1. vers. ter. concl. & vers. quar. concl. & cons. 131. num. 6. lib. 1. Alex. cons. 112. num. 2. & seqq. lib. 6.* onus probandi bona in exequutionem capta esse debitoris in-
4 cumbit † creditori, non autem tertio possessori *iux. glos. in l. 1. in verb. restituantur in fin. & ibi Adden.* quam perpetuò esse menti tenendam tradit *Bart. ibidem num. 2. C. de priuil. fisc. & in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 4. vers. aut istam rem, ff. de re iudic. Alex. ibidem num. 9. Ias. eodem num. 9. Castr. num. 8. & melius in cons. 143. n. 3. vers. & si quæritur lib. 1. Rota cor. Greg. XV. decis. 23. n. 3.*

Ex

Ex quibus benè sequitur, quod cum sal, de quo agitur, non fuerit repertum penes tertium, nempe Pennellam, vt patet ex relatione exequutoris, onus probandi illud spectare ad dd. debitores incumbat Dauid creditori, non autem Pennellæ tertio possessori, qui (vt supra
5 dictum est) habet † intentionem fundatam in sua possessione, quæ efficacissimam præbet coniecturam, quod sal ad ipsum spectet, non autem ad creditorem *iuxt. text. in d. l. ob maritorum cum alijs suprà relat.*

Nec visum fuit releuare, quod Pennella fuerit minister, & institutor eorumdem Angeli, & Balsami debitorum, vt videntur deponere testes vigore monitorialiũ examinati, & propterea præsuma-
6 tur habuisse, & † administrasse salia antedicta tamquam minister prędictorũ debitorum, non autem vti Dominus: Quia vl-
7 tra quod prædicti † testes non fuerunt formiter examinati, & sic eorum reuelationes tamquam extraiudiciales nõ probant *Cæs. de Graff. decis. 2. num. 13. de sponsal. Seraph. decis. 106. num. 3.* non percutiunt tempus exequutionis, sed longe ante, & sic possunt intelligi ante-
8 quam Pennella emerit salia, prout † interpretari debent ad excludendam fradem *Decian. cons. 2. num. 66. & seqq. lib. 1. Cephal. cons. 75. num. 8. Rolan. à Vall. cons. 40. num. 2. & 4. lib. 2.*

Vltra quod Dauid non probat sal in exequutionem captum esse illud idem, quod prætendit habuisse Pennellam ab Angelo, & Balsamo tanquam eorum administratore, prout probare deberet,
9 quia in dubio diuersitas † non autem identitas rerum præsumitur *Rot. decis. 7. num. 1. par. 4. recent. siuè secunda in recentis.* Quæ præsumptio eo magis in præsenti casu venit admittenda, ex quo Pen-
10 nella docet per apocas emptionum † subscriptione testium munitas, quæ benè probant emptionem salium ad *tex. in §. 1. instit. de empt. & vendit. Gabr. de præsumpt. conclus. 3. num. 1. lib. 1. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 328. num. 1.* se pluries, emisse salia à diuersis Mer-
11 catoribus, ex qua † emptione remanet etiam iustificatus titulus possessionis ipsius.

Nec in proposito aduersus dd. apocas
12 videtur † vrgere *tex. in l. scripturas C. qui pot. in pign. hab.* Quia cum dd. apocæ non solum sint trino teste munitæ, sed etiam roboratæ attestatione Notarij, ac adminiculatæ ex quietantia solutionis facta cum interuentu aliorum trium testium, non potest in eas cadere suspicio
13 Antidatæ, † quæ semper cessat, dum in contrarium concurrunt tot, & tam vrgentes coniecturę, & adminicula, *Seraph. decis. 879. num. 1.*

Minus subsistit, quod dd. apocæ em-
14 ptionum præsumantur simulatæ: Quia † non datur simulatio sine causa *Paul. Castr. in l. iurisgentium §. dolo malo, ff. de pact. Alex. cons. 111. num. 1. vol. 3. Dec. cons. 463. num. 8. Mascard. de probat. conclus. 448. num. 1. Rot. dec. 7. de don. in nou. & dec. 5. num. 4. par. 2. recent.* Quæ quidem causa in præsenti casu non adest, nec aliqua, quæ releuet, allegari potest.

Respectu enim Cacciottoli nulla potest allegari causa, quia nihil habebat agere cum Dauide creditore, nec cum Angelo, & Balsamo debitoribus. Respectu verò Angeli, & Balsami idem di-
15 cendum. Qia de tempore, † quo ipsi vendiderunt salia Pennellæ, adhuc non erant declarati debitores Dauidis, & propterea nõ potest dici quod voluerint vendere salia in præiudicium illius.

Nec releuant coniecturę pro parte Dauidis allegatæ ad probandam simulationem: Quia visæ fuerunt leuissimæ, &
16 parui momenti cum tamen ad † hunc effectum requirantur vrgentes, & efficaces *Rot. decis. 207. num. 1. post secundum vol. cons. Farinac.* Vltra quod etiam si
17 ex eis † posset oriri aliqua suspicio simulationis, ea tamen elideretur ex contraria pręsumptione desumpta ex qualitate personæ Pennellæ, qui cum sit merca-
18 tor diues, † bonæ conditionis, & famæ, non est præsumendum, quod voluerit per huiusmodi actum propriam animam illaqueare, quam coniecturam
19 desumptam ex qualitate † personæ admitti ad excludendam suspicionem simulationis, & fraudis tenent *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. num. 5. Cæpoll. cons. 21. num. 35. in criminal. Farinac. cons. 152. num. 7.*

Et ita, vtraque, &c.

¶ *Infra in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones sub diebus 28. Iunij 1634. & 17. Decemb. eiusdem anni coram eodem R. P. D. meo Dunozetto.*

R.P.D.

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO Patriarcha Constantinopolitano.

Comen. Attentatorum.

Die Lunæ 3. Aprilis 1634.

ARGVMENTVM.

Gesta post interpositam appellationem à sententia, tamquam attentata, veniunt reuocanda. Ordinarius, quando dicatur attentare, deueniendo ad executionem literarum Apostolicarum circa prouisionem beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, quicquid facit, post interpositam appellationem, laborat vitio attentatorum.*

2 *Ordinarius non potest deuenire ad executionem litterarum Apostolicarum, nisi præcedente illarum iustificatione.*

3 *Executor mixtus, debet procedere verificatis verificandis.*

4 *Executor mixtus de facto, & nullo ordine iuris seruato procedendo, attentat.*

5 *Clausula, statum litis &c. apposita in litteris Apostolicis circa prouisionem beneficij, quid operetur.*

6 *Gesta post appellationem, vt dicantur attentata sufficit, quod ius deferat appellationi, licet iudex eam denegauerit.*

7 *Appellatio circa prouisionem Ecclesiæ Parochialis non datur ad effectum deuolutiuum.*

8 *Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de reform. & Bulla Pij V. de conferend. paroch. in quo casu loquantur.*

DECISIO DXXXIV.

Svb die 22. Iunij præteriti, Domini resoluerunt, Excommunicationem, & Cedulones affixos contra nonnullos homines Communitatis Comani, esse attentata, & propterea reuocanda, quia emanarunt post appellationem interpositam, & inbibitionem Rotalem formiter præsentatam, vt ex prædicta decisione.

Hodie verò dubitaui, an constet de alijs attentatis, quę etiam veniant reuocanda, & fuit affirmatiuè resolutum, quia cum Communitas Comani à sententia intra debitum tempus appellasset, nihilominus Ordinarius ad instantiam Mas-
1 salli illam executioni demandauit, † cōfirmando præsentationem ab eo factam, illumque instituendo, & demum possessionem Ecclesiæ, ac Beneficij tradendo, quæ omnia manifestè laborant vitio attentatorum, *Lancell. de attent. c. 12. limit. 40. num. 10. & 18. Garz de benef. par. 9. cap. 4. num. 16. & seqq. Rota decis. 503. num. 2. par. 1. recen.* & fuit dictum in *Calaguritana beneficij 15. Febr. 1606. coram bon. mem. Ortembergo.*

Præterea visum est, quod etiam Ordinarius attentauerit, dum post dictam decisionem Rotalem in hac causa factam, & post aliam nouam appellationem à quatuor hominibus eiusdem Communitatis Comani, sub die 29. Iunij 1633. interpositam, ac die sequenti intimatã, illos tamen denuò excommunicauit, & Cedulones contra ipsos affigi fecit, quę omnia absque dubio veniunt reuocanda per supradicta.

Vlterius cum d. Massallus post appellationem ab ipso interpositam à sententia Domini Nuntij Heluetiorum, & post commissam causam in Rota, & inhibitionem hominibus Comani præsentatam, & obtinuisse prouideri à Santissimo de hac Prochiali, nulla facta mentione sẽtẽtiarũ latarum, & litis pendentiæ in Ro-
2 ta, Ordinarius absque alia † præcedente literarum Apostolicarum iustificatione, ad quam ante omnia tenebatur *c. 2. vt lit. pend. c. fin. vbi Rip. num. 28. de præscript. Mohed. dec. 303. de renunc. Verall. decis. 27. num. 3. par. 1.* & fuit dictum *in Romana superuiuentiæ 29. Nouembris 1633. coram me.* Præsertim cum
3 esset mixtus, non autem † merus executor, stantibus clausulis in litteris appositis, inter quas amoto quolibet illicito detentore, & dummodò non sit alteri ius quæsitum, *Rot. decis. 528. num. 7. par. 1. recent. & decis. 341. num. 3. par. 3. rec. & decis. 670. num. 3. par. 4. rec. Caualer. decis. 211. num. 2.* & fuit dictum in *Spoletana Capellaniæ 17. Maij 1619. coram bon. mem. Buratto.* Nihilominus de
4 facto, † ac nullo iuris ordine seruato ad litterarum executionem attentando processerit *Rota decis. 57. num. 2. & decis. 159. num. 3. par. 2. recent.*

Non obstat, quod in litteris fuisset appo-

5 apposita clausula † *statum litis &c.* quia hæc clausula non operatur, quod potuerit capi possessio absque vitio attentatorum, latè *addentes ad Greg. decis. 2. nu. 16. & 17.*

Neque releuat quod Ordinarius non attentauerit procedendo ad executionẽ sententiæ non obstãte appellatione, cum illi tantum detulerit ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, quia cum à dicta sententia daretur appellatio,
6 sufficit † ad causandum attentata, quod ius deferret appellationi licet iudex eam denegauerit, *Franc. in c. constitutus 45. num. 19. in fin. & in c. vt dilectus num. 55. de appellation. Castren. in l. 3. num. 1. C. eodem, Rolandus cons. 77. num. 3. & seqq. lib. 2. Lancellott. de attent. cap. 12. ampliat. 5. num. 2. in fine, & num. 3. & seqq.*

7 Nec facit quod sumus in Ecclesia † Parochiali, quo casu ex dispositione sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 18. de reform. & ex bulla sanctæ mem. Pij V. de conferendis Parochialibus non datur appellatio nisi ad effectum deuolutiuum.
8 Quia sacrum Concilium † & Bulla loquuntur de parochialibus, quæ prouidentur per concursum, non autem prout in casu nostro, quando vertitur lis inter compatronos, vel presentatos à diuersis personis, vt aliàs distinxit *Rota decis. 656. num. 2. par. 1. recent.* & in *Florentina iurispatronatus de Gianfigliazzis 3. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Vrgellen.*

Et ita decisum vna tantum parte &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.

Romana Census.

Die Veneris 28. Aprilis 1634.

ARGVMENTVM.

Hæres, vt gaudeat beneficio inuentarij debet reddere rationem bonorum, quæ in hæreditate continentur, & quomodo probetur valor bonorum hæreditariorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres de bonis hæreditarijs quando sufficientem rationem reddere dicatur, ità vt possit euitare præsumptionem, quod illa satis essent pro satisfactione creditorum.*

2 *Mobilium vsus licèt permissus sit hæredi in præiudicium substituti, non tamen est permissus in præiudicium creditorum. num. 3.*

4 *Inuentarij beneficium nullam hæredi vtilitatem affert, sed solum illius bona defendit aduersus creditores.*

5 *Hæres tenetur reddere rationem de fructibus hæreditatis, eosque lucrari non potest detectis creditoribus.*

6 *Hæres præsumitur percepisse fructus si bona, quæ ad illius manus peruenerunt, sint frugifera.*

7 *Bona immobilia præsumuntur frugifera.*

8 *Census perpetui æquiparantur bonis stabilibus.*

9 *Bona in inuentario descripta præsumuntur hæreditaria, donec contrarium probetur.*

10 *Aestimatio bonorũ fieri debet ĩspecto valore temporis præsentis.*

11 *Periti in æstimatione bonorum sequi debent pretium commune.*

12 *Inuentarij beneficio non iuuatur hæres, qui bona omnia non descripsit.*

13 *Hæres beneficiatus potest creditoribus hæreditarijs in solutum dare de bonis hæreditarijs: dummodo tamen absit dolus num. 14.*

15 *Inuentario standum est, donec de errore non docetur.*

16 *Clausulæ in inuentarijs poni solitæ, vt non censeantur descripta, quæ describenda non erant, quæ sit virtus.*

17 *Pecuniæ præsumuntur illius, à quo apparent solutæ.*

18 *Supposito non verificato, cessat assertio, sub quo illa emanauit.*

19 *Patri exponenti pecunias per eum solutas esse filij non creditur. Imò præsumptio est, hoc in fraudem legis expressum fuisse ad occultandam donationem inter patrem, & filium.*

20 *Voluntas faciendi fideicommissum in codicillis expressa in testamento dicitur imperfecta, si codicilli non exhibeantur.*

21 *Donatio facta pro hæredibus, & successoribus in perpetuum sortitur naturam bonorum hæreditariorum.*

22 *Donatio facta pro hæredibus, & successoribus in perpetuum comprehendit etiã extraneos.*

23 *Donatio, in qua datur facultas disponendi* de

de bonis donatis pro voluntate, & arbitrio donatarij sortitur naturam bonorum hæreditariorum.

24 *Clausula, disponendi de bonis donatis pro voluntate, & arbitrio donatarij pinguius prouidet, quàm clausula ad habendũ.*

25 *Clausula, ad habendum, in donatione posita solet iudicari apta ad transferendum bona donata ad hæredes extraneos.*

DECISIO DXXXV.

Decisum fuerat in hac causa, vt Frãcisco agenti pro recuperatione census, quem tamquam prouenientem ex bonis maternis dicebat nulliter fuisse restitutum Neapolioni patri, suffragari deberet inuentarium, quod idem confecerat super hæreditate paterna, quominus contra eum deduci posset exceptio confusionis bonorum, quæ illi sine dubio obstaret, quando beneficio eiusdem inuentarij gaudere non posset, & de validitate huius inuentarij actum fuerat in decisione facta corã me *sub die 25. Iunij anni 1629.* Sed quia nõ satis est hæredi exhibere bona, quæ descripsit in inuẽtario, nisi etiam de illis reddat rationem; Dubitaui, An hæc ratio videretur reddita à Francisco. Quo dubio hodie per me proposito, Domini negatiuè responderunt
1 ex duobus præcipuè fundamentis, † quia scilicet plura apparebant notata in eodem inuentario, de quibus ipse Franciscus nullam reddebat rationem, & quia non docebatur de integra æxtimatione bonorum immobilium, quam curauerat fieri à duobus peritis, quos ad hunc effectum obtinuerat deputari à iudice, sine qua æxtimatione non poterat dici probatus verus illorum valor, aut (quod indè sequebatur) quod eadem bona nõ potuissent satis esse pro satisfactione omnium creditorum propter contrariam præsumptionem, quæ videbatur esse ad fauorem eorumdem creditorum, vt hæreditas futura esset soluendo, ac par omnibus oneribus hæreditatis, ex traditis per *Couar. in cap. si hæredes num. 9. de testam. & per Rotam cor. Card. Seraph. dec. 1394. n. 5. & in decis. 696. num. 1. p. 1. recent.*

Et primò visum fuit Franciscum deficere in reddenda ratione bonorum mobilium, quæ notata erant in inuentario, cum de ijs nulla ratio redderetur, licet enim vsus eorumdem mobilium † permis-
2 sus † censeatur hæredi in præiudicium substituti, adeò vt neque ea teneatur compensare cum credito, quod ipse habet occasione suarum detractionum, vel alia aduersus hæreditatem, ad cuius restitutionem grauatus fuit, vt in *l. mulier §. sed etiam, & in l. deducta §. ante diem, ff. ad Senat. cons. Trebell.* tradit *Peregr. de fideicomm. art. 10. num. 39. & cons. 70. num. 21. lib. 1.* & fuit dictum in *Romana Fideicommissi de Cruciarijs 28. Ianuarij 1630. coram R.P.D. meo Decano, in Perusina fideicommissi de Alphanis 5. Septembris 1621. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Nõ tamen hoc idem illi permis-
3 sum † censetur etiam in præiudicium creditorum, cum beneficium inuentarij
4 † non soleat aliquam vtilitatem afferre hæredi, sed solum illius bona defendere aduersus eosdem creditores, vt probat *text. in l. vltim. §. licentiam C. de iur. deliber.* & notant ibi *Doctores & in §. etsi præfatam, & in §. in computatione, vbi Bald. num. 11. Castrens. num. 1. Ias. num. 8. in princip. Bart. in l. cum emptor num. 1. in fin. & ibi Alex. ff. ad l. falcid.* & fuit dictum in *Cesenaten. bonorum 13. Iunij 1608. coram Eminentiss. Card. Pamphilio, & in Romana bonorum 3. Martij 1617. coram bon. mem. Andrea.*

Eamdem obligationem visum fuit habere Franciscum, respectu fructuum hæreditatis, de quibus neque aliqua ratio reddebatur, quia non potuerit suos fa-
5 cere fructus eorumdem bonorum in præiudicium creditorum, & postquam ipsi creditores directi fuerunt, *vt authoritate text. in l. item veniunt §. item non solum ff. de petitione hæred.* probat *Guidop. de inuentar. num. 17. Monticul. eodem tract. cap. 6. num. 10.* & probat *textus in l. vltim. in §. etsi præfatam, & in §. licentia C. de iur. deliber. vbi Bald. num. 1. Bart. num. 4. Surd. decis. 92. num. 5. Peregr. de fideic. art. 49. num. 77.* & fuit latè deductum *in Firmana, seu Maceraten. dotis 18. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Pirouano,* quam sequuta fuit *Rota coram me in Ariminen. census 14. Februarij 1631.* Neque poterat dubitari vtrum ij fructus
6 † peruenissent ad manus Francisci, quia cum non controuerteretur, vel an ipse eadem bona possederit, vel an aliqua eorum essent sui natura frugifera, præsumebatur, quod etiam eosdem fructus percipisset, *argumento text. in l. Titia ff. de solution. & in l. Iulianus §. ex vendito, ff. de*

ff. de action. empt. vbi Castr. num. 5. &
in l. 2. C. de vsur. nu. 1. in fin. Natt. cons.
384. num. 2. Rot. decis. 25. de præbend. in
nou. Qualitas verò eorum bonorum pro-
7 babatur, † quia aliqua eorum consiste-
bant in bonis immobilibus, pro quibus
erat præsumptio *glos. in authent. perpetuo*
C. de sacros. Eccles. Aliqua consistebant
8 in censibus † perpetuis, qui bonis immo-
bilibus æquiparantur, secundum *Bart.*
in l. iubemus num. . . . C. eod. tit. & ibi
etiam Bald. & Castr. num. 2. Tiraq. de re-
tract. legn. §. 1. glos. 6. num. 4. Et licèt
aliqui ex ijs censibus dicerentur dotales
Catharinæ matris Francisci, tamen hoc
numquàm probatum fuit. Vnè standum
9 erat † præsumptioni inuentarij, in quo
illi descripti fuerant tamquàm hæredita-
rij, vt habetur in *l. vltim. §. Sin autem*
C. arbitr. tutel. vt in l. scimus §. licentia
C. de iur. liber. cum notatis per glos. &
Doctor. ibi & in l. Tutori ff. de administr.
tutor.

Ex altero etiam capite visum fuit Do-
minis quod ratio reddita per Franciscum
non poterat dici sufficiens, nimirum res-
pectu bonorum immobilium, in quorum
æstimatione plura apparebant fuisse om-
missa à peritis, qui ad hunc effectum ele-
cti fuerunt; Et primò visa fuit eadem
æstimatio minus apta respectu domus,
quæ in inuentario dicebatur empta fuisse
à testatore, atque etiam minus æqua res-
pectu vnius prædij, quod in eodem in-
uentario appellabatur *il piano della bot-*
te, quia apparebat, quod periti in esti-
mando valore eius domus habuerunt ra-
tionem solius pretij, quo illa empta fue-
rat, qui poterat esse diuersus à pretio,
10 quo, in specto tempore præsenti, † illa
11 valere posset, & quod ijdem † periti
omninò sequi tenebantur, *vt in l. 3. §.*
Diui ff. de iur. fisc. & notant ibi Doctores,
& in l. pretia rerum ff. ad l. falcid. vbi
Bart. in §. nonnullam num. 2. Castr. in l.
lege falcid. 62. §. corpora num. 5. ff. eod.
tit. Surd. cons. 151. num. 71. Boer. decis.
68. num. 6. Dum verò valorem prædij
estimarunt ad solam rationem scutorum
viginti pro quolibet rubro apparebat,
quod ipsi non habuerunt rationem com-
munis estimationis, secundum quam
casalia intrà districtum vrbis non solent
estimari minori pretio scutorum centũ
quinquaginta pro quolibet rubro, quæ
communis estimatio etiam retinenda
erat ab eisdem peritis, vt notatur *in l.*
pretia rerum, & post glos. ibi in verbo
funguntur, Bart. & Imol. nu. 1. Castrens.
in d. lege falcidia §. corpora, num. 1. ff. ad
l. falcid. Surd. cons. 156. num. 4. Rot. decis.
170. num. 2. par. 1. recent.

Secundò visum fuit plura in eadem
estimatione deficere, quia in inuentario,
quod ipsemet Franciscus confecerat, pa-
ternæ hæreditatis reperiebantur descri-
ptæ tres domus in Ciuitate Barcenni ad
lacum Sabathinum simul cum horreo, &
fœnili, ac stabulo, & totidem vineæ,
ex quibus apparebat ommissam fuisse
estimationem vnius domus, & duarum
vinearum, quarum non constat, quod
ijdem periti rationem habuerint in sua
relatione, cum tamen teneretur Francis-
12 cus omnium reddere † rationem, vt pos-
set iuuari eiusdem inuentarij beneficio,
& quamuis domus, quæ fuit in dicta re-
latione prætermissa, diceretur data fra-
tribus S. Mariæ in solutionem crediti,
13 quod ipsi habebant contrà † hæredita-
tem Neapolionis, quod non prohibetur
facere hæres beneficiatus, vt statuitur in
l. vlt. §. etsi præfatam C. de iur. deliber.
& notat ibi glos. in verbo repellantur,
Castr. num. 4. Alex. num. 7. Fanucc. de
inuentar. par. 5. num. 135. & 136. Ta-
14 men non semper vera est ea † conclusio,
sed solùm in casu, in quo non possit in
hærede considerari dolus, prout illam li-
mitat *Bart. in d. §. etsi præfatam num.*
1. post glos. ibi in verbo satisfaciet. Roland.
de inuentar. par. 4. in 8. vtilit. Et non tol-
lebatur defectus eius relationis respectu
vnius vineæ, atque etiam respectu hor-
rei, fænilis, & stabuli, quæ descripta fue-
rant in dicto inuentario, & ità cum sibi
præiudicauerit Franciscus in descriptio-
ne, quam fecit ad bonorum, standum
15 erat inuentario, † donec de illius errore
doceretur, vt declarat *Bald.* inter alios
super *l. vlt. in §. licentia C. de iur. deli-*
ber. num. 1. & in l. 1. item solent in prima
lectura num. 3. in fin. ff. de off. præfect.
Vrb. Speculat. in tit. de instrum. edition.
§. docto, de impugnatione num. 2. Neque
ad hunc effectum sufficere poterat clau-
16 sula, † quæ solet poni in inuentarijs,
vt non censeantur notata, si quæ fuissent
descripta quæ non essent describenda &c.
cum illa solùm prodesse possit, postquam
doctum fuerit, quod non debuerunt de-
scribi, quæ in vim illius clausulæ dice-
bantur delenda ex eodem inuentario,
vt per eumdem *Bald. in d. l. 1. §. item*
solent

solent ff. de off. Præfect. Vrb. Bartol. ibid. num. 4.

Et licèt plura adducerentur pro parte Francisci ad probandum hunc errorem, tamen non visa fuerunt illa obstare, Et primo nõ visũ fuit obstare id, quod dicebatur, vt hæc bona licèt empta per Neapolionem, tamen fuissent acquisita Francisco propter declarationẽ, quã ipse Neapolio fecerat in emptionem eorundẽ bonorum, quod scilicet illa emebat nomine sui filij, & ex eiusdem pecunijs. Nam hoc vltimum suppositum numquam probatum fuit, cum ostensum non fuerit, quod ille exegisset eas pecunias quas tanquàm spectantes ad Franciscum filiũ ratione dotis maternæ dixerat se velle conuertere in emptionem dd. bonorum, & ità non solum eæ pecuniæ præsumi de-
16 bebant † propriæ Neapolionis, à quo apparebant solutos *arg. text. in l. cum proponas C. pro socio, & notat ibi Bart. num. 2. & in l. si Patruus num. 4. C. communia vtriusque iudicij, Bald. in l. vltim. C. si quis alter. vel sibi*. Sed non poterat Franciscus se fundare in ea assertione, dum deficiebat in verificatione eius
18 suppositi, † sub quo eadem assertio emanauit; Imò non probata hac qualitate, quod dictæ pecuniæ fuissent propriẹ Frãcisci, præsumi debebat illius nomen fuisse simulate appositum, & in fraudem le-
19 gis ad occultandam donationem † inter patrem, & filium, vt tenuit *Angel. in cons. 341. num. 1. Alex. cons. 18. num. 4. lib. 3. Bald. in l. iubemus. §. 1. num. 4. C. ad Sen. cons. Trebell. per text. in l. qui testamentum ff. de probat.* Secundò non visa fuerunt obstare ea quæ dicebantur in specie respectu vnius vineæ ad effectum, vt illa non possit dici comprehensa in hæreditate Neapolionis, dicebat enim Franciscus illam ad se spectare ex duplici capite, eo quia contineretur vel sub donatione, quam Paulus Iordanus senior Vrsinus fecerat ad fauorem Fabij Vrsini, & eiusdem Fabij hæredum, & successorum, vel saltem sub fideicommisso, quod dicebatur fecisse idem Fabius ad fauorem filiorum Neapolionis, sed visum non fuit agi posse de fideicommisso, dum non exhibebantur codicilli, in quibus Fabius dixerat in suo testamento se velle id fideicommissum facere, quia dum idem testamentum se ad codicillos referebat,
20 † non poterat ex eo dici probata certa, ac determinata voluntas, sed solum imperfecta, & quasi quædam præparatio voluntatis, vt dicit *Bald. in l. quidam cum filium ff. de hæred. instit. in 3. not. Imol. num. 3. & voluit Oltrad. in cons. 119. num. 1. Ias. cons. 55. num. 6. vol. 4. Card. Seraph. decis. 623. nu. 3. & decis. 1357. num. 11.* Quod verò attinet ad donationem factam Fabio, aderant in ea plures clausulæ, ex quibus bona donata sortita fuerunt in omnibus naturam bonorum hæreditariorum, itauit Nea-
21 polio filius † eiusdem Fabij, & pater Francisci potuerit de bonis donatis disponere etiam in præiudicium successorum, & primò hoc suadebatur ex eo, dum donatio legebatur facta pro hæredibus, & successoribus cum clausula *in perpetuum*, ex qua nomen hæredis intel-
22 ligi debebat etiam de hæredibus † extraneis, vt notatur *in c. in præsentia, de probat. vbi Felin. num 26. Aretin. num. 62. Ias. qui de communi attestatur in l. Gallus. §. etiam si parente. num. 15. ff. de liber. et posth. & alij relati per Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 17. in 4. conclus. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuention. lib. 22. tit. 19. num. 22.* Secundò idem probare poterat facultas concessa in eadem
23 † donatione *disponendi de bonis donatis pro arbitrio ac voluntate ipsius Fabij siue illius hæredum*, quæ clausula visa fuit remouere posse omnem dubitationem, cum
24 illa longè vberiùs prouideat eisdem † hæredibus, quam clausula *ad habendum*, ex qua etiam solet iudicari concessio
25 transitoria † ad hæredes extraneos, vt notat post alios *Alberic. in l. vltim. nu. 8. C. de iure emphyt. Corbul. de iure emphyt. in tit. de caus. priuat. ob alienation. factam irrequisit. domino. Soccin. cons. 266. num. 8. Ruin.* qui in specie ponderauit hanc clausulam *in cons. 18. num. 19. lib. 1.* Et ita &c.

DECISIO DXXXVI.

Gerunden. Beneficij.

Die Veneris 28. Aprilis 1634.

Impressa Apud Merlinum Decis. 629.

☞ * *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 19. Iunij 1634. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano.*

RE-

REVERENDISS. COCCINO.

Barchinoneñ Alimentorum.

Die Mercurij 10. *Maii* 1634.

ARGVMENTVM.

Declaratur, an Præpositi Ecclesiæ Barchinoneñ teneantur præstare Canonicis portiones canonicales in certa specie iuxta instituta antiqua, & statuta hoc disponentia. Tractatur qualiter probetur dominium, & maximè si simus in antiquissimis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum concessionis concurrentibus adminiculis probat dominium.*
2 *Dominium ex quibus actibus arguatur, & n. 7.*
3 *Confessio quamuis erronea præbet magnũ adminiculum.*
4 *Confessiones antecessorum præbent magnũ adminiculum contra successores.*
5 *Præstatio consensus in alienatione alicuius rei arguit dominium dictæ rei, esse penes consentientem.*
6 *Enunciatiuæ antiquissimæ habent vim famæ.*
8 *Dominium antiquissimum, quando est probandum, sufficit, vt de eo doceatur per leuiores probationes, indicia, & coniecturas.*
9 *Dominum probatur leuioribus probationibus, quando de eo agitur incidenter.*
10 *Collationes præsumuntur factæ cum suis honoribus, & oneribus.*
11 *Statuere, quis potest super ea re, de eius dominio in dicta re constet.*

DECISIO DXXXVII.

DVBITAVI an Præpositi teneantur præstare Canonicis portiones in certa specie iuxta institutum antiquum, & statutum Episcopi, & Capituli editum de 1582. in quo quidem statuto continetur, quod Prępositi teneantur dare portiones canonicales in specie, prout antiquitus consueuerunt, vel in denarijs, qui sufficiant ad comparandum res in specie puta vinum, carnem, & alia; antiquitus enim fiebat distributio in specie panis, & vini, aliarumq. rerum ad victum humanum necessariarum, vt constat ex antiquissimo libro conuentuali nuncupato Capibreuio, & ex ordine Cardinalis Episcopi Sabineñ Legati de Latere, per quem ordinem Canonici, non interessentes diuinis priuantur pane, & vino, & pro resolutione huius dubij Domini firmarunt primo, quod constet de dominio Capituli ex multis simul † iunctis,
1 concurrit enim primo instrumentum successionis, administrationis Præpositis factæ de anno 1157. quod concurrentibus adminiculis probat dominium, *Bart. in l. ad probationem, ibi, sed cum alijs sic. C. locati. Socin. cons.* 89. *num.* 11. *vers. tamen quando concurrunt lib.* 1. *& cons.* 187. *nu.* 2. *lib.* 2. *Dec. cons.* 146. *num.* 14. *vers. & licet per instrumentum, Ripa in l. si aliquam rem. nu.* 39. *ff. de acquir. possess. & fuit resolutum in causa Ciuitatis Castelli bonorum* 12. *Febr.* 1590. *coram recol. me. Hieronymo Card. Pamphilio, & in Placentina deuolutionis* 21. *Apilis* 1600. *coram bo. mem. Pacen. & in Sublacen. bonorum* 21. *Maij* 1604. *coram Litta, & coram me in Ferrarien. prædij* 3. *Decemb.* 1618. *& in alia Ferrarien. seu Comaclen. bonorum de Nasellis* 17. *Iunij* 1627. *& in causa Nouarien. bonor.* 15. *Decembris* 1632.

Adminicula autem sunt plura, & primò quia Capitulum aliquando dismembrauit redditus ab vna Præpositura, & applicauit alteri augendo, minuendo, & mutando arbitrio suo, prout varietas temporum, & necessitas Canonicorum postulauit, & aliqua ex dictis instrumentis continent enunciatiuas, quod prouentus Præpositurarum pertinent ad mensam Capituli, prout sunt instrumenta anni 1378. qui omnes actus, † negari 2
non potest, quin arguant dominium, *gloss. in l. quidam in suo versic. amoueri ff. de condit. instit. Bald. cons.* 486. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *Aretin. cons.* 15. *num.* 3. *Aym. cons.* 293. & in istis terminis dixit Rota *in causa Gerunden. vini* 5. *Maij* 1599. *coram bo. mem. Francisco Pænia, quæ est decis.* 12. *sub. n.* 4. *par.* 2. *recent.*

Nec sunt omittendæ illæ enunciatiuę, quod prouentus Præpositurarum pertinent ad mensam Capituli, quia præbent magnum adminiculum dicto instrumen-
3 to concessionis, vt de † confessione quãuis erronea dicit *Bart. in l. cum falsa nu.* 5. *&* 8. *C. de iur. & fact. ignor.* vbi etiam *Bald. n.* 7. *idem Bald. & Imol. in l. cum* tale

tale §. falsam il 2. C. de cond. & demonst. Ruin. cons. 161. in princ. lib. 1. & cons. 128. num. 5. & 18. lib. 2. Aym. cons. 757. num. 2. Guidop. decis. 272. num. 3. in fin. Rot. decis. 797. num. 8. par. 1. diuers. & fuit
4 dictum in præcitatis decisionibus † quæ quidem confessiones antecessorum præbent adminiculum contra successores, *Rota d. decis. 249. num. 2. par. 1. recent. & fuit dictum in præcitata causa Ciuitat. Castelli honor. & in d. Nouarien.*

Concurrit vlterius, quod Capitulum plura ex dictis bonis in emphyteusim cõcessit cũ explicita narratiua sui dominij, & propterea cum ista sint plura instrumenta maximum adferunt adminiculum instrumento concessionis, vt dictum est, & ipsum Capitulum tanquam Dominus directus præstitit consensum alienationibus factis per emphyteutas de bonis Pręposituraruma, vti spectantibus ad mensam Capitularem, quæ præstatio consensus
5 arguit † dominium directum remanere penes Capitulum, *l. fin. & ibi gloss. in verbo alijs vendere, & ibi DD. ff. de iur. emphit.*

Accedant prædictis enunciatiuæ antiquissimæ ex pluribus instrumentis diuer-
6 sorum † Notariorum, quæ habent vim famæ, *Ias. in l. cum aliquibus num. 4. C. de iur. deliberan. Aretin. cons. 42. in princ. Put. decis. 209. lib. 2.* Neque est omittenda constitutio Ecclesiæ, quod Præpositi teneãtur assecurare Capitulum per fideiussores idoneos, aliàs per subtractionem fructuum, vt benè ad propositum *Seraph. decis. 196.* Prout nec etiam est præmittendum, quod multoties Præpositi propter tenuitatem præpositurarum eas dimiserunt in manibus Capituli, & quod aliquando Capitulum vacantibus aliquibus Præposituris deputauerit administra-
7 tores † cum obligatione de reddendo rationem iuxta notata per *Paris. in cons. 9 num. 1. & 2. lib. 4.*

Et prædicta eo magis procedere debẽt tum quia agitur de probando dominio
8 antiquissimo, † quo casu etiam sufficiunt leuiores probationes, per indicia, & coniecturas *Bald. in l. inditia, num. 50. C. de rei vendic. Soccin. cons. 205. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 146. num. 12. Paris. consil. 104. num. 102. lib. 1. Riminald. iun. cons. 23. numer. 279. & seq. lib. 1. Cassad. decis. 2. n. 2. & 3. de probat. Verall. decis. 238. & decis. 275. lib. 2. in manuscrip.* & allegando prędictos DD. in puncto dixit *Rota in d. dec. 12. num. 2.* Tum etiam quia in hac facti specie non agitur de probando dominio ad effectum rei vendicationis, sed ad a-
9 lium effectum, † & ideò sufficiunt leuiores probationes, ex coniecturis, & præsumptionibus, *Castr. cons. 4. nu. 1. vers. tamen quia dominium, lib. 2. Boer. decis. 42. num. 8. Soccin. cons. 112. num. 23. lib. 4. Verall. decis. 280. nu. 4. par. 1.* & fuit dictum *in dicta decis. 12. num. 6. vers. & præsertim in hac facti specie.*

Neque predicto dominio obstat, quod dictæ Præposituræ fuerint effectæ collatiuæ, quia non præsumitur Summũ Pontificem per collationes voluisse præiudi-
10 care dominio Capituli, † sed collationes fuisse factas cum suis honoribus, & oneribus, vt dixit Rota in istis terminis in causa *Vicen. augmenti 14. Decemb. 1577. coram bon. mem. Card. Blanchetto, Rota d. decis. Gerunden. vini, quæ est decis. 12.* vt supra dixi *in 2. par. recent. & in eadem 3. Maij 1600. coram eodem bon. mem. Francisco Penia*, in qua dicitur, quod licet tituli Præpositurarum vacauerint, & fuerint, translatę de vno in alium, dominium tamen bonorum, quod nunquã vacauit, non fuit cum titulis in Præpositos translatum.

Firmato igitur dominio Capituli, constat de validitate dicti statuti, vt in alijs causis Rota resoluit, cum enim tempore antiquissimo Ecclesiæ Cathedrales Regni Aragoniæ, & præcipuè in Cathalonia in sua fundatione essent Regulares Ordinis S. Augustini, vt possent Canonici dd. Ecclesiarum quietè Deo seruire, deputarunt duodecim Præpositos in Administratores mensæ Capituli, vnum videlicet Præpositum pro quolibet mense, quorũ quilibet in suo mense præstabat obsoniũ Canonicis, itaut isti Præpositi non essent nisi nudi administratores, & dominium bonorum mensæ semper remansit ipsorum Capitulorum, & propterea, sicuti in
11 alijs Ecclesijs † Capitulum ratione dominij potuerit constituere, ita & licuit huic Capitulo Barchinoñ, cum de eius dominio constet, ita enim fuit resolutum in causa *Cæsaraugustana alimẽtorum 12. Decembris 1572. coram Seraphin. quæ est decis. 179. in impressis*, in qua præsupposito dominio penes Capitulum fuit resolutum, illud posse petere alimenta in specie, vel in pecunia, & è conuerso, etiam aucto rerum pretio, *& 20. Februarij 1637. vt in decis. 196. coram eodem*

Sera-

Seraphino, *& habetur par.* 1. *diuersor.sub num.* 146. fuit resolutum non fuisse translatum dominium in Præpositos, & in eadem 23. *Ianuarij* 1574. *quæ est decis. Seraph.* 211. fuit resolutum rebus in eodẽ statu non permanentibus posse Capitulum alterare, mutare, & crescere, & in eadem *Illerden. augmenti coram eodem Card. Seraph.* 30. *Octob.* 1585. *quæ est decis.* 707. fuit resolutum Capitulum potuisse statuere super mutatione de specie ad pecuniam, & è contra ratione dominij, *&* 6. *Iunij* 1586. *quæ est decis.* 745. fuit dictum statutum esse iustum.

Et *coram bon. mem. Penia in causa Gerunden. vini* 5. *Maij* 1599. *quæ est decis.* 12. *par.* 2. *recent.* fuit resolutum constare de dominio Canonicorum, & propterea valere statutum, *&* 3. *Maij* 1600. *vt in copia, quæ data fuit*, Rota stetit in decisis, *&* 24. *Nouembris* 1600. *quæ est decis.* 34. *par.* 2. *recent.* idem dixit.

Et *coram san. mem. Greg. XV. in eadem Gerunden. vini* 1601. *quæ est decis. impressa* 29. resolutum fuit posse Capitulum omnia supradicta facere plenis, & vacantibus Præposituris.

Et *in eadem causa Gerunden.* idem sensit Rota 18. *Iunij* 1601. *coram bon. mem. Card. Sacrato, & coram Eminentiss. D. meo Card. Pamphilio* 4. *Maij* 1616.

Et ita conclusum solo Capitulo informante, cum Præpositi expectati per plures menses non curauerint informare.

R. P. D. BVCCABELLA.

Tropieñ Canonicatus.

Die Mercurij 10. *Maij* 1634.

ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis, quando sit manutenibilis. Iudex nulliter procedens immittendo aliquem in possessione, illum non facit verum possessorem, nec priuat possessorem sua anteriori possessione. Processus per contradictas quando non substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis, alio non existente in possessione, est manutenibilis, & num.* 2.

3 *Iustè possidet, qui auctore Prætore possidet.*

4 *Iudex non ritè, & rectè, sed nulliter procedens immittendo aliquem in possessione, illum non facit iustum, ac legitimum possessorem.*

Nec priuat possessorem sua anteriori possessione. num. 4.

5 *Possessor, qui non habuit se pro spoliato, dum Iudex alium nulliter in possessionem misit, est manutenendus.*

6 *Executor, stante clausula, vocatis vocandis, est mixtus, & ideò non potest procedere absque legitima citatione.*

7 *Processus per contradictas non substinetur, si non præcesserit citatio personalis.*

8 *Et hoc amplia, si præsertim non constet de absentia eius, qui citandus erat.*

9 *Possessio capta pendente termino ad appellandum, omninò nulla, & attentata est.*

10 *A sententia Iudicis mixti datur appellatio.*

11 *Signatura sentit sententiam esse appellabilem, dum causam appellationis simpliciter committit.*

12 *Beneficium resignans in manibus Papæ, à resignante omne ius abdicitur, limita num.* 13.

14 *Resignans in fauorem tertij, ius remanet in pendenti penes resignantem, donec illud resignatario acquiratur.*

DECISIO DXXXVIII.

Censuerunt Domini Horatio esse dandum mandatum de manutenendo; de
1 anteriori enim ipsius possessione † constat ex instrumento adeptionis illius dato in Summ. num. 5. *l. prædia vbi Bart. num.* 1. *ff. de acqu. poss. Abb. in cap. cum nobis de præscript. Oldr. cons.* 199. *num.* 6. *Aym. cons.* 54. *num.* 11. *Put. decis.* 350. *n.* 4. *lib.* 1. *in correct.* illaque licet instrumen-
2 talis † alio tamen minimè possidente est manutenibilis, *Caputaq. decis.* 334. *num.* 5. *par.* 2. *Rota par.* 2. *diuers. decis.* 19. *num.* 1. *& par.* 1. *rec. dec.* 92. *&* 661. *num.* 1.

Neque obstat, quod Leonardus fuerit postea immissus Iudicis auctoritate,
3 & † consequenter iustè possidere, & in tali possessione licet posteriori manutenendus videatur, *l. iustè possidet, ff. de acq. poss. gloss. in fin. in cap. præsentium* 7. *q.* 1. *Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis.* 582. *num.* 2.

4 Quia cum Iudex non ritè, † & rectè, sed nulliter processerit Leonardum ipsũ iustum, ac legitimum possessorem non fecit,

cit, nec dictum Horatium sua anteriori possessione priuauit, *Angel. & Doct. in l. qui vniuersas, §. item cum Prætor in fin. & in l. clam possidere §. qui ad nundinas, ff. de acqu. poss. Abb. in cap. conquærente, n. 8 de restit. spol. Rota decis. 555. num. 2. par. 1. recent. & decis. 48. num. 3. coram Cardin. Caualer.* in qua ille propterea tali im-
5 missione † non obstante adhuc manutenendus venit, cum se non habuerit pro spoliato, *cap. licet causam de prob. Bart. in l. si duo, num. 4. ff. vti possid. Rota coram Card. Seraph. decis. 1471. num. 6.*

Nullitas autem in casu proprio est euidens, quia Horatius non fuit legitimè citatus prout tãquam possessor citari debebat, ex quo Iudex stante clausula vo-
6 catis, † erat mixtus, & sic absque legitima citatione procedere non poterat, *Felin. in cap. final. num. 23. de præsumpt. Rot. decis. 30. de rescript. in nou. & decis. 2. num. 2. coram Card. Caualerio, & decis. 113. num. 5. & decis. 251. num. 1. & & decis. 366. num. 1. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Neque obstat, quod ipse fuerit cita-
7 tus per affixionẽ, siue contradictas, † quia cum non præcesserit citatio personalis, processus non substinetur, *Caputaq. dec. 107. num. 4. par. 1. Seraph. decis. 1276. n. 4 & san. mem. Greg. XV. decis. 430. num. 1.*
8 *& ibi addent.* præsertim cum † non constiterit de ipsius absentia.

Præterea fuit ad sententiæ siuè mandati exequutionem deuentum infra decem dies datos ad appellandum, & conse-
9 quenter exequutio ipsa, & † possessio per dictum Leonardum capta fuit omninò nulla, & attentata, *cap. non solum de appell. in 6. Clement. 2. vt lit. pend. glos. in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. Cæs. de Grass. dec. 2. num. 4. & 5. de appell. Put. decis. 27. lib. 1. in correct. Rota d. cis. 406. numer. 3. par. 1. diuersor. & decis. 618. num. 2. p. 1. recent.*

10 Nec enim potest dubitari, quin † à sententia prædicta daretur appellatio cũ Iudex, vt dixi esset mixtus, *cap. exhibita, vbi Abb. in 3. notab. de iudic. Felin. in cap. de cætero num. 10. de rescript. Oldrad. consil. 227. num. 2. & seqq. Dec. cons. 173. n. 2. & cons. 223. num. 1. Mantic. dec. 324. n. 3. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 196. & 225. num. 2. & 6.* prout clarè e-
11 tiam sensit Signatura † dum causam appellationis simpliciter commisit, vt fuit dictum *in Vrbeuetana bonorum 26. Ianuarij, & 27. Martij 1624. coram bon. mem. Vbaldo, & in Bononien. Census 15. Decembris 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Neque obstat, quod Horatius post a-
12 deptam possessionem per Leonardũ † resignauerit beneficium in manibus Papæ, ideoque fuerit ab ipso omne ius abdicatum, quia cum resignatio fuerit ad fauorem certæ personæ, vt deprehenditur ex eo, quod in eadem supplicatione Hora-
13 tius resignauit, † & alter supplicauit, & sic omnia videntur correspectiuè facta *ad notat. per Felin. in cap. pastoralis de rescrip. Put. in punct. dec. 511. lib. 2. in correct.* & consequenter penes ipsum conditionalis possessio, & ius remansit in pendenti penes ipsum Horatium resignantem, donec
14 illud † resignatario acquireretur, & sic conditio ipsa esset purificata, *Rot. dec. 4. num. 5. de rer. permut. in antiq. Cassad. decis. 5. de restit. spol. Achill. decis. 10. num. 1. & 4. eod. tit. Mohed. decis. 326. & 341. Verall. decis. 9. num. 1. par. 3. Put. dec. 158 num. 3. lib. 3. in correct. & fuit resolutum in causa Abulen. & Zamoren. beneficij 17. Iunij 1594. coram bon. mem. Penia, & in alia Hispalen. Cordub. præstimoniorum 14. Iunij 1600. coram bon. memor. Lancellotto.*

Et ita vtraque parte informante conclusum, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Albaracineñ Pensionis.

Die Lunæ 15. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Papa, si reseruauit pensionem alicui, cum hoc vt antequam d. pensionis aliquos terminos percipiat, officium Militis Lauretani sibi concedi obtineat, dubitatur modo, an pensio debeatur de tempore reseruationis, vel de tempore, quo fuit acquisita Militia Lauretana.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, volumus, facit conditionem.*
2 *Dispositio conditionalis, quousque conditio non purificetur, non intrat.*
3 *Pensio reseruatæ sub conditione assumendi Clericatum, interim dum non assumitur, pensio non debetur.*

4 Lai-

4 *Laicus, & vxoratus est incapax pensionum Ecclesiasticarum.*

5 *Stylus Curiæ facit ius, & pro lege seruatur.*

6 *Pensiones non reseruantur nisi Clericis.*

7 *Pensio reseruata motu proprio alicui tanquam Clerico, qui Clericus non est, non tenet ex defectu intentionis.*

8 *Papa non præsumitur reseruare alicui pensionem, nisi in quantum est capax.*

9 *Contractus initus sub modo, statim parit actionem, licet illius exercitium impediatur.*

10 *Verba, alioquin, &c. important conditionem in præcedenti dispositione.*

11 *Concessio facta sub conditione, vel modo, vt habeat locum, requiritur illius adimplementum.*

12 *Clericis, aut personis aliàs habilibus solent pensiones reseruari, & num.* 18.

13 *Laicus efficitur capax pensionum, si assumat officium Militiæ Lauretanæ.*

14 *Dictionis, autem, natura est stare aduersatiuè.*

15 *Dispositio non valet, nisi ex nunc, quando non potuit actus geri retro.*

16 *Res non est reducenda ad terminos, à quibus incipere non potest.*

17 *Laici sunt capaces pensionum fructuum merorum temporalium.*

19 *Pensio consistit in sola commoditate.*

DECISIO DXXXIX.

CVm reseruata annua pensione regalium trium millium super fructibus Mensæ Episcopalis Albariceñ de anno 1625. pro personis Regi Catholico gratis, idem Rex Catholicus nominauerit Comitem de Guimaran, & Sanctissimus Dominus noster admiserit nominationem, & expeditionem literarum Apostolicarum cum clausula, *Volumus autem vt antequam dictæ pensionis per præsentes reseruatæ, aliquos terminos percipere incipias, officium Militis Lauretaui tibi concedi obtineas, alioquin pensio per præsentes reseruata cesset eo ipsô*. Dubitatur, An pẽsio debeatur à dicto anno 1625 reseruationis, vel ab anno 1631. quo per dictum Comitem fuit acquisita Militia Lauretana, & ad eam fuit admissus iuxta conditionem supra relatam, super quo proposito dubio, Domini resolucrunt, pensionem deberi à tempore, quo fuit acquisita Militia Lauretana.

Quia licet litteræ reseruationis pensionis legantur expeditæ de anno 1625. tamen cum in eisdem literis fuerit additũ, vt antequam Comes aliquos terminos pensionis percipere inciperet, obtineret Officium Militis Lauretani, ideo pensio non debetur à die reseruationis, sed à die capacitatis Comitis, qua obtinuit Officium Militis Lauretani, clausula e-
1 nim, † volumus, facit conditionem, &
propterea pensio non dicebatur reserua-
tà quousque dicta conditio esset imple-
2 ta † per assecutionem dicti Officij, *cap. si*
pro se de rescript. in 6. Gemin. consil. 107. *in*
fin. Cassad. dec. 3. de præben. num. 6. & 14.
3 & in terminis de pensione reseruata † sub
conditione assumendi clericatum consu-
luit *Gabr. consil.* 189. *num.* 7. *lib.* 2. & in
casu præsenti pensio est reseruata adiecta
conditione obtinendi Officij Lauretani,
ex quo resultaret in eo capacitas retinẽ-
4 di pensionem, cum alioquin, † tanquam
laicus, & vxoratus, esset incapax, quia de
5 stylo Curiæ, qui † facit ius, & pro lege
seruatur, *Specul. in tit. de testib. §. Publica-*
tis, vers. deinde, in §. Ratione formæ de re-
6 *script. præsent.* pensiones non † reseruan-
tur nisi Clericis, *Gig. de pension. q.* 22. *nu-*
mer. 14. *vbi num.* 15. ampliat procedere
etiam in pẽsione reseruata motu proprio
7 alicui † tanquam Clerico, qui Clericus
non erat ex defectu intentionis; vnde an-
tea Comes nihil consequi poterat. Pa-
8 pa † enim non intellexit reseruare pen-
sionem Comiti, nisi in quantum esset ca-
pax, & ita fuit resolutum *in Abulen. pen-*
sionis 1. *Februarij* 1610. *coram bon. mem.*
Card. Lancellotto.

Non obstat, quod verba decreti de
non exigendo ante obtentam militiam,
non importent aliquam conditionem,
9 sed modum, † qui modus statim parit a-
ctionem, licet illius exercitium impediat,
l. eas causas, vbi glos. in verb. moram ff.
de condit. & demonstr. Felin. in cap. cum Io-
annes, nu. 2. *de fid. instrum.* Quia sequen-
tia verba *alioquin pensio per præsentes re-*
seruata cesset eo ipso, &c. important con-
10 ditionem † in præcedenti dispositione,
ex traditis per *Cened. sig.* 3. *num.* 1. *Barbo-*
sa in dictione alias num. 2. *& in dictione*
alioquin nu. 2. perinde ac si dictum fuis-
set eatenus pensio debeatur, quatenus
Comes effectus fuerit capax mediante
acquisitione Officij Lauretani, & non de-
beatur, si dictum officium non acquisie-
rit. Et quia ante implementum condi-
11 tionis Comes non † erat capax pensio-

nis, siue verba decreti importent conditionem, siue modum, requirebatur illius adimplementum, *l. vniuersa, C. de precib. Imper. offer. Anchar. consf. 169. nu. 2. vers. siue enim, quem sequitur Dec. consil. 661. num. 12. vers. nam illa verba.*

Pariter non subsistit, reseruationem pensionis esse puram, & decretum, siue conditionem illam non respicere, sed ipsam executionem, quia cum, vt fuit dictum supra, nonnisi Clericis, aut personis
12 aliàs † habilibus soleant pensiones reseruari, pensio ad fauorem laici coniugati sine Officio Lauretano erat nulla, nec ab eo poterat retineri, ideo dum Papa sciendo, Comitem esse laicũ, & vxoratum, voluit, & mandauit, quod assu-
13 meret Officium † Militiæ Lauretanæ, ad hoc vt efficeretur capax pensionis, concludendum est, decretum, siue conditionem fuisse appositam ad qualificandam, & substantiandam reseruationem pensionis antea nullæ, & illa verba, *Volumus*
14 *autem, &c.* † ob aduersatiuam (autem) important repetitionem ipsius reseruationis pensionis. Ita docuit *Bald. in l. omnes populi num. 12. vers. item vnum caput. de iust. & iur. Soccin. iun. consf. 83. n. 9. lib. 1. Menoch. consf. 76. num. 6. Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 91.* Quare clarè patet concernere substantiam gratiæ maximè, quia Papa per verba illa, *Antequam aliquos terminos percipere incipias, &c.* considerauit initium exactionis à die Militiæ, non autem simplicem exactionem, quia nõ dixit, antequam pensionem exigas, sed antequam percipere incipias terminos, & sic considerauit principium, quo debetur pensio, scilicet habilitatis personæ, hoc est quando incipit esse capax, non autem executionem gratiæ circa exactionem.

Nec potest considerari, quod pensio reseruata pro persona nominanda facta nominatione retrotrahatur vsque ab initio reseruationis, quia cum pensionarius
15 sine † officio Militiæ Lauretanæ non esset capax pensionis, nec in eo posset incipere pensio, cessat retrotractio, *Alex. consf. 232. num. 6. lib. 6.* & ita fuit resolutum *in allegata Abulen. pensionis coram Lancellotto*, cum deficiat habilitas ter-
16 minorum, aliàs esset † reducere rem ad terminos, à quibus incipere non potest, vt firmat *Gabr. vbi sup. d. consf. 189.*

Non obstat, quod pẽsio post expeditas litteras debeatur à die reseruationis, non autẽ litterarũ expeditionis, quamuis expeditio sit in conditione posita, quia procedit stante capacitate, seu habilitate pẽsionarij, & sic concurrunt termini habiles pro retrotractione, & propterea non applicatur huic casui, stante incapacitate resistente acquisitioni pensionis.

Non obstat, quod pensiones decursę,
17 seu termini pensionis decursi sint † fructus meri temporales, de quibus laicus est capax de iure, cum tantum resistat stylus, quia cum Papa non reseruauerit commoditatem, sed pensionem, quæ de
18 stylo non reseruatur, † nisi Clericis, pensiones decursæ, etiamsi sint fructus meri temporales, adhuc non debentur pensionarijs, nisi quatenus sint Clerici, & cum
19 pensio † consistat in sola commoditate, in pensione non intrat distinctio commoditatis, & pensionis.

Et ita vtraque parte, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Tiburtina Spolij.

Die Lunæ 22. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

In spolio quid sit probandum, ad effectum obtinendi. Statutum, si disponat, quod possessio defuncti continuetur in suum hæredem, ista possessio an suffragetur ad effectum spolij.

SVMMARIVM.

1 *In spolio possessio anterior spoliati, & possessio posterior spoliantis, sunt duo extrema, probanda.*
Filia est sua hæres patris num. 1.
2 *Statuta Vrbis opitulantur non solum Romanis, sed etiam districtualibus.*
3 *Statutum disponens, quod possessio defũcti continuetur in hæredem, an habeat locum, si ab altero fuerit occupata possessio.*
4 *Aditione non habet opus suus hæres.*
5 *Possessionis continuatio defuncti in hæredem sic disponente aliquo statuto, suffragatur etiam ad effectum spolij.*
6 *Commissarij relatio, quod aliquem miserit in possessionem, probat adeptionem possessionis.*
7 *Iudex potest dare nuncium, qui in possessionem mittat.*

8 *Pos-*

8 *Possessio non probatur ex Catastro.*
9 *Statutum contra ius non valet absque confirmatione Sedis Apostolicæ in terris eis subiectis.*
10 *In spolio extremum secundum benè probatur ex substentatione litis concurrentibus adminiculis.*

DECISIO DXL.

CLemens, & Marianus fratres germani possidebant pro indiuiso vineam cũ castagneto in territorio Castri Poli in loco detto la Torretta de'Fedeli nel Colle dell'Arnaro del Portella, obijtque dictus Marianus relicta Artemisia filia legitima, & naturali, vt clarè omnia prædicta deponunt testes, quæ quidem Artemisia agit nunc spolio ad medietatem dictorum bonorum, quæ erant Mariani Patris, & informãte D. Francisco Maria Macchiauello Florẽtino Auditore Rotæ designato, dubitaui an intraret spolium, ad quẽ
1 sunt probari † duo extrema, scilicet possessio anterior Artemisiæ, & iunior possessio Dominici, *Abb. in cap. cum ad Sedẽ de restit. spol. Alex. cons. 91. num. 2. versic. probarunt etiam agentes lib. 5. Ruin. consil. 183. num. 5.* quam opinionem dicit communem *post Imol. Rolan. in cons. 6. num. 36 lib. 2.* & cum dd. duo extrema in hoc casu benè probentur, Rota resoluit spoliũ intrare.

Quantum enim attinet ad primum extremũ, cum Artemisia sit sua hæres Mariani Patris, ei opitulatur statutum Vr-
2 bis † lib. 1. cap. 147. de continuan. possessione in hæredem etiam, quod non sit Romana, cum sufficiat, quod sit de districtu, vt disponitur in eodem statuto *cap. 42. num. 1.* & fuit dictum coram me in causa Romana lucri dotis 9. Ianuarij, & 23. Martij 1609. quæ est decisio im-
3 pressa 457. in fin. nec est viden. † an ante dictam hæreditatem possessio fuerit ab altero occupata, quo casu quæstio est, an statutum operetur effectum suum ex cumulatis per *Addent. ad decis. 301. san. mem. Greg. in litera B.* quia quicquid sit de hac opinione non procedit in suo
4 hærede, † qui aditione opus non habet, *Gabr. cons. 36. num. 13. lib. 1.* & ista conti-
5 nuatio possessionis suffragatur † etiam ad effectum spolij. *Gabr. d. cons. 36. num. 11. & seqq. Dec. cons. 34. num. 1. ad fin. Tiraq. in tract. le mort. saisit. 5. par. declarat. 4. num. 3. Couarr. var. lib. 3. cap. 15. numer. 6. vers. sic & interdicto recuperandæ. Menoc. de recuper. rem. 1. nu. 395. & seqq. Onded. cons. 18. num. 18. & 20. l. 2.*

Secundo loco probatur idem primum extremum, quia Artemisia obtinuit per Iudicem immitti in possessionem medietatis dictorum bonorum, quæ erant patris, & mandatarius habita commissione à Iudice super hoc, postmodum retulit eidem Iudici posuisse d. Artemisiam
6 in possessionem, quæ quidem † relatio probat adeptionem possessionis, *Alex. in l. fin. num. 26. in fin. C. de edict. D. Adr. toll. & ibi Castren. num. 6. vers. in dubio, Salicet. nu. 4. in fin. vers. sed fortè*, vbi quod vidit practicari, & laudat practicam, & de obseruantia in ditione Perusina testatur *Angelus ibid. numer. 1. vers. obseruat.*
7 Clarum est enim † Iudicem dare posse nuncium, qui in possessionem mittat. *Alber. in l. meminerint sub num. 3. C. vnde vi*, & quamuis ex Catastro posset prætendi, quod Vincentia de Deis ante immissionem Artemisiæ bona possideret, attamen ista possessio non concludit, quia Cata-
8 strum non probat possessionem, *Castr. in l. si pater num. 3. C. de action. empt. vbi Adden. in litera A. Put. decis. 28. de fid. instr.* & in omnem euentum, quatenus immissio pateretur aliquam difficultatem, non potest euitari ad probandum primum extremum, continuatio possessionis ex forma statuti, vt supra dictum fuit.

Neque officit, quod Artemisia obtinuerit possessionem vnius Vineæ, & Castagneti in territorio Poli, in loco dicto di Clemente fedele, quia testes clarè deponunt, quod hæc bona dum pro indiuiso per fratres possidebantur, vocabantur, il Colle della Portella, prout & hodie appellantur, & quod in medio aderat Turricella, quæ vsque in hodiernam diẽ vocatur, Turricella de'Fedeli.

Denique non obstaret quatenus allegaretur præscriptio, quia tempus de iure communi requisitum, non adest, nec sufficit minus tempus, quo contentatur statutum Terræ Poli, quia illud statutum
9 contra † ius non valet absque confirmatione Sedis Apostolicæ, *Bald. cons. 407. in punct. & num. 2. vers. secus est, lib. 2. Rota decis. 536. numer. 1. sanct. mem. Gregor. decis. 262. num. 1. & latè ibi Addent. in litera B.*

Quantum attinet ad secundum extremum, illud clarè probatur ex testibus, qui
10 dicunt Dominicum † possidere, & sufficeret

ceret substẽtatio litis concurrentibus adminiculis, *Cæs.de Graſſ.decis.4. num.2. de restit. spoliat. Ant. Auguſt.in epit.tit.de vtroque extremo* §.1. & fuit resolutum.

Et ita fuit conclusum sola Artemisia informante.

¶ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 11. Decembris 1634. coram eodem bo.me. Coccino.*

R. P. D. GHISILERIO.

Rauennateñ Saluiani.

Die Veneris 26. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Hæres, si rem alicui à Testatore legatam vendiderit, potest Legatarius, vel causam ab eo habens, vigore hypothecæ, obtinere in ea re immissionem, non obstante anteriori possessione emptoris. Copula, &, quando stet repetitiuè, & quãdo non. Hæres grauatus, si non confecto inuentario, aliqua bona alienauerit, præsumitur in eis consumpsisse suas detractiones, & si ipse contrarium asserat, ei incumbit onus probandi; reliqua vide in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio, neque spolium competit aduersus sententiam, nisi sit patenter, & notoriè nulla, & iniusta.*

2 *Iudex, quando nulliter, & iniustè procedit, videtur procedere, tanquam priuatus, & sic spoliare.*

3 *Pro Legato competit hypotheca super omnibus bonis testatoris.*

4 *Pro Legato competit Saluianum.*

5 *Identitas bonorum testatoris, qualiter probetur.*

6 *Possidere aliquam rem quis dicitur, si petat in ea manuteneri, vel reintegrari. Confessione propria non datur maior probatio. nu.6.*

7 *Copula, &, repetit conditiones vnius copulati ad aliud.*

8 *Cupula, &, quando ponitur inter orationes imperfectas, stat repetitiuè.*

9 *Copula, &, quando est adiecta inter orationes perfectas, quæ possunt stare de per se, & habent suum verbum, à quo reguntur, & habent suam particularem conditionem expreſſam, non debet intelligi repetita præcedens conditio in sequẽti oratione.*

10 *In Legato dotis facto fœminis, non intelligitur repetita conditio deficientiæ lineæ masculinæ in præcedenti legato adiecta, quando orationes sunt perfectæ.*

11 *In Legato dotis, dum testator non repetit quicquam de morte filiorum masculorum, non intelligitur facta repetitio cõditionis appositæ in primo Legato. ampl.a num. 12. & 13.*

14 *Ex Legatorum distinctione, & separatione, firmandum est testatorem diuersimodè sensisse, & qualitatem positam in vno Legato noluiſſe repetere in alio.*

15 *In conditionibus voluntas testatoris primum locum obtinet.*

16 *Hæres insolidum potest pro Legato dotis conueniri, si ei in diuisione tetigerit rem, super qua erat constituta dos.*

17 *Fœminis non nocet diuisio facta inter filios testatoris, ad effectum consequendi dotem eis relictam.*

18 *Filius alienans aliqua bona, censetur illa elegiſſe pro legitima sibi debita in bonis paternis.*

19 *Bona alienata primo loco per filium imputantur in legitimam, & in detractiones hæredibus debitas. & num.21.*

20 *Hæres alienans aliqua bona testatoris præsumuntur sufficientes pro detractionibus, dum contrarium non probatur.*

22 *Filius non amittit legitimam, ob non confectionem inuentarij. & num. 27.*

23 *Filius non priuatur legititima, nec ob inobedientiam contra testatorem, nec contra legem.*

24 *Bona alienata per hæredem grauatum, qui inuentarium non confecit, ei, vel habenti causam ab eo, incũbit onus probandi, quod non sufficiant pro suis debitis detractionibus.*

25 *Filius, qui inuentarium non confecit bonorum paternorum, & bona alienauerit, Præsumitur in dictis alienationibus legitimam consumpsiſſe nisi ipse contrariũ probet.*

26 *Hæreditatis status firmari non potest, si hæres inuentarium non confecerit.*

28 *Filius, si non confecerit inuentarium, licet non amittat legitimam, tamen d. non confectio operatur, vt ei, & causam habenti ab eo, alleganti, ex alienationibus ab eo factis, non fuiſſe consumptam legitimam, non incumbat onus probandi hoc concludenter.*

29 In-

29 *Inuentarium releuare potest hæredem, quod bona alienata non consumpserint suas detractiones.*
30 *Fideicommissaria bona possunt, & debent alienari pro soluendis testatoris debitis.*
31 *Sed ad istum effectum debent iustificari dicta debita.*
Et in hoc non statur assertioni alienantiũ, & vlterius debet probari versio in hanc causam. num.32.
33 *Bona permutata cum bonis fideicommissarijs, succedunt loco dictorum bonorum.*
34 *Hæres grauatus, censetur elegisse bona permutata pro suis detractionibus, nisi specialiter sit dictum, & in eis imputantur.*
35 *Bonorum fideicommissariorum permutatio, de iure, an sit licita, quando à testatore non est prohibita.*
36 *Ex verbis proœmialibus instrumenti, colligitur mens contrahentium.*
37 *Præscriptio decem annorum obstat intentanti Saluianum. vide num. 41.*
38 *Contra Legatarium non potest currere præscriptio, si non habuit notitiam dicti legati sibi facti.*
39 *Ignorantia præsumitur, vbi scientia non probatur.*
40 *Negligens in agendo, quis non potest dici, si ignorabat, quod aliquid ei erat relictum.*
41 *Præscriptio semper cessat, cessante negligentia. num.40.*
42 *Ignorantia præsumitur, ita vt allegans scientiam, eam probare teneatur.*
43 *Scientia ex sola cohabitatione vxoris cũ viro, præsumitur in actibus successiuis, quæ fiunt domi, ac patent oculari inspectioni, ac in concernentibus iura sanguinis.*
44 *Secus verò in actibus momentaneis, & in his, quæ continentur in instrumentis, & contractibus.*
45 *Actor potest quandocumque iustificare nouam replicationem, ad elidendam exceptionem rei, & opponere.*
46 *In possessionem immissus pendente termino ad appellandum, nulliter est immissus.*
47 *In possessorio appellare de iure canonico non prohibetur.*
48 *Statut. Rauennæ reducens ad terminos iuris canonici appellationes, non est in vsu ad effectum suspensiuum.*
49 *Attestatio Aduocatorum, & Procuratorum curialium in ordinatorijs probat stylum.*
50 *Processus compulsorialis est nulliter confectus, si non fuerit seruata debita forma.*
51 *Apostillæ à Notario non approbatæ, non attenduntur.*
52 *Sed hoc non procedit, quando ex alio instrumento constat de illarum veritate.*
53 *Notarius quando fuit rogatus extrahere instrumentum publicum ex prothocollo originali, & posuit additionem marginalem in corpore instrumenti, inde resultat signum euidens, quod illam additionem habuerit pro bona.*
54 *Verba conditionalia posita in sententia eã reddunt conditionalem, & si conditio non adimpleatur, & exequatur, est nulla. limita num.56.*
55 *Moneta in specie debita, non attenditur augumentum, seu diminutio valoris.*
56 *Calculus an impediat executionem sententiæ.*
58 *Scriptura probatur, quod sit producta ex productione à tergo illius notata per Notarium.*

DECISIO DXLI.

Concessa immissione per Locumtenentem Ciuilem Præsidis Prouinciæ Romãdiolæ Capitaneo Obizoni Monaldino vti marito, & cesionario Antoniæ Bergigiæ vxoris pro legato scutor. 2000. facto à q. Coriolano Bergigia dictæ Antonię nepti ex Ioanne filio in possessionem cuiusdam prædij hæreditarij dicti Coriolani contra Comitem Nicolaum d. prædij detẽtorem titulo emptionis à Francisco Bergigia pretio sc. 4000. Interposita appellatione à sententia Locumtenentis, eaque mihi commissa, fuit dubitatum in Rota, An Comiti Nicolao esset dandum mandatum de manutenendo, seu potius de reintegrando, & fuit negatiuè resolutum, quia non competit
1 manutentio, † neque spolium aduersus sententiam, nisi sit patenter, & notoriè nulla, vel iniusta, *Abb. in cap. cum causa nu.4. vers. secus si de offic. deleg. Aym. cons. 5. num. 8. & cons. 302. num. 2. in princip. Rota coram Cardinali Seraph. decis. 616. num. 8. & 9. & ita passim.* Tali enim ca-
2 su Iudex † videtur procedere tanquam priuatus, & sic spoliare ex late deductis in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram bon. memor. Cardinali Sacrato in

in Romana melioramentorum 9. De-
cembr. 1616. coram bon.mem. Vbaldo,
& in Romana Vineæ, 7. Februarij 1620.
coram bon.mem. Archiepiscopo Duno-
zetto. Consequenter stante validitate,
& iustitia Com. Nicolaus, contra quem
fuit lata sententia, non potest præten-
dere manutentionem, neque reintegra-
tionem, licèt constet de illius anteriori
possessione.

Iustitia sententiæ probatur, quia in-
teruenerunt omnia requisita in Saluiano,
quandoquidem constat de Legato scut.
2000. ex testamento Corriolani senioris
ad fauorẽ Antoniæ filiæ Ioannis soluen.
3 de tempore nuptiarum, pro quo † Lega-
to competit hypotheca super omnibus
bonis testatoris, in qua fundatur Saluia-
4 num. Quod autem competat † Saluia-
num pro Legato, tradidit *Gabr. consil.
46. nu. 21. lib. 1.* Et fuit sæpè resolutum
in Rota nempe in Romana Legatorum
de Columna 27. Iunij 1624. coram bon.
mem. Card. Sacrato inter *recent. decis.
559. num. 2. par. 1.* vbi aliæ plures refe-
runtur, & ita fuit resolutum in Viter-
bien. Castror. 11. Martij 1622. & 12. Iu-
nij 1623. coram Reuerendiss. D. meo
Decano, & in Bononieñ Legati de Ma-
rescottis 24. Aprilis 1626. coram R. P.
D. Merlino, ac sæpissimè in alijs; con-
stat etiam de purificatione conditionis,
quia Antonia Legataria nupsit primo lo-
co Io. Francisco Mulæ, & eo mortuo
iterum nupsit Capitaneo Monaldino.
Item constat quod prædium, super quo
5 fuit † concessa immissio, fuit possessum
à Corriolano testatore de tempore sui
obitus ex testibus, quorum depositiones
dantur. *Petr. de fideic. art. 44. num. 13.
& seqq. Fusar. de substit. quæst. 618. num.
20.* Tandem quod prædium possideretur
de tempore litis per Comitem Nicola-
um, constat ex litis substentatione, &
ex propria eius confessione, dum † petit
6 manuteneri, vel reintegrari ad eandem
possessionem, qua non datur maior pro-
batio *l. cum precum C. de liber. caus. cum
vulgat.*

Non obstat, quod dictum legatum
dotis non fuerit purè relictum, sed sub
conditione extinctionis lineæ masculinæ
testatoris, quę non dum defecisse non
controuertitur, quia legatum in hac par-
te fuit purum, ex quo fuit factum per
caput separatum ab alio legato sc. 3000.
eidem Antonię facto sub conditione de-
ficientiæ lineæ masculinæ Corriolani te-
statoris, & licet inter virum, & aliud le-
7 gatum posita copula, Et, † quæ repetit
conditiones vnius copulati ad aliud, ta-
men conditio adiecta præcedenti legato
non potest in secundo subintelligi, quia
procedit quidem, quando copula, Et,
8 † ponitur inter orationes imperfectas,
& tunc stat repetitiuè; quando autem,
vt in hoc casu est adiecta inter orationes
perfectas, quæ possunt stare de per se, &
habent suum verbum, à quo reguntur,
& habent suam particularem conditio-
nem expressam, (vt in isto casu Nuptia-
rum, vt ex lectura testamenti, non debet
9 † intelligi repetita præcedens conditio
deficientiæ lineæ masculinæ. *Ioann. de
Anan. consil. 8. numer. 5. versic. sed in
casu nostro Ceph. cons. 559. num. 16. Bart.
& cæteri inl. in repeten. ff. legat. 3. Rot.
in recent. decis. 530. num. 6. part. 1.* & in
10 his terminis, quod in legato † dotis fa-
cto fœminis non intelligatur repetita
conditio deficientiæ lineæ masculinæ in
præcedenti legato adiecta, quando ora-
tiones sunt perfectæ, firmauit *Angel. cons.
294. num. 4.* vbi latè, dum enim testa-
tor in legato dotis non repetit quicquam
11 de morte † filiorum masculorum, non
intelligetur repetitio conditionis appo-
sitæ in primo legato, *l. si ita stipulatus §.
Crisogonus ff. de verb. oblig.* Quinimò ex
12 quo testator voluit istud † legatum do-
tis solui ab hęredibus primo loco institu-
tis, clarè constat non repetita conditio
deficientiæ lineæ masculinæ, quia impli-
caret, quod dd. hæredes soluerunt in
casu defectus lineæ masculinæ ipsorum.
Quæ linea non poterat deficere, nisi post
eorum mortem, & sic Antonia fortè non
potuisset habere dotem per centum, aut
200. annos. Ideoque remansisset innu-
pta, & clarius colligitur, dum voluit †
13 legatum solui de tempore nuptiarum,
quæ verisimiliter erant faciendæ ante
defectum lineæ masculinæ. Denique si
testator voluisset huic etiam legato scut.
2000. adijcere conditionem defectus li-
neę masculinę, non fecisset duo legata,
prout fecit, alterum scilicet scut. 3000.
sub dicta conditione deficientiæ lineæ,
alterum vero dd. scut. 2000. sed fecisset
vnicum tantum legatum scut. 5000. Ex
14 hac autem distinctione, † & separatione
legatorum firmandum est testatorem di-
uersimodè sensisse, & qualitatem, seu
conditionem positam in vno legato nol-
uisse

uisse repetere in altero, & in conditio-
15 nibus † voluntas testatoris primum locum obtinet *l. ex facto ff. de hæred. instit. l. in conditione, & leg. cum seruus, ff. de condit. & demonstr.* Cum igitur legatum fuerit simpliciter relictum, & pro eo consequendo potuerit agi actione reali contra vniuersa bona defuncti insolidum ad quoscumque peruenientia, benè fuit actũ à Capitaneo Monaldino in Saluiano contra prędium à Com. Nicolao possessum pro toto credito. Nec ex eo, quod testator post legatum ab eo factum filiabus Ioannis pro dote, iusserit suis hæredibus, vt illas communiter dotarent ex sua hæreditate, inferri potest, quod ipse non potuerit agere contra prædium pro toto credito, sed tantum pro portione hæreditaria, cum Com. Nicolaus illud emerit ab vno ex dictis hæredibus, non autem ab omnibus, ea ratione, quia testator mandauit, vt debita Gasparis eius filij, qui fuit frater Ioannis, & pater Ioannis Francisci venditoris prædij solui deberent ab omnibus hæredibus, & in recompensationem debitorum mandauit, vt ab omn,bus hæredibus communiter soluerentur scut. 4000. pro maritandis duabus filiabus Ioannis, quarum secunda fuit Antonia vxor Cap. Monaldini, ita quod cum prędium fuerit totũ in bonis testatoris, licet vni tetigerit †
16 in diuisione, attamen insolidum remansit hipothecatum, & potuit pro legato auocari iuxta *doctr. Castr. in l. 1. num. 1. vers. & vult iste text. C. comm. de leg. vbi Corn. num. 10. Surd. cons. 209. num. 8. Rota in Romana legat. 11. Aprilis 1622. coram bon. mem. Vbaldo, & in Viterbien. Castrorum 11. Maij 1624. coram Reuerendiss. D. Decano.* Si quidem fœmi-
17 nis non † nocet diuisio facta inter filios testatoris. *Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 69. num. 6.* & sufficit quod veniant ex testamento Aui, pro quo dantur actiones hypothecariæ, & personales, ex quibus cessat obiectum, qud legatum dotis censeatur relictum ad onus patris, non autẽ alterius lineæ.

Non obstat quod Saluianum non cõpeteret contra Com. Nicolaum possidetẽ ex titulo emptionis à Francisco filio testatoris, qui alienando prædium de quo
18 agitur, cemetur † illud elegisse pro legitima sibi debita in bonis paternis. *Aretin. cons. 18. n. 5. Soccin. cons. 36. n. 2. vers. & tunc etiam dando in solutum lib. 3. cum alijs per Ceph. cons. 189. num. 19. Rota in Romana legitimæ 18. Maij 1617. coram Eminentiss. D. Card. Verospio.* Quia Dominis placuit responsio, eaque iustificatur in sum. Cap. Monaldini, quod d. Franciscus antea alienauit plura alia bona multi valoris excedentis legitimam, dantur enim plures alienationes factæ ante alienationem prędij, de quo agitur, in quibus remansit consumpta, cum de
19 iure † primo loco alienata imputentur in legitimam, & in detractiones hæredibus debitas *l. Marcellus §. res, quæ vbi DD. ff. ad Trebell. Alex. cons. 178. num. 4. lib. 5. Peregr. de fideic. art. 39. num. 4. Surd. decis. 170. num. 10.* Neque facit, quod non probetur, An d. alienationes fuerint
20 sufficientes pro legitima, † quia præsumuntur tales, dum contrarium, non probatur, hic autem non probatur contrariũ, ideo intrat præsumptio iuris primas alie-
21 nationes † sufficere pro detractionibus. Et cum in hoc casu non fuerit confectum
22 inuentarium, legitima non fuit † amissa ob non confectionem illius. *Auth. de hæred. & falcid. §. si quid autem nunc implendo*, vbi dicitur quod nec inobedientia contra testatorem, vel legem com-
23 missa † priuat filium sua legitima, ita dicit *glos. in d. auth. de hæred. & falcid. §. & hoc dicimus in verb. Lucrato Crass. in §. legitima num. 45.* sed onus probandi bona alienata non sufficere incumbit †
24 grauato, vel habenti causam ab illo, *Peregr. de fideic. art. 39. num. 14. Couarr. var. lib. 2. cap. 6. num. 4. Rota in Romana domus ad Peregr. 10. Martij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Perusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram eodem*, vbi latè comprobatur talis cõclusio in Perusina fideicommissi de Meniconibus 3. Decembris 1632. corã Reuerendiss. D. meo Epscopo Vrgellen. confirmata 15. Currentis mensis, coram R. P. D. meo Merlino, & per consequens onus probandi legitimam
25 debitam filijs Coriolani non fuisse † consumptam ex prioribus alienationibus factis ab ipsis grauatis incumbit Com. Nicolao habenti causam ab eis, cum nõ solum status hæreditatis firmari non pos-
26 sit culpa † ipsorum, qui inuentarium bonorum defuncti non confecerunt, verum etiam ob id præsumatur ipsos eadẽ bona subtraxisse; vnde licet dicti inuen-
27 tarij † omissio non operetur ex supra allegatis, vt ipsi legitimam amiserint, o-

pera-

peratur tamen, vt Com. Nicolao ab eis causam habenti, alleganti ex prioribus 28 alienationibus legitimam † non fuisse integrè consumptam non sit credendum, nisi id probet concludenter bon. mem. Card. Caualerius *decis.* 246. *num.* 6. *&* *decis.* 540. *num.* 1. *&* 2. *Rota in Romana fideicommissi de Stephanellis* 24. *April.* 1617. *coram. bon. mem. Remboldo*, *& in Bonon. de Poetis* 4. *Maij* 1615. *coram bo. mem. Vbaldo*, quia cessat præsumptio in-29 uentarij, vel quæuis, alia, † quæ ipsum releuare posset ab hoc onere ad *trad. per Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. *Peregr. de fideic. art.* 39. *num.* 14. *Gabr. cons.* 118. *num.* 7. *lib.* 1. *Rot. coram Seraph. decis.* 609. *num.* 7. *& in d. Bonon. de Poetis coram bon. mem. Vbaldo*.

Pariter nihil facit, quod petita dictarum alenationum fuerint erogata in soluendo ære alieno testatoris fideicommittentis, quamobrem alienationes fieri potuerint absque eo, quod detractiones 30 consument cum bona † fideicommissi possint, & debeant alienari pro soluendis huiusmodi debitis *l. peto* §. *prædium de leg.* 2. *Peregr. de fideicommissis art.* 40. *num.* 18. *Surd. decis.* 62. *num.* 21. *Fusar. de substitut. quæst.* 541. *nu.* 1. Quo-31 niam ad istum effectum † debent iustificari ista debita testatoris ex cumulat. per *Fusar. d. quæst.* 541. *num.* 2. Quia in hoc non statur assertioni alienantium, vt in terminis probant *Gabr. cons.* 118. *num.* 8. *in fin. lib.* 1. *Menoch. cons.* 207. *num.* 1. *& seqq.* Vlterius deberet probari ver-32 sio † in hanc causam, vt aduertunt *Gabr. d. cons.* 118. *num.* 5. *lib.* 1. *Giouagn. cons.* 220. *num.* 3. *lib.* 2. *Peregr. de fideicom. art.* 40. *num.* 23. *vers. & idem pretium Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis.* 299. *num.* 6. Pariter non obstant, quæ dicuntur circa alienationem Palatij, sub prætextu, quod verè non fuerit alienatum, eo quia fuit permutatum cum alijs 33 domibus, & censibus, quæ bona † permutata Succedunt loco Palatij, & per viam subrogationis remanent subiecta fideicommisso. *l. Imperator.* §. *fin. ff. de legat.* 2. *Surd. decis.* 13. *num.* 21. *Fusar. quæst.* 530. *num.* 2. *& quæst.* 636. *num.* 1. *Rota in Bononien. fideicommissi. de Desiderijs* 3. *Decembris* 1627. *&* 19. *Nouem.* 1629. *coram. R.P.D. meo Merlino*; 34 nam fuit responsum grauatum † censeri elegisse bona permutata pro suis detractionibus, nisi specialiter sit dictum, & in eis imputantur. *Socc. Sen. cons.* 36. *num.* 17. Nec ea, quæ latè deducuntur per informantes pro Com. Nicolao ad proban-35 dum quod de † iure sit licita permutatio quando nō est à testatore prohibita, & in permutando non docetur grauatum dolosè se gessisse, sunt præsentis inspectionis, nec concludunt, quod bona permutata non sunt imputanda in detractionibus, cuius contrarium fuit firmatum supra, & in hoc casu ex verbis procemia-36 libus † instrumenti tollitur difficultas, quia permutatio fuit facta nomine proprio, & pro soluendis debitis proprijs alienantis cum declaratione, quod bona permutata deberent esse libera. Quæ omnia benè conueniunt electioni legitimæ, & omninò repugnant subrogationi.

Prout minus obstat facultas alienandi à testatore data pro scut. 3000. non obstante fideicommisso ab eo imposito, quia in facto probantur plurimæ alienationes præcedentes alienationem huius prædij, quæ longè excedunt dictam facultatem, & portionem legitimæ, siquidem constat de alienatione alterius prædij valoris sc. 2340. cum expressa declaratione vtendi dicta licentia per testatorem concessa, constat etiam de alienatione Palatij pro scut. 4100. & aliorum duorū prædiorum pro sc. 6620. antequam alienaretur prædium, de quo agitur, vnde procul dubio remansit consumpta dicta facultas.

Tandem non obstat exceptio præscriptionis hypothecæ, dum constat ab initio emptionis fuisse ab eodem Com. Ni-37 colao † emptore idem prædium possessum longè vltra decennium *l.* 1. *&* 2. *C. si aduert. credit. Rot. in recent. decis.* 634. *num.* 8. *p.* 1. quia contra Antoniam le-38 gatariam non potuit currere † præscriptio, cum non habuerit notitiam dicti legati sibi facti à Corriolano Seniore. *Surd. cons.* 276. *num.* 33. *in fin. Rot. in Rauennaten. Saluiani* 3. *Martij* 1614. *coram* 39 *bo. me. Card. Sacrato.* Nec ignorantia † indiget probatione, quia legatum istud fuit factum in testamento Aui, & ignorantia testamenti præsumitur *cap. præsum. de reg. iur. in* 6. Propterea non potest dici fuisse negligentem in agendo, 40 ita vt † contra eam potuerit currere præscriptio, quæ semper cessat, cessante negligentia, nec habuit notitiam, quod prædium fuerit possessum per Com. Nicolaum

41 colaum spatio decem † annorum, vt est necessarium probare ex traditis per R. P. D. meũ Merlinũ in Romana Saluiani 20. Nouemb. 1630. & ignorantia præsumi-
42 tur † adeout allegans scientiam, teneatur probare; sicuti minus obstat, quod D. Io: Franciscus Mula primus maritus Antoniæ promiserit Cæsari hæredi Ioannis facere, vt Antonia renunciaret dicto legato, de quo prout habuit notitiam d. eius maritus, ita presumitur habuisse ipsa Antonia ex continua cohabitatione
43 spatio 17. annorum, quia scientia † ex sola cohabitatione simul cum viro præsumitur in actibus successiuis, quæ fiunt domi, & patent oculari inspectioni, ac in concernentibus iura sanguinis, secus
44 † verò in actibus momentaneis, & his, quæ continentur in instrumentis, & contractibus, *Rot. in Romana pecuniaria Lunæ 25. Iunij 1601. corã bo. me. Card. Pamphilio, & in alia Romana pecuniaria 27. Iunij 1633. & 30. Ianuarij 1634. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Quæ verò deducebantur circa nullitates contra sententiam, visæ fuerunt Dominis non subsistere; nam oppositio, quod instrumenta alienationum fuerint producta in secunda instantia tollitur, quia cum exceptio detractionis legitimæ non fuerit opposita, nisi post sententiam de partibus, & sic in ista secunda instantia tantum, etiam quod à lege, vel statuto certus terminus probatorius esset præfixus; nihilominus cum hodie solum fuerit oppositum de ista legitima Capitaneus Monaldinus ex persona suæ vxoris
45 potest iustificare nouam † replicationem ad elidendam exceptionem rei, & opponere de consumptione. *Rota in Romana pretij fundaci coram bo. me. Pratriarcha Manzanedo impress. per Pacif. post tract. de Saluian. decis. 168. num. 10. & coram bon. mem. Card. Caualerio decis. 174. nu. 2.* & nòuissimè *in Romana de Marescottis 17. currentis mensis coram R. P. D. meo Buccabella.*

Nec obstat quod D. Capitaneus Mo-
46 naldinus fuerit † immissus in possessionem prædij, pendente termino ad appellan. & sic nulliter vigore statuti Rauennæ reducentis appellationem ad terminos
47 iuris Canonici, † à quo non prohibetur
48 in possessorio, quia dictum statutum † non est in vsu quoad effectum suspensiuum, vt ex pluribus in terminis huius statuti firmauit *Rota in Rauennaten. attentatorum 18. Iunij 1612. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Et quidquid sit in Curia Gubernatoris Rauennæ, tamen contrarium seruatur in Curia generali, à qua emanauit sententia; de qua disputatur, cum in ea semper fuerit seruata Egi-
49 diana, vt in attestatione † Aduocatorum, & Procuratorum Curialium ab immemorabili, quæ attestatio in ordinatorijs sufficienter probat stylum contra statutum inductum *Rot. in recent. dec. 644. num. 4. part. 1. in Ferrarien. Decimarum. 21. Aprilis 1621. coram bon. mem. Vbaldo, ac in Perusina bonorum 28. Martij 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec etiam Dominis visa fuit obstare nullitas prætensa, quod fuerit immissus pro scut. 2000. cum præsupposito quod legatum dotis fuerit scut. 2000. pro vnaquaque filia Ioannis, & tamen prætenderetur per Com. Nicolaum testamentum cantare simpliciter de 2000. pro duabus filiabus, quia difficultas tollitur ex eodem instrumento publico testamenti subscripto, & publicato manu propria eiusdem Notarij, qui de eo fuit rogatus. Quod in ventre habet eadem verba per ciascuna di esse ibi: *Et alle figlie femine si del detto M. Giouanni, come di Francesco lascio per dote scud. 2000. d'oro per ciascuna d'esse da darseli con i patti, &c.* Vnde nihil releuat, quod in testamento per Com. Nicolaum compulsato legantur illa verba *per ciascuna d'esse* in margine illius, ideoque prætendatur addita ab alio, quàm à Notario, qui de eo fuit rogatus, maximè quia processus compulsorialis fuit nulliter confe-
50 ctus, cum † non fuerint seruata, quæ de iure in similibus seruari debent, sed veritas dicti legati scut. 2000. per ciascuna di esse comprobatur ex diuisione facta inter ipsosmet hæredes grauatos de anno 1599. videlicet inter Ioannem, & Franciscum, à quo causam habet Com. Nicolaus, vbi expressis verbis fatentur Corriolanum testatorem in suo testamento reliquisse duabus filiabus Ioannis scut. 4000. vt ex particulari instrumento dato in sum. Capitanei Monaldini: licet
51 enim verum sit apostillæ à † Notario non approbatæ non esse fidem adhibendam, illa tamen probat, quando prout
52 hic, ex alio instrumento † constat de illus veritate, *Rota in Romana prætensi Canonis 23. Iunij 1606. coram bon. mem.*

Patriarcha Hierosolymitano, vltra quod eo ipso quod Notarius rogatus extrahendo instrumentum publicum ex pro-
53 tocollo originali posuit additionem † marginalem in corpore instrumenti, inde resultat signum euidens, quod dicta additio fuerit per eum facta, & quod illam additionem habuerit pro bona, & legali, & sic cessat difficultas.

Nec censuerunt Domini releuare opinionem, quod sententia conditionalis ibi *detractis prius scut.* 1060. non potuerit executioni demandari, nisi prius facta detractione, & calculato ad quam summam ascenderet residuum, pro quo erat facienda executio, quia illa verba *detractis tamen prius scut.* 1060, posita in ab-
54 latiuo absoluto, reddunt † totam sententiam conditionalem conditione prius non adimpleta executio est nulla *Neguſ. de pign. 4. memb. 5. par. num. 10. verſ. tertia conclusio. Surd. conſ.* 186. *num.* 17. Nam respondebatur, quod summa scut. 1060. fol. 84. est certa, & pro hac parte nihil est liquidandum, nec respectu residui, quia pariter scuta auri sunt certa,
55 & tunc ea † debentur, non attento decremento, vel augumento valoris, quod attenditur tantum, quando non est in obligatione certa species monetę, & data est in dispositione facultas soluendi estimationem, *Surd. conſ.* 406. *num.* 12. *& benè Rot. in recent. decis.* 143. *num.* 4. *par.* 2. vbi plura cumulantur, ita quod cum valor scuti aurei sit certus, & valor scut. monetæ sit similiter idem ad rationem bon. 84. pro quolibet, & ex abbundanti fuerit etiam hoc expressum in libello, & in alijs actis, ad quæ sententia se refert, non fuit opus aliqua liquida-
56 tione, sed calculo, † qui non impedit executionem; vltra quod conclusio, quod sententia conditionalis non possit execu-
57 tioni † demandari ante purificatam conditionem intelligitur quatenus pars opponat ante executionem, ita declarat *Cancer. var resol. par. 3. cap. 17. de sent. excomm. num. 102. & seqq.*

Demum non obstat, quod immissio fuerit concessa non exhibito testamenti instrumento authentico in actis, sed dumtaxat copia simplici, quia non subsistit in facto, vt colligitur ex instantia Com. Nicolai, dum institit pro reportatione originalis in actis, quod non potuisset reportari, nisi ex actis fuisset asportatum, & ex summario additionali Cap. Monaldini tollitur omnis difficultas, cum pateat 3. Nouembr. 1632. testamentum fuisse actualiter productum, exhibitum, & à Iudice admissum, & ex ipsomet instrumento originali etiam
58 probatur illud fuisse productum † ex productione à tergo illius notata per Notarium.

Ex quibus cum non adsint nullitates, & probetur iustitia sententiæ, manutentio, seu reintegratio fuit denegata Com: Nicolao, vtraque parte acerrimè informante.

R. P. D. DVNOZETTO.

Florentina Cappellaniæ.

Die Lunæ 29. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando de eo agitur incidenter leuioribus probatur probationibus. Iuspatronatus totum transit ad hæredem vniuersalem, nec transit in fideicommissarium, nisi de contraria mente testatoris apertè appareat, quod declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione sufficienter probatur ex confessione vtriusque partis adminiculata & n.* 2.

3 *Iuspatronatus probatur leuioribus probationibus, quando de eo agitur incidenter.*

4 *Præsentatio, vt substineatur, sufficit, quod præsentans deducat ius suum ab vltimo possessore, qui erat in quasi possessione præsentandi.*

Et hoc maximè non docto de concursu alterius patroni, qui probet eamdem possessionem num. 4.

5 *De statu vltimo ad effectum iustificationis gratiæ, sufficit docere.*

6 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

7 *Beneficij valor probatur ex confessione partis in sua gratia eodem anno impetrata.*

8 *Gratia remanet inefficax, si non sint iustificata narrata.*

9 *Iuspatronatus totum transit ad hæredem vniuersalem, nec transit in fideicommissarium. & num* 19.

Et Ro-

10 *Et Rota tenet hanc opinionem, siue versemur in fideicommisso vniuersali, vel particulari.*

11 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.*

12 *Sed hoc declara respectu hæredis, non autẽ fideicommissarij, ad quem non transeunt iuspatronatus, nec alia iura honorifica.*

13 *Limita prædicta, nisi appareat de contraria mente testatoris.*

14 *Pia causa, quando est substituta vniuersaliter, quia tunc non detrahitur Trebellianica, iuspatronatus transit in fideicommissarium secuta restitutione.*

15 *Sed hæc est opinio Lambert. & Guido Pap. quæ habet multos contradictores, & est singularis, multasque patitur difficultates.*

16 *Iuspatronatus vt transeat in fideicommissarium, requiritur expressa testatoris voluntas, & licentia Ordinarij.*

17 *Pecuniarum, & aliorum bonorum appellatione, que recipiunt æstimationem, non veniunt iura bonorifica.*

18 *Decis. in Maceraten. Iurispatronatus coram R. P. D. Durano declaratur.*

20 *Patronorum consensus probatur ex constitutione procuratoris ad nominandum.*

21 *Gratia, quando non est iustificata, remanet subreptitia.*

DECISIO DXLII.

VAcante Cappellania SS. Simeonis, & Thadæi in Ecclesia S. Michaelis de Quarantola Florentinæ Diœcesis per obitum Horatij Quaratesij, fuit ad illam præsentatus Victorius Forestanus à D. Ascanio, & alij fratribus de Samniniatis vti causam habentibus à quodam Laurentio de Beneuienis Patrono dictæ Capellaniæ, qui Victorius obtinuit prouisionem Apostolicam cum narratiua, quod esset præsentatus à medietate patronorum, & cum derogatione alterius medietatis, Marius Riccius fuit pariter præsentatus à Rodulpho Giano, qui prætendit ad se spectare præsentationem dictæ Capellaniæ vti vocatus ad fideicommissum quondam Antonij Beniuieni, & cum narratiua, quod fuerat præsentatus à medietate patronorum obtinuit etiam prouisionem apostolicam cum derogatione vt supra; fuit hodie dubitatum, quis nam ex his esset præferendus, & Domini censuerunt Victorium esse præferendum, cum in omnibus eius gratia sit iustificata.

Existentia siquidem iurispatronatus
1 ex † fundatione, & dotatione visa fuit sufficienter probata ex vtriusque partis confessione adminiculata nedum ex præsentatione facta de anno 1599. in personam Horatij, per cuius obitum vacat Cappellania, sed etiam ex sententia Vicarij lata super exequutione litterarum Apostolicarum dicti Victorij, quæ con-
2 fessio † sic adminiculata benè probat existentiam dicti Patronatus. *Rota decis. 697. num. 2. par. 1. rec.* pro qua probanda quando Ordinarius non est in causa, nec alius pro libertate beneficij, nec agitur principaliter de canonizando patro-
3 natum; † sed agitur inter præsentatos incidenter ad effectum institutionis, Rota contentatur leuioribus probationibus. *Cassad. decis. 1. in fine Mantic. decis. 318. num. 1. & decis. 350. num. 18. & coram R. P. D. Decano decis. 476. num. 2.*

Deinde sufficienter probatur patronatum spectare ad dictos fratres de Samniniatis, qui præsentarunt Victorium, quia probatur Laurentium de Beniuienis à quo ipsi causam habent, fuisse in quasi possessione præsentandi ex supradicta præsentatione facta de anno 1599. per ipsum Laurentium in personam D. Horatij Quaratesij, qui Horatius possedit Capellaniam vigore ipsius præsentationis à dicto tempore vsque ad mensem Iulij anni præteriti, & sic per 30. annos, vnde sufficit, quod dicti fratres deducant ius suum ab vltimo possessore, qui fuit
4 in quasi possessione † præsentandi ad effectum, vt præsentatio ipsorum substineatur, maximè non docto de concursu alterius patroni, qui probet eandem possessionem, *cap. consultationibus. de iurepatronat. Aym. cons. 322. num. 5. Rocc. de Curt. de iurepatr. verb. competens, quæst. 19. num. 39. Rot. decis. 14. eod. tit. in antiq. & decis. 167. num. 8. par. 2. diuers. Greg. XV. decis. 399. vbi adden. num. 6. Rot. decis. 146. num. 2. & decis. 274. n. 8. part. 2. recent. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 45. §. 2. num. 6.* & hunc † vl-
5 timum statum pro iustificatione gratiæ sufficere firmauit Rota apud *Seraphin decis. 1229.*

6 Clericatus Victorij probatur † etiam ex literis patentibus Ordinarij, *gloss. in cap. inter quatuor de cleric. Peregr. Seraph. decis. 713. n. 1. Rota decis. 16. de probat. in antiq.*

 Valor

Valor denique probatur ex confessione partis in sua gratia eodem anno im-
7 petrata, † quæ probatio aliàs fuit admissa per Romana. *Seraph. decis. 327. sub n. 1. in fin.*

Non obstat, quod Marius habeat prouisionem Apostolicam anteriorem cum
8 simili derogatione patronatus, quia † illa nō est iustificata respectu narratiuæ, quod sit præsentatus à medietate patronorum, cum non constet Rodulphum Gianum, qui ipsum præsentauit, esse patronum.

Non obstat, quod dictus Rodulphus sit vocatus ad fideicommissum quond. Antonij Beniuieni; quia cum Antonius instituerit hæredem vniuersalem, Lauren-
9 tium, totum iuspatronatus † transiuit ad ipsum Laurentium, nec transiuit in fideicommissarium iuxta opinionem, quam
10 Rota sequitur, † siuè versemur in fideicommisso particulari, de quo non est dubium, siue in fideicommisso vniuersali omnium bonorum, vt præter relatos à *Fusar. in quæst. 634. num. 2. firmat Pereg. de fideicomm. art. 6. numer. 37. & est text. expressus in l. quia perinde, verb. restituta, ff. ad Trebell. Peregr. cons. 34. nu. 20. lib. 1. Paul. Cittadin. in tract. de iurepatr. par. 9. q. 33. Rocc. de Curt. eod. tit. in verb. ipse, vel is à quo, quæst. 22. nu. 20. Grass. lib. 1. recept. §. fideicommissum quæst. 52. Mantic. de contract. lib. 4. tit. 12. nu. 6. & 15. Lambertin. de iurepatr. lib. 1. p. 2. quæst. 2. a. 35. num. 2. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 18. numer. 8. vers. quibus, & alia. & firmauit Rota in Frimana Iurispatr. 9. Maij, & 28. Nouembris 1631. coram R. P. D. Ghisilerio.*

11 Non obstat, quod iuspatronatus † trāseat cum vniuersitate bonorum, *c. ex litteris, & c. cum seculum. de iurepatron. Abb. in c. illud, num. 4. tit. eod. Lambert. de iurepatr. 2. par. 1. lib. 11. art. quæst. 5. princ. n. 2. & 3.* quia hoc procedit respectu hæredis,
12 non † autem fideicommissarij, ad quem non transeunt iuspatronatus, & alia iura honorifica. *Bald. in l. cum virum nu. 21. C. de fideicomm. Castr. in l. precibus nu. 19. vers. dicit ergo gloss. C. de impuber. & alijs substit. Imol. & Alex. in l. si Patroni nu. 16. ff. ad Trebell. Mantic. de contr. lib. 4. tit. 12. num. 15. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 8. post med. cum alijs ibi congestis.*

Non obstat, quod ex contraria mente testatoris ab ista opinione recedatur, & de ista contraria mente dicatur constare ex eo, quod versemur in fideicommisso
13 vniuersali, † ex quo colligitur præsumptam mentem testatoris fuisse, quod iuspatronatus transeat ad fideicommissariū vniuersalem. *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. art. 35. numer. 13.* vbi tenet, quod quando vniuersaliter est substituta pia
14 causa, quia tunc † non detrahitur Trebellianica, iuspatronatus transit in fideicōmissarium sequuta restitutione, & hoc etiam dicit *Guido Pap. decis. 507.* quia ista opinio Lābert. & Guido Pap. habet multos contradictores, & præcipuè *Couar. Viuian. Mant. & alios supra citatos* tenētes indistinctè iuspatronatus non transire in fideicommissarium vniuersalem, & propterea *Rota in Aretina Cappellaniæ 1. Iunij 1584. coram Bubalo* noluit hanc conclusionem firmare, sed dixit, quod
15 ista opinio † Lambertin. est singularis, & multas patitur difficultates, cuius decisionis particulam refert *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 20.* & numero antecedenti tenet, quod ad effectum, vt iuspa-
16 tronatus transeat † in fideicommissariū, requiritur expressa testatoris voluntas, & licentia Ordinarij.

Vltra quod in casu isto ex lectura testamenti videtur penitus excludi dicta præsumpta mens Antonij testatoris, quia in substitutione facta Laurentio, semper fecit mentionem bonorum, vt ibi: *voluit bona sua perpetuò remanere in dicta sua agnatione*, & ibi: *voluit, vt supra bona remanere in vocatos*, vnde colligitur testatorem grauasse solummodo hæredē ad restitutionem pecuniarum, & aliorum
17 bonorum, quæ † æstimationem recipiūt, qualia non sunt iura honorifica. *Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 18. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 12. num. 15. tom. 1.*

18 Non obstat decisio † Maceraten. Iurispatronatus coram Reu. D. meo Decano apud Modern. Pisan. de Iurepatr. dec. 24. quia in casu illius decisionis constabat fideicommissarios, qui fuerunt declarati
19 patroni successisse hæredi vniuersali, † & vertebat lis inter eos, & hæredem institutum in re certa, ex quo capite iste hęres particularis fuit exclusus in concursu fideicommissariorum, ad quos transire debebat vniuersa testatoris hæreditas.

Præterea ex alio etiam capite gratia Marij nō visa fuit iustificata, ex quo narrauit Papę se fuisse pręsentatum à medietate patronorum, & tamen benè iustificatur in facto de tempore gratiæ ipsum non fuisse præsentatum, vel nominatum aliquo modo, cum saltem pro iustificatione

tione

20 tione requireretur † præcedens nominatio, vel mandatum ad nominandum, ex quo resultare potuerit consensus patronorum iuxta *decis. Accbil. 12. de iurepatr. & Cavaler. decis. 21. & 28.* quorum neutrum hic concurrit, † vnde gratia eius
21 remanet subreptitia, & iniustificabilis, *Rota decis. 443. num. 2. par. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Renunciationis.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Filia ingrediens Monasterium, si amplissimam renunciationem fecerit de bonis ascendentium ad fauorem fratrum, vtrũ si omnes fratres decesserint ab intestato, nullo relicto descendente, an Monasterium possit prætendere eorum hæreditatem.

SVMMARIVM.

1 *In Renunciatione hæreditatis paternæ facta à filia ingrediente Monasterium, verba illa apposita (omnem, & quamcumque hæreditatem, &c.) comprehendunt hæreditatem cuiuscumque personæ, amplia num. 2.*

3 *In Renunciatione facta à filia de hæreditate paterna, si dicatur, quod renunciat etiam quamcumque hæreditatem ab intestato deferen. ista verba comprehendũt quamcumque hæreditatem deuoluẽdam ex causa etiam de futuro.*

4 *Verba, quouis iure, titulo, & causa, etiam non expressa, non operarentur suum effectum, si omnia non comprehenderent.*

5 *Monasterium succedit Monacho.*

6 *Verba generalissima omnia comprehendunt, perindè, ac si de omnibus singulis esset facta mentio.*

7 *Renunciatio facta à filia de hæreditate paterna ex causa dotis sibi promissæ à fratre, tunc d. renunciatio comprehendit etiam hæreditatem fraternam.*

8 *Verba, in omnibus, & per omnia nihil penitus excepto, posita in renunciationibus quid operentur.*

9 *Renunciatio facta à filia ingrediẽte Monasterium præsumitur facta de omnibus, & singulis hæreditatibus sibi deuoluen.*

10 *Renunciatio est stricti iuris, & tamquam materia odiosa, strictissimam recipit interpretationem. & num. 29.*

11 *Renunciatio tantum capit, quantum in ea expressis verbis legitur. & num. 26. & 44. & seq.*

12 *Renunciatio facta de hæreditate paterna, non comprehendit fraternam, si in ea non legatur.*

13 *in Renunciationibus quid venerit, attendenda est mens vtriusque contrahentium.*

14 *Soror, non est verisimile, quod in casu obitus fratris ab intestato nullo existente proximiore, voluerit eius hæreditati renunciare.*

15 *Frater præsumendum est minimè, quod voluisset, vt vna eius soror sit deterioris conditionis, quàm sunt aliæ.*

16 *Frater ingratitudinis notam non effugeret, si voluisset, quod illa soror, quæ ei non renunciauerat hæreditatem paternam, admitteretur ad eius hæreditatem, exclusa alia sorore, quæ ei renunciauerat.*

17 *in Renunciationum materia attenditur verisimilitudo.*

18 *de Hæreditate sua, quilibet ad libitum absque alio disponere potest, & nu. 23.*

19 *Clausulæ, qualificant contractum.*

20 *Iura, quæ in esse non sunt deducta, nec cedi, nec per constitutum in alium transferri possunt.*

Non entis, nullæ sunt qualitates. nu. 20.

21 *Verba prolata per viam rationis totam dispositionem capiunt.*

22 *Intellige, quod ad ea, quæ de tempore dispositionis adsunt, non autem ad futura.*

24 *Actum frustratorium nemo præsumitur voluisse facere.*

25 *Soror, quod habitura sit ius in hæreditate fratris, non potest dari casus, nisi eo mortuo.*

27 *Renunciatio hæreditati, vel iuri de futuro, intelligi debet de illo iure, quod habet, vel habuit causam de præterito, vel de præsenti, non autem de futuro. num. 28.*

30 *Renuncians non censetur renunciare, si illud ius, quod habet de tempore contractus.*

31 *Renunciationes factæ à filiabus ad fauorem fratrum, censentur semper factæ in beneficium masculorũ de familia. Vel vt fratres de bonis liberè disponere possint.*

32 Re-

32 *Renunciationes factæ à filiabus ad fauorem fratrum, tacitam de iure habent in se conditionem, dummodò aliquis masculus, vel descendens ex fratribus superuiuat, vel ipsi de bonis renunciatis aliquo modo disponant.*

Quibus cessantibus perindè est, ac si nulla renunciatio facta esset. & nu. 46. & seq.

33 *Et ista sententia est communis, & æqua, & ab ea in iudicando, vel in consulendo non receden.*

34 *Et procedit, nedum, quando renuncians recipit dotem, sed etiam quando renunciatur ex causa ingressus Monasterij. num. 35. amplia num. 36.*

37 *Renunciationes factæ contemplatione aliarum renunciationum ad inuicem sunt correspectiuæ.*

38 *Correspectiuitas operatur, vt vnus contractus alteri in esse dicatur, & sit eiusdem naturæ, & pro vno contractu habeatur.*

39 *Renunciationis causa cessante, cessat etiã ipsa renunciatio.*

40 *Contractus, si sit stipulatus pro se, & eius hæredibus, eo mortuo durat ad fauorem hæredum. declara num. 41. & 42.*

43 *Fœmina agnata, licet sit nupta, nihilominus conseruat agnationem.*

DECISIO DXLIII.

ASCanius Perottus tres filias habens, duas videlicet Moniales, alteram infantem Vincentiam nuncupatam, vt bona sua in familia masculina de Perottis conseruarentur, illa donauit Petro, & Scipioni eius germano fratri nepotibus onere eis iniuncto soluẽdi prædictæ Vincentiæ scut. 1000. pro dote, eamque alimentandi, donec nuberet, vel Monialis efficeretur.

Post Ascanij obitum eadem Vincentia emisit professionem in Monasterio S. Iacobi de Morattis assumpto nomine sororis Virginiæ, cui Petrus, & Scipio præfati scut. mille pro dote cum alijs necessarijs infra certum tempus soluere promiserunt, versaq; vice soror Virginia sub his verbis ad eorum fauorem renunciationem fecit, igitur d. Vincentia, &c. spontè, &c. renunciauit, donauit, cessit, & refutauit, &c. supradictis Scipioni, & Petro præsentibus omnem, & quamcumque hæreditatem, & successionem tàm paternam, quàm maternam, & auitam, & alternis cuiuscumque generis, quæ ipsi Vincentiæ ex quouis testamento, seu testamentis, codicillis, legatis, donationibusque inter viuos, & causa mortis, & alijs quibuscumque dispositionibus etiam ab intestato deuolui, & obuenire posset quouis iure, titulo, & causa, etiam hic non expressis, & in corpore iurium clausis, etiam si esset necessaria quæuis expressa, & specialis mentio in omnibus, & per omnia nihil penitus excepto ad haben. &c.

His peractis, obijt primò loco Petrus ab intestato, superstite Scipione vniuersali hærede, deindè decessit Scipio sine filijs superstitibus prædictis tribus Monialibus in gradu proximioribus, quarum duæ sunt Moniales in Monasterio S. Iacobi, quod propterea cœpit prætendere ex earum persona succedere in dicta hæreditate Scipionis pro duabus tertijs partibus; sed quia pro parte Monasterij Sanctæ Susannæ, in quo altera est Monialis, fuit oppositum de dicta renunciatione, vt supra facta à dicta Sorore Virginia, contigit dubitari, an ei dicta renunciatio obstet; cuius quidem dubij resolutio ab eo videbatur pendere, an renunciatio comprehenderet hæreditatem Scipionis, ad cuius fauorem fuit renunciatum.

Pro comprehensione multa deducebantur, pluraque renunciationis verba afferebantur, quæ singula videbantur apta hæreditatem hanc Scipionis comprehendere.

1 Primò enim allegabantur verba illa (omnem, † & quamcumq; hæreditatem, & successionem) quę includunt successionem, & hæreditatem cuiuslibet personę, & sic etiam Scipionis iuxta ponderata per *Menoch. cons. 535. num. 20. & 21. volum. 4. & cons. 519. num. 21. vol. 5.*

2 Secundò ponderabantur verba † subsequentia, ibi: (& alterius cuiuscumque generis, quæ ipsi tàm ex testamento, quàm ex alijs quibuscumque dispositionibus, etiam ab intestato deuolui, & obuenire posset, põderata generalitate verborum) ibi (cuiuscumque generis) quæ proculdubio se extendit ad omnia alia genera successionum, & ad omnes alias personas in renunciatione non specificatas, vt firmat idem *Menoch. d. cons. 335. num. 15. Honded. cons. 49. num. 14. lib. 1. Rota decis. 714. num. 5. in fin. par. 2. rec.*

3 Tertiò particulariter insistebatur super alijs verbis ibi etiam † ab intestato deuolui

uolui posset, quæ capiunt quamcunque hæreditatem deuoluendam ex causa de futuro, vt aduertunt, *Soc. Sen. cons. 34. num.5. lib.4. Ruin.cons.1. sub nu.20.lib.1. Paris.cons.26. sub num. 44. lib. 3. Matth. Brun.cons.43. sub num.1. lib.1. Surd. cons. 267. num.25.& 27. vol.2. Menoch. dicto consil.335.nu.29. vol.4.& cons.401.n.29. vol.5. Rota in Cæsenaten.hæreditatis* 8.*Iulij* 1618. *coram Sacrato*.

Eoq; magis ob prægnantiam aliorum
4 verborum, ibi † (quouis iure, titulo,& causa etiam non expressis, etiam si esset necessaria quæuis expressa, & specialis mentio nihil penitus excepto) quæ verba non possent operari effectum, nisi caperent omnes successiones etiam futuras ab intestato deuoluendas, *Dec.in l.1.numer. 32. vers.sed dubium C. de pact. vbi Bologn. num.86. ad fin. vers.sed si est. Paris. d. cons.26.num.44.45. & 46. & consil.69.num.68. lib.3. Rota decis.614. n.6. par.2. recent.*

Idque fortiùs cum verba prædicta (etiam si ab intestato deuolui) in alia hæreditate verificari non possint, quàm in hæreditate Scipionis, ex quo successio aliarum sororum Monialium professarũ
5 non poterat † ei ab intestato obuenire, *iuxt. auth. ingressi C. de Sacr.Eccl.* Vndè pernecesse dicendum comprehendere successionem ab intestato Scipionis, de
6 qua agitur, † perindè, ac si expresè, & nominatim de illa mentio facta fuisset, vt per *Rouit.cons.59.nu.10. vers. nec renunciatio, Ruin.cons.152.num.9. lib. 2. Gallerat. de renunciat.cap.2.num.33. Menocch. præsumpt.115. num.35. & 36. lib.3. Rot. decis.714.num.1.in fin.par.2.& decis.594 num.2. vers.indè patet, par.2. recent.*

Addebatur, quod ista renunciatio facta fuit ex causa dotis sibi promissæ à Sci
7 pione, quæ † omnem prætensionem Virginiæ comprehendit, perindè ac si in hæreditate Scipionis partem suam habuisset, *Paris.d.cons.26. nu.46. vers.eo etiam, & num.62. Molphes.in consuet.Neap.p.4. tit.de renunc. q.2. num.13. & 14.q.3.numer.12.Rouit.cons.42.num.11. vers. quod si ea intentione, & cons.44.num.54.Cutell. de donat.int.pat.& fil.fact.contempl.matr. partic.6.discuss.3.num.127. vers. ex quo, col.1. Marant.de success.par.1.q.14. ar.1. num.11. & seqq.* maximè cum fuerit roborata verbis amplissimis, ibi: (in omnibus, & per omnia nihil penitus excepto) quæ demonstrant animum Virginiæ fuis-
8 se † renunciandi cuicumque successioni sibi quauis ex causa imposterum obuenien. & nihil vlterius præter dotem quærendi, vt firmat idem *Paris. d. consil. 26. num.46. circa med. & cons.69.numer.70. lib.3. Molph.in consuet.Neap.par.6. qu.2. num.13.cum seqq.& q.3.num.17. Surd.d. cons.244.num.14. Rota in Perusina hæreditatis 7.Febr.1628.coram Virili*.

Quintò, & vltimò dicebatur renunciationem hãc emanasse ex causa ingres-
9 sus Religionis † quæ pariter demonstrat, renunciantem omnibus, & quibuscumque successionibus etiam non cogitatis se penitus spoliare voluisse, *Dec.cons.31. num.5.vers.vlt.non obstat, Vinc.de Franc. decis.375.num.2.Rouit.d.cons.42.num.11 vers.secunda clausula, & cons.43. num.7. vers.vel quia ex Religione, Rot.decis.587. num.4.& seq.par.1. & decis.714.sub.n.2. par.2. recent. & in d.Perusina hæreditatis 7.Febr.1628.coram bo.mem.Virili*.

Prædictis tamen minimè obstantibus contrariam sententiam DD. sequuti fuerunt, renunciationem scilicet non comprehendere hæreditatem Scipionis, ad cuius fauorem fuit renunciatum, moti tũ ex qualitate materiæ, de qua agitur, tum ex virtute verborum, tum ex præsumpta mente vtriusque contrahentis, tum denique ex inuerisimilitudine, & ineptitudine stipulationis.

Ex qualitate enim materiæ, quia renũ-
10 ciatio †, licet amplissimis verbis concepta vti materia odiosa strictissimam recipit interpretationem, tantumque capit,
11 quantum in † ea verbis expresis legitur * iuxta tradit. per *Purpur. cons.372. num. 4. Surd. cons. 431. num. 32. & seq. Gratian.discept.forens.cap. 565. num. 63. Rota decis.782. num.1.& seqq. par.1. rec.* Quapropter cum in toto contextu renũciationis nulla fuerit facta expressa men-
12 tio † hæreditatis Scipionis, sequitur illam non fuisse in renunciatione comprehensam ex proximè allegatis.

Idemque dicendum inspecta mente vtriusque contrahentis, quæ in proposito
13 maximè venit † attendenda ad cognoscendum quid in renunciatione fuerit comprehensum, *Gabr. cons.90.num.4.& 16. lib.1. Surd.cons.431.num.36. Rot.decis.700.num.7. par.2. recent.* inane enim
14 esset dicere, † quod Virginia in casu obitus Scipionis ab intestato nullo superexistente proximiore voluerit eius hæreditati renuuciare, *Caual.decis.109.n.10.* prout

prout ab omni ratione alienum videre-
15 tur, quod Scipio voluerit † vt ipsa Virginia, quæ illi renunciauerat deterioris conditionis esset, quàm aliæ in eodem gradu, sexu, & statu existentes, *Crauet. cons.42.num.1.in fin. & num.2.* & ingratitudinis notam non effugeret, si voluisset moniales illas, quæ illi non renuncia-
16 uerant admittere, † & Virginiam, quæ illi donauerat, & renunciauerat ab eius hæreditate excludere, *Cancer. var. res. lib.3.cap.15. à num.50. & seq.* vel saltem inuerisimile esset, quod si eam excludere voluisset, id expresis verbis non spe-
17 cificasset, vt aliàs hanc inuerisimilitudinem in materia renunciationis admisit *Rota in Romana de Pinis 10. Febr. 1620. vers. & est satis verisimile coram Sacrato, & coram Caual.decis.340. nu.5.Surd. d.cons.431. num.15. ad fin.*

Virtus quoque verborum suadet, hæreditatem prædictam non fuisse in renũciatione comprehensam; nam si attendantur verba proœmialia, ibi: (sed parem gratiam referendo, & erga eos gratitudinis demonstrationem ostendendo) nullo modo hęreditati Scipionis adaptari possunt; quia Virginia renunciando d.hæreditati parem gratiam non retulisset, nec gratitudinem aliquam erga Sci-
18 pionem ostendisset, cum absque ea † poterat Scipio de sua hæreditate ad libitũ disponere, vt infra dicetur.

Si verò attendantur clausulę in ventre renunciationis appositæ, ibi: (cedens, &c. constituens, &c. ponens, &c.) quæ
19 qualificant † renunciationem, *iuxt. decis.Seraph.570. nu.2.* nullam pariter possunt habere congruentiam cum hæreditate Scipionis; quia ius, quod Virginia in dicta hæreditate habere poterat de tempore renunciationis, non erat in es-
20 se deductum, quapropter, † nec cedi, nec per constitutum transferri potuit ex vulg. reg.non entis nullæ sunt qualitates &c. *l. eius, qui in prouinciam, ff. si cert. pet. l.decem, ff. de verb.oblig. Alciat. resp. 314.num.5. Gregor.XV.decis.381. num.1. & decis.439.num.5.*

Si denique consideretur verba finalia, ibi: (& hanc renunciationem fecit ob amorem, & beneuolentiam, &c. ac denique quia sic de rebus, & bonis suis facere, & disponere placuit,& placet) non possunt diuerso iure censeri, quia verba
21 prædicta vti prolata per viam rationis totam capiunt renunciationem, eamque taliter qualificant, vt in ea censeatur cõprehensum illud ius, quod renuncians habebat de tempore renunciationis, non autem ius succedendi ab intestato in hę-
22 reditate Scipionis, † quod non habebat, nec habere sperabat, ad tradit. per *Bart.in l. qui Romæ §.duo fratres, q. 6. ff. de verb.oblig. Ciriac.controuers. 292. n.9. Dec.cons.379. num.11. vers. præterea illa renunciatio. Peregr.de fideicomm.art.53. num.5.*

Prout idem etiam colligitur, ex ineptitudine stipulationis, quia nulla vtilitas resultabat Scipioni, vt Virginia eius hæreditati renunciasset, cum ad libitum
23 de ea † disponere poterat; vndè non est præsumendum, quod comprehendendo
24 hanc hæreditatem † actum frustratoriũ agere voluissent, vt in his terminis firmat *Moder.Ciriac.controuers.forens.contr.292 Dec.cons.95. num.5. Surd.d. cons.431. numer. 27.*

Vltra quod non poterat dari casus, quod Virginia habitura esset ius in hęre-
25 ditate † Scipionis, nisi eo mortuo, quo casu renũciatio dicti iuris vti collata post mortem Scipionis, & sic ad tempus, quo esset incapax dictæ renunciationis inanis redderetur, vt aliàs firmauit *Rota in d.Romana de Pinis.*

Ex quibus non obstant supra in contrarium allegata, & primo non releuant verba renunciationis, ibi: (omnem, & quamcumque hæreditatem, tàm in testamento, quàm ex alijs quibuscumque dispositionibus, quia referri debent ad personas supra specificatas, videlicet ad hæreditatem patris, matris, & auitæ, nõ
26 autem † possunt extendi ad hæreditatẽ Scipionis, de qua nulla fuit facta explicita mentio. *Paris.cons.110. num.97. lib. 1. Dec. cons.379. num. 11. & 12. & consil. 27. numer. 5. Natt. consil. 546. numer.18.*

Prout non afficiunt alia verba, (ab intestato deuolui posset quouis iure, titulo, & causa etiam non expressa) quia vltra quod renunciatio hæreditati, vel iuri de futuro in proposito intelligi debet de illo iure, quod habuit, vel habuit
27 causam de præterito, vel de præsenti, non autem ex causa de futuro non habente spem probabilem de pręsenti iuxta tradita per *Ciriac. iur. controuers.292. num. 8. Const. de claus. conuent. claus. 94. num.2. Adden.ad Greg. decis.265. numer. 6.* Ideoque non comprehendit ius succeden-

28 cedendi ab † inteſtato in hac hæreditate Scipionis, quod dicebatur ius de futuro ex cauſa de futuro ſine vlla ſpe probabili de præſenti, *Bart. in d. l. qui Romæ* 122.§.*duo fratres num.*19. *in* 6.*quæſt. ff. de verb. obligat. Corn. conſ.*180. *ſub numer.*2.*lib.*2. *Caſtr. conſ.*394. *in fin. lib.* 1. cum alijs cumulatis per *Ciriac. d. controu.* 292.*num.*9.

Fuit reſponſum prædicta verba (omniaque alia in contrarium ponderata regulari, & reſtringi debere iuxta natu-
29 ram renunciationis, † quæ ſtrictiſſimam recipit interpretationem, ac iuxta qualitatem, & virtutem clauſulę ibi, cedens, &c. conſtituens, &c. & verborum procœmialium per viam rationis prolatorum (& hanc renunciationem fecit gratitudinis cauſa, & quia ſic de rebus, & bonis ſuis facere placet, & placuit) quæ clauſulæ, & verba totum renunciationis contextum qualificant, adeo vt in ea non cenſeatur conprehenſum, niſi illud ius,
30 quod † renuncians de tempore contractus habebat, quod cedere, vel transferre, & per cuius renunciationem parem gratiam referre poterat, vt firmant *Bart. Ciriac. Dec. Peregr. ſupra relati.*

Prædictaque omnia facilius DD. viſa fuerunt procedere ex eo, quia renuncia-
31 tio facta ad † fauorem fratris ſemper præſumitur facta in beneficium deſcendentium maſculorum de familia, vt bona in eis conſeruentur, vel vt frater liberè de bonis renunciatis diſponere poſſit, tacitamque de iure habet in ſe conditionem, dummodò aliquis maſculus, vel deſcendens fratri ſuperuiuat, vel ipſe de
32 bonis renunciatis non diſponat, prout euenit in præſenti caſu, renunciatio non nocet, perindè ac ſi facta non fuiſſet, vt in terminis renunciationis factę à Moniali ad fauorem fratris, tenet *Io. Franciſcus à Pont. conſ.* 39. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi plures cumulat, contrarijs reſpondet, &
33 hanc ſententiam † veram communem, & iudicatam teſtatur, & latè defendit *Iacob. Cancer. var. reſol. cap.*15. *de renunciat. num.*17. 24. *& ſeqq.* vbi dicit hanc concluſionem ſicuti æquam, ità veram, *& num.*41. non eſſe ab ea recedendum in iudicando, & conſulendo, *Io. Mar. Nouar. quæſt. forenſ.* 67. *par.* 1. *fol.*101. *Pariſ. conſ.*3. *num.*27. *vſque ad fin. lib.*2. *Salicet in l. pactum quod dotali, num.* 5. *verſ. aut paciſcitur filia C. de pact.* cum *alijs plena manu cumulat à præfatis de Pont. & Cancer.*

Et hanc concluſionem procedere ne-
34 dum † quando renuncians recipit dotem, tenent *Cancer. loco ſupra cit. numer.* 28. *Salicet. in d. l. Pactum nu.*5. *Sanch. in præcept. decalog. lib.*7. *cap.*7. *num.* 25. *Ioan. Franc. à Pont. d. conſ.*39. *nu.*3. *verſ. quando ſoror dotata.*

Verum etiam quando renunciatur ex
35 cauſa ingreſſus † Religionis, dummodò tamen prout hic non adſit perſona, cui præſumatur renuncians, & recipiens potius proſpicere voluiſſe, quàm Monaſterio, vt tenet *Sanch. ſuper decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.*25. *cum alijs ibi allegat.*

Eoque maximè in præſenti caſu, quia
36 vltra † d. iuris præſumptionem, concurrit etiam verbalis declaratio facta in procemio renunciotionis per illa verba, ibi, *Conſtituta Virginia aſſerens, quod Aſcanius eius pater filios maſculos non habens, vt bona in familia conſeruarentur, donauit Scipioni nepoti, &c. qui ad exequendam voluntatem dicti Aſcanij ſe obligauit dare dotem, &c. cupiens propterea non ſolum quietantiam facere intuitu, & contemplatione, &c. dd. pecuniarum per ipſum ſoluendarum renunciare, &c. Hinc eſt, &c.* ex quibus colligitur donationem Aſcanij dotationem Scipionis, & renunciationem Virginiæ, vt ſucceſſiuè factas,
37 vnam † videlicet contemplatione, & in exequutionem alterius ad inuicem fuiſſe correſpectiuas, *Soccin. conſ.*273. *numer.* 4. *verſ. confirmat lib.* 2. *Menoch. conſ.* 156. *num.*14. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 853. *num.*3. *Mantic. deciſ.*238. *num.*5. taliter quod ſicuti donatio fuit facta cõtemplatione maſculorum de familia, ita quoq; cenſeri debeat facta renunciatio Virginiæ virtute correſpectiuitatis, quæ ope-
38 ratur, † vt vnus contractus alteri ineſſe dicatur, eiuſdemque naturæ, & pro vnico contractu habeatur, *Gratian. diſcep. forenſ. cap.*924. *num.* 2. vbi plures concordantes recenſet.

Et propterea dum renunciatio tàm attenta præſumptione iuris, quàm virtute dd. verborum fuit facta contemplatione certarum perſonarum, videlicet maſcu-
39 lorum de agnatione, ſequitur, illis de medio ſublatis, renunciationem euaneſcere, nec renuncianti obſtare, quo minus in eorum hæreditatibus ſuccedere valeat, ad tradita per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*568. *num.* 8. *Conſt. de fact. & iur. ignor. diſtinct.*4. *cent.*2. *num.*12. *Oſaſch. deciſ.* 99. *nu.* 11. *Surd. deciſ.* 252. *nu.* 4. *Rot.*

Rot. in Bononien. de Armis coram R. P. D. Merlino, post Modern. de legit. decis. 48. num. 18.

Nec obstat, quod renunciatio stipulata fuerit pro fratribus, & hæredibus, vndè mortuis fratribus renunciatio adhuc du-
40 rat † ad fauorem hæredum, *iuxt. opinion. Alex. cons. 29. num. 2. & seqq. & sub n. 5. lib. 3. Paris. cons. 26. nu. 27. lib. 3. Menoch. cons. 6. num. 15. vers. quinto accedit, Bursatt. cons. 264. num. 6. Rouit. cons. 43. n. 10. & cons. 44. num. 8. & 13. lib. 1. Afflict. decis. 161. num. 3. & Rot. decis. 587. nu. 1. & 7. par. 1. recent.*

Placuit enim responsio, istam conclusionem procedere quando recipiens re-
41 nunciationem † decedit testatus, instituto certo hærede, qui absque dubio renunciantem excluderet, vt firmant *Marant. in suis disputat. 10. num. 14. in fin. d. Io: Franc. à Pont. cum alijs supra relatis.*

Vel sibi vendicare locum, quando decedit intestatus superexistēte tamen persona, cuius contemplatione renunciatio expressè, vel tacitè recepta præsumi posset: Secus verò quando nulla superest persona (prout in præsenti casu) cū Moniales sorores Virginiæ, nec expressè, nec tacitè fuerint in renunciatione consideratæ, vndè stipulatio pro hæredibus mi-
42 nimè † eis suffragari potest, quia in tantum capit venientes ab intestato, in quātum reperiuntur in renūciatione expressè, vel tacitè contemplati, vt videntur firmare DD. in contrarium allegati nēpè *Rouit. in allegato cons. 43. num. 11. & cons. 44. num. 6. Paris. eodem cons. 26. n. 26. in fin. Alex. eod. cons. 29. num. 3. in fin. lib. 3. Rot. in alleg. decis. 587. sub num. 8. pa. 1. recen.* vbi post mortem fratrum sine filijs superuiuebat alia soror germana nupta,
43 quæ conseruabat agnationem, cuius cōtemplatione renunciatio recepta præsumebatur, idemque firmant idem *Ioann. Franc. à Pont. Cancer. & Marant. loco supra cit. Crau. cons. 42. num. 1. & 2. Gabr. cons. 132. num. 4. & 34. lib. 2.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

ANNOTATIO.

☞ Quare si aliquid in dicta renunciatione
44 expressè nominatum, aut † contemplatum minimè sit, desperari potest, vt illud in ea contineatur, *Bald. consil. 437. sub n. 2 vers. item ista renunciatio lib. 1. Castren. cons. 86. nu. 6. par. 1. Francisc. de Aret. consil. 161. sub nu. 5. vers. & hoc maximè videtur dicendum. Crauett. consil. 42. num. 2. lib. 2. Dec. consil. 379. nu. 3. Menoch. cons. 335. num. 1.* & latè firmauit *Rota coram bon. mem. Card. Sacrato in Romana de Pinis 20. Februarij 1619. & 10. Februarij 1620.*

45 Adeò vt modicè comprehendat † solum personas in ea expressas, nec vltra illas se extendat, nec includat diuersas ab illis, *l. ita stipulatus §. Chrysogonus ff. de verb. oblig. & l. ad probationem C. de probat. Honded. consil. 29. num. 107. lib. 1. Decian. consil. 19. num. 46. lib. 3. Surd. consil. 432. num. 32. & seq:* & sic pluries respondit *Rota, & præsertim in his proprijs terminis pluribus, relatis nuperrimè fuit decisum coram eodem R. P. D. meo Dunozetto viro magnæ celebritatis, & auctoritatis, &c. in causa Romana successionis de Comitibus 15. Ianuarij 1642.* Quæ decisio loquitur etiam (prout est casus præ-
46 sens) quando renunciatio fuit facta † à filiabus, vt bona in familia, & agnatione conseruentur, quia hoc casu non existentibus agnatis, renunciatio dicitur euanescere, nec impediat, quominus renuncians in bonis renunciatis succedere valeat, *Bald. d. cons. 437. num. 2. vers. in contrarium videtur veritas, vol. 1. Soccin. sen. consil. 34. num. 4. lib. 4. Paris. consil. 26. numer. 19. lib. 3. Dec. consil. 553. nu. 9. Alex. consil. 29. nu. 7. vers. non obstat etiam prædictis lib. 3. Crauett. cons. 42. post princip. vers. sed contrarium in casu nostro, Menoch. d. consil. 335. num. 14. Io: Francisc. de Pont: consil. 39. num. 1. & seq.* Addo in his ferè terminis ad probandam hanc sanè egregiam doctrinam, rationē de qua in *l. si actionem C. de pact. & in l. iubemus, C. ad Velleian. & in l. Paulo Callimacho ff. de legat. 1. & in cap. si tibi ext. de præben. in 6.* Quando enim actus est gestus ob a-
47 liquam causam, determinari debet † secundum eam *l. scio amico, vbi Bart. ff. de annu. legat.* & confert doctrina *Bald. in l. sed & si quis §. quæsitum num. 4. ff. si quis caut.* dum scribit, quod si quis renunciet hæreditati ad fauorem alicuius, eo non succedente, vel recusante acceptare, saluum est ius renunciantis. Vndè si filius viuente patre decesserit, non obstante, quod eius soror ad illius fauorem renunciauerit hæreditatem, nihilominus filia reuerti poterit ad successionem patris; ità in specie dixerunt *Gemin. in cap. quamuis*

col.

col. vlt. de pact. in 6. ibidem Franc. col. 5. vers. tertio limita, & Gregorius Natta numer. 24. Bald. in l. pactum, quod dotali quæst. 4. C. de collat. & ibi Dec. num. 9. post Castrensem, & Salicetum ibi, idem tradunt Roman. & Aret. in l. qui superstitis ff. de acquir. hæred. Alex. consil. 29. num. 3. in fin. lib. 3. idem in l. stipulatio hoc modo concepta num. 11. ff. de verb. obligat. & ibi Grot. num. 33. & Claud. col. 4. Guiliel. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. duas filias num. 297. de testam. Afflict. in cap. si inuestierit num. 25. de feud. dat. in vim leg. commiss. Paris. consil. 26. num. 20. lib. 3. Couarr. in cap. quamuis par. 3. §. 3. num. 4. de pact. Calcan. consil. 33. num. 23. vers. tunc respondetur, Ruin. consil. 204. num. 3. lib. 3. Quando autem supradicta cessent, alibi late dicam, ne hic longior sim.

Paulus Rubeus.

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNORI.

Alerieñ Pensionis.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Valor fructuum quomodo probetur, & quomodo testes super ijs deponere debeant. Ad interpretationem Constitutionis SS. D. N. Vrbani super moderatione indultorum transferendi pensiones.

SVMMARIVM.

1 *Valor fructuum, vt rectè stabiliatur, firmanda est quantitas impensarum, quæ fiunt in eorum recollectione, & num. 13. & 18.*

2 *Negatiua vt benè concludatur, testis debet remouere sensum ab actu. & nu. 10.*

3 *Testis deponens super quantitate fructuũ, debet dicere, qui fructus particulariter colligantur ex singulis corporibus. & num. 18.*

4 *In quantitatis probatione satis est, quod testis negatiuam concludat implicitè, deponendo per affirmatiuam taxatiuè.*

5 *Testis deponens de facto proprio præsumitur plenè informatus, & probat melius cæteris.*

6 *Testis super qualitate bonorum deponens, vt bonam sui dicti rationem reddat, debet illorum notitiam hebere.*

7 *Testis de visu dicitur talem sui dicti rationem reddere, quæ negatiuam concludat.*

8 *Negatiua redditur probabilis, si proponatur per sensum corporis.*

9 *Testium depositio de publica voce, & fama vim habet inducendi notorium, quãdo iuncta est probationi de causa scientiæ.*

10 *Locationis instrumentum non probat pretium commune, sed conuentum, & numer. 13. declara nisi sint plura 12.*

14 *Quantitas fructuum percipi solitorum, quomodo probetur. 15. & 16.*

17 *Testes examinati causa nondum introducta, & sine iurisdictione non probant. & num. 19.*

19 *Remissoria concessa ad reprobandum personas testium, non extenditur ad probationem causæ.*

☞ * In eadem causa est alia decisio sub die 20. Martij 1626. coram bon. mem. Reuerendiss. Coccino, est decisio *6.*

DECISIO DXLIV.

SVper fructibus mensæ Episcopalis Aleriæ reseruata fuit ad fauorem Cardinalis Sauli annua pensio scutorum mille aureorum, quæ cum per eumdem Cardinalem in vim specialis indulti trãslata fuisset in D. Antonium Manfronum, & ab eo in D. Ludouicum Antonium proprium filium, & alios consortes huius litis, sæpius impugnata fuit per Reuerendiss. Episcopum Alerieñ. Cùm verò occasione huius vltimæ translationis introducta fuisset coram me causa ad instantiam eiusdem Episcopi, dedi dubium; An factus esset locus Constitutioni Sanctiss. D. N. super reuocatione Indultorum transferendi pensiones, quæ excederent medietatem veri valoris fructuum beneficij, siue mensæ, super quibus eædem pensiones essent reseruatæ. In cuius dubij propositione placuit Dominis duo solum firmare ex pluribus, quæ hodie proponebantur ex parte Episcopi Titularis pro stabiliendo valore totius Episcopatus, nempè quantitatem frumenti, & quantitatem aliorum corporum, siue redditum eiusdem Episcopatus, Et reseruarunt, vt in alia disputatione videretur de valore eiusdem frumenti, ac de impensis, quæ fiebant. Tùm

in illius recollectione, tùm etiam aliorum fructuum, quibus firmatis facilè declarari poterat excessus huius pensionis, cum in ipso frumento consisteret maior
1 pars redditutum, † & quantitas impensarum necessariò firmanda videretur pro constituendo vero valore eorumdem fructuum iuxtà notata per *Doctores in l. in fundo ff. de rei vendicat. & per glos. in §. ex diuerso, instit. de rerum diuis.*

Et incipiendo à corporibus, ex quibus ijdem fructus percipiebantur, colligebatur ex dispositione quatuor testium, qui fuerunt dati pro parte Episcopi ex pluribus, qui fuerut examinati ad illius instantiam vigore litterarum remissorialium, quod illa reducebantur ad quatuor, ex quibus duo priora, quæ erant etiam potiora alijs, consistebant in decima, quam Episcopus percipiebat ex duabus oris maritimis Aleriæ, & Fiumorbi, tertium in iure piscandi in stagno nuncupato Dianæ, pro quo solebat Episcopus percipere singulis annis certam responsionem. Quartum verò, & vltimum in fructibus, quos Episcopus percipiebat ex decem, & septem plebanijs subiectis, quorum aliqui, & maior illorum pars consistebat in decima, quæ colligebatur in ijsdem Plebanijs. Reliqui in tribus annuis responsionibus, quæ colligebantur in contrada Chigliaci sub plebania nuncupata di Campoloto, & in quibusdam fructibus incertis, qui percipiebantur ex Archipresbyteratu Terræ Corbariæ; Et in his quatuor corporibus consistebant omnes redditus Episcopatus, vt optimis rationibus concludebant ijdem testes, cum ex longo vsu, & experientia profiterentur se habere plenissimam notitiam omnium bonorum eiusdem Episcopatus, & omnes concluderent negatiuam † remouendo sensum
2 ab actu, quod scilicet non poterat esse, quod idem Episcopatus alia bona haberet, quin ipsi id scirent, ex quibus rectè probata dicebatur negatiua secundum ea, quæ notat *Bald. in l. Actor. num. 9. C. de probat. Angel. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Iur. num. 3. & in §. hinc nobis 37. auth. de hæred. & falc. Hercul. in tract. de prob. negat. num. 318.* & ità in specie, & in terminis deponebant quartus testis, 6. 30. 33. super secundo articulo, & rursus idem 4. iuxtà 22. & 23. & 26. 6. iuxtà 21. & 23. 33. iuxtà 22. & 23.

De fructibus cuiuscunque corporis
3 deponebant testes distinctè, † quod necessarium erat, antequam firmaretur quantitas, quæ in vniuersum colligebatur ex omnibus bonis Episcopatus, super qua illi deponebant super 4. & 5. articulo, non solum vt à notitia singularum partium inferri posset ad cognitionem totius, *argumento text. in l. qui vniuersas, cum ibi notat. ff. de acquir. possess.* & fuit dictum *in Anconitana terrarum 17. Martij 1589. coram Platto, & in Fanen. Parrochialis 27. Iunij 1595. coram Car. Millin. & inter rec. decis. 20. num. 2. par. 2.* Sed quia hoc etiam requirere videbatur qualitas fructuum, qui ex ijsdem corporibus colligebantur, quia cum non vna esset illorum species, sed plures, non poterat anteà haberi hæc probatio super omnibus fructibus, quàm particulariter, & sigillatim firmata esset quantitas, quæ percipiebatur in quolibet ex eisdem corporibus.

Super duabus oris Aleriæ, & Fiumorbi deponebant septem testes, quod per spatium vndecim annorum, & habita ratione annorum fertilium, & sterilium frumentum, quod ex eisdem duabus oris percipiebatur, numquam solitum fuerit excedere quantitatem *quingentorum, & quinque stadiorum.* Ex oris videlicet Aleriæ *stadia tercentum, & triginta.* Ex oris Fiumorbi *stadia centum, & quinquaginta,* & certum numerum stadiorum ordei, quæ soluta in eadem specie frumenti nõ excedebant *stadia viginti quinque.* Et super hac etiam probatione concludebant ijdem testes negatiuam remouendo sensum ab actu, quamuis in probatione quantitatis, vt hęc erat, satis videretur,
4 quod dicti testes implicitè † eamdem negatiuam concluderent per depositionem affirmatiuam d. quantitatis cum taxatiua, quod nihil ampliùs percipiebatur, quia negant eamdem quantitatem, vel asserenti illam maiorem, incumbebat onus id probandi, vt fuit opinio *glossæ in l. cum de lege, ff. de probatio.* quam communiter approbatam testatur *Curtius senior cons. 27. num. 17. Alciat. regul. 3. præsumpt. 20. num. 2. Herculan. in tract. de proban. negatiu. nu. 252.* Prætereà reddebant ijdem testes optimam causam suæ scientię, quia aliqui ipsorum deponebant, quod administrauerant bona, & redditus Episcopatus, vt 2. iuxtà 21. 4. iuxtà 63. 3. iuxtà 31. & 62. qui fuit

fuit Vicarius Episcopi per spatium octo annorum, qui omnes concludebant de facto proprio, atque ità præsumebantur informati plenissimè, & meliùs cæteris alijs testibus, vt tenuit *Rot. apud. Cæsar. Graff. in decis. 4. de testib. num. 4. & 5.* In qua ponitur exemplum in Vicario, & factore Episcopi, & coram *Puteo decis. 8. lib. 1. & in adducta decis. 550. par. 1. recent.* Aliqui quod erant practici, & informati qualitatis bonorum harum duarum orarum, vt 5. iuxtà 31. 33. super 4.
6 quæ notitia in primis erat necessaria, † vt ratio testis concluderet iuxtà deducta per *Alexand. in cons. 54. num. 4. lib. 6.* quem sæpius Rota sequuta fuit, vt refert *Card. Seraph. decis. 1377. num. 4. & 5. & decis. 1462. num. 4.* & fuit dictum in *Anconitana terrarum* 17. *Martij* 1589. *coram Platto*; Aliqui quod ipsi hoc vide-
7 rant, cum vel dicerent † se eamdem frumenti quantitatem legisse adnotatam in libris Collectorum vtriusque oræ, vt 6. iuxtà 28. Vel quod præsentes fuissent collectioni, mensurationi, & onerationi eiusdem frumenti factæ super nauibus, vt idem 6. testis loco superius allegato, 30. & 33. super quarto articulo, quæ postrema ratio in primis efficere videbatur, vt non tenerentur, testes ità deponentes reddere aliam rationem, dum super probatione d. quantitatis conclude-
8 bant etiam † negatiuam, & eadem negatiua reddebatur sui natura probabilis, tamquam proposita per medium alicuius sensus vt post *Bald. in c. tert. loco num. 10. de probation.* notat *Felin. num. 8. Paris. consil. 162. num. 14. lib. 4.* & fuit dictum in *Aquen. pensionis* 19. *Decembris* 1608. *coram Card. Lancellot. & in Cusentina pensionis* 29. *Maij* 1596. *coram Litta*, & tradit *Herculan. in tract. de prob. negatiu. nu.* 320. Et demum deponebant omnes de publica voce & fama per verbum *fuit, & est*, quæ probatio habebat vim inducendi notorium, cum videretur ali-
9 quid † adijcere probationi iam factæ, vt notat *glos. in c. 1. de vsur. lib. 6.* quam refert *Baldus in auth. quod locum, num. 113. C. de Collation. Martin. de Fano in tract. de proband. negat. num. 7. Rota coram Greg. decis. 325. num. 15.*

Ex lacu Dianæ non percipiebantur nisi libræ octuaginta, vt deponebant duo testes super primo articulo. Ex quibus 40. pro causa scientiæ reddebat, quod non solum per tempus duodecim annorum ipse piscatus fuerat in eodem stagno, sed quod curam habuerat locationum totius huius temporis, 51. quod erat practicus, quod viderat quantitatē piscium, quæ singulis annis extrahebatur ex d. lacu, & quod interfuerat rationibus, & computis, quæque d. tempore duodecim annorum sæpiùs subduxeiunt piscatores. Et hi duo testes deponebant etiam de publica voce, † & fa-
10 ma, & restringebant eodem modo negatiuam, vt scilicet toto eo tempore duodecim annorum redditus eiusdem lacus non excesserint annuas libras octuaginta, quin ipsi id scirent.

Inter alios redditus mensæ Episcopalis numerabatur quarto loco decima, quam soluebant decem, & septem plebes subiectæ. In cuius decimæ probatione pluribus modis vtebantur super probanda quantitate fructuum, qui colligebantur ex singulis plebibus, nam super primo articulo, in quo deponebant de collectione ipsorum fructuum, adducebant easdem omninò rationes, quas referebant testes dati super decima Aleriæ, & Fiumorbi, quia scilicet erant practici, fuerunt præsentes mensurationi, aderat publica vox, & fama, & plures ex eis coarctabant negatiuam; Cum autem hęc decima vt plurimum solita esset locari, ijdem testes deponendo de fructibus singularum plebium se referebant super quinto articulo, etiam ad instrumenta locationum, quæ ratio licet impugnaretur per scribentes pro pensionarijs tāquam ea, quæ non videbatur conclude-
11 re verum valorem † bonorum locatorū, dum eadem instrumenta poterant quidem probare pretium conuentum, quod aliquando solet regulari etiam ex affectione, vt notant *Doct. in l. 2. C. de rescind. vend. & ibi Bald. num. 58. Imola in c. cum causam, num. 28. de emp. & vendit. Sarnen. ad reg. Ruin. cons. 35. num. 36. lib. 1.* Tamen non visa fuit Dominis reijci posse hæc probatio. Tùm propter pluralitatem earumdem locationum, † quo
12 casu illæ sibi inuicem censentur præbere adminiculum, & tanquam adminiculatæ solent extimari sufficientes ad constituendam veram probationem valoris, vt fuit dictum in *Veronen. Pensionis* 28. *Maij* 1607. *coram Card. Sacrato, & in Salernitan. pensionis* 4. *Maij, & 30. eiusdem Mensis anni 1633. coram R. P. D. meo Ghislerio*, quasi tunc videantur facerę pre-

13 pretium † commune vt declarat *Alex. in l, in lege falcidia §. corpora num. 2. ff. ad l. falcid. Bald. in c. cum causam 41. de testib. num. 5. Aym. cons. 813. num. 4.* Tum propter maiorem vtilitatem, quæ ex eisdem locationibus percipiebatur, quia vt deponebant iuxta 27. & super primo articulo. Loca ex quibus hæ decimæ colligebantur, distabant per spatiũ plurium milliarium à loco, vbi fructus, qui exigebantur nomine d.decimæ vendi poterant, pro quorum custodia, & traductione opus erat impensa non modica, quæ superabat quantitatem, quæ percipiebatur ex locationibus, vt vsu, & experientia compertum erat, cum aliquandò contigerit, vt non inuenerit Episcopus quibus easdem decimas locaret, & fructus, quos eo tempore exegit, non æquauerint summam, quam solitus erat percipere ex locationibus, & ità inter cæteros deponebant primus testis, 2. 5. 7.8. & 9.

Descendendo autem ad singulas plebes, constabat ex testibus, qui fuerunt inducti ad probandum illorum valorem, quod aliquæ ex illis consueuerunt locari pro certa annua pensione frumenti, aliquæ pendebant affictus in pecunia. Quæ pensionem soluebant in frumento, erant plebs detta di Campoloro.

Plebs nuncupata verde, & illius contrada, cuius nomen Tox.

Opino siuê Tolone.

Regna Antisanti illius contrada.

Serra.

Castello Verzani Ghisone, & lugo contradæ eiusdem Plebis.

Cursa.

Coasina Salaggio contrada eiusdem Plebis.

Botio.

Vallerustie.

Santa Lucia, Talunga contradę Plebis Talcini.

Fauona contrada Plebis Carbini.

Et ex his omnibus plebibus percipiebat Episcopus singulis annis stadia viginti septem supra mille, ac ducenta frumenti, vt colligebatur ex depositionibus plurium testium, cum super fructibus cuiuscumque plebis dati fuerint saltim duo testes, qui etiam reddebant optimã rationem sui dicti, quia vel erant practici,
14 & informati, aut qualitatis terrarum, aut ipsorum redditũum, vel deponebant de facto proprio, cum aliqui ex ijs fuissent conductores, & aliqui collectores d. decimæ, & aliqui plebani, qui percipiebant quartam ex eadem decima. Præterea addenda his erant responsiones castanearum, & oleorum, quæ soluebantur in contrada Chigliaci sub plebania de Campoloro, & responsiones frumenti, quæ soluebantur ex aliquibus terrenis in eadem contrada spectantibus ad mensam Episcopalem, quæ duæ responsiones consueuerunt locari distinctè pro starijs
15 nouem frumenti, † & libris viginti in pecunia, vt deponebant septem alij testes reddentes easdem rationes de publica voce, & fama, & quia erant practici, & fuerant pręsentes mensurationibus, nempè 2. & 4. iuxtà 24. 5. iuxtà *26. 6.* iuxtà 28. *30.* & *33.* iuxtà 22. & *35.* super 1. & 5. articulo, qui deponebat de pacto proprio, eo quia fuerat conductor, & collegerat, & viderat colligi toto dicto tempore duodecim annorum eas responsiones. Reliquę plebes soluebant affictus in pecunia, & erant.

Monticello, & Argaiola contradæ plebis de Aregno.

Archipresbyteratus terræ Corbariæ, qui veniebat sub eadem plebe, comprehensis illius fructib. tàm certis, quàm incertis, cum aliquando soliti fuerint simul locari, vt deponebant *9.* testis iuxtà *29.* super *6.* articulo 11. iuxtà 24.

Niolo.

Venaco.

Carbini.

Alesani.

Corezza.

Corte in contrada Talcini.

Cursa, quæ præter responsionem solui solitam in frumento, soluebat etiam certam librarum quantitatem pro decima casei, & belluarum. Coasina, quæ etiam soluebat præter eamdem responsionem frumenti, similem quantitatem librarum nomine d. Decimæ.

Ghisone in contrada plebis Castelli.

16 Et super quantitate affictus † harum plebium dati fuerunt etiam plures testes, ex quorum depositionibus simul consideratis colligebatur, quod summa, quã Episcopus percipiebat occasione huiusmodi affictus non excedebat, singulis annis libras quinque, & septingentas supra sex mille, qui testes reddebant etiã optimam rationem. Vel quia fuerunt collectores, vel quia habebant interesse super quarta parte huius decimæ, & demum

mum deponebant de publica voce, & fama, & aliqui coarctabant negatiuam; Addendæ his etiam erant duæ annuæ responsiones, quas soluebant Caporales contradæ Ortalis sub plebania Alexani, & Caporales Omezzæ, sub plebania Talcini, cum essent immunes ab omni alia decima, quarum prima erat viginti quinque veruccum, eamque extimabant duo testes nempè 23. & 24. super 7. articulo in libris sexaginta duabus cum dimidia ad rationem quinquaginta solidorum in singula capita belluarum; Altera erat librarum quatuordecim, & de ea deponebant duo alij testes 4. & 5. iuxta 24. & 26. Hæ verò summæ simul omnes coniunctæ conficiebant summam stadiorum frumenti quadraginta, & vnius suprà mille, & septingenta, & librarum septem millium, & vnius, ac triginta cum dimidia, nimirùm.

Ex oris Aleriæ, & Fiumorbi stadia frumenti DV.

Ex affictu vndecim plebium, & earundem contradis stadia MCCXXVII.

Et pro responsione castanearum, & responsione terrenorum in contrada Chigliaci stadia IX.

Ex affictu reliquarum plebium, quæ pensionem soluunt in pecunia libras VIDCCV.

Ex affictu lacus Dianæ libras LXXX.

Ex responsione oleorum ex contrada Chigliaci libras XX.

Ex fructibus incertis Archipresbyteratus terræ Corbariæ libras CL.

Ex responsione viginti quinque veruccum in contrada Ortalis libras LXII. cum dimidia.

Ex annua responsione, quam soluunt Caporales in contrada Omezzæ libr. XIV.

Neque visum fuit contrarium probari ex alijs testibus, qui fuerunt examinati coram Reuerendiss. D. meo Decano vsque ad annum 1631. & in partibus occasione literarum remissorialium, quę fuerunt expeditæ pro parte Titularis, cum ex depositionibus eorumdem testiū diceretur constare valorem totius Episcopatus ascendere ad libras quinque, ac triginta, siuè etiam ad sex, & triginta millia. Nam contra primos testes
17 competebant plures exceptiones, quia illi fuerunt examinati sine iurisdictione, cum non solum non fuisset introducta causâ super nullitate translationis, de qua hodie dubitatur, sed neque tunc temporis sequuta fuisset eadem translatio; Altera verò causa, quæ mota fuerat coram Reuerendiss. D. meo Decano super inualiditate alterius translationis factæ ab eodem Cardinali Saulo ad fauorem Antonij Manfronij extincta fuisset per sententiam, quæ suam exequutionem habuerat. Prætereà neque poterat vis fieri super depositionibus eorum te-
18 stium. Tùm quia non apparebant informati, dum deficiebant tàm in exponendis oneribus Episcopatus, quàm in recēsendis omnibus corporibus frugiferis. Tum quia fuerunt ijdem testes reprobati à testibus Episcopi in hoc postremo examine, & in specie à primo teste, secundo, tertio, & quarto iuxtà 62. 63. & 64.
19 Alij verò testes examinati in Ciuitate Bastiæ videbantur etiam recepti sine iurisdictione, cum fuissent examinati à iudice remissoriali in termino reprobatorio, cui non competebat hęc facultas examinandi nouos testes super probatione totius negotij, & causæ; cum eius potestas solùm se extenderet ad ea, quæ respiciebant exceptiones contra personas testium examinatorum, *vt in c. præsentiam §. testes etiam de testib. vbi gloss. notat in verbo nomina Put. decis. 64. lib. 1. Boccac. de remissorial. cap. 8. num. 13.* qui attestatur de vsu, & obseruantia Palatij. Et ita &c.

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO Patriarcha Constantinopolitano.

Romana cambiorum 20. mil.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, si promittat creditoribus defuncti satisfacere, obligando se, non tantum tanquam hæredem, sed etiam proprio, ac particulari nomine, an censeatur renunciasse beneficio inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Hæres promittens soluere debita nomine proprio, non gaudet beneficio inuentarij.*

2 *Hæres beneficiatus non habet aliquod priuilegium dilationis.*

3 *Noua-*

3 *Nouatio, quando dicatur inducta.*

4 *Hæres promittens creditoribus, eos seruare indemnes, an censeatur renunciasse exceptioni inuentarij.*

5 *Obligatio, quæcunque vtrum censeatur emanata animo nouandi legalem obligationem.*

6 *Obligatio declarari debet secundum verba clara subsequentia.*

7 *Dictio, cum, obligationem præcedentem cum sequenti copulat, & dispositionem indiuiduam reddit.*

8 *Promissio de releuando à molestijs dandis, præsupponit in necessarium antecedens ipsam consignationem.*

9 *Inuentarij beneficio censetur hæres renunciasse, si promisit soluere debita, etiam se obligando, & sua bona. amplia num. 10.*

10 *Hæres, quando obligat se, & bona sua pro solutione relictorum non iuuatur beneficio inuentarij, licet in instrumento, dicat id facere vti hæres beneficiatus.*

11 *Quia illa verba censentur apposita demonstratiuè.*

12 *Bona descripta in inuentario præsumuntur hæreditaria.*

13 *Et hoc præsertim in præiudicium hæredis.*

14 *Vxor post mortẽ viri censetur dotis causam possessionis mutasse.*

15 *Vxor post mortem viri si satisfacta de sua dote non sit, dicitur bona viri retinere iure pignoris, donec de dote sibi satisfiat.*

16 *Pignus possidens, illud non dicitur nomine proprio possidere, sed nomine ipsius debitoris.*

17 *Protestatio an sit attendenda, stante præcedenti obligatione simpliciter facta.*

DECISIO DXLV.

CVm Nicolaus Pallauicinus vti creditor ratione cambij limitati inter alia in vna partita scutorum 20. mil. auri Ambrosij Puteobonelli fideiussoris Mauri post obitum dd. Ambrosij, & Mauri pro dicti sui crediti consequutione ageret contra Alexandrum Ambrosij filium, & heredem, deuenit tandem cum eo die 15. Iunij 1630. ad transactionem, in qua præuia conuentione, quod idem Pallauicinus teneatur de dicto suo credito sibi satisfacere ex effectibus appaltus dohanarum patrimonij per per certam ibidem nominatam personam infra sex menses exigendis; in octauo postmodum Capitulo eiusdem transactionis Alexander expresse se obligauit per huiusmodi verba. *In caso che il riscosso di detti effetti &c. nel detto tempo di sei mesi non ascendesse alla somma di quello che restarà creditore il detto Sig. Nicolò di detto cambio di scudi 20. mill. sia obligato detto Sig. Alessandro &c. la rata che mancasse darli tanti effetti nell' heredità del Sig. Ambrosio suo padre, cioè de beni, & effetti contenuti nell'inuentario di detta heredità da lui fatto &c. ad elettione però, e contentamento di detto Sig. Stefano con obligo del medemo Sig. Alessandro non solo come herede, ma anco come à nome suo proprio, e particolare, sicome s'obliga, e promette di liberare, e releuare indenne detto Sig. Nicolò da tutte, e singole molestie che li dessero li creditori dell'heredità di detto suo Padre, & che quell'effetti, e beni gl'hauerà, e terrà, e potrà tenere per detto conto, & in conto delli scudi 20. mill.*

Et quia infra dictos sex menses, immo etiam infra biennium deputatus ex supradictis effectibus nihil exegit; Pallauicinus facta per eum, ac in actis exhibita electione domus, & vineæ vrbis, alterius domus, & vineæ Ciuitatis Lauiniæ, nec non quorundam aliorum bonorum hæreditariorum in d. inuentario contentorum, super quibus volebat sibi satisfacere, ac alijs seruatis de iure seruandis, conuenit coram Aud. C. Alexandrum ad consignandum dicta bona per eum electa, alias viden. contra ipsum, eiusque bona propria decerni, & relaxari mandatum exequutiuum, quod cum per A. C. de mense Nouembris 1632. nisi infra quindecim decretum fuerit, commissa causa in Rota cũ clausula, Si quid exequen. & iuxta illam proposito pluries per me dubio, tandem supradicta die DD. responderunt decretum A. C. esse exequendum, quia Alexander, vt ex supradictis verbis transactionis clarè apparet per se ipsum sponte, & pro summa certa nedum tanquam
1 heres patris † sed etiam proprio, & particulari ipsius nomine se obligauit, sicque inuentarij beneficio gaudere non potest iuxta opinionem *Angel. cons. 31. num. 8.* quam sequuntur *Corn. cons. 31. num. 11. lib. 4. Phanucc. de inuent. hæred. par. 6. num. 110. & pluribus seqq. & plures alij Doctor. relat. per Surd. cons.*

195.

195. *num.26. & conf.365. num.17.& decis.* 183. *num.* 11. [*Gratian. discept.* 264. *per tot. & per Rot. decis.* 392. *num.* 2. *p.*1. *recent.*

Maximè quia fuit etiam consideratum in casu isto, quod dictus Alexander id fecit ex particulari interesse ipsius, scilicet propter dilationem solutionum, quã
2 aliàs vti † hæres beneficiatus non habebat, & mediante transactione nouiter consequebatur, & quod similiter vt certum est, ipse vti hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenebatur ad promissionem de liberando ab omnibus, & singulis molestijs creditorum hæreditariorum, & de releuando indemnem Pallauicinum, quo casu cum huiusmodi obligatio non se compatiatur cum obli-
3 gatione hæredis beneficiati, etiam † ex hoc dicitur inducta nouatio, itaut Alexander teneatur de proprio etiam non facta discussione bonorum hæreditariorum *ex deduct. per Rotam in causa Romana Legatorum de Columna* 9. *Decembris* 1620. *coram bon. memor. Vbaldo*, & de eo
4 qui † creditorem indemnem, & penitus sine damno releuare promisit post *Angel. d. conf.*31. *ad fin. trad. Phanuc. de inuent. hæred. d. par.*6. *num.*115. *Gratian. d. discept.*264.*n.*19. Quicquid sit quando non
5 constat † hæredem cum beneficio legis, & inuentarij habuisse animum nouandi legalem obligationem, *vt per Franch. decis.* 323. *num.*3. *& decis.* 648. *& per Rot. d. decis.*392. *num.*3. *& seq. par.* 1. *recent. & decis.* 223. *per tot. post tract. Pacif. de Saluian.*

Nec subsistere visum fuit, quod huiusmodi obligatio Alexandri de dando tot bona, & effectus hæreditatis sit distincta ab altera de deliberando Pallauicinum à molestijs creditorum, illumque indemnem releuando, itaut prima fuerit facta ab Alexandro vti herede beneficiato: Secunda verò ex propria persona, quia fuit responsum, quod immo obligatio præcedens de dando, &c. legitur facta per Alexandrum simpliciter, non autem vti hæredem beneficiatum, ibi: *sia obligato detto Signor Alessandro*, quæ pro-
6 pterea † declarari debet cum alijs subsequentibus verbis claris, ibi: *con obligo del medesimo Signor Alessandro, non solo come herede, mà anco come à nome suo proprio, & particolare, &c. iuxta l. si seruus plurium §. fin. & l. qui filiabus, ff. de legat.* 1.

7 Præsertim quia illa dictio † (cum) obligationem præcedentem cum sequenti copulat, & dispositionem indiuiduã reddit, *Surd. decis.* 88. *num.* 11. *vers.* 3. *& decis.*8. *num.*7. *in fin. Rot. decis.*709.*nu.*9. *par.*1.*diuers.* Et subsequens obligatio de liberando Pallauicinum à molestijs dãdis à creditoribus super effectibus consi-
8 gnandis † præsupponit in necessarium antecedens ipsam consignationem, ad quã propterea eò facilius Alexander eodem modo quoad liberationem à molestijs, & ad releuationem indemnitatis se obligasse censetur *ad l. illud, ff. de acq. hæred.*

Præterea fuit etiam põderatum, quod in fine eiusdem transactionis adest huiusmodi clausula, *e per osseruatione delle predette cose, detto Signor Alessandro obliga, &c. detta heredità, & beni hereditarij, &c. & anco se, & suoi beni particolari, & proprij, &c.* quæ propterea ad omnia, & singula supradicta, sicque etiam ad dictã
9 obligationem † de dando tot bona, & effectus hæreditatis supra proximè, & simpliciter factam referri debet, & in istis terminis per *Soccin. Sen. conf.*154.*numer.*7.*trad. idem Phanuc. de inuent. hæred. par.*6.*sub d. nu.*115. *vers. vel etiam quando, Gratian. d. discept.* 264. *nu.*19.

10 Quod procedit licet in principio, † seu præfatione instrumenti Alexander dicatur ad transactionem deuenire vti hæres beneficiatus, quia nihilominus ex alijs supradictis verbis claris subsequen. dispo-
11 sitiuæ illa verba præfationis † censentur tantum demonstratiuè apposita quoad qualitatem personæ Alexandri, qui erat hæres beneficiatus, & ne aliàs transactio per errorem facta dici posset, vt per *Corn. d. conf.*31.*sub num.*13. *vers. & si dicatur, lib.*3.*Aym. conf.*214. *num.*7.*Phanuc. de inuent. hæred. d. par.*6.*num.*113.

Minus refragatur, quod effectus per Pallauicinum electi iam penes creditores anteriores reperirentur, & præcipuè penes D. Liuiam matrem Alexandri, quę erat creditrix ratione suæ dotis scutorũ 13. mill. auri, sicque dicti effectus amplius non spectarent ad hæreditatem, de quibus obligatio Alexãdri loquitur, quia placuit responsio, quod immò dicti effe-
12 ctus † satis dicebantur ad hæreditatem spectare, cum vti tales descripti legantur in ipsius hæreditatis inuentario, quod hoc sufficienter probat *l. fin. C. arbitr. tut. l. fin. C. de iur. deliberan. Surd. dec.*184. *numer.*3. *Rota decis.*387.*nu.*2. *par.*1. *& dec.*

406. *num.*2. *rec. & coram san. mem.Gregor. XV. decis.*575. *num.* 3. Præsertim in
13 præiudicium † hæredis, qui inuentariũ confecit *Roman.cons.* 102. *numer.*3. *Rota decis.*800. *num.*24. *par.*1.*diu.*

Tantò magis, quia licet D. Liuia post
14 obitum viri † mutasset sibi causam possessionis, & dictos effectus cœpisset retinere pro suis iuribus dotalibus, ex hoc tamen non sequitur, quod dicti effectus non essent amplius in hæreditate, quia
15 tunc mulier dicitur † illos retinere tantum iure pignoris, donec sibi de dote satisfiat, vt fuit ponderatum per *Rotam in S. Seuerini bonorum* 16. *Decembris* 1619. *&* 1. *Iulij* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo*, nec dicitur illos possidere nomine pro-
16 prio, † sed nomine ipsius debitoris, *l. pignoris in princip. ff. de vsucap. cum alijs cumulatis per Surd. cons.*166. *num.*21.

Ex his cessat, quod Alexander post transactionem protestatus fuerit se nolle teneri ad recuperandos effectus iam creditoribus assignatos, sed ad exhiben. eos tantum, qui erant in hæreditate patris, nam quicquid sit an de huiusmodi protestatione sufficienter constet, responde-
17 tur, quod † illa non est attendenda stãte præcedenti obligatione simpliciter facta, in qua effectus hæreditatis etiam per D. Liuiam retenti, seu alijs creditoribus obligati comprehenduntur ex pluribus supra deductis.

Nec demum subsistit, quod pro extinctione dicti crediti scutor. 20. mill. fuerint per Maurum principalem debitorem Nicolao transmissa rubra 3. mil. frumenti, & solutæ diuersæ pecuniarum summæ, quia immò ex literis Mauri quietantijs Nicolai, ac alijs in facto deductis satis constare visum fuit, quod pretium huius frumenti, & pecuniæ cesserunt in extinctionem, seu diminutionem alterius cambij currentis, quod ascenderat ad summam scut. 93. mill. & redactum fuit ad scut. 38. mil.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Brixieñ Iurisdictionis.

Die Veneris 9. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Ordinarius licèt habeat intentionem fundatam exercendi iurisdictionem in omnibus locis positis intra fines suæ Diœcesis, tamen si aliquis exhibetur titulus, & possessio exemptionis à sua iurisdictione, non est d. Ordinario concedenda manutentio, sed exempto, donec cognoscitur de validitate tituli, & possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij habent intentionem fundatam de iure communi in iurisdictionem omnium Monasteriorum Regularium intra suam Diœcesim existentium.*

2 *Ordinarijs etiam ex sola iuris assistentia in iurisdictionalibus non solet denegari manutentio.*

3 *Regulares, dum allegant titulum exemptionis à iurisdictione Ordinarij, vel priuilegium, & exhibetur, ac de possessione docent, dum cognoscitur de releuantia titulorum, & legitima possessione turbari non possunt.*

4 *Et hanc opinionem semper sequuta est Rota, vtroque concurrente, nempe titulo, & possessione.*

5 *Regulares, si immediatè sub protectione Sedis Apostolicæ recipiantur, ista specialis protectio semper eximit priuilegiatos à iurisdictione Ordinariorum.*

6 *Regularis domus, dum cognoscitur, an comprehendatur in priuilegijs, & Constitutionibus exemptionis ab iurisdictione Ordinarij, eo quia subdat Religioni exemptæ, non debet priuari eius legitima possessione, & num.* 7.

8 *Iurisdictionis exercitium super aliquo loco Regulari infertur ex pluribus ordinationibus factis concernentibus vtrumque statum temporalem, & spiritualem.*

9 *Iurisdictio super aliquo loco probatur ex obedientia, & subiectione.*

10 *Actus confirmandi officiales Regulares electos, semper pendet à iurisdictione ordinaria Superiorum, vel delegata à Sede Apostolica, & num.* 11.

12 *Ordinario solummodò denegatur manutentio contra allegantem titulum, & possessionem à suæ iurisdictionis exemptione, si Ordinarius nitatur solum iuris assistentia.*

13 *Sed quando ex parte eius concurrunt etiam actus possessorij, tunc non est deneganda manutentio in quasi possessione iurisdictionis.*

14 *Pos-*

14 *Possessio valida nulla potest acquiri ex actibus contradictis, & qui causam liti dederunt.*
15 *per actum minimum conseruatur totum.*
16 *Comissariorum relationi absque testimonio Notarij de actibus visitæ rogati non solet plena fides adhiberi.*

DECISIO DXLVI.

Domino Episcopo Brixineñ petente manutentionem in quasi possessione exercendi iurisdictionem Episcopalẽ super domo Regulari, eiusque RR. Mulieribus, de quibus agitur, responsum fuit non esse dandam, quia Patres Seruitæ exhibent titulum, & docent de possessione eorum iurisdictionis super prædicta domo Regulari.

Nam, & si vera sit conclusio, quod
1 Ordinarij † habent fundatam intentionẽ de iure communi in iurisdictionem omnium Monasteriorum Regularium intra suam Diœcesim existentium, *cap. penul. de relig. dom. glos. in cap. conquærente, in verb. iurisdictionem de off. ord. Dec. in cap. fin. num. 6. in notab. de confir. vtil. vel inut.*
2 & etiam † ex sola iuris assistentia in iurisdictionalibus non soleat denegari manutentio Ordinarijs, *cap. cum personæ in fine de priuileg. in 6. Capic. dec. 189. num. 7. Seraph. decis. 1449. num. 1. & in recent. p. 2. decis. 382. & 493. cum alijs allegatis.*

Attamen vera etiam est declaratio, quando allegatur titulus exemptionis, vel priuilegium, & exhibetur, ac de pos-
3 sessione docetur, tunc Regulares † dum cognoscitur de releuantia titulorum in eorum libertatis, vel exemptionis legitima possessione turbari non possunt, vt admittitur in secunda parte eiusdem capituli cum personæ, *de priu. in 6. & comprobant Anchar. ibid. nu. 2. Gemin. in §. fin. num. 3. & 4. Franc. num. 2.* & Rota hanc
4 declarationem semper † est sequuta vtroque concurrente, nempe titulo, & possessione *decis. 491. num. 4. & 5. & 685. num. 2. par. 1. & 682. num. 5. par. 2. recen. Seraph. decis. 1278. in fine, & 595. num. 3. & 4. idem fuit dictum in Aprutina iurisdictionis 9. Iunij 1606. coram D. Card. Pamphilio in Constantien. iurisdictionis 16. Nouemb. 1607. coram Episcopo Attrebaten. & in Lauretana iurisdictionis 2. Maij 1631. coram D. Durano Episcopo Vrgellen.*

Titulus autem ad hunc effectum per Religionem exhibitus visus fuit sufficiẽs, cum deducatur ex Constitutionibus Sũmorum Pontificum Vrbani Sexti, Innocentij Octaui, & aliorum, in quibus nedum Fratres Seruitæ eximuntur à iurisdi-
5 ctione Ordinariorum, & immediatè † sub protectione Sedis Apostolicæ recipiuntur, sed & omnes sorores Mantellatæ, Pizcoræ, ac Tertiariæ nuncupatæ subijciuntur Generali, & Superiori Ordinis, cum derogatione Cõcilij generalis, quæ specialis protectio, semper eximit priuilegiatos à iurisdictione Ordinariorũ *cap. ex parte il 1.* ibi priuilegium Nobis Apostolicum ostenderunt *de priuil. cap. si Papa eod. tit. in 6. cap. 2. de integr. restit. cap. cum tempore de arbitr. Dec. cons. 152. n. 2. Put. decis. 115. in fine lib. 3. Seraph. decis. 1025. num. 5. & seq.* Præterea desumitur idem titulus ex Constitutionibus huius domus Regularis à Sede Apostolica
6 cõfirmatis, in quibus præsupponitur † exemptio, & obedientia, & iurisdictio debita Generali Ordinis, & eius Vicario, & alijs Superioribus assignata.

Non obstat, quod sorores huius domus Regularis non comprehendantur in dictis priuilegijs, aut constitutionibus;
7 quia dum cognoscitur † de comprehensione, non debent Seruitæ priuari eorum legitima possessione, secundum terminos eiusdem Capituli cum personæ *de priuil. in 6.*

Quo verò ad possessionem benè probatur ex actibus positiuis, qui dantur, nempè ex visitatione facta per Vicarium Generalẽ Ordinis sub die 20. Iunij 1627. Summ. Religionis num. 16. in quo quã-
8 plures ordinationes factæ fuerunt, † concernẽtes vtrumque statum temporalem, & spiritualem, quæ proculdubio inferũt iurisdictionis exercitium, *cap. conquærente de offic. ordin. Soccin. de visit. nu. 4. vers. decimo quæro, Rot. decis. 196. num. 2. pa. 2. diuers.* Dantur præterea admisiones ad habitum, & votorum emisiones in manibus Superiorum Religionis, quæ pro-
9 pter † obedientiam promissam, & subiectionem Patri Generali probant iurisdictionem, *Isernia, Aluarott. & alij in c. 1. qualiter Vassallus præstare debeat Domino fidelitatem, Natt. cons. 636. nu. 65. lib. 4.* ac demum dantur confirmationes factæ per Vicarios Generales Ordinis quoad sorores quæ in eadem domo solent offi-
10 cia exercere, qui actus † confirmandi Officiales electos semper pendent à iurisdi-

risdi-

risdictione ordinaria Superiorũ, vel de-
11 legata à Sede † Apostolica per priuilegia, ac Constitutiones Summorum Pontificum.

Non obstat, quod Ordinarijs denegetur manutentio contra allegantem titulum, & possessionem solummodò quan-
12 do † nituntur sola iuris assistentia, sed quando ex parte eorumdem concurrunt
13 etiam actus possessorij, vt in presenti presupponitur, tunc non esse denegandã manutentionem in quasi possessione iurisdictionis, *Bald. in cap. querelam nu. 23.*
14 *in fin. de elect.* dicens per actum † minimum conseruari totum, & idem videtur firmatum in *Theatina iurisdictionis, quæ est 382. par. 2. recent.*

Quia cum actus dati pro D. Episcopo fuerint expressè contradicti, vel pro par-
15 te † sororũ, vel pro parte Religionis, & causam liti dederint nulla potuit ex eis acquiri valida possessio, *Rota decis. 165. num. 5. par. 4. diuers. & 30. num. 1. par. 2. recent. Afflict. decis. 395. num. 7.*

Nam visitationi anni 1628. 13. Ianuarij fuit contradictum, & seu potius dissentientibus Priorissa, & alijs sororibus fuit admissa, & de ea non constat nisi ex relatione Commissariorum, quibus abs-
16 que testimonio † Notarij de actibus visite rogati non solet plena fides adhiberi, *Annibal Rochus de visitat. in verbo creare possit fol. 304. Lucas Antonius Resta in directa visitat. cap. 5.*

Litere pariter Archiducis Leopoldi non cõferunt ad probationem actus possessorij, quia vigore illarum Ordinarius iurisdictionẽ in domo predicta non exercuit, nec exercere poterat, ex quo in eisdem reseruatus fuit articulus iurisdictionis inter eumdem Ordinarium, & Seruitas per Sedem Apostolicam decidendus, cum qua reseruatione cessabat facultas ex literis pretensa.

Et ita vtraque, &c.

¶ *In eadem causa infra adest altera decisio sub 11. Decembr. 1634. coram eodem R. P. D. meo Dunozet.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Perusina Fideicommissi de Alphanis.

Die Lunæ 19. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Statuta exclusiua fœminarum, licet emanauerint pro conseruatione agnationis, tamen vt ea extendantur, identitas rationis non sufficit, sed requiritur maioritas. Filia dotata, si excludatur à successione, intelligitur de dotata tempore delatæ successionis. Administrator, de quibus bonis, præsumatur soluisse æs alienum.

SVMMARIVM.

1 *Verba (prout supra, &c.) repetunt qualitates præcedentis dispositionis.*
2 *Statuta exclusiua fœminarum dicuntur emanasse pro conseruatione agnationis.*
3 *in Statutis exclusiuis fœminarum debet fieri extensio ex identitate rationis.*
4 *Filiæ fœminæ vt excludantur ab hæreditate matris, non tanta ratio est, quanta ab hæreditate patris, vel aui.*
5 *Extensio in statutis exclusiuis fœminarum non fit ex identitate rationis, sed requiritur maioritas.*
6 *Statut. Perusinum 45. de mulier. dot. excludit filias dotatas propter dotem. & num. 9. & 11.*
7 *Statuta, non est dicendum, quod frustra occupent membrana.*
8 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
10 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
12 *Actus sequens re non integra non admittitur in præiudicium tertij, sed iuris illi quæsiti.*
13 *Gesta per eum, de cuius mandato, non constat, nihil faciunt.*
14 *Aegidianæ effectus non impeditur per nouam probationem, vel productionem, & num. 19.*
15 *Obseruantia non inducitur ex actibus voluntarijs.*
16 *Administrator censetur soluisse debita de pecunijs, exactis, & administratis.*
17 *Administrator non potest fieri creditor eius, cuius bona administrat, nisi reddita ratione.*
18 *Hæres, quando hæreditas est locuples præsumitur soluisse debita defuncti, de pecunijs,*

cuniјs, & mobilibus hæreditariјs.

20 *Exceptio retentionis pro melioramentis non admittitur quando non probatur, quod melioramenta fuerint necessaria.*

Vel taliter vtilia, vti fuerint aucti fructus. num. 20.

21 *Peritorum relationes, licet sint legitimè electi non attenduntur, non constito de citatione ad videndum æstimari.*

22 *Melioramenta compensantur cum fructibus à die motæ litis.*

DECISIO DXLVII.

Reproposita causa an esset locus Aegidianæ, Domini perstiterunt in decisis * pro affirmatiua, cum sententia Rotæ Perusinæ immissiua D. Martiæ in possessionem tertiæ partis bonorum maternorum esset valida, & iuxta ex deductis in decisione.

Visa namque fuit DD. plana intelligentia statuti Perusini in ea firmata, nec ex §§. iterum ponderatis Martiam excludi à successione matris.

Nec obstare, quod in §. *Item si quis etiam pater*, loqui de dotata à patre de bonis paternis, & maternis viuente matre firmatum fuit, habeat verba vsque ad portionem ipsi mulieri de iure tangẽtem, quasi cum portio non tangat in vita, intelligi debeat de dotata post mortem. Quia participium tangentem exponendum est, quæ tangere debet, vt demonstrat tam subiecta declaratio in decisione ponderata ostendens statutum loqui in dotatione facta matre viuente ex allegatis in ea, quàm quia statutum loquitur, ibi etiam in bonis patris viuentis, & dotantis, vnde conuincitur dictum participium ita esse necessario intelligendum.

Minus obstare repetitam ponderationem, §. *Item si aliquis pater*, in verbis, & aliarum personarum, de quibus, & prout supra dictum est, quia intelliguntur retento eodem themate d. §. quando mortuo patre, vel auo fuit dotata ab aliquo fratre, vel descendente ex fratre, tunc enim excludi vult etiam ab hæreditate aliarum personarum, de quibus, & pro-
1 ut supra † dictum est scilicet descendentium à patre, vel auo, vt in principio statuti dictum fuerat, nec possunt intelligi in themate, & casu longè diuerso diuersæ donationis, *Crau. cons. 208. nu. 5. & 6. & in Romana de Marganis 9. Decembris 1616. coram bon. mem. Buratto*, atque ita in terminis huius §. *sæpius firmauit Corn.* vt in decisione, de cuius etiam tempore continebat dicta verba, de quibus *Corn.* expressam mentionem facit *cons. 300. num. 1. circa fin. vers. & videtur dicendum lib. 4.*

2 Non obstat, quod statuta † exclusiua fœminarum dicatur emanasse pro con-
3 seruatione agnationis, ideò † fieri debeat extensio ex identitate rationis, quia non est tanta ratio excludendi filias ab hæ-
4 reditate † matris, quanta ab hæreditate patris, & aui, *Hond. cons. 1. nu. 28. & 32. in fin. lib. 1. Surd. decis. 9. num. 9. & in Bononien. successionis 13. Maij 1633. coram R.P.D. meo Merlino*, vel certè nõ
5 maior ratio, † & non fit extensio in statutis exclusiuis ex identitate, sed requiritur maioritas rationis, vt in decisione, & latè firmat *Rota decis. 461. num. 4. vers. & mouebantur par. 2. recent.* & cumulant alios *Aldou. cons. 97. numer. 16. Gratian. discept. 653. num. 43.* Eoque minus in
6 hoc † Perusino, quod ex allegatis in decisione non excludit, nisi dotatas, & pro-
7 pter dotem, & frustra † occupasset membranas cum longa distinctione casuum, & §§. si solam rationem conseruando agnationis attendere voluisset.

Nec firmata in decsione circa §. & sic casus euenerit, læduntur in aliquo prætextu, quod verba, prout in *præsenti statuto* continetur, non debeant referri ad principium, ex quo ibi non aperitur, an dotatio post delatam hæreditatem sufficiat, sed ad §. præcedentem vbi declaratur sufficere. Quia decisio non dicit verba prædicta referri ad principium, sed illa referri ad contenta in toto statuto iuxta casus in eo expressos ob eorum di-
8 uersitatem † singula singulis congruè referendo, vt in terminis dixit etiam *Eugen. cons. 4. num. 56. & 58. lib. 2.* Idq; confirmari ab vsu statuentium, qui vbi volebant se referre ad certum §. *semper id exprimebant l. arg. l. hæredes palam, §. sed & si notam, ff. de test.* & in terminis statuti *Rota Bononien. diuers. decis. 2. n. 29.* Quamuis etiam nec subsistat in principio non aperiri dotationem post delatam hęreditatem non sufficere, † cum excludendo
9 sub conditione, & qualitate dotationis, & nonnisi dotatas, & propter dotem, satis aperiat dotationem requiri ante delatam hęreditatem ex plenè etiam in terminis statuti Perusini allegatis in decisione, & exceptio, & limitata permisio dotatio-

tationis in casibus, §. item si aliquis con-
10 firmet regulam, † & prohibitionem in
non exceptis ex allegationis in eadem
vers. nam placuit.

Neque additio hęreditatem maternę
etiam pro Martia, ex qua rem esse cla-
riorem dictum fuerat controuerti potest
ex eo, quod dos censeatur retenta pro
filijs masculis: quia loquuntur ad hoc al-
legati in terminis statuti simpliciter ex-
cludentis fœminas, sed vbi non exclu-
11 dit, † nisi dotatas (vt istud Perusinum)
hæreditas delata est etiam indotatę, quę
ubi etiam dotari posset, tamen interim
intrat additio tollens futuram dotatio-
nem, *Corn. cons. 95. num. 13. in fin. & 14.
lib. 2. Natt. cons. 74. num. 9. & 10. Medit.
& Morot. relati in decis.* ex quo actus se-
12 quens † re non integra non admittitur
in præiudicium tertij, seu iuris illi quę-
siti *Seraph. decis. 20. num. 5. Rimin. iun. con-
sil. 813. num. 25.* Cessatque disputatio ex
instrumentis à patre factis expresè no-
mine etiam Martię vti heredis, cum etiã
vbi deseruire non possent pro additione
benè declarent animum retentionis do-
tis, & sic additionis ab initio, etiam pro
illa, vt fuit in decisione deductum.

Accatastio verò pręcedens quorumdã
bonorum maternorũ nomine Seueri ni-
13 hil † facit tanquam ad instantiam cuius-
dam asserti factoris Raphaelis, de cuius
mandato non constat, licet etiam noua
14 probatio, † vel productio non admit-
tatur ad impediẽdum effectum Aegidia-
nę *ex alleg. in decis. 29. Maij præteriti.*

Obseruantia demum pretensa non re-
15 sultat ex † pretensis actibus voluntarijs
non petitę successionis per aliquas filias,
nec illi sunt in casu certę additionis e-
tiam pro eis iuxta firmata in vtraque de-
cisione.

Nec obstare visa fuit exceptio reten-
tionis pro melioramentis, & ęre alieno
Dianorę à Capitaneo Raphaele persolu-
to; quo enim ad ęs alienum primo cen-
16 setur per eum † tanquam administrato-
rem solutum de pecunijs, exactis, & ad-
ministratis, *l. ne sennius, vbi Bartol. ff. de
neg. gest. Crau. cons. 129. num. 3. Mascard.
conclus. 55. num. 1. Gratian. discept. 204.
17 num. 1.* sed saltem non potest † firmari
creditor ante redditam per eum rationẽ
hęreditatis q. Guidi habitæ pro Dianora
vxore, & hęreditatis vxoris plenè, *Rota
decis. 612. numer. 2. & 3. par. 1.* & melius
decis. 210. sub num. 2. par. 3. recent. prę̨ser-
tim tum stantibus exactionibus credito-
rum in facto deductis, tum quod bona
hęreditaria Dianorę continuauit sine in-
uentario possidere, sicque ex quo hęre-
18 ditas † pręsumitur locuples, censeatur
soluisse de pecunijs, & mobilibus hęre-
tarijs, *Bald. in l. filium quem habentem,
num. 37. C. famil. hercisc. Surd. dec. 15. nu-
mer. 15. Gratian. discept. 204. num. 14. cum
seq. & in Romana fideicommissi de Victo-
rijs 2. Iunij 1627. coram Reu. P. D. meo
Merlino.*

Secundo cum neque de illo, neque de
solutione illius fuerit doctum in parti-
bus, immò nec oppositum, sententia im-
missionis fuit iusta, nec ex nouis proba-
19 tionibus † impediri potest illius execu-
tio vigore Aegidianę, vt dictum est.

20 Quo verò ad melioramenta, primo † te-
stes non probant fuisse necessaria, vel ta-
liter vtilia, vti fuerint aucti fructus, nec
statum præcedentem terrarum super qui-
bus facta dicuntur iuxta deducta in *decis.
650 sub num. 1. & 4. par. 2. recent.* & per
informantes, stante præsertim fumo de-
teriorationis ex attestatione data. Re-
21 lationes verò peritorum † vbi essent le-
gitimè electi non faciunt, non constito
de citatione ad videndum ęstimari, *Bart.
in l. Theopompus num. 9. vers. quandoque
statuo, ff. de dot. præalleg. Cresc. decis. 2. de
arbitr. Rot. decis. 554. num. 1. par. 2. recent.*

Secundò fructus à die motæ litis tan-
quam annorum decem excederent præ-
22 tensa melioramenta, † cum qnibus pro-
indè erunt compensanda in liquidatione
fructuum, *l. sumptus, ff. de rei vend. Rota
d. decis. 650. num. 6. par. 2. recent. & in Ro-
mana Vineæ 9. Nouemb. 1624. coram bon.
mem. Buratto, & in Ferrarien. de Tassonis
17. Iunij 1630. coram R. P. D. meo Pirou.*

Et ita vtraque, &c.

☞ * *Idest sub die 1. Februarij 1634. est de-
cisio 264. in sequenti parte.*

DECISIO DXLVIII.

Gerundeñ Beneficij.

Die Lunæ 16. Iunij 1634.

Impressa Apud Merlinum Decis. 741.

R.P.D.

R.P.D. DVNOZETTO.

Pistorieñ seu nullius Beneficij.

Die Lunæ 19. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Possidens aliquid ex titulo infecto, si superueniat ei titulus validus, an illi sit concedendum mandatum de manutenendo, vel immissio. Clausula, statum litis &c. quid operetur. Clausulæ, Dummodo non sis intrusus in beneficio, & dummodo alteri non sit ius quæsitum, & sine præiudicio, cuius sint naturæ. Subrogato gratiosè, quando non denegetur immissio.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis, alio non existente in possessione, etiam in beneficialibus sufficit ad effectum manutentionis.*

2 *Possessio capta lite pendente, & infra terminum ad appellandum, est attentata, & ideo non est manutenibilis.*

3 *Possessio infecta ex suprauenienti titulo validè purgatur.*

4 *Possessionis causa censetur mutata, etiam absque animi declaratione.*

5 *Possessionis attentatæ qualitas, dicitur satis narrata Papæ, ad effectum illam sanandi, si narratum fuerit d. possessionem fuisse captam lite pendente, & infra terminum ad appellandum.*

6 *Clausula, statum litis, & merita causæ haben. pro expressis, inducit in Papa expressam notitiam, nedum de lite, sed etiam de eius qualitate cum omnibus in ea contentis, ac si indiuidualiter de eis mentio facta fuisset.*

7 *Clausula, in subrogatione beneficij facta à Papa, scilicet, dummodo in dicto beneficio intrusus non sis, intelligitur de alia intrusione, quàm de expressa.*

8 *Intrusionis causæ sunt multiplicabiles.*

9 *Clausula, dummodo alteri non sit ius quæsitum, intelligitur de alio, quàm de narrato.*

10 *Clausula, sine præiudicio, apposita in gratia Apostolica, intelligitur de alio præiudicio, quam de expresso, ne Papa videatur incontinenti se corrigere.*

11 *Beneficij possessionem si quis acceperit auctore Prætore, non potest dici, in eo intrusus.*

12 *De Intruso, si aliqua constitutio loquatur, est intelligenda de verè intruso.*

13 *Immissio vigore subrogationis non potest denegari, stante clericatu, lis super titulo beneficij, & obitu defuncti in possessione.*

14 *Lis probatur ex commissione, vna cum citatione, ad dicen. contra executa.*

15 *Mors probatur ex partita formiter extracta à libro Parochi.*

16 *Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi de contrario doceatur, & num. 17.*

18 *Subrogatus ad ius, & possessionem aliquorum sufficit, quod desumat ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius.*

19 *Beneficij vacatio expirat per prouisionem Apostolicam.*

20 *Beneficij vacatio, vbi non adest, non datur subrogatio.*

21 *Gratia in forma dignum, non inducit vacationem beneficij, nisi fuerit executioni demandata.*

22 *Subrogatio gratiosa non impeditur, per exceptiones, quæ respiciunt petitorium, si subrogatus probauerit litem, clericatum, & obitum defuncti in possessionem.*

DECISIO DXLIX.

Vacante hoc beneficio per obitum q. Euerardi de Medices fuerunt ad illud præsentati D. Archiepiscopus Pisanus à DD. de Medicis patronis, & Bartholomæus Verzonus ab alijs aff. patronis; ortaq lite inter hos præsentatos coram Ordinario Prateñ D. Archiepiscopus obtinuit illud sibi à Sede Apostolica commendari, & in vim sententiæ latæ ab exequutore suarum litterarum possessionem d. beneficij adeptus fuit. Appellauit Verzonus à dicta sententia, & causa in Rota introducta decessit, vnde cum D. Archiepiscopus obtinuisset à Sanctissimo subrogationem gratiosam in ius, & possessionem dicti Euerardi, & Verzoni, dubitaui an ei esset dandum mandatum de manutenendo, vel potius mãdatum de immittendo vigore subrogationis gratiosæ, & Domini dixerunt ei dandum esse mandatum de manutenendo, & quatenus opus sit mandatum de immittendo.

Et quo ad manutentionem attinet, illa visa fuit non posse denegari cum de posseſſio-

sessione D. Archiepiscopi clarè constat
1 ex publ. † instrumento, quod alio non possidente etiam in beneficialibus sufficit ad effectum manutentionis, *Rot. diu. dec. 595. num. 8. par. 1. & dec. 181. num. 4. par. 4. Greg. XV. decis. 323. num. 1. & aliàs sæpè.*

Non obstat quod dicta possessio vt capta
2 pendente † lite, & infra terminum ad appellandum fuerit attentata, ideoq. non manutenibilis, *Lancell. de attent. par. 3. cap. 31. num.* 200. *Caual. decis. 135. num. 1. cum alijs alleg.* quia ex su-
3 perueniente † titulo subrogationis, in qua facta fuit expressa mentio d. possessionis infectæ fuit purgatum omne vitium, &
4 censetur mutata causa possidendi † etiam absque animi declaratione, vt in terminis dixit *Rota coram Mant. dec. 71. & Reuerendiss. D. meo Decano dec. 72. num. 3. & 4. in Agrigentina beneficij 21. Iunij 1610. coram Eminentiss. D. meo Card. Pamphilio.*

Non obstat, quod non fuerit specificè narrata qualitas possessionis attentatæ, quia illa visa fuit satis expressa ex † eo,
5 quod fuerit narratum d. possessionem fuisse captam lite pendente, & infra terminum ad appellandum stante præsertim
6 clausula statum litis, † & merita causæ haben. pro expressis, quæ inducit expressam notitiam in Papa, nedum de lite, sed etiam de eius qualitate cum omnibus in ea contentis, ac si indiuidualiter de eius mentio facta fuisset, *Mart. de claus. clausul. 153. Gomes. super reg. de trien. q. 14. num. 7. vers. postremo facit.*

Non obstat, quod in litteris subroga-
7 tionis fuerit adiecta † clausula, dummodo in dicto beneficio intrusus non sis, quæ videtur afficere D. Archiepiscopum adeptum possessionem pendente lite, & termino ad appellandum, quia cum fuerit Papæ narratum dictam possessionem fuisse captam cum d. vitio, dicta clausula intelligitur de alia intrusione, quàm
8 de narrata, cum causæ † intrusionis sint multiplicabiles, vt considerauit Rota coram *Mant. d. decis. 71. num. 4. & coram Reuerendiss. D. Decano decis. 413. num. 3.* prout in simili clausula, † (dum-
9 modo non sit alteri ius quæsitum) intelligitur de alio, quàm de narrato, *Crescen. decis. 7. in fin. de iurepatr. Rot. diu. decis. 653. num. 4. par. 4.* & clausula sine præ-
10 iudicio † apposita in gratia Apostolica intelligitur de alio præiudicio quàm de expresso, ne Papa videatur incontinenti se corrigere, *Gramm. decis. 66. num. 4. Honded. cons. 86. num. 46. lib. 2. Rot. decis. 791. num. 2. par. 3. recen.*

Vltra quod D. Archiepiscopus non
11 accepit possessionem † auctoritate propria, sed auctore Prætore, & ideo ad effectum subrogationis non dicitur intrusus cum ad hunc effectum dispositio lo-
12 quens † de verè intruso intelligatur, prout in terminis huius clausulæ tenuerunt *Cassad. decis. 6. in princ. & n. 2. & seq. de caus. poss. & propr. Sarnen. ad reg. de subrogan. q. 4. in princ. & in fin. & ad reg. de trien. q. 47. in princ. Gigtract. de intrus. num. 77. in fin. Mant. d. decis. 71. num. 4. & fuit dictum in Ianuen. Parochialis 12. Decemb. 1632. coram R.P.D. meo Verospio.*

Sed quatenus etiam aliquis inesset scrupulus in prædictis, & possessio D. Archiepiscopi aliquam pateretur difficultatem, prout nullam prorsus pati DD. credebant ex supra deductis, adhuc tamen videbatur DD. non posse D. Ar-
13 chepiscopo denegari † immissionem vigore subrogationis gratiosæ cum omnia necessaria ad illam obtinendam iustificentur nempe clericatus, lis super titulo beneficij, & obitus defuncti in possessione, *Seraph. decis. 990. Greg. decis. 307. num. 1. Caual. decis. 608. num. 1.*

Clericatus enim D. Archiepiscopi est notorius, & non controuertitur, lis de
14 tempore † datæ subrogationis, & antea probatur ex commissione Rotali decreto citationis, & mandatis procuræ, *Clem. 2. vt lit. pend. Seraph. decis. 316. num. 4. Greg. XV. decis. 27. num. 1.*

15 Obitus Verzoni probatur † ex partita formiter extracta à libro Parochi, *Greg. XV. decis. 359. num. 5. Rot. decis. 321. n. 3. & decis. 700. num. 4. par. 2. rec.*

Obitus Euerardi in possessione dicti beneficij probatur tam ex instrumento
16 possessionis, † quæ præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi de contrario doceatur, *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 64. num. 17. & 19. lib. 6. Caual. decis. 608. num. 3.* quàm ex eo, quod
17 tam D. Archiepiscopus, † quam Verzonus veniunt ex eadem vacatione per obitum dicti Euerardi, *Put. decis. 171. in princip. lib. 3. Caual. decis. 55. nu. 3. Rota dec. 715. num. 3. in fin. par. 2. recent.*

Nec

Nec obstat, quod Verzonus non possederit, quia cum D. Archiepiscopus fuerit subrogatus ad ius, & possessionem Euerardi, & Verzoni sat est quod fue-
18 rit probata † possessio Euerardi, cum ad hunc effectum sufficiat desumere ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius, ex latè deductis *per Garz. de benefic. par. 6. cap. 4. per tot. coram Caual. decis. 477. num. 1. & per tot. & in Piscien. Cappellæ 21. Iunij 1628. coram R. P. D. meo Merlino, & in Piscien. beneficij 25. Maij 1633. coram Reuerendiss. D. meo Vrgellen. & in alia Piscien. beneficij 1. Iulij 1630. coram R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat, quod vacatio per obitū Euerardi fuerit consumpta de tempore
19 subrogationis ex † prouisione Apostolica facta ad fauorem dicti Verzoni cum derogatione iurispatronatus pro medietate, *Simon. de reseru. q. 55. Cassad. decis. 4. de caus. pos. & propr. num. 4. Gonz. super reg. 8. glos. 15. §. 2. num. 31.* vbi
20 autem non adest † vacatio, non detur subrogatio, *Rot. decis. 498. num. 1. prope fin. par. 2. recen.*

Quia cum dicta prouisio fuerit in forma dignum, & sic gratia erat conditionalis, & ipse Verzonus prouisus decesserit lite pendente super eius iustificatione, dicta vacatio nequit dici consumpta ob solam prouisionem, cum gratia †
21 in forma dignum non inducat vacationem, nisi fuerit exequutioni demandata, *Bellam. decis. 563. Gomes. in reg. de iur. quæs. non toll. q. 1. num. 33. in fin. Rot. d. decis. 48. num. 2. & decis. 523. num. 2. part. 2. recen.*

Vltra quod hæc exceptio visa fuit cōcernere validitatem tituli ipsius Verzoni, & sic vti respiciens petitorium † effectū
22 subrogationis gratiosæ impedire non debet probatis tribus requisitis, de quibus supra, *Mant. d. decis. 71. nu. 9. Greg. XV. decis. 426. num. 1. Rot. decis. 700. num. 1. & decis. 715. nu. 3. par. 1. recen.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

¶ *In eadem causa adest infra altera decisio sub die 18. Decemb. 1634. coram eodem R. P. D. meo Dunozetto.*

R. P. D. GHISILERIO.

Camerineñ Tutelæ.

Die Veneris 23. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Tutor petens se manuteneri in quasi possessione iuris administrandi, quid probare teneatur. Priuatio iudicialis, quando non probet possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non probans suam quasi possessionem in iure administrandi, non datur ei manutentio.*

2 *Possessio de tempore motæ litis debet constare, ad hoc vt concedatur manutentio.*

3 *Manutentio datur ad limites possessionis, & prout quis possedisse apparet.*

4 *Possessio probanda est ex actibus possessorijs.*

5 *Ex Tutelæ susceptione non infertur ad administrationem, cum sit quid facti. Factum est concludenter ab allegante probandum, cum non præsumatur num. 5. Possessio illius probatur, quia ea fuit priuatus, num. 5.*

6 *Priuatio iudicialis probat possessionem ex regula, quod priuatio præsupponat habitum.*

7 *Sed ista regula non procedit, quando quis numquam possedit.*

DECISIO DL.

Commissa mihi causa appellationis à decreto A. C. relaxato ad fauorem Theodoræ in pacifica possessione administrationis tutelæ, & curæ Iacobi, & Petri Simonis hæredum quondam Iosephi Tosij, & illorum bonorum priuatiuè quoad alios contutores, dubitaui, an tale mandatum sit reuocandum, & concedendum Nicolao de Rubeis deputato à testatore in codicillo, & contra dictū Nicolaum fuit resolutum, reseruato quod in alia dispositione videatur, an sit dandum Theodoræ, quæ non informat.

Ratio reseruationis fuit, quia Nicola-
1 us non probat suam quasi † possessionem in iure administrandi tutelam, & ideo cum non constet de possessione de tem-

2 pore motæ litis, prout † requiritur, non potest concedi mandatum de manutenendo, *Rol. cons. 79. num. 18. lib. 3. Couar. pract. quæst.c. 17. num. 2. in fin. Rot. decis. 63. num. 1. 703. num. 1. par. 1. recent.* cum manutentio sit danda † ad limites possessionis, & prout possedisse apparet, *san. mem. Greg. XV. decis. 569. num. 1. Rot. in recent. decis. 409. num. 1. par. 2. Mant. dec. 191. nu. 1.* & tamen notum est, possessionem esse probandam
3 ex actibus † possessorijs, de quibus non constat, nam ex susceptione tutelæ non infertur ad administrationem, quæ cum sit quid facti, necessario est probanda
5 concludenter † ab allegante, *l. qui accusare C. de eden.* Nec ex eo quod Theodoræ fuerit datum, mandatum de manutenendo priuatiuè, quoad Nicolaum, & alios contutores, sequitur probatam esse illius possessionem, quia quamuis pri-
6 uatio iudicialis probet † possessionem, ex regula, quod priuatio præsupponit habitum, *Bellamer. decis. 734. num. 7. Rot. in recent. decis. 371. num. 1. par. 1. & 242. num. 4. par. 2.* attamen cum verbum illud *priuatiuè*, intelligatur, idest exclusiuè, obuiando principio iuris administrandi, non autem priuando ab habitu administrationis acquisitæ, talis re-
7 gula † non applicatur huic casui, & ex eo, quod Theodora semper impediuit Nicolaum, nec conficeret inuentarium, videtur satis probari ipsum non esse in possessione.

Et ex his contra informantem fuit resolutum, &c.

¶ *In eadem causa habetur infra altera decisio sub die 24. Ianuarij 1635. coram eodem R. P. D. Ghisiler.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Volaterana Prioratus.

Die Veneris 23. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Litteris Apostolicis iustificatis, datur immissio illam petenti, sicut ex testamento non abolito, nec cancellato. Beneficij valor qualiter probetur, Item qualiter negatiua possessionis, Item quomodo negatiua existentiæ eius, quod quæritur, & sicuti etiam negatiua prouisionis Apostolicæ. Regulæ de Triennali, vt sit locus, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apolicæ, quando sunt iustificatæ, semper datur immissio illam petenti.*
2 *Beneficij valor sufficienter probatur per testes de auditu, & fama.*
3 *Sumpta litterarum supplicationis, probant sicut ipsæ litteræ.*
4 *Clericatus probatur ex litteris testimonialibus Ordinarij.*
5 *Intentionis suæ fundamentum, quis tenetur probare, licet consistat in negatiua.*
6 *Possessionis negatiuam probant testes, si dicant, quod aduersarius non possidebat, sed alius erat Dominus, & possessor.*
7 *Canonicatus eiusdem duo non possunt insolidum esse Domini.*
8 *Actorum reuolutio concludit ad probandam negatiuam existentiæ eius, quod in controuersiam ponitur.*
9 *Negatiua prouisionis Apostolicæ qualiter probetur.*
10 *Officiali in pertinentibus ad eius officium solet fides adhiberi.*
11 *Titulorum multiplicitas in beneficialibus admittitur.*
12 *Negatiua vnius Canonicatus non excludit alios.*
13 *Beneficium petenti, nullum ius quæsitum acquiritur, dum supplicatio non reperitur registrata, & potest per officiales lacerari.*
14 *Propter Tituli inualidi productionem per quod ius in beneficio non transfertur, quis non potest iuuari præsumptione melioris tituli ad probationem saltem negatiuè excludendam.*
15 *Regulæ de Triennali vt sit locus requiritur, vt triennium fluat vsque ad vltimum momentum, cum agatur de præscriptione.*
16 *Regulâ de Triennal. vt intret, requiritur, quod titulus sit coloratus.*

DECISIO DLI.

PRo Ludouico Contugio tantummodo in formante, fuit resolutum sententiam A. C. quæ eidem Ludouico concedit immissionem in possessionem beneficij, de quo agitur, esse confirmandam.

Iusti-

Iustificat enim narrata in sua gratia, &
1 † quando litteræ sunt iustificatæ, semper datur immissio illam petenti, sicuti ex testamento non abolito, nec cancellato per *l. fin. C. de edic. Diu. Adrian. tollen. Mohed. decis.* 13. *vt lit. pend. Vitalin. in clem.* 1. *num.* 68. *de caus. possess. & propriet. Menoch. de adipisc. remed.* 6. *num.* 34. *cap. si capitulo, vbi glos. in verbo exequatur de concess. præben. in* 6. *Rota in Cremonen. pensionis coram bo. mem. Andrea, quæ est* 605. *num.* 2. *par.* 2. *recent. &* 335. *num* 15. *coram Papa Greg. XV*.

De valore narrato ducatorum centum de camera, & computatis distributionibus 250. per non excessum; de pensione ducatorum centum monetæ Florentinæ, qua idem beneficium grauatum reperitur; ac de reseruatione prædij de Venzano à dicta Ecclesia dependenti, & clericatu Ludouici, non fuit dubitatum, quin concludenter iustificata remaneant, valorem probant duo testes dati, concludentes redditus Prioratus non excedere centum, & computatis distributionibus 250. & ambo de auditu, & fama
2 deponant, † qui ad effectuum iustificationis sufficiunt, *Put. decis.* 29. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 962. *num.* 2. *Aegid. decis.* 674. *Verall.* 197. *num.* 6. *par.* 1. grauamen pensionis, & reseruatio prædij quo
3 ad fructus probatur ex sumpto † litterarum reseruationis huiusmodi, de quibus in processu, & probant prout probant litteræ ipsæ, *Crescen. de fid. instruum. decis.* 2. *Aegid. decis.* 251. *& in Burgeu. Abbatiæ de Salas* 14. *Muij* 1612. *coram bo. me Francisco Vbaldo fuit latissimè comprobatum*, ac demum clericatus proba-
4 tur ex † litteris testimonialibus Ordinarij, *Rot. decis.* 16. *de probat. in antiq. Gramat decis.* 81. *nu.* 1. *& decis.* 78. *nu.* 5. *coram Papa Greg. XV*.

Superest maior difficultas narratiuæ non in iuris Ioannis possessoris huius Prioratus, quam proculdubio Ludouicus tenetur probare, etiam quod consi-
5 stat † in negatiua, ex quo desumit fundamentum ex ea, *Innocen. & Hostien. in cap. super his. de accus. Gabr. latissimè comprobans conclus.* 6. *in princip. de probat.*

Cæterum hanc negatiuam sufficienter esse probatam visum fuit Dominis, quia Ioannes vsque de anno 1629. permutauit canonicatum, & præbendam, quem, & quam prætendebat habere in maiori Ecclesia Volaterana, cum Parochiali Ecclesia S. Petri in Silice Prioratus nuncupata, quam Cinus obtinebat super qua permutatione expeditæ fuerunt litteræ Apostolicæ, cum declaratione intentionis Papæ, quod Ioanni ex prouisione Apostolica nullum ius quomodolibet acquiratur in dicta Ecclesia, nisi dictus Cinus, & ipse Ioannes, ille in parochiali, & iste in canonicatu resignatis ius habuerint tempore resignationis, vnde cum Ludouicus probet nec ante, nec de tempore resignationis, nec vnquam ex post Ioannem obtinuisse huiusmodi canonicatum, dubitari non potest, quin narratiua illius non iuris remaneat concludenter probata.

Ad probandum autem, quod Ioannes, nec ante, nec post resignationem obtinuerit huiusmodi canonicatum, dantur duo testes optimè concludentes, Ioannem nunquam possessorem illius fuisse Ioannem Baptistam Segheriũ, vti à Capitulo prouisum, qui publicè, & notoriè habebatur pro canonico, non autem Ioannes optimam ille primus testis afferens rationem, quia de eo tempore erat canonicus in eadem Cathedrali, & bene nouerat omnes, qui se pro canonicis gerebant; secundus verò de publica voce, & fama, quia Segherius erat ille possessor, & hunc esse modum †
6 probandi negatiuam dominij aduersarij probando illium esse dominum, & possessorem voluerunt *Castr. cons.* 77. *num.* 6. *in fine par.* 2. *Cinus in l. cum seruum post medium C. de seru. fugit. Surd. cons.* 415.
7 *num.* 18. *vol.* 3. Quia non † possunt duo insolidum esse domini eiusdem canonicatus, *l. in commodato*, §. *si duobus vehiculum. ff. commod. l.* 3. §. *ex pluribus ff. de acquir. possess.*

Et prędictorum testimonim optimè coadiuuatur ex diligentijs de ordine, & Iudicis primæ instantiæ mandato factis, tàm in registris publicis, quàm secretis Datariæ, & parte citata, qui retulerunt ab anno 1628. & per totum mensem Martij 1633 non inueniri registratam supplicatiunem dicti canonicatus ad fa-
8 uorem Ioannis, quę † actorum reuolutio concludens est ad probandam negatiuã existentiæ eius, quod in controuersiam ponitur, *Bart. in l. fin. C. de reb. cred. Alciat. præsump.* 16. *reg.* 3. *Herculan. in tractat. quis teneatur probare negatiuam num.* 167. *&* 176. *Bec. cons.* 40. *num.* 2. *Surd.*

Surd. conf. 21. *num.* 1. *&* *decis.* 231. *nu.* 1. *&* 300. *num.* 11. & passim similes di-
9 ligentiæ † admittuntur in Curia ad probandum negatiuam prouisionis Apostolicæ, *Caputaq. decis.* 265. *num.* 1. *par.* 1. *&* 323. *num.* 4. *par.* 2. *recent. Adden. ad decis.* 287. *num.* 10. *coram Papa Greg. XV.* & nouissimè eadem probatio fuit admissa coram me *in Romana Præpositura* 6. *Iunij* 1643. quæ magis etiam confirmatur ex fide, & attestatione Cancellarij eiusdem Cathedralis, dicentis inter ordinationes capituli non apparere datam fuisse possessionem Ioanni Tenaliæ de aliquo canonicatu, & præsertim de præbenda S. Victoris, sed eandem præbendam fuisse possessam per Ioannem Baptistam Segherium, & post eum per Cinum Caffarec-
10 cium, cui † officiali in pertinentibus ad eius officium solet fides adhiberi, *Caputaq. decis.* 266. *par.* 2. *put. decis.* 187. *lib.* 3. *Seraph. dec.* 1122. *num.* 3.

Non obstat quod Ioannes sit possessor, & possit iuuari alio tituli, & Canonicatu propter concursum multiplici-
11 tatis † titulorum, qui admittitur in beneficialibus, *Caputaq. dec.* 339. *par.* 1.
12 *&* 305. *par.* 3. vt propterea † negatiua vnius canonicatus non excludat alios, *Crescent. decis.* 12. *de probat.*

Quia probatio Ludouici quamuis se restringat ad vnum canonicatum habentem præbendam S. Victoris annexam, nihilominus, cum idem Ioannes produxerit ad probandum ius in canonicatu prædicto quandam notam extractam ex libris paruæ datæ, in qua registrantur tantummodo formalia verba (Ioannes Tenalia super canonicatu, & præbenda Volateraneñ per resignationem Ioannis Baptistę Segherij reseruatio pensionis ducatorum 31.) & ex ea certum sit nullum fuisse ius quæsitum Ioanni in canonicatu, quidquid sit de iure ad illum
13 obtinendum, dum † supplicatio non reperitur registrata, & per officiales potest lacerari, *Sarnen. in reg. de non tollendo iure quæsito, quæst.* 1. *num.* 33. *Gonzalez. ad reg.* 8. *glos.* 15. §. 2. *num.* 33. *Paris. de resignat. lib.* 2. *quæst.* 24. *Garz. de benef. par.* 4. *cap.* 2. *nu.* 16. inde sequitur propter productionem tituli inualidi per quod ius in canonicatu non transfertur, vt non possit iuuari præsumptione melioris tituli ad probationem negatiuæ † fal-
14 tem excludendam, *cap. dudum de decimis. Cassad. decis.* 3. *de caus. poss. & propr. Put. decis.* 239. *num.* 2. *lib.* 3. *Aegid. decis.* 393. *Seraphin. decis.* 1235. *in fine.*

Denique non obstat, quod Ioannes sit triennalis possessor, & Ludouico obstet regula Cancellariæ litium extinctiua super beneficijs controuersis, & conditio prouisionis eiusdem Ludouici, dummodo Tenalia non sit triennalis possessor.

Quia à die captæ possessionis per Ioannem Tenaliam, quæ contigit die 24. Martij 1629. vsque ad diem prouisionis Ludouici habentis datam Kalendis Martij 1632. idest prima Martij, adhuc trien-
15 nium non fluxit, † prout necessarium est vsque ad vltimum momentum cum agatur de præscriptione, *Rebuff. de pacif. possessor. num.* 320. sed vlterius nec de aliqua possessione valida potest Ioannes docere non iustificato titulo propter cōditionem in literis permutationis appositam ibi, Nostræ intentionis existit, quod ex prouisione nostra huiusmodi nullum tibi ius quomodolibet in d. Ecclesia acquiratur, nisi Cinus in Ecclesia illa Parochiali, & tu in canonicatu, & præbenda prædictis ius habueritis tempore resignationis, quæ conditio cum non fuerit purificata, & impossibilis per Ludouicum probata ex supradictis appareat, semper obuiat principio acquirendi ius quomodolibet in prioratu permu-
16 tato, cum † tendat ad discolorandum titulum, sine quo regulæ de triennali locus esse non potest, *Sarnen. ad eandem regulam quæst.* 26. *num.* 14. *Rebuff. de pacif. possessor. num.* 160. *Cassad. super reg. decis.* 7. *num.* 2.

Et ita &c.

¶ *Infra in eadem causa adest alia decisio sub die* 20. *Nouemb.* 1634. *coram eodem bon. mem. Reuerendiss. Pirouano.*

REVERENDISS. COCCINO.

Auersana Funeralium.

Die Veneris 23. *Iunij* 1634.

ARGVMENTVM.

Iura Parochialia, in quibus consistant. Ecclesia Parochialis in Ecclesijs sitis intra limites Parochiæ, præter iura Parochialia, in alio iure non habent intentionem fundatam. Defunctus, quando sibi eligit

git sepulturam in aliqua Ecclesia sita intra limites suæ Parochiæ, postquam cadauer est ibi illatum, Parrochus Ecclesiæ d. defuncti, nequaquam potest ibi facere officium.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ, ex quibus præsumantur, quod sint erectæ auctoritate Ordinarij, ita vt retineant nomen Eclesiarum, non autem simplicium Oratoriorum nu. 2.*
3 *Parochiale ius consistit in eo. Primo, vt Parochiani diebus festiuis audiant Missam in parochia, licet hodie de consuetudine non seruetur.*
4 *Secundò consistit in eo, quod dicti Parochiani percipiant sacramenta in Ecclesia parochiali, seu à Presbyteris d. parochialis.*
5 *Tertio, quod parochiani ibi sepeliantur.*
Limita primo hoc, nisi eligant sibi sepulturam in alio loco, num. 6.
Sepulturam sibi eligere est actus propriæ voluntatis, num. 6.
Limita secundo, si adsit sepulchrum maiorum, num. 7.
Et in isto casu Parochus habet intentionem fundatam in quar funeralium nu. 8.
9 *Quarto ius Parochiale consistit in eo, quod decimæ soluantur ipsi parochiali.*
10 *Quinto consistit in eo, quod d. Parochiali sint debitæ oblationes.*
11 *Ecclesiæ, licet sint fundatæ intra limites aliquarum Ecclesiarum parochialium, nihilominus illis non sunt subiectæ.*
12 *Ecclesia nulla, præter Cathedralem, fundat intentionem suam de iure super subiectione alterius Ecclesiæ, etiam fundatæ intra limites suæ parochiæ, præterquam quo ad iura parochialia. & nu. 14. & 15.*
13 *Ecclesia parochialis, si in Ecclesia sita intra limites Parochiæ, præter iura parochialia, prætendat habere aliquod ius, hoc tenetur probare ex iure speciali sibi competere. & num. 16.*
18 *Hostien. in cap. dilectus. num. 4. de Capell. Monac. reijcitur.*
19 *Christiano licitum est eligere sepulturam in quacunque Ecclesia, quantumuis non sit parochialis. num. 24.*
20 *Et istud ius acquirit Ecclesia non parochialis ex consuetudine, vel authoritate Episcopi.*
21 *Sepulturam, quando quis sibi elegit in Ecclesia non parochiali, tunc liberè d. Ecclesia petest concedere sepulturam.*
22 *Parochi in locis sitis in Parochia, habent tantum intentionem fundatam quo ad iura parochialia.*
23 *Defunctorum corpora, postquam sunt illata in Ecclesias non parochiales, quæ à defunctis fuerunt electæ, tunc Parochus non potest ibi facere officium, cum non sit hoc de iuribus parochialibus, & ita seruatur in Vrbe. num. 27.*
25 *Parochi in alienis Ecclesijs nihil agere possunt.*
26 *Testes plures in concursu sunt præferendi paucioribus.*
27 *Testes verisimiliora deponentes in concursu præualent, num. 26.*
28 *Defunctorum corpora, quando ex eorum voluntate ad Ecclesias Regulares non sibi Parochiales deferri debent, an tunc Parochus illorum postquam cadauera sunt illata, possit in dd. Ecclesijs facere officium.*
29 *Defuncti corpus, quando sepelitur in alia Ecclesia seculari, tunc Parochus non habet intentionem fundatam, nisi super quarta funerali.*
30 *Confratres, quando sepeliuntur in Oratorio Confraternitatis, facere officium spectat ad Parochum, intra cuius limites situm est Oratorium, non ad Cappellanum Oratorij. & num. 33.*
21 *Illatio, non fit ad diuersa.*
31 *Iul. Lauor. lucubrat. variæ titul. 2. cap. 9. num. 119. refellitur.*

DECISIO DLII.

INTRA limites Parochiæ S. Ioannis Terre Iuliani Auersanæ Diœcesis, sita est Ecclesia Sanctis. Annunciationis, quæ habet in redditibus scut. 3000. & xx. Presbyteros sibi inseruien. Fontem baptismalem pro pueris expositis, Hospitale pro infirmis, quibus per Presbyteros eiusdem Ecclesiæ approbatores ab Ordinario, administrantur sanctiss. Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremę vnctionis Sacramenta, quod sanctiss. Eucharistię Sacramentum, & Oleum sanctum quotidie asseruantur in dicta Ecclesia, in qua etiam licitum cuique est sepulcrum sibi eligere.

In parochia verò S. Annę, adest Ecclesia S. Sophiæ, vbi non solum seruatur santiss. Eucharistię Sacramentum, sed etiam diuersæ Sanctorum reliquiæ, & in hac Ecclesia solet ab Episcopis tempore vi-

visitationis, celebrari, & qualibet die Quadragesimæ à concionatoribus verbum Dei prædicari, & in ista pari modo potest quisque sibi sepulturam decernere; habetque etiam hæc in redditibus scut. 2000. & in sui seruitio xx. Presbyteros, prout de his omnibus constat ex attestatione Reuerendiss. D. Episcopi:
1 Quare dd. † Ecclesiæ præsumuntur erectæ auctoritate Ordinarij, vt per *Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. num. 19. Faric. de immu. Eccles. num. 267.* ita vt
2 retineant † nomen Ecclesiarum, non autem simplicium Oratoriorum, *Dec. cons. 148. in princ. Hieron. Caratt. in opusc. de iurib. Paroch. tit. 2. cap. 14.*

Orta est quæstio inter Parochos prædictarum parochialium ex vna, ac Magistros, & Oeconomos dd. Ecclesiarum ex altera; Ad quos spectet facere officiū super cadaueribus sepeliendis in dictis Ecclesijs sanctiss. Annunciatæ, & S. Sophiæ, postquam corpora mortuorum fuerint illuc illata, & Domini censuerunt spectare ad Presbyteros dictarum Ecclesiarum, non autem ad præfatos Parochos.

Et pro resolutione præsentis dubij, tria sunt præmittenda. Primò, quod, vt dicit *Abb. in rubr. de Paroc. num. 2.*
3 ius † parochiale consistit in eo, quod Parochiani diebus festiuis audiant Missam in parochia, vt in *c. 2. eod. tit.* licet hodie de consuetudine non seruetur.
4 Secundò consistit † in eo, quod d. Parochiani percipiant Sacramenta in Eccl. Parochiali, seu à Presbyteris d. Parochialis, *c. Episcopus in Diœcesi 7. q. 1. cap.*
5 *nullus, de Parochijs.* Tertiò, † quod Parochiani ibi sepeliantur, *c. omnis, de pœnit. & remiss. clem. dudum, §. verum,*
6 *de sepult.* nisi eligant † sibi sepulturam in alio loco, cum sit actus propriæ voluntatis, *c. cum liberum, de sepultur. Natt. cons. 432. num. 6. & seqq. Cæs. de Grass. decis. 1. num. 1. de sepult.* & nisi
7 adsit † sepulcrum maiorum, *c. Ebron, c. placuit 13. q. 2. cap. fraternitatis, de sepult. c. 2. cum quis, eod. tit. in 6.* Et in isto
8 casu Parochus habet fundatam † intentionem in quarta funeralium, vt in *d. clem. dudum §. huiusmodi, Vgolin. de off. Episc. c. 17. num. 2.* & resoluit Sac. Congreg. Rituum in causa *Capuanā 31. Martij* 1629. proponente Eminentiss. Cardi-
9 nali Pio Quarto, † ius parochiale consistit in eo, quod decimæ soluantur ipsi parochiali, *c. cum contingat, de decimis.*
10 Quintò, quod † ei sint debitæ oblationes, *c. cum omnis Christianus, de consecr. dist. 1.* & est elegans decisio benè distinguens materiam, *in causa Lunen. Sarzanen. oblationum 8. Februarij 1627. coram R. P. D. meo Merlino.*

Secundò est præmittendum, quod li-
11 cet dd. Ecclesiæ sint † fundatæ intra limites dd. parochialium, nihilominus illis non sunt subiectæ, *ex tex. in c. fin. de off. Archid.* quia nulla Ecclesia, citra Ca-
12 thedralem †, fundat intentionem suam de iure super subiectione alterius Ecclesiæ, etiam fundatæ intra limites suæ parochiæ, præterquam tamen quoad iura parochialia; & vltra ea si vellet vendica-
13 re † aliquod ius in aliena Ecclesia, deberet probare ex iure speciali hoc sibi competere, vt in *c. dilectus, de Cappell. Monach.* in quo communem esse theoricam dicit *Abb. in c. ad audientiam il primo. num. 8. vers. etiam nulla, de Eccles. ædif. idem Abb. in d. c. dilectus, num. 11. vers. vnde concludit de Cappell. Monach.* vbi dicit, quod Innocent. & communiter
14 DD. tenent, quod Ecclesia inferior, † citra Cathedralem, non possit de iure communi petere aliquam subiectionem in alijs Ecclesijs inferioribus, licet sint sitæ intra suam Parochiam, & *Calder. in cons. 6. num. 1. vers. item sicut, de relig.*
15 *dom.* dicit † quod non repiritur iure cautum, in quo teneatur Cappella constructa in alterius parochia, vt notant DD. *in d. c. ad audientiam, il primo de Eccles. ædif. Innoc. in d. c. dilectus num. 4. post princ. vers. nec esse dignum*; vbi, quod non inuenit aliquid de iure pertinere
16 Parochis † super minores Ecclesias, & quod exceptis iuribus parochialibus, alia iura non competant parochiali in Ecclesias intra limites suæ parochiæ fundata dicit *Io. Andr. in d. c. dilectus num. 9. Bard. num. 2. in 2. oppositione. Abb. antiquus num. 3. vers. vnde dicit:* vbi hoc verum, præterquam quod iura parochialia, *Butr. num. 3. vers. tertio nota, & num. 11. vers. nota quod Ecclesia, & num. 12. vers. sequeretur*: vbi, quod
17 † Parochia non fundat intentionem suam, nisi quoad iura parochialia. *Io. de Anan. num. 12. vers. secundo oppono*: & cum hæc sit communis opinio, non est
18 curandum quicquid dicat † *Hostien. ibidem num. 4. vers. verum tamen,* qui nec *figit pedes*,

Ter-

Tertiò premittendum eſt, licitum eſ-
19 ſe chriſtiano † eligere ſepulturam in
qualibet Eccleſia, quod non ſit paro-
chialis, & iſtud ius acquirit Eccleſia
20 non † Parochialis ex conſuetudine, vel
authoritate Epiſcopi, *Hoſtien. in c. quia*
nonnulli. num. 7. ad fin. verſ. quod ſi ali-
quis, & ibi Io. Andr. num. 8. Butr. num.
10. Card. q. 11. de cler. non reſid. Feder.
de ſen. conſ. 135. num. 19. Rota deciſ. 228.
num. 7. par. 2. in recent. & fuit reſolutũ
in *Mediolanen. quartæ funeralis 14. Maij*
1622. coram R. P. D. meo Merlino, &
21 hoc caſu liberè † dictæ Eccleſiæ poſſunt
concedere ſepulturam. *Nauarr. conſ. 1.*
num. 1. de ſepult. in nou.

His tribus poſitis, cum dd. Eccleſiæ
non ſint ſubiectæ Parochis, vt in ſecun-
do præmiſſo dictum fuit, & illi habeant
22 † ſolum intentionem fundatam de iure
communi ſuper iuribus Parochialibus,
Abb. in c. dilectus, num. 4. verſ. ſed dubi-
tatur, de off. ord. Rota deciſ. 56. num. 1.
par. 1. recent. Cum facere dictum officiũ
23 poſtquam cadauera † ſunt illata, non ſit
de iuribus parochialibus, vt ex notatis
in primo præmiſſo colligi poteſt, ſequitur
perneceſſe, quod ſi fideles eligant ſibi
24 ſepulchrum in dictis Eccleſijs, † prout fa-
cere poſſunt, vt in tertio præmiſſo dictum
fuit, quod officium debeat celebrari per
Presbyteros dictarum Eccleſiarum, non
25 per Parochos, cum † Parochi in nihil
agere habeant in dictis Eccleſijs, *ad text.*
in cap. placuit 7. q. 2. cap. Epiſcopus in
Diœceſi 7. q. 1. c. nullus de Parochis, &
cum prædictis concordat Conſtitutio Sy-
nodalis Auerſana, & ita fuit obſeruatum
à 40. annis, & citra, vt deponit tertius
teſtis ætatis 72. annorum, octauus 59.
nonus ætatis 70. vndecimus ætatis 64.
decimus tertius ætatis 70. decimus quin-
tus ætatis 80. & decimus ſextus ætatis
87. & aliqui teſtes deponunt, quod cum
quidam curatus eſſet etiam Sacriſta Ec-
cleſiæ S. Sophiæ, quando ad illam ca-
dauera deferebãtur ex ſua Parochia, ipſe
abſtinebat ab officio faciendo, ſecus au-
tem quando cadauera erant ex alterius
Parochia. Et quamuis adſint alij teſtes
pro alia parte deducti, qui deponunt,
quod Parochi faciebant officium; nihilo-
minus duodecim teſtes declarant hoc
fuiſſe factum de licentia Presbyterorum
dd. Eccleſiarum.

Et in concurſu magis eſt ſtandum te-
26 ſtibus dd. Eccleſiarum, & nõ † Parocho-
rũ, tũ quia sũt plures, tum quia deponunt
veriſimiliora, quia deponunt fuiſſe ſer-
uatum id, quod eſt de iure: tum etiam,
quia eorum dicta declarantur ab alijs te-
ſtibus, vt ſupra relatum fuit, & ita ſer-
27 uatur in † Vrbe in ſimilibus terminis, vt
patet ex atteſtationibus iuratis diuerſo-
rum Parochorum.

Hinc meritò hoc idem reſpondit Sac.
Congr. Rituum in hac cauſa 20. Nouem-
bris 1628. & rurſus 17. Maij 1629. & 2.
& 23. Martij 1630. antequam prædicti
teſtes examinarentur, quorum depoſitio-
nes non officiunt ex ſupra deductis, &
hæc omnia comprobantur, quia prædi-
ctus modus debet ſeruari quando cada-
28 uera † deducuntur ad Eccleſias Regu-
larium, prout pluries declarauit Sag.
Congregatio Rituum, & nouiſſimè pro-
ponente Eminentiſs. D. meo Petro Ma-
ria Card. Burgheſio, in cauſa *Adrien. 5.*
Iunij 1631. & quamuis iſtæ reſolutiones
loquantur de Eccleſia exempta; tamen
idem eſt in iſtis Eccleſijs reſpectu Paro-
chorum, quia illis non ſunt ſubiectæ, &
Sacra Congregatio Rituum habuit hunc
ſenſum in cauſa *Capuana 31. Maij 1629.*
proponente Eminentiſs. D. meo Card.
Pio, vbi dixit in iſtis terminis, quod
29 quando ſepelitur cadauer † in alia Ec-
cleſia ſæculari, Parochus non habet in-
tentionem fundatam, niſi ſuper quarta
funerali.

Non obſtat, quod quando confratres
ſepeliuntur in Oratorio Confraternita-
30 tis, facere officium ſpectet ad Parochũ,
intra cuius limites ſitum eſt Oratorium,
non ad Cappellanum Confraternitatis,
vt refert *Iulius Lauorius lucubrat. variæ*
tit. 2. cap. 11. quia fides ſit penes dictum
auctorem, quia etiam loquitur in Ora-
31 torio † Confraternitatis, Nos autem
verſamur in Eccleſijs ſitis in aliena Paro-
chia, in quibus terminis Sac. Congre-
gatio reſoluit, quod Presbyteri dicta-
rum Eccleſiarum debeant facere officiũ,
licet poſtea examinatis teſtibus, volue-
rit, quod illorum probationes diſcute-
rentur in Rota, & quamuis idem *Lauo-*
rius eod. tit. 2. cap. 9. num. 119. diſtin-
guat inter Eccleſiam exemptam, & non
32 exemptam, † tamen loquitur ex capite
ſuo, & *num. 20.* exemplificat quando
eligitur ſepultura in Oratorio Cõfrater-
nitatis, ac dicit, quod ex ſententia Con-
gregationis, Parochus, in cuius Paro-
33 chia ſitum eſt Oratorium, † debet face-
re of-

re officium; vnde non loquitur in Ecclesia quidquid dicendum esset in oratorio, quod declarare spectat ad Sacram Rituum Congregationem vt supra ostensũ fuit, non agitur hic de Oratorio, sed de Ecclesijs.

Et ita conclusum fuit vtraque parte informante.

¶ *Infra in eadem causa adest altera decisio sub die 30. Aprilis 1635. coram eodem bo. mem. Reuerendiss. Coccino.*

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO Patriarcha Constantinopolitano.

Firmana Dotis.

Die Lunæ 26. Iunij 1634.

A R G V M E N T V M.

Transactio, vt per læsionem rescindatur, qualis esse debeat. In donationibus, & non in compensationibus reciprocis requirũtur solemnitates requisitæ per Cõstitutionem Marchiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Læsio, pendens à futuro euentu, an sit sufficiens ad rescindendam transactionem.*
2 *Læsio, quælibet non sufficit ad rescindendam transactionem.*
3 *Læsio debet esse enormis ad effectum rescindendi transactionem.*
4 *Dotalia interusuria debentur marito pro substentatione onerum matrimonij.*
5 *In donationibus debent interuenire solemnitates requisitæ per Constitutionem Marchiæ, in Addit. Cardinalis Carpen. quæ loquitur etiam de donationibus factis à maioribus, num. 5.*
6 *In compensationibus reciprocis non requiruntur solemnitates requisitæ in donationibus. & num. 7.*
8 *Delicti præsumptio oritur contra eum, qui in eo habet interesse.*

DECISIO DLIII.

CVm in propositione huius causæ sub die 17. Maij præteriti D. Comes Franciscus Maria non informasset, iterũ eo instante proposui causam super eisdẽ, & Domini steterunt in decisis. Quia sententia A.C. visa est confirmanda, ex quo transactio, de qua agitur, optimè subsistit, cum re vera Comiti illam modo impugnanti vtilis fuerit. Nam vertente lite inter D. Comitem, & D. Claudium, Comes habuit processum originalẽ causæ, quem cum restituere nequiret, iudex illi pignorari fecit multa bona, & tandẽ facta restitutione d. Processus tàm in originali, quàm in copia repertus fuit cassatus. Sententia enim iudicis erat, quod Claudius traderet possessionem liberam, & exemptam ab omnibus censibus, vel idoneè caueret, & hæc vltima pars alternatiuæ cassata reperitur, ob quam lecturam Claudius protestatus fuit se velle criminaliter agere, vt in *Summ. num.* 2. Vndè inter eos deuentum fuit ad transactionem, in qua dicto Comiti fuerunt restituta omnia bona pignorata, cum promissione de illum non molestando, neq; de cuique consentiendo. Et vice versa Comes remisit Claudio interusuria dotalia iam decursa, facta insuper obligatione de non petendo decurrenda, nec ipsũ dotis residuũ, durante tamen vita Claudij, quod pactum videtur insufficiens ad inducendam læsionem in transactio-
1 ne, † vti limitatum ad vitam Claudij, & pendens à futuro euentu, sicut ponderarunt *Dec. consil.* 532. *num.* 11. *Bero. consil.* 176. *num.* 4. *lib.* 1. & fuit dictum in deci-
2 sione, quæ reuidetur. Non enim † sufficit quælibet læsio ad infringendam tran-
3 sactionem, sed debet esse † enormis, quæ hic nullo modo visa est adesse *Bart. in l.* 2. *num.* 7. *&* 8. *Cag. num.* 80. *C. de rescind. vend. Mantic. de tacit. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 29. *Put. decis.* 223. *in fin. Rota diuer. decis.* 102. *nu.* 2. *par.* 1. *Caualer. dec.* 407. *num.* 1.

Non obstat quod d. interusuria debe-
4 bantur Comiti pro † sustentatione onerũ matrimonij iuxta *glos. in l. de diuisione ff. sol. matr.* & ideo cum eorum remissio sit donatio mera interuenire debebant in contractu solemnitates requisitę per Cõstitutionem Marchiæ in Addit. Cardina-
5 lis Carpen. † quæ expresè loquitur de contractibus donationum etiam maiorũ, vt ponderauit *Rota coram Caualer. decis.* 269. *num.* 1. *& seqq. & fuit resolutum in Auximana bonorum* 11. *Aprilis* 1603. *coram bon. mem. Card. Millino.*

Nam respondetur, quod non versa-
6 mur in donatione, sed † in recompensatione

tione reciproca, siquidem Claudius pro dictis interusurijs decursis, & dilatione sibi facta de non petendo decurrenda, ac ipsum dotis residuum sua vita durante, cum tamen esset admodum senex, remisit Comiti nõ solùm pignora capta, sed etiã condonauit actiones criminales ad dictã cassaturam sibi competere creditas, quas contra illũ intentare volebat. Vnde stan-
7 te † ista reciproca compensatione non requirebantur solemnitates, *Tiraquell. in l. si vnquam, verb. donatione largitus num. 127. & 130. C. de reuoc. donat. Socc. cons. 48. num. 8. vers. 2. est aduertendum lib. 1. Alex. cons. 20. num. 3. vers. est etiam aduertendum lib. 3. Gozzad. cons. 87. num. 11. Ruin. cons. 126. n. 8. lib. 1. Seraph. dec. 723. num. 21. par. 2. recent.* & latè deductum fuit *in Segnina Castrorum 13. Nouembris 1623. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, & 10. Iunij 1634. coram me.*

Minus obstat, quod cum Iudex iam sententiasset ad fauorem d. Comitis, non est præsumendum, quod ipse prædicta verba deleuerit. Quia cum non possit dubitari quin processus post sententiam peruenerit ad manus Comitis, vt constat ex quietantia, licet ad eius fauorem lata fuerit sententia, attamen cum sibi magis proficua esset prima pars alternatiuę, quã
8 secunda, rectè potest † pręsumi, quod ipse verba deleuerit, cum in illis habeat interesse *Natta cons. 314. nu. 10. lib. 2. Becc. cons. 70. num. 21. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 831. num. 12.* latè *Adden. ad Farin. cons. 60. lit. I. lib. 1.* & sic cessat obiectum, quod molestiæ fuissent calumniosæ.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Affictus.

Die Mercurij 28. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Conductor finito tempore conductionis, nõ potest amplius fructus rei iam sibi locatæ percipere. Testibus practicis, & deponentibus de facto proprio, est plena fides adhibenda. Gratia, quando recipiat suum esse. Item quando honoraria debeantur pro expeditione Gratię Expeditoribus beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus immaturi non debentur vsufructuario temporali, etiamsi proximi recollectioni sint.*
2 *Conductor post tempus conuentum non colligit, nec facit fructus suos.*
Quia deficit ius habere in re.
3 *Testibus practicis, & deponentibus de facto proprio, plena fides est adhibenda.*
4 *Testi deponenti de facto proprio est plena fides adhibenda, etiamsi aliàs testis inhabilis sit.*
5 *Vsus benè declarat voluntatem, & quid senserint contrahentes ad inuicem.*
6 *Materiæ, si originentur ab eodem fonte, & causa, non possunt diuerso iure censeri.*
7 *ex instrumento aliquo agens, tenetur adimplere in eo contenta.*
8 *Gratia recipit suum esse, quando signata est supplicatio.*
9 *Supplicatio, quando est registrata, & soluta componenda, tunc supplicatio amplius ab officialibus lacerari non potest.*
10 *Illatio non fit ad diuersa.*
11 *Testes non possunt determinare ea, quæ pendent à iuris dispositione.*
Honoraria debentur Expeditori beneficij de tempore, quo gratia est perfecta, non autem de tempore, quo prouisus vtitur gratia per expeditionem Bullarum. vide num. 11. 15. & 16.
12 *Iudici pronuncianti, & non exequenti debentur honoraria.*
13 *Gabellario debentur honoraria de tempore casus contingentis, quamuis exactio vltra tempus conductæ deferatur.*
14 *Et hoc ea ratione, quia exactio retrotrahitur ad principium iuris productiui obligationem exigendi, quamuis actio deferatur.*
15 *Actus consequutiuus regulatur secundum naturam actus principalis.*
18 *Exequutio pœnæ, an retrotrahatur ad diem delicti, vel sententiæ, respectu obligationis contractæ ex delicto, vel contrauentione. & num. seq.*
20 *Literæ tot solent expediri, quod sunt gratiæ concessæ.*
21 *Testibus patientibus plures exceptiones, non est adhibenda fides.*
22 *Exceptiones leues contra testes non releuant, si deponant de facto proprio.*
23 *Testes nihil concludentes reijciuntur.*

¶ Infra in eadem causa adest altera decisio sub die 27. Nouembris 1634. coram eodem bo. mem. Pirouano.

DECISIO DLIV.

PRæcesserat locatio, & respectiuè conductio inter Serenissimum Cardinalē Sabaudiæ, & Petrum Eschinardum super honorarijs eidem Serenissimo vti Protectori Regnorum Galliæ debitis pro expeditionibus occasione beneficiorum in eisdem Regnis vacantium, siuè illæ transirent per Concistorium, siue per Datariam, aut aliam viam secretiorem, quæ incipere debebat in die 5. Iunij 1626. & finem recipiebat in eadem die 1631. cuius locationis vigore, cum actum fuisset contra eundem Eschinardū coram A. C. & obtentum mandatum executiuum pro summa in eo contenta, & causa ad Signaturam Iustitiæ delata pro obtinenda appellatione rescriptum fuerit, vt idem Iudex iterum audiret, & procederet de voto Rotæ super propinis Rhemensibus tantum. Hodie iuxta formam rescripti dubio per me proposito responsum fuit, honoraria, de quibus in dubio, non esse excomputanda.

Vacante enim Ecclesia Rhemensi, de qua Abbas S. Dionysij ad nominationē Regis Christianissimi prouisus fuerat, cū gratia retentionis aliquorum Monasteriorum, literæ prouisionis Ecclesiæ per Datariam fuerunt expeditæ intra quinquennium locationis, & honorariū Eschinardo persolutum, & seu excomputatū, & de hoc non dubitatur; Literæ verò expeditionis gratię retentionis Monasteriorum fuerunt expeditæ quinquennio locationis elapso, quorū honoraria Eschinardo non debentur, nec per consequēs de credito Serenissimi Cardinalis leuanda sunt, quia ante expeditionem Bullarum
1 fructus dicuntur immaturi, † qui non debentur vsufructuario temporali, etiam si proximi recollectioni sint. *Bald. in l. fin. num. 5. C. de fruct. & lit. expen. Surd. decis. 131. num. 7. Molin. de primog. lib. 3. cap. 11. num. 2.* & conductor post tempus
2 conuentum † non colligit, nec facit fructus suos, quia deficit ius habere in ipsa re, *l. item quæritur, §. qui impleto ff. locati*.

Honoraria autem huiusmodi non deberi Cardinali Protectori, nisi tempore expeditionis bullarum, aut quando illæ sunt plumbatæ, probant tres testes formiter examinati, concludentes tunc, & non antè emolumenta ex materijs, quæ per Datariam transeunt, deberi, quando bullæ expediuntur, vel plumbantur, nec prius præsumi natam obligationem, aut actionem Cardinali Protectori, attestantes insuper ita fuisse obseruatū à die, quo Expeditores se obligarunt Oratori Betunes pro similibus emolumentis cōsignandis ad vtilitatem Cardinalis Protectoris; Quibus vti pluribus, & tàm respectu styli, quàm obseruātiæ benè informatis, quia
3 Expeditores Galli † ac practici sunt, & de facto proprio deponunt, plena fides est adhibenda, *cap. licet causam, vers. ex præmissis, de probat. Surd. cons. 7. num. 55. Crauett. cons. 178. num. 7. Cæs. de Graff. decis. 2. in fin. de empt. & vendit. Rota decis. 351. num. 11. coram Papa Greg. XV. & decis. 147. num. 15. par. 1. recent. ac Surd. cons. 132. num. 1. & 3.* hoc admittentes,
4 etiamsi aliàs † testis sit inhabilis modo deponat de facto proprio, prout prædicti testes deponunt se promisisse Oratori Regis de tempore expeditionis Bullarum.

Quæ obseruantia eo certior, & indubitata redditur ab vsu eiusdem Eschinardi, qui de tempore sui affictus exegit honoraria expeditionum respectu beneficiorum, pro quibus antè locationem iam erant signatæ supplicationes, & quorum plura exempla dantur Summario Cardi-
5 nalis num. 9. qui vsus † benè declarat voluntatem, & quid senserint contrahentes ad inuicem, *l. Iulianus, §. proindè, ff. ad Macedon. l. quædam sunt, ff. de reb. dub. Gabr. cons. 66. num. 24. lib. 2. Mantic. de contract. lib. 2. tit. 1. num. 5. Surd. cons. 195 num. 15. & 207. num. 2.*

Concurrit præthereà modus exigendi similia emolumenta per Collegium Cardinalium, cui Collegio, etiam quod materiæ Consistoriales transeant per Datariam, talia debentur, & exigit, nisi tunc quando bullæ expediuntur, aut plumbatæ exeunt de manibus officialium, vt attestantur practici Bullarum Expeditores in scriptura, quæ datur Summario Cardinalis num. 2. Vndè cum eædem sint
6 materiæ, † & originentur ab eodem fonte, & causa, non possunt diuerso iure, aut tempore incipere deberi, nempè de tempore componendæ Protectori, & Collegio de tempore expeditionis Bullarum, *l. eum, qui ædes ff. de vsucap. Ruin. cons.*

*conf.*168. *num.*15. *vol.*3. *Cephal.conf.*172 *num.* 12. *Surd. conf.*53. *num.* 12. & 127. *num.*8. & 135. *num.*7. atque ita quoad Collegium gratia habeatur pro perfecta tempore expeditionis bullarum, & quoad Protectorem de tempore expeditionis supplicationis.

Non obstat, quod idem Serenissimus ad plura se obligauerit in eodem instrumento locationis, scilicet, vt Eschinardus pacificè gaudere possit honorarijs expeditionum, quæ per Consistorium, Datariam, aut aliam viam secretam trãsibunt, & in casum, quod idem Eschinardus à sollicitatoribus expeditionum exigere nõ possit prædicta honoraria, teneatur eadem detrahere de pretio conuento, & in termino proximo currenti eadem excomputare, ac denique, quod idem Eschinardus non teneatur relaxare expeditiones absque solutione honorarij, nisi cũ expresso ordine D. Cardinalis, vt indè de valore remisso idem conductor possit reintegrari; Vndè dicebatur, quod cum locator in tempore quinquẽnij, nempe de anno 1628. gratiam de prædictis emolumentis fecerit Abbati S. Dionysij teneri ex pacto eadem excom-
7 putare, & adimplere, † tamquam agens ex eodem instrumento, à quo suam desumit actionem. *Cassad. decis.* 10. *de rescript. Seraph.decis.* 1430. *num.*5. *Cephal. conf.* 387. *num.*12.

Quia Serenissimus non contendit, se non teneri pacta seruare; sed honorariũ pro retentione Monasteriorum Rhemensium non deberi conductori, tanquam contingens extra tempus locationis, ex quo Bullæ fuerunt expeditæ de anno 1632.

Quod si replicetur expeditionem Monasteriorum, tunc dici per Datariam trã-
8 sijsse, quando, vel signata † est supplicatio, vndè gratia recipit suum esse, *Cassad. decis.*4.*de caus. possess. & propriet. Verall. decis.* 267. *par.* 3. & plenè comprobatur *in Bononien. de Binarinis* 5.*Martij* 1618. *coram bon.mem. Andrea*, quæ data fuit, vel saltem quando supplicatio est regi-
9 strata, † & soluta componenda, ex quo tunc supplicatio ab Officialibus lacerari non potest, tanquam gratia perfecta, quæ cum in tempore locationis contigerint, & Serenissimus iusserit de anno 1628. nõ impediri expeditionem dictorum Monasteriorum, indè dicebatur pacta intrare ad fauorem conductoris.

Obiectum benè tollitur, nam prædicta obligatio Cardinalis enunciata de materijs, quæ transeunt per Datariam, cum fuerit per testes declarata, nempè sollicitatores per Breue Regium se obligasse honoraria soluere post expeditionem Bullarum, vel illarum plumbationem, & ita abindè obseruatum fuisse; nõ potest hodie ex contraria obseruantia
10 Datariæ mutari, † cum ex diuersis, nempè inter Datariam, & prouisum, & inter prouisum, & Protectorem non benè inferatur, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

Non obstat, quod, & si testes deponant, de quo tempore soluantur honoraria Protectori, non tamen possunt determinare, quod illi debeantur magis
11 vno tempore, quàm altero, cum hoc totum pendeat à iuris dispositione; De iure autem dicebatur honoraria deberi cõductori de tempore, quo gratia est perfecta, non autem de tempore, quo prouisus vtitur gratia per expeditionem Bullarum, & sic de tempore executionis, si-
12 cuti † debetur Iudici pronuncianti, non autem exequenti, *Tiraq. de retract. conuen.* §.8. *gloss.*4. *num.*23. *Surd. conf.* 227. *num.*27. *Molin.de primog. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 20. & item, & Gabellario de tem-
13 pore † casus cõtingentis, quamuis exactio vltra tempus conductæ deferatur, *Bart.in l.sancimus, in fin. C. de consul.lib.* 12. *Gutierez de gabel.quæst.*7.*num.*29. & 30. ea ratione, quia exactio retrotrahi-
14 tur ad principium iuris productiui obligationem exigendi, quamuis actio deferatur. *Rota decis.*777. *num.* 2. *par.* 1.
15 *diuers.* atque ita literæ † retrotrahantur ad diem datæ. *Gabr. conf.* 193. *numer.*2. *lib.*2. & idem firmetur in allegata *Bononien. de Binarinis coram bo.me. Andrea.*

Quia vltra quod expresè testes concludunt, non esse natam obligationem, neque productam actionem Cardinali Protectori, ante expeditionem Bullarum, ex forma eorum obligationis, nihilominus iste effectus retrotractionis locum nõ habet in conditione potestatiua; prout in præsenti, nam, & si supplicatio sit signata, & registrata; non tamen cogitur prouisus bullas expedire, quia potest expedire literas, & non expedire; ideo solutio honorarij non retrotrahitur ad diẽ
16 signatæ supplicationis, sed † censetur debita solutio in ipso tempore expeditionis bullarum, *leg.qui Balneum, vers.si modo, l. potior, ff.qui pot.in pign.hab. Bart. in l.*

in l.sub conditione, num.6. ff.de solut. Castrens.in l.quidam cum filium, §. si filius familias, ff. de verb. oblig. & cons. 446. num.1. lib.1. Negusanz. de pignor. par. 5. membr. 1. num. 14. atque ita, si non retrotrahitur obligatio soluēdi, multo mi-
17 nùs retrotrahitur actus† ipse solutionis, tanquam consequutiuus ad ipsam obligationem. *Rota Ianuen.decis. 188.nu.fin. Costa de retrotract. cap. 8. & cap.19. numer.17.* Ex quibus tollitur obiectum de Iudice, & Gabellario, quia quicquid sit de illa opinione respectu obligationis contractæ ex delicto, vel contrauentio-
18 ne, † an executio pœnæ retrotrahatur ad diem delicti, vel sententiæ, contra quam senserunt *Peregr.de iur. fisc. lib. 6. tit.5. num.44. Mastrill.decis.12. num.10. Molin.de primog. lib.3. cap. 11. num. 20.* Attamen in prędictis casibus semper ces-
19 sat † conditio potestatiua soluendi, vel non soluendi pœnam, & intrat casualis consequutiua ad ipsum delictum, aut cōtrauentionem,per quam adstringitur delinquens ad solutionem pœnæ.

Nec conqueri potest conductor,quod Serenissimus in suo ordine dato mense Octobris 1628. expresè mandet, ne se opponat expeditioni prędictorum Monasteriorum, qui datur eius Summ. num.8. aliàs non permisisset expediri Ecclesiam separatim à retentione Monasteriorum, iuxta pactum locationis, & ea propter Cardinalis teneatur ad excomputationem honorarij, de quo agitur.

Quia de facultate conductoris impediendi separatam expeditionem non docetur, sed immò contrarium apparet ex ipsa supplicatione, in qua legitur facultas simul, vel ad partes, & prout super
20 eadem solent † expediri tot literæ,quot sunt gratiæ concessæ. *Rot.decis.617.n.4. par.1.rec.* & semper est in facultate prouisi permittere, vt vacent Monasteria, non vtendo gratia retentionis.

Denique non obstat, quod testibus
21 supradictis, vel non sit † adhibenda fides propter exceptiones, quæ dantur, tàm contra eorum dictum, quàm contra personas, vel conquassentur ex contrarijs per conductorem examinatis. *Alex. cons. 143. num. 7. lib. 2. Rota decis. 729. num.3.par.2. recent.*

Quia quoad exceptiones illæ sunt le-
22 ues, † & si quæ considerandæ veniunt, non releuant contra deponentes de facto proprio, prout prædicti deponunt *Surd.cons.132.nu.3. Rota decis.147. n.15. par. 1. recent.*

Quo verò ad contrarios testes, esto, quod essent omni exceptione maiores, cum tamen patiantur exceptiones re-
23 leuantes †, & nihil concludant contra obligationem sollicitatorum, & expeditionem bullarum, quoad materias consistoriales, quæ transeunt per Datariam, neque contra obseruantiam ab ipsis testibus practicatam à die eorum obligationis citra, semper remanet prima testium depositio intacta, & concludens.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

¶ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 27. Nouembris 1634. coram eadem bon.mem. Reuerendiss. Pirouano est decis. 560.*

R.P.D. DVNOZETTO.

Beneuentana Salium.

Die Mercurij 28. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Simulationis suspicio in apocis priuatis, quando cesset, mandata rotalia contra debitores existentes etiam extra statum Ecclesiasticum exequuntur. Remissoriæ petitio reijcitur stante præsumptione calumniæ, vel irreleuantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur, stante irreleuantia articulorum. & num.3.*
2 *Remissoria non datur ad probandum per testes id, quod fuit probatum per scripturam.*
4 *Simulatio in apocis priuatis, quando cesset.*
5 *Simulationis præsumptio, ex quibus penitus excludatur.*
6 *Contra debitores etiam existentes in Regno & extra statum Ecclesiasticum, exequuntur mandata Rotalia, & in subsidium relaxantur censuræ, cum imploratione brachij secularis.*
7 *Creditor, agens contra tertium possessorē bonorum debitoris, ex titulo emptionis, non potest contra ipsum executio fieri, nisi conuincatur in iudicio ordinario.*

8 Re-

8 *Remissoria petita in vltimis audientijs, & postquam Rota mandauit, vt causa expediretur, præsumitur calumniosè petita.*

9 *Remissoria passim denegatur, stante præsumptione calumniæ.*

DECISIO DLV.

REmissoriam Dauidi non esse dandã DD. censuerunt ex articulorum
1 irreleuantia, propter quam remissoria denegatur, *Cassad. decis. 2. de dilat. Verall. decis. 66. par. 3. Rota decis. 45. numer. 2. par. 2. recent. Gregor. decis. 81. nu. 3. Caualer. decis. 612. num. 2.*

Nam fere omnes articuli in effectu tendunt ad proban. salia, de quibus agitur, spectare ad D. Balsamum, & de Angelis debitores, non autem ad D. Pennellam, penes quem reperta fuerunt, & tamen de contrario constat per apocas venditionis d. D. Pennellæ factæ à dd. DD. Balsamo, & de Angelis, & à Cacciottolo trino teste munitas, & notarij attestatione corroboratas. Vnde intrat
2 conclusio, † quod Remissoria non datur ad proban. per testes id, cuius contrarium fuit probatum per scripturas. *Put. decis. 331. & 339. lib. 2. Seraph. decis. 1460. num. 3. Rot. decis. 584. num. 2. par. 2. recen. & decis. 121. num. 2. coram Reuerendiss. Dom. meo Decano.*

Aliqui verò, in quibus articulatur D. Pennellam esse pauperem, nec emptionem dd. Salium saltem absque fideiussio-
3 ne facere potuisse, † non releuat, quia ex deductis per D. Pennellam apparet ipsum esse mercatorem diuitem bonæ famæ, & conditionis, & fuisse habitum in optima opinione ex quo illi fuerunt locatæ Doganæ status Beneuenti pro annuis scut. 5000. absque cedula bancaria ab alijs antecessoribus præstari solita.

4 Non obstat allegata † simulatio, quia illa visa fuit pariter cessare ex prædictis apocis emptionum adminiculatis ex quietantijs, & instrumento solutionis personæ D. Pennellæ, & ex alijs proxi-
5 mè † ponderatis, ex quibus excluditur omnis suspicio simulationis, prout fuit ☞ * *in alia decis. sub die 17. Febr. præteriti ponderatum.*

Alij demum articuli, qui concernunt causam d. prætensæ simulationis venditionis præcipuè ex eo quod DD. Balsamus, & de Angelis debitores omnia bona possident in Regno Neapolitano, in quo prætenditur exequutionem fieri nõ posse, visi fuerunt quoque irreleuantes,
6 cum etiam contra † debitores existentes in Regno, & extra Statum Ecclesiasticum exequantur mandata Rotalia, & in subsidium relaxantur censuræ cum imploratione brachij secularis iuxt. decretum *Sacr. Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform.*

Præterea cum versemur in iudicio exeq. Dauid non est admitten. ad proban. pertinentiam dd. Salium ad Balsamum, & de Angelis debitores cum adhuc probata non releuaret, ex quo hodie
7 agitur contra D. Pennellam tertium † possessorem ex tit. emptionis, vt supra ostensum exequutio fieri non potest, nisi conuincatur in iudicio ordinario, vt post *glos. in l. à Diuo Pio §. si super reb. ff. de re iud. tradit Couar. pract. qq. cap. 16. sub nu. 4. Scacc. de app. quest. 17. limit. 6. memb. 4. nu. 59.*

Demum fuit consideratum quod Re-
8 missoria † fuit petita in istis vltimis audientijs, & postquam Rota mandauit, vt
9 causa expediretur, & ideò intrat † præsumptio calumniæ, propter quam Remissoria passim denegatur. *Rot. dec. 424. num. 4. par. 1. & decis. 41. num. 1. & 472. nu. 2. par. 2. rec. & coram Caual. d. 208. num. 4.*

Et ita vtraque, &c.

☞ * *Est supra in hac parte decisio 533. Et infra habetur altera sub die 17. Maij 1634. coram eodem R. P. D. meo Dunozetto.*

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Cambij.

Die Lunæ 3. Iulii 1634.

ARGVMENTVM.

Sententiæ validitas, & iustitia, ex quibus colligatur. Libri Mercatorum non probant contra tertium, nisi concurrentibus adminiculis. Text. in l. quintus. C. de donat. inter vir. & vxor. quando cesset.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuelatione*

tione actorum, item qualiter iustitia. num. 3.

2 *Executiuè certum est, quod potest procedi, vigore obligationis cameralis.*

4 *Mercatorum libri non probant contra tertium, nisi concurrant adminicula.*

5 *Solutiones, vt releuent, quid requiratur.*

6 *Solutiones in dubio præsumuntur factæ prius pro cambijs, quàm pro sorte.*

7 *Vxoris pecuniæ præsumuntur mariti ad euitandam dispositionem l. quintus, ff. de donat. inter vir. & vxor.*

8 *Text. in l.quintus.ff. de donat. inter vir. & vxor. non habet locum, quando vxor acquirit, sciente viro.*

9 *Vxor, quando constat aliquid habere aliunde tunc cessat l. quintus C. de donat. inter vir. & vxor.*

10 *Dos & eius augumentum spectant ad virum.*

11 *Ad vxorem spectant pecuniæ extra dotales.*

DECISIO DLVI.

LVCIA Spara dedit de anno 1625 scut. 6500. Theodosio, & alijs de Henriquez promittentibus tenere ea sub cambijs ad eius commodum, & soluere vtilia ipsi Luciæ, vel Carolo viro cum pacto, quod non posset sortem repetere, nisi in termino trium annorum singulis annis ratam partem cum obligatione camerali, & consensu in mandatum executiuum relaxato mandato ab A.C. pro scutis mille ad computum sortis sine præiudicio residui, & iurium partium, commissa causa in Rota cum clausula, si quid exequendum, & à me proposito dubio stante validitate, & iustitia dicti mandati illud esse exequendum fuit, resolutum.

Nam de validitate non dubitatur,
1 quia colligitur † ex reuolutione actorum, cum interuenerint requisita per *Caputaq. decis. 260. par. 2.* & dum fuit
2 actum vigore † obligationis cameralis, non potest dubitari quin esset executiuè proceden. nec minus de iurisdictione A.C. Iudicis competentis.

De iustitia verò constat ex qualitate
3 crediti certi, † ac liquidi ex instrumento camerali obligatone vallato *Cassad. decis. p. de mutuis perid. Mohed. decis. 2. & seq. de except.*

Non obstat, quod ex partitis librorum illorum de Henriquez doceatur de solutione aliquarum pecuniarum facta marito, quia cum probetur solutio tantũmodo ex libris priuatis ipsorum mer-
4 catorum, ea non obstat, † quia libri Mercatorum non probant contra tertium, nisi concurrant adminicula, *l. instrum. ff. de probat. Caputaq. dec. 155. num. 1. & 5. par. 2. Rot. decis. 375. num. 1. par. 1. diuers.* Sed vlterius instrumentum, cuius vigore fuit actum diuersimodè determinat solutiones, nempè cambiorum, vt fiant marito, sortis autem principalis eidem Luciæ, & cum fuerit actũ
5 ab † eadem Lucia pro sorte, solutiones allegatæ nihil releuant, *Surd. decis. 229. num. 1. & seqq.* & sic intrat præsumptio solutiones factas marito, qui non poterat sortem exigere, metiendo voluntatẽ à potestate, præsumi factas pro interusurio, quod tam illi, quàm Luciæ poterat solui, non autem pro sorte, quia maritus ex qualitate stipulationis non poterat sortem exigere, accedente præsertim,
6 quod † in dubio solutiones censentur prius pro cambijs, quàm pro sorte, *l. in ijs, §. apud Marcellum ff. de solut. l. fideiussores Magistratũ, §. pro Aurelio, ff. de fideiussor. Rota in Rom. fideiussionis 23. Ianuarij 1604. coram Lancellotto, penes Marches. par. 1. fol. 770. num. 8.*

7 Non obstat, quod pecuniæ † præsumantur mariti ad euitandam dispositionem *l. quintus, ff. de donat. inter vir. & vx.* quia
8 præsumptio, de qua in dicta † lege, non habet locum, quando mulier acquirit sciente viro, *Salicet. in l. si mater, C. de cõtrahen. emption. & in l. cum propria, in fin. C. si quis alteri, vel sibi. Alex. conf. 122. num. 7. lib. 1. Pedemont. decis. 140. num. 8. Rota in Romana Societatis 23. Ianuarij 1593. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio apud Zacch. de societ. offic. decis. 50. numer. 2. & in Romana pecuniaria 14. Decembris 1612. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio apud Zacch. vbi sup. decis. 69. num. 10. & seq.* & talis præsumptio cessat ex firmatis in dictis duabus deci-
9 sionibus, quando constat † mulierem habere aliundè, vt benè probatur ex iurata confessione partium in instrumento, & ex fide Secretariorũ diuersorum mõtium, in quibus continetur, Luciam de tempore, quo fuit contracta societas inter Carolum eius virum, & Theodosiũ, & alios de Henriquez vendidisse diuersa loca tanquam liberè ad se spectantia ascendentia ad scuta 2970. circiter.

Neque

Neque releuat, quod sors huiusmodi
10 crediti spectet † ad maritum tanquam dos, & eius augmentum, quia cum ex instrumento dotali probetur dotem vnà cum augumento, non excedere scuta 2200. & ex scutis 6500. importantibus hoc creditum, mandatum, de cuius executione agitur, sit restrictum ad sola scuta 1000. non potest dubitari, quin hæc
11 summa sit extradotalis, † eaque pertineat ad solam vxorem, *l. maritus, C. de Procuratoribus, Soccin. cons.82. num.8. ad med. lib.4. Surd. cons.290. num. 6. lib. 2.* & in omnem casum computata dote vnà cum augumento, necnon summa soluta Carolo, remanent semper salua scuta mille, pro quibus fuit relaxatum mandatum, quod non obstante dilatione petita per Theodosium DD. resoluerunt esse exequendum, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Illerdeñ Canonicatus.

Die Veneris 17. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Mandatum de immittendo in possessionem beneficij ad fauorem alicuius, si à Rota fuerit relaxatum, & alius eodem die cępit possessionem dicti beneficij, non expresso certo tempore, hoc casu, cum certum sit, quod decreta in Rota fiunt de mane, præsumitur prius dictum mandatum relaxatum, quàm capta possessio, eo quod non constat an de manè, vel de serò fuerit capta. Acta facta contra antecessorem in beneficio nocent eius successori, reliqua vide in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Decreta in Rota fiunt de mane.*
2 *Actus plures facti vno eodemque die, ille præsumitur anterior, in quo constat de certo tempore, & in alijs nequaquam.*
3 *Pro actus validitate facienda est interpretatio.*
4 *Decretum relaxatum contra beneficiatum præiudicat etiam successori in dicto beneficio.*
5 *Contra antecessorem in beneficio sententia lata, vt noceat eius successori, sufficit, vt dictus successor non acceperit possessionem beneficij.*
6 *Bonum ius alicuius ostendi potest per decisiones, & sententias Rotales.*
Mandatum no afficit eum, qui eo non citato, contra alium fuit relaxatum. num. 6.
7 *Executoriales, quæ relaxantur contra intrusos, relaxantur tàm contra intrusos, quàm intrudendos, & propterea exequuntur contra illos, qui lite pendente se intrudunt post illorum relaxationem.*
8 *Tertius, qui lite pendente capit possessionem beneficij, lite inter alios pendente de manu collitigantis, attentat, & fit intrusus.*
9 *Beneficium si quis impetrauit, negare non potest, se ignorare illud esse litigiosum, si dispositiuè in literis suæ impetrationis, litem narrauit, cum clausula, statum litis, &c.*
10 *Res inter alios actæ, non nocent tertio.*
Sententia est nulla ex defectu citationis legitimi contradictoris. num.10.
11 *Ab intrusione in beneficio, quis non excusatur, propter factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis.*
12 *Intrusus quis non potest dici, si in sua gratia habeat subrogationem gratiosam, & ideò lite pendente absque vitio attentatorum potuit capere possessionem.*
13 *Et ratio est, quia vigore subrogationis gratiosæ possessio capta, censetur potius continuata, quàm denuò acquisita.*
14 *Executio non potest fieri contra eum, qui cœpit possessionem lite pendente, quando est gratiosè subrogatus ad possessionem, quam habebat cedens de tempore cessionis. vide num.15.*
16 *Subrogatus in ius, & possessionem alicuius in omnibus, & per omnia repræsentat illius personam.*
17 *Clausula, sine præiudicio litis pendentiæ apposita in prouisione beneficij, quid operetur. & num.18.*
19 *Papa subrogando aliquem ad ius, & possessionem antecessoris, sine præiudicio litis pendentiæ, præsumitur voluisse, quod subrogatus abstineret à possessione, aliàs possessio esset iniusta, & nulla, & esset intrusus.*
20 *in Beneficijs, seu titulis beneficialibus nō datur successio. vide num. 21.*

¶ *In eadem causa est supra decisio 387. sub die 14. Iunij 1630.*

DE-

DECISIO DLVII.

VAcante Canonicatu in Ecclesia Illerdeñ fuerunt nominati Simon Cortes ab Honuphrio Alentorn, & Gaspar Virgili à Ioanne Paulo Mija Canonicis dictæ Ecclesiæ prætendentibus in turno existere, Simon de facto possessor Canonicatus obtinuit alium Canonicatum incompatibilem, & per illius assequutionem Michael Perpinya impetrauit dictum Canonicatum, & citato dicto Simone coram Auditore Cameræ exequutore dato in literis suæ prouisionis, obtinuit immissionem, & cœpit possessionem die 19. Nouembris 1631. Gaspar Virgili prouisus à SedeApostolica de primo Canonicatu, qui obtinuerat contra Simonem per quinque decisiones declarari suam gratiam esse iustificatam, proindeque se fore immittendum; obtinuit contra illum, & quoscumque alios detentores, seu occupatores relaxari mandatum de immittendo sub eadem die 19. Nouemb. Cum dubitaretur 26. Iunj præteriti, cui esset danda manutentio: Domini dixerunt, quod apposito sequestro videretur de bono iure, ideoque præstito consensu à Gaspare sequestro, fuit quæsitum, An mandatum de immittendo concessum Gaspari contra Simonem, & alios, &c. afficiat Michaelem Perpinya: & dubio per me proposito, affirmatiuè fuit resolutum, quia cum mandatum Rotale fuerit relaxatum die 19. Nouembr. 1631. *vt in Summario dato in præterita positione nu.* 5. Possessio autem capta per Michaelem fuerit capta eadem die, *vt in Summ.nu.*2. Mandatum Rotale censetur
1 prius relaxatum, quia † certum est, quod in Rota fiunt decreta de mane. An autem mãdatum Michaelis fuerit exequutum de mane, vel de sero, non constat, & ideò cum mandata Rotalia relaxentur
2 de mane, mandatum † Rotale præsumitur anterius possessione Michaelis propter certum tempus, *Bald.in l. Imperator, la prima, in prima lectura num.*29. *& nota, ff.de stat.hom.Cassad.decis.*20. *de præb.Rota decis.*514. *par.*2.*recen. in princ.* Et pro
3 validitate actus, † & mandati Rotalis facienda est interpretatio, vt prius censeatur relaxatum mandatum, quàm capta possessio, *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.* 252. *num.* 4. Ex hoc igitur sequitur, quod mandatum validè relaxa-
4 tum contra Simonem noceat etiam † & præiudicet Michaeli in dicto Canonicatu successori, *c. cum inter de sent. & re iud.& cap.cum olim de præscript. Abb.cons.* 62. *vol.*2. *num.*2. *in fine vers.& maximè prædicta*, ibi: *& sententia delegati transiuit in Ecclesiam, Oldrad.cons.*94.*num.*17. *&* 18. *Aym.cons.*10.*nu.*8. *Franc.de Rampon. inter cons. Calder. cons.* 5. *tit. de confess. Rot.coram Crescentio dec.* 16. *&* 19. *de re iud.* in *Cæsaraugustana pensionis* 11. *Ianuarij* 1629. *coram Reuerendiss.D.meo Decano, & in Miranden. vnionis* 17.*Iunij eiusdem anni coram eodem.*

Neque obstat, quod prouisio Michaelis sit anterior mãdato relaxato per Rotam, quia non constat Iudici de ista prouisione, & propterea sufficit quod man-
5 datum † fuerit relaxatum contra antecessorem, antequã successor acceperit possessionem, *vt in d.Miranden.coram Reuerendiss. D.meo Decano.*

Minus etiã obstat, quod possessio fuerit capta die 17. & 19. & sic præcesserit, cum die 17. fuerit capta, *vt d.Sum.num.* 2. quia duo sunt considerandi actus: alter præsentationis literarum in Capitulo, & hic fuit gestus sub die 17. Alter captæ possessionis, & hic fuit gestus dicta die 19 prout distinctè legitur in instrumento super hoc hinc indè à partibus allegato, & sic cessat obiectum ex facto.

Quoad bonum ius Gasparis constat ex decisionibus bonæ memoriæ Vbaldi, & Reuerendissimi Episcopi Vrgellen. & ex
5 sententijs † Rotalibus, ideò super hoc non est insistendum.

Non obstat, quod mandatum non afficiat Michaelem, quia eo non citato fuit contra alios relaxatum, & quia dictus Michael fecit iudicium diuersum in exclusionem Simonis, prout illum cum effectu exclusit, quia respondetur, quod cum Michael se intruserit in possessione post relaxatum dictum mandatum, sequitur, quod illud ipsum afficiat; ex quo
7 exequutoriales, † seu mandata huiusmodi relaxantur contra intrusos, & intrudendos, & propterea exequuntur cõtra istos, qui lite pendente se intrudunt post illorum relaxationem, *Crescent.decis.* 16 *& decis.* 19.*num.*2.*&* 3. *& decis.* 20. *vers.secundò, quia de re iud.* & in terminis similis mandati de immittẽdo tenuit *Rota in Pampilonen. de Tafalla* 27. *Martij* 1623. *coram bon. mem. Remboldo, & in Bracharen. Archidiaconatus* 32.*Martij* 1628.

1628. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*
8 Quando enim Tertius, † qui non est in lite, capit possessionem beneficij lite inter alios pendente de manu collitigantis, attentat, & fit intrusus lite pendente, *Cassad. decis. 9. num. 5. de caus. possess. Bisignet. decis. 1. vt lit. pend. Rota par. 1. rec. decis. 342. num. 6.* Nec potest dubitari, quin Michael habuerit explicatam notitiam litis pẽdentis inter Simonem Cortes, & Gasparem Virgili; dum dispositiuè illam narrauit in literis suæ impe-
9 trationis † cum clausula, Statum litis, & narrando Gasparem collitigantem Simonis, qui propterea erat certus contradictor, debebat citari, & hinc fit, quod sententia Auditoris Cameræ non præiudicet Gaspari tanquam res inter alios acta,
10 & † sic nulla ex defectu citationis legitimi contradictoris, vnde non obstant, quæ dicuntur pro Michaele, quod non acceperit possessionem de manu Simonis collitigãtis, sed de manu executoris sua-
11 rum literarum; quia cum factum † huius Iudicis sit notoriè nullum, & iniustum non excusat ab intrusione.

Non obstat, quod Michael non possit dici intrusus, quia in sua gratia habet subrogationem gratiosam, ideò lite pendente absque vitio attentatorum potuit capere possessionem, *Mohed. decis. 11. in fin. vt lit. pend. Put. decis. 208. num. 1. in*
13 *correct.* & ratio est, quia vigore † subrogationis gratiosæ possessio capta censetur potius continuata, quàm denuò acquisita vtpote, quæ transfertur Legis, vel Principis ministerio, & in puncto, quod executio non possit fieri contra illũ,
14 qui cœpit † possessionem lite pendente, quando est gratiosè subrogatus ad possessionem, quam habebat cedens de tẽpore cessionis, quia tunc non dicitur intrusus lite pendente. *Caputaq. decis. 284 in manuscript. lib. 1.* Quia fuit responsum quod in subrogatione gratiosa adest clausula, sine præiudicio litis pendentiæ, in quibus terminis non procedit dicta con-
15 clusio, † sed tantum in subrogatione pura; non enim est præsumendum Papam voluisse præiudicare Gaspari, quia eadem lis, quæ erat cum Simone, cum omnibus suis qualitatibus durat in persona subro-
16 gati, qui subintrando † in eius locum repræsentat in omnibus, & per omnia suum auctorem, in cuius ius, & possessionem fuit subrogatus, *Cassad. decis. 1. vt lit. pend. Rot. decis. 10. eodem tit. in nou. Mohed. decis. 11. pariter vt lit. pend. & decis. 8. de appellat. Caputaq. decis. 167.*
17 *part. 2.* Et clausula, † Sine præiudicio litis pendentiæ, reseruat omnia iura competentia ratione dictæ litis, *Paris. cons. 23. num. 142. lib. 1. & cons. 70. num. 18. lib. 3. Rot. in recent. 419. num. 3. par. 1.* Et cum istud præiudicium, quod fieret, si mandatum non posset exequi contra Michaelem non sit expressum, stante prædicta clausula, Sine præiudicio li-
18 tis pendentiæ, † censetur præseruatum, etiam quod esset minimum. *Put. decis. 6. & 183. lib. 3. Cæsar de Grass. decis. 1. num. 4. de verb. signif. Sarnen. super reg. de iur. quæsit. non toll. quæst. 10. Menoch. præsumpt. 9. & seq. lib. 2.* Quibus stantibus, Papa subrogando præiudicio litis
19 pendentiæ voluit, † vt Michael abstineret à possessione, aliàs possessio esset iniusta, & nulla, & esset intrusus *Crescent. dicta dec. 19. & 20. de re iud.*

Minus obstat quod in beneficijs, seu
20 titulis beneficialibus † non detur successio, ex quo nouus prouisus capit beneficium à Papa, *Prob. ad Monach. in cap. fin. num. 15. de renunc. Rom. cons. 374. num. 15. Rot. decis. 768. num. 4. & 778. num. 2. par. 2. recent.* quia sufficit, quod
21 Michael sit successor in † possessione, in qua erat Simon, & in qua se intrusit succedendo in possessione iam effecta litigiosa, *Rota in Toletana beneficij coram Iusto 14. Nouembris 1605. in qua fuit recessum à decisis coram bon. mem Ottembergo.*

Cum igitur subrogatio non diuersificet personam Michaelis à persona Simonis, sicut mandatum afficiebat Simonem, ita etiam afficere Michaelem subrogatum in eius locum Domini vtraque parte informante resoluerunt.

R. P. D. GHISILERIO.

Florentina Affrancationis.

Die Lunæ 20. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis concessio facta alicui pro se, & filijs, & descendentibus in infinitum cum pacto, quod si ipse inuestitus, vel eius filij, aliquid inter eos conuentum, acquirant Domino directo, tunc d. emphyteusis intelligatur libera, & affran-

cata d. inuestito, Quæritur modo an filij, & descendentes in infinitum possint d. bona affrancare, si primus inuestitus id non fecit.

SVMMARIVM.

1 *Pro actus validitate, semper præsumitur illud præcessisse, quod debebat præcedere.*

2 *A verbis claris instrumenti nullo modo est recedendum.*

Verba, quando sunt clara, quæstio voluntatis non admittitur. num. 2.

3 *Verba in inuestituris, quando stent demonstratiuè, non restrictiuè, seu exclusiuè, quo ad alios comprehensos in inuestitura. 4. & 6.*

5 *Dictio, vel, quando ponitur inter personas honoratas, tunc vocantur ordine successiuo, & vnus post alium, non autem simul, & eodem tempore.*

7 *Succedens ex propria persona in emphyteusi, ei non obstat præscriptio decursa tempore antecessoris.*

8 *In successionibus iure proprio tunc incipit currere præscriptio, quando fit locus successioni, & sic veniente die, vel conditione.*

9 *Præscriptiones omnes decursæ contra patres non nocent filijs, quando in inuestituris filij veniunt ex propria persona.*

10 *Ex quo, si filij vocantur post mortem patris non possunt agere, antequam non sit mortuus.*

11 *Præscriptio non currit non valenti agere.*

12 *Præscriptio decursa, nocere debet ei, contra quem est decursa.*

13 *Ius francandi est præscriptibile per spatium 30. annorum. & num. 17.*

14 *Ignorantiæ tempus demi debet ex ipsa præscriptione: item etiam tempus pupillaris ætatis.*

15 *Scientia debet esse certa ad effectum amissionis iurium sibi competentium.*

16 *Præscriptio interrumpitur per litis contestationem.*

DECISIO DLVIII.

Commissa mihi causa appellationis interpositæ à sententia Rotali lata contra Rectorem Ecclesiæ S. Thomæ in foro veteri Ciuitatis Florentiæ ad fauorem Francisci q. Euphrosini de Ruffolis super facultate affrancandi bona in emphyteusim à d. Rectore concessa Euphrosino patri pro se, & suis filijs, & descendentibus masculis in infinitum, *cum pacto, quod si d. Euphrosinus, vel eius filijs acquirerent, seu acquireret vnũ annuum redditum florenorum 16. d. Ecclesiæ S. Thomæ, quod eo casu d. bona intelligerentur affrancata, & libera ipsius Euphrosini*, vt in instrumento concessionis anni 1561. Proposui dubium super eo, an talis sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. attenta illius validitate, & iustitia pro illius confirmatione resoluerunt.

1 Validitas resultat ex regula, † quod sẽper illud præcessisse præsumitur, quod pro validitate actus præcedere debuit *l. cum in testamento §. hæc verba, vbi Bald. Ang. & Imol. de hæred. instituen. Alciat. reg. 3. præsumpt. 42. Cassad. decis. 20. de præb. Cresc. decis. 4. & 6. de præsumpt.*

Iustitia verò benè probatur ex firmatis in duabus decisionibus 28. Nouembris 1633. & 1. Febr. præteriti coram Reuerendiss D. Episcopo Vrgellen. eo quia Francisco vti comprehenso in inuestitura, ibi, pro se, & suis filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus recipienti, & conducenti in infinitum infrascripta bona, &c competebat facultas francandi bona in emphyteusim à dicto Rectore concessa, tam Euphrosino patri, quam filijs, & descendentibus masculis in infinitum, ex superdictis verbis instrumenti concessionis, ibi, *Cum pacto, quod si dictus Euphrosinus, vel eius filij acquirerent, seu acquireret, &c.* Quibus attentis, cum tam filij, quàm Euphrosinus fuerint de per se considerati, non potest dubitari, quin d. facultas fuerit concessa, tam Euphrosino, quàm filijs expresè in instrumento
2 nominatis, † cum à verbis claris nullo modo sit recedendum, *Bart. in l. quod constitutum. ff. de militar. testam. Dec. cons. 33. col. 1. in princ.* & non admittitur quæstio voluntatis, vbi verba sunt clara. *l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. Surd. cons. 445. nu. 6. Crauett. cons. 47. n. 2. Becc. cons. 21. n. 32.*

Neque potest prætendi quod talis facultas ex verbis instrumenti, ibi, quod eo casu dicta bona intelligantur affrancata, & libera ipsius Euphrosini, restringatur ad vitam Euprosini, cum ibi nulla fuerit facta mentio expressa filiorum, prout supra

pra tam in concessione bonorum, quàm in facultate supradicta. Quia illa verba, affrancata, & libera ipsius Euphrosini
3 stant † demonstratiuè non restrictiuè, seu exclusiuè ad filios hæredes, vt post alios *Rolan. cons.* 55. *num.* 54. *lib.* 3. Nec valet
4 consequentia, conceditur † ipsi Euphrsino, ergo negatur filijs, & hæredibus, vt in terminis *Dec. cons.* 390. *num.* 8. *Ias. cons.* 64. *in fin. vol.* 3. *Natt. cons.* 322. *per. tot. Becc. cons.* 88. *nu.* 38. *&* 39. Eo magis dum in prioribus verbis facultatis affrancandi, in quibus vis consistit, exprimuntur etiam filij cum dictione, vel quod si dictus Euphrosinus, vel eius filij,
5 &c. Quæ quando † ponitur inter personas honoratas, tunc vocantur ordine successiuo, & vnus post alium, non autem simul, & eodem tempore. *l. cum pater* §. *penult. de leg.* 2. *l. hærd. mei*, §. *fin. ff. ad. Trabell. Bart. & alij in l. Gallus* §. *quidam rectè, de liber. & posthum.* Vnde cum facultas francandi legatur clarè concessa etiam filijs, verba prædi-
6 cta † subsequentia non tollunt hanc expressè concessam facultatem, nec important restrictionem, sed illa facultas operatur etiam filijs francantibus mortuo patre.

Non obstat, quod stante lapsu temporis Francisco obstet præscriptio, quia
7 † cum Franciscus ex persona propria succedat in huiusmodi emphyteusi iuxta tradita per *Bald. in l. qui se Patris, C. vnde liberi Socc. cons.* 50. *num.* 5. *lib.* 1. *Valasch. de iur. emphyt. quæst.* 49. *num.* 6. ab eo debet præscriptio inchoari nulla habita ratione temporis decursi in vita Euphrosini patris, siquidem tunc demum
8 in successionibus iure † proprio competentibus incipit currere præscriptio, quãdo fit locus successioni, & sic eueniente die, vel conditione. *l. cum notissimi.* §. *illud autem C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*. Omnes enim præscriptiones
9 decursæ † contra patres non nocent filijs, sed tantum illis, contra quos decursæ sunt, dum illi non veniunt ex persona prædecessorum suorum, sed ex propria, ita notant omnes in *l. Filius familias*, §. *Diui ff. de leg.* 1. quia ex quo fi-
10 lij, vel nepotes, seu † descendentes vocãtur post motem prædecessorum, non possunt agere antequam sint mortui;
11 ideò non currit ipsis præscriptio, † quia non valenti agere non currit præscriptio *l. p. de annal. except.* & præscriptio de-
12 cursa nocet † illi, contra quem decursa est, & non sequenti in gradu, cui nulla potest imputari negligentia. *Grat. cons.* 101. *num.* 43. *lib.* 2.

13 Non obstat, quòd ius † francandi sit præscriptibile per spatium 30. annorum ex communi doctrina adducta in decisione in hac causa facta 1. Febr. Quia ex ipsa præscriptione deducen. est tempus pupillaris ætatis Francisci, & tempus
14 ignorantiæ † quo ipse præsumitur ignorasse instrumentum emphyteusis, & pacta in eo apposita, vt benè aduertit d. decisio etiã quod Franciscus in solutione Canonis fuerit confessus soluisse vigore instrumenti concessionis, quia non inde
15 sequitur talis † scientia pacti francandi, qualis requiritur ad effectum amissionis iurium sibi competentium, ex pacto affrancationis, de quo supra in instrumento concessionis apposito, ita pluries firmauit, *Rota in recent. decis.* 95. *num.* 2. 111. *num.* 7. *&* 507. *num.* 8. *par.* 1. *coram Seraph. decis.* 133. *n.* 3. *&* 972. *n.* 10. *&* alibi sæpius. Præterea cum ipsa
16 præscriptio † fuerit interrupta per litis contestationem de anno 1593. & terminatam de anno 1608. contra ipsum Re-
17 ctorem, nunquam potuit præscriptio † 30. annorum esse completa, prout requiritur ad hunc effectum ad *not. per Felin. cons.* 25. *num.* 20. *& per cumulata per Rotam in dict. decis. coram Reu. Vrgellen* & ideò ex alijs latius deductis in supradictis duabus decisionibus in hac propositione datis fuit resolutum Franciscum posse hæc bona francare non obstantibus, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Tudertina Bonorum.

Die Veneris 24. *Nouembr.* 1634.

ARGVMENTVM.

Testator, si prohibeat, ne sua bona hæredes possint aliquo modo alienare, vendere, donare, pignorare, &c. modo si hæredes donent omnia, & singula sua bona, an per hanc generalem donationem, in ea etiam videantur comprehensa supradicta bona Testatoris, ad effectum, vt intret caducitas.

SVMMARIVM.

1 *Donans omnia bona sua, non præsumitur voluisse donare bona restitutioni subiecta, & aliàs prohibita alienari.*

2 *Donans omnia bona sua, ista verba verificari possunt in omni eo iure, quod ipse habet.*

3 *Bona fideicommisso subiecta possidens, non possunt dici bona propria, sed aliena, nempe vocatorum.*

4 *In dispositione generali, seu vniuersali ab aliquo de bonis suis facta, non comprehenduntur bona fideicommisso subiecta.*

5 *In caducitatis pœnam, vt incurratur, requiritur scientia certa, & specifica.*

6 *Error iuris controuersi excusat.*

Opinio grauium Doctorum potest in aliquo actu excludere dolum, & causare bonam fidem. nu. 6.

7 *Error iuris dubij, æquiparatur errori facti.*

8 *Bona fideicommisso subiecta alienans, facilius excusatur à pœna caducitatis, si non sit pertinax in substinenda alienatione, & hoc saltem ex æquitate. & numero 9.*

DECISIO DLIX.

IOANNES Maria Arcitus anno 1561. in eius testamento primo loco bonorum suorum alienationem expresè prohibuit per huiusmodi verba. *Itam reliquit, voluit, & prohibendo mandauit, quod infrascripti sui filij, & hæredes non possint aliquo modo, nec pro aliqua causa, vendere, donare, pignorare, nec aliquo titulo alienarè aliquid dè bonis stabilibus ipsius testatoris, &c.* Quia voluit, quod eius bona remaneant descendentibus suæ domus, pro eius manutentione, & si aliquis ipsorum contrafaceret, cadat à dicta hæreditate, & eius pars sit, & esse debeat aliorum, vnius, vel plurium obseruantium voluntatem paternam, deinde eius hæredes vniuersales instituit Paulum, Iosephum, & Hieronymum filios, eosque ad inuicem substituit, sub conditione si aliquis ipsorum sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit.

Anno verò 1625. Paulus nepos testatoris ex supradicto Hieronymo filio omnia, & singula sua bona ad ipsum quomodo libet spectantia, & pertinentia, inter viuos donauit Claræ eius sorori, quæ anno prox. præt. 1633. in vim dictæ donationis, & mandati de associando auctoritate Iudicis corporalem bonorum possessionem accepit. Ideò cum Petrus, & fratres nepotes eiusdem Testatoris ex Iosepho altero filio propter huiusmodi donationem cum alijs, vt supra prosequutis prætenderet, quoad bona testatoris esse locum caducitati ad eorum fauorem, supradicta die proposito particulari dubio, Domini negatiuè responderunt. Quia Paulus in casu isto non
1 specificauit aliqua † certa corpora bonorum, sed generaliter omnia bona donauit, qui propterea nō cēsetur in dubio voluisse donare bona restitutioni subiecta, vel aliàs alienari prohibita propter pœnam caducitatis, vt *per l. obligatione generali ff. de pignor. tradit. Bart. in l. Codicillis §. instituto num. 5. ff. de leg. 2. Alexan. cons. 168. num. 6. lib. 2. Rot. decis. 425. num. 1. & seqq. par. 1. diuers. & decis. 375. num. 8. par. 1. & dec. 84. num. 5. par. 2. rec. & coram Card. Seraph. dec. 1290. num. 5. & coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 50. nu. 4.*

Tanto minus, quia idem donator se restrinxit ad bona sua, ibi, omnia, &
2 singula sua bona, quæ † verba verificari possunt in omni eo iure, quod ipse habebat, non autem in bonis restitutioni subiectis, vel aliàs alienari prohibitis,
3 quæ poterant dici aliena, † nempè vocatorum, *vt in leg. fin. §. sed quia nostra C. commun. de leg.* & propterea quod in huiusmodi generali, seu vniuersali dis-
4 positione ab aliquo de bonis suis † facta illa non comprehendantur, *trad. Dec. cons. 378. num. 1. Abb. cons. 442. num. 20. Aym. cons. 144. num. 5. in fin. Cephal. cons. 516. num. 17. & seq. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 6. num. 10. Surd. dec. 93. num. 20. Peregr. de fideicom. art. 6. num. 8. vers. & eo magis, & num. 9. & 11. & cons. 37. num. 20. lib. 1. Rot. corā Card. Seraph. dec. 693. num. 6. & decis. 969. num. 8.* cum pluribus alijs allegatis *in causa Ferrarien. bonorum de Tassonis 27. Februarij 1617. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio.*

Non obstat, quod in actu adeptionis possessionis bonorum vigore supradictæ donationis, & mandati de associando per procuratorem Claræ de anno 1633. postmodū factæ, specificata fuerint bona supradicti Ioannis Mariæ testatoris vti in donatione cōprehensa, quia placuit responsio

ponsio, quod minus in mandato de associando talis specificatio legitur, & in adeptione possessionis non constat, quod interuenerit donator, nec quod de ea
5 aliquam scientiam habuerit, † quæ tamen ad incurrendam pœnam caducitatis certa, & specifica requiritur, *vt per Mohed. decis. 4. num. 7. & seq. de probat. Put. decis. 142. num. 2. lib. 2. cum alijs allegatis, tenuit Rota decis. 593. num. 4. part. 2. recent.* & à fideicommissario, qui ad caducitatem agit, illamque allegat, probari debet. *Alexan. cons. 184. sub num. 6. vers. & not. Ang. lib. 2. Ruin. cons. 118. circa fin. vers. & ideo lib. 2. Rota coram Cardin. Seraph. decis. 916. nu. 8. & decis. 193. num. 4. in fin. par. recent.*

Præterea fuit etiam per Dominos pōderatum, in casu isto, quod in retrodonatione postmodum facta de mense Iulij dicti anni 1633. donator asseruit se intellexisse in donatione comprehendere ea tantum iura, quæ ipse habebat, & credidisse prohibitionem supradictam fuisse personalem ad filios ipsius testatoris tantum restrictam, & non se extendere ad ipsum donatorem ex Hieronymo filio nepotem, præcipuè ex supradictis verbis, ibi, (& prohibendo mandauit, quod infrascripti sui filij, & hæredes, &c.) ac etiam substitutionem præfatam, vti factam sub illa conditione, si aliquis ex filijs sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit per mortē Hieronymi, & Iosephi cum pluribus filijs expirasse, & propterea se nunquam intentionem habuisse fideicommisso cōtraueniendi; sed ad donationem alijs de causis in ea expressis bona fide deuenisse. Ista enim quod prohibitio alienationis sit personalis, & substitutio, si sine filijs expirauerit; quicquid sit, an verè pro donatore subsistant, satis ei suffragari visa sunt ad istum effectum, cum negari non possit, quin saltem sint adeo in iure controuersa, vt hinc inde Docto-
6 res graues reperiantur, † quorum opinio potuit in donatore excludere dolum, & causare bonam fidem. *Anchar. in clem. ne Romani in princ. de elect. Rota coram bon. mem. Andrea decis. 101. num. 10.*
7 vel saltem errorem iuris admodum dubij, † qui æquiparatur errori facti. *Aym. cons. 279. num. 2. Gab. cons. 90. num. 25. lib. 2. Rot. decis. 132. num. 7. par. 2. diuers. & coram Card. Caualerio decis. 81. num. 2. & decis. 141. num. 4.* & à pœna caducitatis excusat *iuxta l. iuris ignorantia la 2. & l. error in fine, ff. de iur. & facti ignor. Dec. cons. 408. num. 5. & seq. Rota coram Cardinali Seraphino, decis. 794. num. 19.*

Prout etiam ponderatum fuit, quod idem donator, & donataria, ad omnem bonum finem, & effectum, de omnibus bonis, quæ in supradicto fideicommisso cum alienationis prohibitione comprehensa esse possent, retrodonationem fe-
8 cerunt ex qua sequitur, † quod donator non possit dici pertinax in substinenda alienatione, itaut faciliùs à dicta pæna caducitatis veniat excusandus, saltem ex æquitate, *Butr. cons. 34. num. 2. vers. de æquitate, facit Rot. d. decis. 593. nu. 6. par. 2. rec.*

Et ex his cessat, quod donatio esset facta etiam filijs, heredibus, & successoribus Claræ, qui in retrodonatione non interuenerunt, & quod ipsa retrodonatio esse facta post acceptatam caducitatem, & sine debitis solemnitatibus: Nam quicquid sit de his. Responsum
9 fuit, quod huiusmodi error iuris † dubij, simul cum retrodonatione, satis suffragatur ad excludendum dolum, & pertinaciam, & causandam bonam fidem in donatore, qui propterea, quatenus etiam bona fideicommissaria, & alienari prohibita, voluisset in donatione comprehendere à dicta pœna caducitatis excusari debet ex supradictis.

Et ita decisum vtraeue parte iiformāte, &c:

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Affictus.

Diæ Lunæ 27. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum expeditiones, quæ proueniunt ex gratia Summorum Pontificum, quemadmodum sunt diuersę, ita habent diuersum stylum, & obseruantiam. Et quid seruetur, quando dictæ expeditiones transeunt per Concistorium, & quid, quando fiunt per officiales Datariæ. Et honoraria in vtroque casu, quando sint præstanda.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Expeditiones, quæ transeunt per Concistorium, de stylo, & obseruantia à Cardinalibus proponuntur, quibus statim facta propositione honorarium soluitur.*
Et cedulæ de more præmittuntur, siue laboris, siue honoris causa, quasi in signum recognitionis, gratiæ Cardinali proponenti concessæ.
Deinde transeunt ad Cameram, & Bullæ expediuntur. nu. 1.

2 *Bullæ, semper requiruntur, etiam quando solo verbo Papæ perficitur gratia, tam de iure communi, quàm de stylo Curiæ.*

3 *Expeditiones, quæ per officiales Datariæ fiunt, postquam signatæ sunt supplicationes à Papa, & datatæ per officialis, diriguntur ad registrum, & postmodum relaxantur ad registrum, & postmodum relaxantur de manibus officialium, & inde transeunt ad Cancellariam.*

4 *Postremo in plumbo plūbantur, & tunc litteræ dicuntur expeditæ.*

5 *Testes, quando sunt plures, & practici, & de facto proprio deponunt, non potest dubitari de concludentia probationis in eorum dicto.*

6 *Stylo, & obseruatiæ est standum semper, donec de immutatione non docetur.*

8 *Referenti non est credendum, si in relato aliter res se habet.*

9 *Copiæ, non est magis credendum, quàm originali.*

10 *Obligatio subsequens quatenus etiam obscura, semper præsumitur ex præambulo tractatu.*

11 *Obseruantia in omni materia, est vera intrepres & magistra, & omnem prorsus remouet dubitationem.*

12 *Veba subsequentia, vel facta, præcedentibus præstant euidentissimum intellectum.*

13 *Testibus fides adimitur, si eorum dicto, se contradicant.*

14 *Testis vnicus, nullum gradum probationis facit.*

15 *Testi deponenti de facto proprio, & habenti assistentiam styli, & obseruantiæ pro se, magis est credendum, quàm contradicenti, & malè informato.*

DECISIO DLX.

PRAESENS controuersia de soluendis honorarijs Cardinali Protectori tempore expeditionis bullarum, iam fuit resoluta sub die 28. Iunij præteriti, * & hodie iterum examinata, censuerunt Domini standum esse in decisis.

Nam expeditiones beneficiorum, quæ proueniunt ex gratia Summorum Pontificum, sicuti sunt diuersæ, ita diuersum habent stylum, & obseruatiam in earum quaque expeditione, nec per legem, aut canones formæ expediendi fuerunt de-
1 terminatæ; propterea expeditiones, † quæ transeunt per Concistorium, de stylo, & obseruantia habent suam formam, nempe, quòd à Cardinalibus proponantur, quibus statim facta propositione honorarium soluitur, & cedulæ de more præmittuntur, siue laboris, siue honoris gratia, quasi in signum recognitionis gratiæ Cardinali proponenti concessæ; deinde transeunt ad Cameram, & Bullæ expediuntur ad probationem gra-
2 tiæ, quæ semper requiruntur, etiam † quando solo verbo Papæ perficitur gratia, tam de iure communi, quàm de stylo Curiæ, de quo attestatur *Cardin. in proem. clem. vers. nec sanè, de renunciat. Sarnen. de non iudican. iuxt. form. supplicat. quæst. 1. & latissimè comprobat Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 2. 3. & 9.*
3 Expeditiones verò, quæ per officiales † Datariæ fiunt, habent & ipsæ suum stylum, & obseruantiam; nam signata supplicatione à Summo Pontifice, & data per officiales dirigitur ad registrum, sed non prius registratur, quàm habita fide ab officiali de solutionibus componendæ, aut annatæ, secundum materias currentes, & postmodum relaxatur de manibus officialium, & inde transit ad manus aliorum officialium, scilicet Cancellariæ; po-
4 stremò in plumbo plumbantur, & † tunc litteræ dicuntur expeditæ, *cap. licet de crim. fals. Sarnen. eadem reg. de non iudican. iuxt. form. supplic. q. 1. Paris. eadem quest. 2.* ponens vtrumque modum expediendi gratias.

Cæterum, quia Cardinalis Protector non laborat in proponendo, neque signatura supplicationum ad eundem pertinet, & per consequens iuuari non potest stylo, & obseruantia aliarum expeditionum pro consequendo suo honorario

rio debito; propterea tenetur docere de ſtylo, & obſeruantia reſpiciente tempus conſequendi honoraria prædicta.

Quòd concludenter adimpleuit ex depoſitione trium teſtium, nempe Ioannis Marſciant, Philippi Paſquier, & Petri Ianel, qui omnes ſunt Expeditores materiarum Regnorum Franciæ, & practici dicentes, huiuſmodi honoraria deberi tantummodo pro exepeditione Bullarum, & ſeu tempore earum plumbaturæ, & non prius, & ad cauſas ſcientiæ reſponderũt ſcire, quia ita ſemper obſeruarunt, & obſeruare viderunt communiter ab omnibus alijs expeditoribus materiarum Galliæ,
5 † qui cum ſint plures, & practici, & de facto proprio deponant, dubitari non poteſt de concludentia probationis in dicto eorundem, *per cap. licet cauſam verſ. ex præmiſſis de probat. Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. in fin. de empt. & deciſ. 351. nu. 11. coram Papa Gregorio XV. cum alijs atlegatis in* 1. *deciſ.* cui
6 ſtylo † & obſeruantiæ, donec de mutatione non doceatur, ſemper inhærendum eſt, *cap. ex litteris de conſtit l.* 1. *in fin. C. quæ ſit long. conſuet. Theſ. deciſ.* 1. *nu. 9. Rot. deciſ. 376. nu. 3. par. 2. recent. & 126. n. 3. coram Papa Gregor. XV.*

Quæ obſeruantia eò magis videtur attendenda, cum incœperit ab obligatione expeditorum, quæ producta fuit per Eſchinardum, & datur in eius Summario num. 7. in qua de eorum voluntate, & expreſſo conſenſu vinculantur Bullæ expeditionum, non autem ſupplicationes ſignatæ, aut regiſtratæ, donec honoraria Cardinali Protectori fuerint ſoluta, ibi, *vogliamo, e coſentiamo, & ciaſcun di noi vuole, e ſi contenta, che le bolle di tali ſpeditioni ſiano ritenute nell'officio del Piombo, ſin tanto conſti al Piombatore ſij pagato, &c.* nam ſi quid
7 † exinde pinguius, aut clarius fuerit obſeruatum, illud ſemper videtur conuentum *Soccin. ſen. conſ. 35. num. 25. lib. 1. Surd. conſ. 140. n. 45. vol. 1.*

Non obſtat, quod, & ſi teſtes in eorum dicto videantur concludere ſtylum, & obſeruantiã prædictam: attamen quia ſe referunt ad obligationem Expeditorum, & in ea non diſtinguantur tempora leuandi honoraria debita, meritò conſtito hodie de ſcriptura relata, & producta,
8 referenti † non eſt credendum, ne ma-
9 gis copię † quià originali fides habeatur. *Dec. conſ. 63. num. 6. Berard. conſ. 130. num. 5. l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit.* cum alijs allegatis per *Becc. conſ.* 41. *numero 22. lib.* 1.

Quia ſi opſeruentur verba teſtium, in quo ſenſu fuerunt prolata, referendo ſe ad obligationem expeditorum, ceſſabit omnis ſiniſtra interpretatio; nam verum eſt, quòd primus, ſecundus, & tertius teſtes ſuper ſecundo narrant differentiam expeditionum Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum conſiſtorialium, quę tranſeunt per Conſiſtorium, ab alijs, quę tranſeunt per Datariam, vt primo caſu, facta propoſitione ſoluatur honorarium. Secundo verò caſu non niſi in plumbo poſitis bullis deinde pnſt narratiuam ſecundi caſus ſequuntur alia verba, *eſſendoſi li ſpeditionieri così obligati, & non in altra forma*; vnde aut contenditur, relationem comprehendere expreſſionem duorum caſuum, qui non leguntur in ſcriptura obligationis, & interpretatio fatua videtur, quia de primo caſu non erat neceſſaria obligatio expeditorum, ex quo indubitata eſt praxis, & ſtylus ſoluendi ſtatim facta propoſitione per Cardinalem, aut dicitur, quòd iſta forma ſecundi caſus ſoluendi tempore, quo leuantur bullę & non anteà reſpectiuè ad tempus certum, non reperitur expreſſa in ſcriptura obligationis, & tunc facilè euitatur obiectum, propter verba illa *vogliamo, & ſi contentiamo, che le Bolle ſiano ritenute all' offitio del piombo*, quę potuerunt interpretari ab ipſis teſtibus pro forma ab ipſis narrata, ſe obligandi tantummodo tunc, & quando Bullæ expediuntur, non autem, vt cogi poſſint ſoluere honorarium ante expeditionem illarum, & in hunc ſenſum intellexerunt primus, & ſecundus teſtes ſuper quarto, ibi, *fu ſtabilito con li ſpeditionieri Franceſi, che queſti emolumenti foſſero douuti per la ſola*
10 *eſpeditione delle bolle*; vnde † ſubſequens obligatio, quatenus etiam obſcura, ſemper præſumitur ex præambulo tractatu, & cauſa *gloſ. in l. quædam mulier ff. de rei vendic. l. 2. C. de acquir. poſſ. Becc.* latiſſime *conſ. 6. num.* 2. & magis compro-
11 batur ab ipſa obſeruantia, † quæ in omni materia eſt vera interpres, & magiſtra, & omnem prorſus remouet dubitationem, *cap. cum dilectus de conſuet. l. ſi de interpretatione, & l. minimè de leg. Rom. conſ. 338. num. 5.* vbi, quòd ſubſe-
12 quentia verba, † vel facta præcedentibus

bus præstent euidentissimum intellectum *Becc. ex alijs comprobans in cons. 96. num.* 14. atque ita benè se explicant testes, nullam esse natam obligationem ante expeditionem bullarum, quia de tempore propositionis in Concistorio, non euenerat casus, & tempus registrationis Protectori seruire non dedebat, sed ad probationem gratiæ per signaturam concessæ, & expeditio bullarum respiciens vsum, & commoditatem, erat expectanda ad officium plumbi pro exigendo honorario debito.

Similiter neq; obstat allegata contrarietas Pasquier, & Ianel, qui in examine iurato deponunt, non subscripsisse apocam, nec se obligasse soluere honoraria Protectori iuxta 28. quod datur summario Eschinardi num. 8. & tamen in scriptura attestationis ab eisdem subscripta, & quæ datur eodem summ. nu. 6. contrarium asseruerunt ibi *con la sola differenza dell'obligo fatto da noi Spedi-*
13 *tioneri &c.* quibus † si fides adimatur, prout de iure adimenda venit, *cap. licet causam cum glos. in verb. contradicunt de probat. Rot. decis.* 298. *nu.* 3. *coram Papa Greg. XV.* dicebatur probationem re-
14 duci ad Marsciant, qui † tanquam vnicus gradum probationis non facit, *l. vbi numerus de test. Rot. decis.* 178. *coram Papa Greg. XV.*

Quia interrogatorium iuxta vigesimum octauum quærit de subscriptione apocæ, & obligatione in ea contenta, in quo negatiuè illi duo testes responderunt, & rectè, quia de illorum subscriptione, & obligatione non constat, scriptura verò attestationis nullum verbum de apoca, sed de simplici obligatione expeditorum, quæ potuit contingi in diuerso loco, tempore, & scriptura, cessante coarctatione negatiuæ, quæ in ipso interrogatorio non legitur.

Ac denique non conquassantur depositiones trium illorum testium, ex depositione aliorum duorum pro parte Eschinardi examinatorum, quia vltra exceptiones datas familiaritatis, commensalitatis, & famulatus cum dicto Eschinardo, nihil aliud dicunt quàm id scire, & intelligi debere, gratiã esse perfectã signata componenda, & registrata supplicatione, quod non controuertitur respectiuè ad interesse officialium Datariæ: Cæterùm, quòd intelligantur expeditiones iuxta formam pacti appositi in instrumento locationis, & transijsse per Datariam, statim soluta componenda, & facta registratione, loquuntur sine ratione, & in con-
15 cursu magis standum est testi † deponenti de facto proprio, habenti assistentiam styli, & obseruantiæ pro se, quàm contradicenti, & malè informato secundum *Glos. in cap. nostra de testib. Crauet. cons. 6. n. 65. Rota decis. 239. num. 2. coram Papa Greg. XV.*

Ex prædictis autem omnibus sicuti resultat plena, & concludens probatio styli, & obseruantiæ, & obligationis expeditorum soluendi honoraria Protectori tempore plumbationis bullarum, ita cessare debet omnis interpretatio, quando materiæ dicuntur transijsse per Datariam, soluta componenda, & registrata supplicatione; an verò quando bullæ expediuntur, & similiter cessat obiectum apocæ obligationis expeditorum, ex quo omnia remanent sublata ex testibus, & obseruantia, & vero sensu apocæ declarato.

Et ita resolutum fuit vtraq; parte informante.

☞ * *Est supra in hac parte decisa* 554.

R. P. D. BVCCABELLA.

Elnen. Distributionum.

Die Lunæ 4. *Decembris* 1634.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum vt sit valida, inter alias solemnitates, beneplacitum Apostolicum est necessarium, quodq; magis procedit, si sit reseruatum, cum clausula non aliàs &c. & aliqua circa extrauag. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiastica, quando alienantur, est necessarium beneplacitum Apostolicum, & nu.* 10.

2 *Beneplacitum Apostolicum, licet aliàs non esset necessarium in aliquo actu, si tamen fuerit reseruatum cum clausula non aliàs, nihilominus debet impetrari, & num.* 6. *&* 11.

3 *Beneplacitum Apostolicum, si fuerit reseruatum cum clausula non alias &c. sufficit*

non impetretur, licitum est à contractu recedere.
4 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
5 *Reseruatio beneplaciti facit actum conditionalem.*
7 *Beneplacitum Apostolicum vigore extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccl. non alien. est etiam necessarium inter duas Ecclesias.*
8 *Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccl. non alien. habet locum etiam inter personas eiusdem Ecclesiæ habentes præbendas distinctas, cũ aliàs daretur occasio spoliandi aliam in diminutionem cultus diuini.*
9 *Inter Abbatem, & Capitulum si fiat diuisio bonorum, requiritur beneplacitum Apostolicum.*
12 *Copula, &, sæpissimè stat continuatiuè.*
13 *Ablatiui absoluti inducunt formam.*
14 *Scientia plena, & certa requiritur ad effectum præiudicij.*

DECISIO DLXI.

DOMINI steterunt in decisis sub die 26. Iunij proximi præteriti coram Reuerendissimo Vrgellen. Nempe quod mandatum executiuum ad fauorem Canonicorum, & Beneficiatorum nõ sit relaxandũ contra modernum Abbatem pro certa quantitate fructuum, & pecuniarum de qua in concordia inita anno 1603. inter ipsos Canonicos, & Beneficiatos ex vna, & Abbatem prædecessorẽ ex altera ex quo in ea præter alias solemnitates deficit beneplacitum Apostolicum, quod
1 tamen erat necessarium; † nedum ex dispositione *Extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* cum alijs adductis *in Treueren. honorum 15. Martij 1621. coram bon. mem. Seleucien.*

Sed etiam quia huiusmodi beneplacitum legitur in eadem concordia expressè reseruatum, per verba, quæ important conditionem, & inducunt formam, ibi *saluis tamen semper D. N. Papæ beneplacito, & Reuerendiss. D. Episcopi Elnen. & dicti D. Abbatis, & successorum suorum iurisdictione, & iuribus, & cum decreto D. Elnen. Episcopi, & non aliàs, aliter nec alio modo &c.* Itaut beneplacitum Apostolicum in casu isto impetrari debe-
2 ret, etiamsi aliàs non esset necessarium, † vt in dicta clausula, *non aliàs*, tenuit *Rota coram Greg. XV. decis. 192. num. 1. & 3.* vbi referuntur aliæ decisiones, & præcipuè *Ferrarien. Decimarum*, quæ est decisio *545. num. 3. par. 4. recent.* Eoq; non obtento concordia remanserit sine
3 effectu, & modernus Abbas possit † ab ea recedere, perinde ac si non esset facta iuxta *c. si quis Presbyteroque* & ibi *gloss. verb. alienator. de reb. eccl. non alien.* & tradit *Nauar. cons. 9. eodem tit. Rot. decis. 624. num. 12. par. 1. recent.* & de eadem clausula *non alias &c. tradit Ricc. in prax. par. 1. resol. 33. num. 1. & tribus seqq. & resol. 53. n. 1. cum alijs in decis. allegat. & de ablatiuo absoluto reseruato &c.* quod
4 † importet conditionem, est *decis. Caputaq. 205. num. 3. par. 1. Mohed. dec. 35. de renunciat.* & quod reseruatio
5 beneplaciti † faciat actum conditionalem post alios, tradit *Ricc. in praxi par. 1. d. resol. 33. num. 4. & resol. 70. num. 1. & seqq. cum similibus.*

Ex his tollitur, quod inter personas eiusdem Ecclesiæ non requiratur beneplacitum Apostolicum; quia vltra quod in casu isto illud erat necessarium saltem
6 ex eo, quia fuit expressè, & † cum præfata clausula, *non alias &c.* in concordia reseruatum, licèt aliàs non requireretur ex supradictis.

Fuit responsum, quod sicut benepla-
7 citum Apostolicum † vigore dictæ Extrauagant. Ambitiosæ, *de reb. Eccl. non alien.* est necessarium inter duas Ecclesias, *iuxta text. in c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.* & opinionem, quam tenuit *Rebuff. in c. sine exceptione 12. q. 2. num. 66. Quaranta in comp. Bull. verb. alienatio rerum Eccl. nu. 15. Rot. dec. 1. de reb. Eccl. non alien. in nou. in causa Neapolitana spolij 3. Iunij 1601. coram Card. Lancellotto, quæ est apud Marches. de commiss. lib. 1. fol. 103. num. 5. & in dicta caus. Treueren. bonorum 15. Martij 1621. coram bo. mem. Seleucien.* Ita etiam videtur dicendum inter personas eiusdem Ecclesiæ habentes
8 præbendas distinctas, quia † tunc vni daretur occasio spolindi aliam in diminutionem cultus diuini, vt de alienatione inter Episcopum, & suos Canonicos *trad. Abb. in c. sicut nostris num. 4. de iur. iur. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. q. 51. c. 18. nu. 19. vers. contrarium vsque ad fin* & de
9 diuisione † bonorum Monasterij inter Abbatem & Conuentum, *Nouar. d. cons. 9. eod. tit. decis. allegat.* & de duobus Curatis in eadem Ecclesia tradit idem *Nauar cons. 10. eod. tit.*

Prout etiam tollitur, quod in supradictis verbis fuerit etiam expresse reseruatũ decretũ Episcopi, nam quicquid sit,

an illud in huiusmodi concordia requireretur, ex quo Abbas in Ecclesiæ secularizatione prætendit se ab ipsius iurisdictione remansisse exemptum. Certum est,
10 quod in ea † erat necessarium beneplacitum Apostolicum, tam ex dispositione *d. Extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccl.*
11 *non alien.* Quàm etiam vti in ea ex † d. clausula *non alias &c.* expresse reseruatum, saltem ad effectum, vt modernus Abbas à concordia recedere non posset ex supradictis.

Nec obstat, quod d. clausa, *& non alias aliter &c.* referenda sit solum ad decretum Episcopi, de quo supra immediatè fuerit facta mentio. Quia cum beneplacitum Apostolicum sit positum sub vna, eademq. verborum constructione mediãte † copula, &, quæ sæpissimè stat continuatiuè, ad ipsum quoque beneplacitum d. clausula referri debet, vt per *Bart. in l. doli verbum in princ. ff. de seru. corrupt. Dec. cons. 92, num. 2. Rot. dec. 1. num. 6. par. 2. & decis. 143. num. 8. par. 1. recent.* & in omnem euentum remaneret etiam ipsius beneplaciti reseruatio
12
13 facta per verbum ablatiui † absoluti, quæ per se ipsum absque d. clausula, *& non alias &c.* conditionem importat, & formam inducit, maximè quando beneplacitum Apostolicum est necessarium, prout in casu isto ex supradictis.

Minus obstat obseruantia deducta ex solutionibus plurium annorum. Quia vltra quod non est legitimi temporis. Placuit responsio, nõ constare quod huiusmodi solutiones fuerint factæ de mandato Abbatis, nec quod idem Abbas de illis certam, & plenam scientiam habu-
14 erit, prout requirirur † ad effectum vt dicatur illas ratificasse, sibique præiudicasse, *Gabr. cons. 69. num. 26. lib. 2. Rot. dec. 51. num. 5. par. 1. recent. cum alijs in d. decis. 25. Iunij proximi allegatis &c.*

Et ita vtraque parte informante resolutum.

REVERENDISS. PIROVANO.

Meleuitana Commendæ.

Die Lunæ 4. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Commendæ adiudicatio Equiti Hierosolymitano, quando non sit deneganda. Et Priores, vt rectè illas conferant, quidnã sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Collationis factum probatur ex instrumento.*
2 *Libri Secretarij creditur in concernentibus eius officium, & n. 3.*
4 *Infirmitatis impedimentum aliquem excusat ad implendum tempus, tanquam impedimentum, quod non possit tolli.*
5 *Priores Religionis Hierosolymitanæ tenẽtur singulis quinque annis, visitare Bailiuas, Commendas &c. existentia intra fines eorum Prioratuum, sub pœna priuationis omnium præeminentiarum quatenus visitare neglexerint.*
6 *Pœna à iure, quando non est determinata, de ea non est agendum.*
7 *Facere aliquid si quis sit obligatus intra certum tempus, non potest dici negligens si id non adimplet, si adhuc tempus non sit transactum.*
8 *Et hoc ea ratione, quia intra d. tempus mora non committitur.*
9 *Mora, quando non adest, cessat pœna.*
11 *Ratio est illa, quæ dicitur communis lex ad omnes casus, non autem similitudo nominum.*
12 *Sententiæ sine processu non releuant.*
13 *Obseruantia non attenditur, si non constet, vbi sit fundata.*
14 *Tribunalia Meliten. subiacent iudicio Sedis Apostolicæ.*
15 *Obseruantia per contrarios actus tollitur Obseruantia non releuat, si in æquiuoco ponatur, cum sit difformis. n. 15.*
16 *Verbum, trascurerà, quid importet.*
17 *Factum aliquod præclarum debet sufficere pro iusta causa ad euitandum nomen curæ culposæ.*
18 *Pœna, vt euitetur, sufficit quælibet minima etiam bestialis causa.*
19 *Ad officium aliquod, si quis non potest promoueri, nisi quid determinatum adimpleuerit, si reperiatur ad illud promotus, rectè arguitur, fuit promotus, ergo adimpleuit, tanquam à necessario antecedenti desumpto.*

DECISIO DLXII.

CONCLVSVM fuit Equit Bertando Comendam, de qua agitur, esse adiudicandam, quia docet de sua collatione ab habente iurisdictionem confe-

ferendi; iustificat requisita secundum dispositionem stabilimentorum Religionis ad eandem obtinendam determinata, & obiectus, qui dantur contra Priorem S. Aegidij conferentis non releuant.

Ex contextu enim, & tenore statuti 27. de Commendis per Sedem Apostolicã confirmati expresse colligitur, Priores Religionis singulo quinquennio à die eorum promotionis posse concedere vnicam tantummodo Commendam eorum respectiuè Prioratus, vni Fratri Antiano, & benè merito; vnde cum Prior ascenderit ad Prioralem dignitatem S. Aegidij de anno 1631. & commenda de Palliers nunc controuersa vacauerit de mense Februarij 1634. & Procuratores eiusdem Prioris secundum tenorem illorum mandati ad conferendum, illam contulerint dicto Equiti Bertrando de mense Martij 1634. dubitari non potest de iure conferendi Prioris, quia intra quinquennium contigit vacatio, nec quod verè collata fuit Commenda, quia
1 ex instrumento, † quod datur, probatur factũ collationis, & quidem intra quinquennium, *Couarru. practicar. quæstion. cap. 20. in fine, Surd. cons. 537. num. 18. Rota decis. 302. num. 6. vbi Adden. coram Papa Greg. XV.*

Habilitas etiam Equitis Bertrandi respectiuè ad Antianitatem, & benemerentiam ab eodẽ statuto requisitam benè iustificatur, nam Antianitas in ordine ad capacitatem titulorum, seu Commendarum declaratur ab alio statuto septimo de Commendis, concurrente residentia quinquennali in Conuentu, quæ probatur ex libro residentiæ Religionis per attestationem Secretarij illi-
2 us officij † cui creditur in concernentibus officium custodiæ librorum, vt sæpius fuit dictum de Secretarijs huiusce Religionis, *vt in Campanien. Prioratus 18. Maij 1618. coram Archiepiscopo Seleucien. & in Aquitanien. Prioratus coram me die 19. Aprilis 1624.* similiter, benemerentiæ determinantur ex statuto octauo de Commendis, & ex ordinatione titul. de officio fratris, quando scilicet fratres inseruierunt Religioni complendo carauanas quatuor, iuxta ordinationem supradictam emanatam post statutum octauũ de Commendis, quæ pariter probantur præstitæ ex fide Secretarij linguæ, cui, †
3 vt dicebatur attestanti de officio suo creditur.

Non obstat, quod etsi Eques Bertrandus inceperit carauanas, non tamen integrè eas persoluit, prout ex eisdem stabilimentis Religionis requiritur, & ex registris desumptæ fides dantur summario Bailiui num. 8.

Quia ex quatuor carauanis de imperfecto seruitio tres tantum notantur, & redarguuntur, ex prima, quod deficiant dies decem, & octo, ex secunda dies viginti nouem, ex tertia multo plures, sed ad excusandam huiusmodi deficientiam, cum dentur pro vnaquaque Medicorum, triremium Ducis attestationes de infirmitate in Ciuitate Panormi, &
4 Marsilæ, tempus † infirmitatis semper computatur tanquam impedimentum, quod non possit tolli, *l. cum hæres, §. sticus, ff. de statut. liberor. Crauett. cons. 202. num. 1. 151. num. 22. 179. num. 9. Surd. cons. 12. nu. 21. & decis. 189. num. 29. Decian. cons. 18. num. 186. vol. 1.* & quod magis est idem Eques addidit, & quintam carauanam, ex qua remouetur omnis amaritudo.

Deniquè obiectus dati ad impediendam Prioris iurisdictionem in cõferendo singulo quinquennio secundum statuti 27. de Commend. dispositionem non releuant.

Non enim obstat stabilimentum de visitatione Commendæ, in quo expressè cauetur, quod Priores singulis quinq; annis visitare teneantur Bailiuas Commendas, domus Hospitalia, & alia quæcumque intra fines eorum Prioratuum existentia, & quidem personaliter cessantibus impedimentis infirmitatis, & in quarto adijciatur pœna priuationis
5 omnis præeminentiæ † prioralis, quatenus Priores neglexerint visitare; quod cũ per Priorem non probetur factum, sed potius contrarium, dum ex visitationibus inceptis per eum, & productis, non fuit seruata forma in primo stabilimento contenta de transmittendis visitationibus authenticis in scriptis Magno Magistro, & Conuentui, dicebatur caruisse iurisdictione conferendi, & vtendi priuilegio per statutum vigesimũ septimum indulto, & in similibus terminis fuisse firmatum *in decis. 103 par. 2. recen.*

Quia aut desumitur defectus iurisdictionis in conferendo ex primo stabilimento, & in eo non legitur pœna priuationis non visitanti in tempore, nec minus decretum irritans collationes iam factas,

factas, aut in futurum fiendas, & vbi †
6 pœna à iure non est determinata, de ea non est agendum, §.*cum igitur cum glosa authent. de non eligend. secundo nuben. Becc. conf.* 102. *num.* 31. *Osasch. decis.* 77. *num.* 3. *Surd. decis.* 188. *num.* 7. *&* 300. *num.* 17. aut inhærendum est verbis *Capitulo quarto, ibi.*

Et se il Priore trascurerà di fare le dette visite, subito s'intenda priuato d'ogni giurisditione, & preeminenza priorale.

Tunc quia illa negligentia in stabilimento posita intelligi non potest intra †
7 quiquennium datum ad visitandum, *Decian. in cap. ex ratione num.* 16. *de appellation. Iason. in l. non ominis. num.* 6. *ff. si*
8 *cert. petatur.* Moti ea ratione, quia intra † tempus indultum mora non committitur, *l. nulla mora de regul. iur. l. si insulam. ff. de verbor. obligat. & tradunt omnes in l. si ita stipulatus,* §. *primo, eod tit.*
9 & absque † mora pœna, prout est priuatio, non intrat; vnde cum à die captæ possessionis per Priorem, scilicet de anno 1631. & in die quo fuit facta collatio mense Martij 1634. non effluxerit quinquennium, meritò negligentia ad effectum priuatioois ei imputari non potest.

Quod si replicetur quinquennium esse desumendum à die vltimæ visitationis, quæ perfecta, & finita data fuit in Conuentu de anno 1613. iuxta attestationem Secretarij datam summario num. 3. atque ita reassumendo principium vniuscuiusque quinquennij, ab anno 1629. quinquennium suum habuit initium, & finem recipiebat in principio anni 1634. de quo tempore visitatio non erat perfecta, neque ad Conuentum transmissa, vt inde prouisio de vacanti in mense Februarij 1634. posset fieri, & hunc modum reassumendi quinquennium deducebatur ex visitatione liminum, quæ initium habuit à Constitutione Sixti V. ex Cabredo, de quo in stabilimento vigesimo tertio titulo de Commendis, & ab absurdo visitando, dum contingere posset, quod visitationes nunquam fierent, si ad vltimum extremum quinquennij indulta esset facultas visitandi,
10 ac † demum ab obseruantia subsequuta ex sententijs, quæ dantur summario Bailiui num. 4. quibus Rota detulit in *decis.* 103. *par.* 2. *recentior.*

Adhuc obiectum videtur cessare, quia vltra quod attestatio Secretarij non exprimit mensem, & poterit contingere de mense Decembris eiusdem anni 1614. semper intrare potest tempus quinquennij ad sustinendam collationem de mense Martij 1634. sequutam.

Nihilominus exempla liminum, & Cabredi, cum habeant diuersam rationem, & finem, non inferunt ad determinationem initij temporis quinquennij
11 nam ratio est, † quæ dicitur, communis lex ad omnes casus, non autem similitudo nominum, *cap. consuetudo,* 1. *dist. Calderin. conf.* 1. *tit. vt lit. penden. et conf.* 1. *de regul.* & nisi allegetur eadem ratio, semper cessat vi argumenti.

Præterea visum etiam fuit allegatam obseruantiam non releuare, quia actus, qui dantur ad eam probandam, nempè sententiæ de anno 1614. & 1633. summ.
12 num. 4. sunt † sine processu, *Put. decis.* 198. *num.* 2. *lib.* 1. *Rota decis.* 704. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* itaut videri non possit, vbi
13 ista obseruantia sit fundata, † maximè quia enunciatur, prout aliàs in similibus fuit obseruatum, de qua anteriori obseruantia non constat, ac demum, quia
14 sunt sententiæ Tribunalium † Meliteñ, quæ subiacent iudicio Sedis Apostolicæ, & eadem Tribunalia contrarium obseruarunt in hac eadem causa, in qua pro Equite Bertrando pronunciatum fuit, itaut per contrarios actus, vel tollatur,
15 vel † in æquiuoco ponatur allegata obseruantia tanquam difformis, *Alex. conf.* 5. *num.* 7. *&* 9. *lib.* 5. *Ripa in l. qui Roma* §. *duo fratres. num.* 49. *ff. de verb. obligat. Crauet conf.* 96. *num.* 5. *&* 313. *num.* 4. *Becc. conf.* 101. *num.* 51.

Demum aduerterunt Domini ad substantiam, & formalitatem verborum cap. 4. visitatione, ibi.

Se trascurerà di fare le dette visite, subito s'intenda priuato.

Quæ importat omnimodam negligentiam abijcendo omnem curam visitan-
16 di, quæ ita † non amarè in ordine ad priuationem iurisdictonis sunt recipienda, concurrente voluntate, & effectu ipsius Prioris, & tempore adhuc pendente ad præsentandum visitationes Magno Magistro, & Conuentui. Nam dantur visitationes inchoatæ in ipso quinquenio à die etiam finis vltimi computato, & quod magis est, in ipsa visitatione inchoata fuerunt expulsi hæretici de locis visitatis magna cum virtute, & labore ipsius Prioris, & Catholicorũ subleuatione, & ædi-

& ædificatione, quod tempus tàm præclarè, vtiliter, & honorificè impensum pro fide Catholica subleuenda, sufficere
17 deberet pro iusta causa ad euitandum nomen curæ culposæ, quandoquidem ac cum effectu minima, & vt scriben-
18 tes aiunt, bestialis, † etiam admittitur, *Rota decis.* 268. *num.* 3. *in fine par.* 2. *recent. Surd. decis.* 78. *numero* 7. *&* 188. *num.* 8.

Postremò minus releuat ordinatio ædita de anno 1612. in qua præcipitur Prioribus Gallicis restauratio Ecclesiarum quarũ deuastatio contigerit de tempore possessionis Priorũ; pœna cominata, nisi infra quinquennium à die deuastationis, restaurationes fecerint, amissionis præeminentiarum Prioralium quintæ Cameræ, & prouisionis Commendæ spectantis ad gratiam Prioralem, vt propterea dum modernus Prior de anno 1622. prouisus fuerit de Commenda Castri Saraceni, ad quam pertinet locus nominatus de Villadiu, qui fuit ab hæreticis deuastatus, & nunquam restauratus, dicebatur non potuisse conferre Commendam ob iurisdictionem suspensam, donec de restauratione fuisset doctum, de qua hucusque non apparet.

Quia ex facto euitatur obiectum, nam cum modernus Prior post dictum annum 1622. fuerit promotus ad magnam Crucem, deinde ad Prioratũ S. Aegidij, consequitur necessariò, quod docuerit meliorasse Commendam iuxta dispositionem stabilimentorum, alias non fuisset admissus ad ascensum huius dignitatis Prioralis, prout in eodem ordine capitulari dato summario Bailiuæ num. 5. clarè disponitur; vnde rectè arguitur; as-
19 cendit, ergo † meliorauit, tanquam à necessario antecedenti desumpto, *Abb. in cap. quia in tantum num.* 4. *de præb. Felyn. in cap. postulasti, num.* 10. *de rescript.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Tiburtina Spolij.

Die Lunæ 11. *Decembris* 1634.

ARGVMENTVM.

In spolio tempus præscriptionis quando incipiat currere. Possessor semel, semper præsumitur possessor, nisi aliud doceatur.

SVMMARIVM.

1 *In Spolio secundum extremum, vt probetur, sufficit substentatio litis concurrentibus adminiculis.*

2 *Præscriptionis tempus in spolio computandum est à die, quo quis fuit spoliatus.*

3 *Possessor semel, semper præsumitur possessor, nisi contrarium probetur.*

4 *Possessionis continuationis præsumptio, iuuat possessorem, & illius successorem.*

5 *Possessionis continuationis præsumtio non habet locum, quando adest aliqua præsumptio in contrarium.*

6 *Testes, qui conuincuntur, non habentur in consideratione.*

7 *Testium depositio, si sit dubia, non attenditur.*

8 *Possessionis continuationis præsumptio, vt tollatur, requiritur probatio efficax.*

DECISIO DLXIII.

MARIANVS, & Clemens de Fidelibus fratres possidebant bona, de quibus agitur, pro indiuiso; decessit primo loco Marianus relicta Artemisia filia, quæ vixit cum Clemente patruo, vt clarè deponunt testes in causa examinati; defuncto etiam Clemente, prædicta Artemisia obtinuit die 9. Aprilis 1578. immitti in possessionem medietatis bonorum, de quibus hodie est quæstio: & cum medio tempore fuerit spoliata, die 13. Ianuarij 1614. egit contra Felicem Montanarium, & Claudium de Sanctis illius virum neptem Vincentiæ de Leis vxoris d. Clementis de Fidelibus, & successiuè contra Antoniam communem filiam d. Felicis, & Marci Antonij Mariæ Rapę eius primi viri, & modo contra Dominicum Capitostum, qui possidet bona, de quibus agitur, vt deponunt etiam testes. Et sufficeret substentatio
1 litis, concurrentibus † adminiculis cum agatur de probando secundo extremo ad effectum spolij, *Anton. August. in epitom. tit. de vtroq. exstrem.* §. 1. & fuit sæpissi-

pissimè resolutum. Et propterea dubitani an intret spolium pro d. medietate bonorum, & DD. affimatiuè responderunt, quia de secundo, extremo satis constat, (vt dictum est) Primum autem extremum concludenter probatur ex d. immissione, vt abundè fuit dictum in decisione in hac causa facta 22. Maij huius anni coram me.

Neque obstat, quod à die immissionis vsque ad diem intentati spolij effluxerint ferè 36. anni, vnde videtur intra-
2 re † præscriptio, quia ad effectum prescriptionis non est computandum tempus à die quo Artemisia fuit immissa, sed à die, quo fuit spoliata, circa quod nihil dicitur, & Artemisia habet præsumptio-
3 nem pro se, † quod semel possessor semper præsumatur possessor, nisi contrarium probetur, *Rot. dec. 4. de probat. in nou. Put. dec. 19. lib. 2. in correct. Alcia. de præsump. reg. 2. præsump. 21. nu. 5. in fin. Menoch. præsumpt. 64. num. 1. & seqq. lib. 6. Rota. decis. 80. num. 1. par. 2. diuers*: Et hac quidem præsumptione potest iuuari Artemisia, cum indubita-
4 tum sit † iuuare possessorem, & illius successorem, *Alciat loco præcit. num. 35. & 38. Put. dec. 11. de caus. possess. & propriet.*

Non obstat, quod ista præsumptio
5 continuationis † non habeat locum, quando adest aliqua præsumptio in contrarium, & in hoc casu adsint testes qui deponant, quod Vincentia de Leis sem-
6 per possederit, quia † conuincuntur ex quo post obitum Clementis Artemisia obtinuit immissionem: Et si intelligantur, quod deponant post dictam immissionem, eorum depositio, vel est dubia
7 circa tempus, vt possit cognosci, † an intret præscriptio, & ideo non releuat *c. in præsentia de probat.* eoque magis cum lapsi sint 36. anni, nec est verisimile (licet sit possibile) quod Artemisia passa fuerit spolium statim adepta possessione, itaut neq; per decem annos illam retinuerit, & ideo ex prædictis testibus non tollitur præsumptio cōtinuatæ possessio-
8 nis, quia † ad hunc effectum requiritur, quod præsumptio sit efficax, qualis non est in casu isto, *Alciat. loc. supra cit. & fuit dictum in causa Elnen. Canonicatus 5. Martij 1603. coram bo. mem. Horatio Cardinale Lancellotto*; aut in omnem euentum dd. testes intelligentur deponere de possessione d. Vincentiæ de Leis, respectu portionis Clementis eius viri.

Ex quibus DD. perstiterunt in resolutis die 22. Maij proximè præteriti, * & recesserunt à decisione facta die 23. Iunij pariter proximè præteriti.

* *Est supra in hac parte decisio 540.*

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO Patriarcha Constantinopolitano.

Messanen Prioratus.

Die Lunæ 11. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo super possessione beneficij, quando alicui non possit denegari.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum possessionis alio non existente in possessione probat.*
2 *Executor ritè, & rectè procedens priuat possessorem sua possessione.*
3 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum.*
4 *Obitus probatur, si testes deponant, quem vidisse mortuum.*
Item probatur ex partita extracta per Parochum ex libro, in quo mortui describuntur, nu. 4.
5 *Probatio nulla est maior, quàm confessio propria.*
6 *Scripturas producens censetur fateri omnia ibi contenta.*
7 *Sacerdos, quod quis sit, probatur, si testes dicant, illum vidisse celebrare missam.*
8 *Beneficium præsumitur sine cura.*
9 *Beneficij valor probatur per testes deponentes per non excessum de publica voce, & fama.*
11 *Mandatum de manutenendo, si alicui concedatur, ex eo probatur possessio.*
12 *Possessio amissa præsumitur stante silentio decennali.*
13 *Status vltimus collatiuus si probetur, sufficit pro iustificatione gratiæ quo ad reseruationem.*
14 *Exceptio vnionis, cum requirat altiorem indaginem, non admittitur in iudicio possessorio.*
15 *Auditor Cameræ iuxta suas facultates est executor Literarum Apostolicarum.*
6 *Sententiæ nullæ non sunt attendendæ.*

Sen-

Sententia lata vigore commissionis subreptitiæ, est nulla nu.16.

17 *Exceptiones contra testes in summarijssimo possessorio manutentionis non solent de facili admitti.*

DECISIO DLXIV.

PROPOSITO in hac causa dubio sub die 6. Iunij 1633. an constet de attentatis, & dandum sit Iuliano mandatum manutenendo, Domini fuerunt in voto, quod apposito sequestro videretur de bono iure; Et restricto dubio ad iustificationem gratiæ D. Iuliani, die 23. Iunij præteriti voluerunt, vt idem Iulianus iustificaret totam gratiam; Et hac die reproposita causa, censuerunt, Iuliano dandum esse mandatum de manutenendo. Et moti sunt, quia ipse vsque de anno 1620. obtiuit declarari per Vicarium Messaneñ Executorem, prouisionem Apostolicam de huiusmodi Prioratu Sanctæ mariæ de Brignolito ad eius fauorem obtentam, esse exequendam, & in illius possessionem Iulianum esse immittendum, prout realiter, & cum effectu auditis Rectoribus Hospitalis, & Domino Francisco Vassallo, vti ab eisdem Rectoribus electo, ac alijs seruatis seruandis, immissus fuit, vt constat ex publico instrumento possessionis adeptæ,
1 quod satis releuat ad hunc effectum †, quia, aut tunc alius non erat in possessione, & probat *Rota decis. 92. num. 1. & decis. 106. num. 4. par. 1. recent. Gregor. decis. 268. num. 1. & 2.* Aut Rectores, & Franciscus possidebant, & cum fuerint
2 citati, & auditi, † potuit Executor ritè, & rectè procedens illos eorum possessione priuare, *Mohedan. decis. 4. de restit. spol. Rota decis. 141. num. 2. & decis. 802. num. 6. par. 1. diu. & decis. 557. num. 2. par. 2. recent. Seraph. decis. 1325. num. 1.*

Quoad autem iudex ritè, & rectè processerit, deducitur, quia constat de iurisdictione ex literis sibi specialiter directis, & de citatione Francisci, & Rectorum, †
3 cum alijs requisitis ad validitatem sententiæ iuxta decisionem *Caputaquen. 260. par. 2.* Iustitia verò clare colligitur, ex quo idem Vicarius ad executionem dictæ gratiæ processit præuia illius iustificatione in omnibus. Obitus enim Frācisci Ferratij de mese Iulij 1606. probatur per testes, dicentes se vidisse illum
4 mortuum de dicto mense, † & ex partita extracta per Parochum ex eius libro, in quo mortui describuntur, & qui propterea probat *Imol. cons. 110. in fine, Rota in Cæsaraugustana portionis coram Iusto, impressa per Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 340. Gregor. dec. 78. num. 2. & ibi latè Addentes.*

Possessio eiusdem quo ad Prioratum, de quo agitur, probatur non solum per testes, qui dicunt vidisse illum possidere, vt ex instrumento possessionis ei tradita de mandato Executoris, qui fuit in
5 literis deputatus, † sed etiam ex confessione partis, qua nulla est maior probatio. Quod autem possessio fuerit continuata vsque ad obitum, probatur ex eisdem testibus, et confessione partis, quod Prioratus vacauerit per obitum
6 Ferratij, † et quia de iure possessio semel probata, præsumitur vsque ad obitum continuata, *Rota decis. 4. de probat. in nouis & dec. 523. num. 1. & 2. rec.*

Quod Iulianus sit oriundus ex Terra Meletelli, probatur ex confessione partis resultante ex productione instrumen-
7 ti, in quo asseritur talis, † cum producens scripturam censeatur fateri omnia ibi contenta, *Fel. in c. cum Venerabilis, num. 22. vers. Prima conclus. de except. Menoch. lib. 2. præsumpt. 45. num. 1.*

Quod Iulianus sit Sacerdos; probant
8 similiter testes, † deponentes vidisse illū Missam celebrare, *Rota dec. 544. num. 1. par. 1. recent.*

Quod Iulianus professionem emiserit infra annum probatur ex fide, de qua in Summario eiusdem *num. 13.*

Quod Prioratus sit Regularis Ordinis S. Benedicti, et quod careat Conuentu, probatur per testes examinatos à Ferratio, qui dicunt, ipsum fuisse gubernatum à Monacis S. Benedicti, et in eo nullos commorari Monacos.

9 Quod Prioratus sit sine cura † non eget alia iustificatione, quia id de iure præsumitur *Staphil. de litt. grat. tit. de qual. & stat benef. in princ. Aegid. decis. 676. Gregor. dec. 387. num. 4.*

Valor verò dicti Prioratus, quod non excedat 24. probatur nedum per testes
10 deponentes per non excessum de publica voce, et fama, quæ sufficit, *Aegid. decis. 595. Cæsar de Grass. decis. 91. nu. 5. & decis. 49. num. 7. Gregor. decis. 143. num. 1.* Sed etiam ex simili expressione facta à Francisco; *Gregor. d. decis. 143.* in

in princip. Rota in Zamoren. beneficij de Morales 20. *Iunij* 1594. *coram bon. me. Corduba*.

Insuper pro Iuliano in casu isto concurrit, quod anno 1620. A. C. stante prædicta possessione, et eius gratiæ iustificatione pro parte ipsius deducta, eidem concessit mandatum de manute-
11 nendo, † quod similiter probat ipsius possessionem ad istum effectum, *Caualer. decis.* 217. *sub. num.* 2. Maximè quia post huiusmodi manutentionem Rectores, et Franciscus tacuerunt per de-
12 cennium, quo † transacto præsumitur obliuio, et possessio amissa, *Couar. regul. possessor* 2. *par.* §. 1. *num.* 3. *Rota in Auximana florum* 28. *Aprilis*, & 20. *Iunij* 1616. *coram bon. mem. Cardin. Sacrato*, *Colimbrien. præstimoniorum* 27. *Iunij* 1633. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano*.

Non obstat, quod ista Ecclesia per Archiepiscopum fuerit aliàs vnita Monasterio S.Mariæ Moniaci, et ipsum Monasterium cum omnibus suis membris per Sedem Apostolicam Hospitali. Quia vltra quod ex deductis pro Iuliano constat, quod cum de anno 1548. iste Prioratus vacasset, Marcus Tomassellus obtinuit auctoritate Apostolica, sibi de eo prouideri, per cuius obitum posteà anno 1577. eadem auctoritate prouisus fuit Ferratius vltimus possessor, qui beneficium istud possedit per 30. annos; Sicque pro eodem Iuliano constat de vl-
13 timo statu collatiuo illius, † qui sufficit pro iustificatione ipsius gratiæ, quoad reseruationem, *Calderin.cons.*23. *de præbend. Aegid.decis.*116.*in fin.Caputaquen. decis.* 60. *alias* 65. *in manuscript. lib.* 2. *Seraphin. decis.* 1467. *num.* 30. *Gregor. decis.* 77. *num.* 9. *admittitur in decision e* 188. *par.* 1. *rec.* Fuit etiam responsum, quod huiusmodi exceptio vnionis requi-
14 rit † altiorem indaginem, et consequenter, non admittitur in hoc iudicio possessorio, *Mohed. decis.*22.*de resti. spol. Rota decis.* 595. *num.* 8. *par.* 1. *diuers.*& *decis.* 287. *num.* 8. *par.* 2. *recent.*

Non obstant duæ sententiæ latæ super vnione. Quia fuit responsum dictas sententias, vt ex monitorio, de quo in summario, fuisse latas pendente iudicio super executione literarum Apostolicarum
15 vnionis coram A. C. † quorum iuxta suas facultates est executor, *Rota in Alboricen.Canonicatus* 26. *Aprilis* 1599. *coram bon. mem. Corduba*, *Reuerendissimus Coccinus Decanus decis.* 169. *num.* 3. & 5. proindè vti nullæ non sunt attenden-
16 dæ, † non facta mentione in commissione de d. lite coram A.C. incohata, *cap. coram de offic.deleg. Fel.in c. ad audientiam* 2. *num.* 53. *de resc.Mantic.dec.*167. *num.* 3.

Non obstant exceptiones contra testes ad instantiam Ferratij examinatos. Quia placuit responsio, quod exceptio-
17 nes † contra testes in huiusmodi summarijssimo possessorio manutentionis nō solent de facili admitti, *Seraphin. decis.* 392. *num.* 2. *Caualer. decis.* 44. *num.* 4. *Rota in Callien. Canonicatus* 29. *Ianuarij* 1618. *coram Eminentiss. Cardin. Pamphilio*.

Et ita parte vtraque etc.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Pensionis.

Die Lunæ 17. *Decembris* 1634.

ARGVMENTVM.

Papa. si Ecclesia vniuit alicui loco, quandoque d. Ecclesia per cessum, vel decessum Rectoris, vel alio quouis modo vacare contingeret, modo si d.Rector consentiat reseruationi Pensionis super d. Ecclesia, nulla facta mentione vnionis, an talis impositio pensionis substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Pensio, vt validè reseruetur super beneficio, in quo, quis habet ius quæsitum quid requiratur*. & *num.* 8.

2 *Vnio vnius Ecclesiæ potest fieri Rectore non vocato*.

3 *Cum per eam non fiat præiudicium Rectori, ex quo non sortitur effectum, nisi post mortem ipsius, & ideo eius non interest vocari*.

4 *Papa, tamquam Dominus beneficiorum potest vnire Ecclesiam absque alio consensu Rectoris*.

5 *Vnio beneficij, quando est facta dummodo accedat consensus Rectoris, nisi accedat d. consensus, non est de ea habenda ratio, sed limita*.

6 *Gabr. consil.* 198. *lib.* 1. *in quibus terminis loquatur*,

7 *In*

7 *In resignationibus, omnia dependent liberè à voluntate resignantis.*
9 *Per regressum ius acquiritur ad rem. Pensionis reseruatio est nulla, ob non factam mentionem regressus. num. 9.*
10 *Promissio facta de soluendis oneribus, de quibus talis promissio sit intelligenda.*

DECISIO DLXV.

CONGREGATIO Monachorũ Cælestinorum obtinuit de anno 1626. suo Collegio vniri Parochialem Ecclesiam S. Mariæ in Posterula de Vrbe, litterarumq. vnionis exequutionem committi Eminentissimo Cardinali Vicario, quandocumque dicta Ecclesia per cessum, vel decessum Petri Pauli eiusdem Ecclesiæ Rectoris, aut quacunque alia ex causa vacare contingeret. Postmodum de anno 1627. idem Rector consensit reseruationi annuæ pensionis ducatorum 24. auri de Camera, ad fauorem Dominici nepotis, nulla facta mentione vnionis. Denique de anno 1631. dictus Rector cessit Parochialem Patribus Cælestinis, cum quibusdam pactis, & conditionibus à Sanctissimo confirmatis. Nunc prætendente pensionario sibi à dictis patribus deberi pensionem prædicta vnione non obstante emanauit dubium. An pensio debeatur? Quod negatiuè fuit resolutum.

Quia cum per vnionem factam à Sanctissimo de dicta Ecclesia, fuisset ius quæsitum Collegio Cælestino, non potuit eo priuari per reseruationem pensionis, absque illius consensu, nec ei potuit inferri præiudicium à Rectore, cui iura dumtaxat remanserunt donec vixisset, vel Ecclesiam cessisset, & proindè de gratia
1 vnionis concessa ante reseruationem, † necessariò erat facienda mẽtio, eo quod Papa dicto Collegio non consentiente, nostro censetur voluisse præiudicare, *c. cũ olim de consuetud. c. super eo, de offic. deleg. c. audita, de restit. spol. c. cum teneamur de præben. l. 2. §. merito ff. ne quid in loco publico, l. nec auus C. de emancipat. Gig. de pension. q. 79. in princ. Cassad. decis.* 1. *eod. tit.* Et licet consensus præstitus à Rectore super vnione facienda, appareat præstitus de mense Ianuarij 1631. & sic per quatuor annos post reseruatam pensionem, vt ex instrumento dicti consensus, & ex literis Apostolicis reseruationis prædictæ; hoc tamen nihil facit, quia Rector præstitit consensum pro purificatione, & effectuatione vnionis per cessum, ad quem effectum requiritur vigore regulæ 36. Cancellariæ de præstandis consensibus, consensus autem illius non fuit necessarius pro expediendis litteris
2 vnionis, ea ratione, quia † vnio vnius Ecclesiæ potest fieri Rectore non vocato; cùm per eam non fiat præiudicium Rectori, ex quo non sortitur effe-
3 ctum, nisi † post mortem ipsius, & ideò eius non interest vocari, *clem. 2. & ibi gloss. vbi communiter Doct. in verbo vocatos de reb. Eccles. non alien. Rot. dec. 1. eod. tit. in nou. cum alijs per Rot. diuers. dec. 133. num. 13. par. 2.* Atque ita cum Petrus Paulus non præstiterit consensum ad effectum validandi vnionem, sed pro illius effectuatione, mediante Ecclesiæ resignatione tempus datæ illius non est attendendum, sed tempus concessionis
4 Papæ de anno 1626. cum † Sanctissimus tanquam Dominus Beneficiorum, potuerit vnire nullo adhibito Rectoris consensu.

Nec dicatur, quòd vnio attendi non debet, nisi post expressum consensum
5 Rectoris, quia † cum anteà esset locus pœnitentiæ, non erat de ea habenda ratio; Nam respondetur, quod à Rectoris consensu non dependebat gratia vnionis, à Papa iam concessæ, sed effectuatio vnionis, quæ poterat per consensum, vel dissensum Rectoris citò, vel tardè exequutioni demandari, non autem annullari, ideoque non applica-
6 tur *cons. Gabr. 198. lib. 1.* cum loquatur in terminis resignationis, vbi omnia de-
7 pendent à libera voluntate † resignantis. In hoc autem casu, ius in vnione fundatum, non dependebat à voluntate Rectoris, ex quo vnio ab initio liberè à Sanctissimo fuit facta, licet eius effectus fuerit reseruatus post cessum, vel decessum Rectoris: Vndè negari non potest quin vsque ab initio Collegio fuerit ius quæsitum. Non obstante, quod literæ Apostolicæ vnionis fuerint expeditæ in forma Commissaria, & directæ Eminentissimo Cardinali Vicario; quia per istam gratiam fuit statim collegio ius quæsitũ
8 ad rem. Vndè pensio posteà † reseruata, est nulla, ob non factam mentionem de dicta gratia, & iure quæsito Collegio, sicuti in terminis regressus, per quẽ simili-
9 ter acquiritur ius ad rem, & quidem † pendens à futuro euentu, dicitur quod

reseruatio pensionis est nulla, ob non factam mentionem regressus, *Cassad. dec. 1. de pension. Gig. in eodem tract. dicta quæst. 79. num. 3.*

Et ex his DD. censuerunt cessare etiã obiectũ de obligatione facta per Patres
10 Celestinos de soluendis oneribus, † cũ id intelligi debeat de oneribus validis, videlicet legitimè impositis, vel de oneribus ordinarijs Ecclesiæ, & curæ Animarum, qualis non est ista pensio, vt patet ex supradictis.

Et ità vtraque informante, pro nullitate pensionis fuit resolutum &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Brixien. Iurisdictonis.

Die Lunæ 11. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Exemptus à iurisdictione Ordinarij, quando pendente controuersia super d. exemptione, non debeat priuari, aut turbari in eius possessione, & quando è contra.

SVMMARIVM.

1 *Exempto à iurisdictione Episcopi non est deneganda manutentio, si doceat de titulo exemptionis, & possessionem probet.*

2 *Exemptus, si sit manutenendus aduersus Ordinarij iurisdictionem, quando exhibetur titulus, & possessio probatur, debet doceri de possessione quadragenaria.*

3 *Exempto denegatur manutentio aduersus Ordinarij iurisdictionem, data impossibilitate probationis, præscriptionis quadragenariæ possessionis.*

4 *Exemptus, si excipiat contra exemptionem à iurisdictione Ordinarij, exhibendo titulum, qui egeat probatione præscriptionis, & sic quadragenaria possessione, & tunc si destituatur tali possibili probatione, non est manutenendus.*

5 *Exemptus, si excipiendo aduersus Ordinarij iurisdictionem, producat titulum ex se habilem, & sufficientem, est manutenendus, licet non doceat de possessione.*

6 *Fratres Seruitæ, & omnes Sorores mantellatæ, Pizochoræ oblatæ, & Tertiariæ nuncupatæ, eximuntur à iurisdictione Ordinarij, & subijciuntur Generali, & Superiori Ordinis.*

Et immediatè sub protectione Sidis Apostolicæ recipiuntur, vt patet ex Constitutionibus Vrbani VI. & Innocentij VIII. num. 6. & 17.

7 *Exemptus a iurisdictione Ordinaria quis est, si sit receptus sub protectione Sedis Apostolicæ.*

8 *Religionum diuersitas ex quibus deducatur. & num. 10.*

9 *Gemin. cons. 41. num. 1. & Anchar. cons. 321. num. 1. intellectus.*

11 *Superiori obedientia præstita, vbi non agitur de Religione expresse approbata, nec in manibus habentis facultatem incorporandi in Religionem, non importat exemptionem ab Ordinario, stante exemptione d. Religionis.*

12 *Papæ approbatio sola est, quæ potest eximere à iurisdictione Ordinarij.*

13 *Exemptionis quasi possessionem, vt quis acquirat, requiritur scientia, & patientia Episcopi.*

14 *Titulum, si quis habeat ad aliquid faciendum, non requiritur alia scientia, & patientia aduersarij.*

15 *In summarijssimo iudicio, attenditur tantum nudum factum.*

16 *Monachorum, & Monialium receptio ad quos spectet.*

DECISIO DLXVI.

Conclusum fuit standum esse in decisis sub die 9. Iunij præteriti; quia Religio Seruorum docet de titulo exemptionis ab Ordinario ex Constitutionibus Summorum Pontificum, & possessionem probat ex actibus in summario datis, cum quibus pendente iudicio super exemptione, † non debet priuari, aut turbari in eius possessione, secundum dispositionem secundæ partis *cap. cum personæ de priuil. in 6.* 1

Non obstat, quod inhærendo etiam declarationi regulæ dicti *cap. cum personæ*, † si inferior sit manutenendus aduersus Ordinarij iurisdictionem, quando exhibetur titulus, & probatur possessio, *Seraph. decis. 1278. in fin. Rota decis. 491. num. 4. 685. num. 2. par. 1. & 382. num. 5. par. 2. recen. cum alijs allegatis in prima decisione*; attamen, quia pro parte Fratrum docetur de possessione, quæ tempus quadraginta annorum absque controuersia attingere non potest, ex quo erectio domus, de qua agitur, contigit 2

tigit de anno 1612. dicebatur semper deficere possessionem ex dispositione eiusdem Capituli cum personæ, & fundatam remanere intentionem Ordinarij
3 in sola iuris assistentia, † data impossibilitate probationis quadragenariæ præscriptionis, prout in consimili casu dicitur consideratum in *Sutrina Iurispatronatus coram D. meo Decano in eius impressis* 106.

Quia cum distinctione responderunt Domini, quod aut inferior excipiendo
4 contra exemptionem à † iurisditione Ordinarij exhibet titulum, & talem, qui egeat probatione præscriptionis, & sic possessione quadraginta annorum, & tunc si destituatur possibili probatione, quia remanet cum solo titulo colorato & minus apto ad obtinendum in petito-
5 rio, difficultas est releuans; aut † inferior exhibet titulum ex se aptum, & sufficientem, & tunc possessio destituta possibili probatione quadragenariæ non impedit manutentionem inferioris, vt benè se declarat *tex. cap. cum personæ* in vltimis verbis, nam si sufficit titulus, multò magis si concurrat possessio Religionis, in quibus terminis non dissentit decisio supra allegata Sutrina Iurispatronatus.

Titulum autem per Religionem exhibitum esse sufficientem Domini existimarunt, quando quidem illum deducunt ex constitutionibus, & priuilegijs Summorum Pontificum, vt in prima decisione fuit firmatum nempè Vrbani VI. &
6 Innocentij VIII. in quibus, & fratres † Seruitæ, & omnes Sorores mantellatæ, Pizochoræ oblatæ, & Tertiariæ nuncupatæ, eximuntur à iurisdictione Ordinarij, & subijciuntur Generali, & Superiori Ordinis, & immediatè sub protectione Sedis Apostolicæ recipiuntur; vndè cum istæ mulieres sint de genere Tertij Ordinis; siue ex vna specie, quia Pizochoræ; siue ex alia, quia mantellatæ; semper sub suo genere tertij or-
7 dinis † comprehenduntur, & sic priuilegijs exemptionum gaudent, tamquam receptæ sub protectione Sedis Apostolicæ, *cap. ex parte il primo de priuil. cap. si Papa eod. tit. in 6. c. cum tempore, de arbitr. cum alijs in eadem decisione allegatis.*

Non obstat, quod mulieres huius domus, non sint de gremio Ordinis Seruitarum, ex quo non sunt mantellatæ, neque Pizochoræ, aut Oblatæ, nec Tertiariæ, sed constituant tertiam speciem, cum vtantur diuerso habitu, & viuant iuxta proprias Constitutiones à Paulo V. approbatas, habeant diuersum nomen, atque diuersum modum profi-
8 tendi; Ex † quibus omnibus distinguitur diuersitas Religionis, *Gemin. cons. 41. num 1. Anchar. cons. 321. num. 1. Nauar. cons. 6. num. 12 vers. 4. de stat. Monach.*

Quia Geminianus & Ancharanus allegati, benè se explicant distinguendo
9 species Regularium; Quidam † enim sunt verè Religiosi, & habent de necessitate, & dispositione eorum regulæ certum habitum specialem in colore, & forma totam tangentem personam à capite vsque ad talos, & in his non licet alicui professo talem habitum trans formare, quia videtur, quasi de substantia suæ Religionis secundum *glos. in vers. vel habitus in clement. 1. de elect.* Quidam autem
10 vocantur fratres de † Pœnitentia Tertij Ordinis, qui potius quemdam modum viuendi à Papa approbatum dicuntur habere, quàm regulam, & isti propter aliqua signa habitus, non recipiunt diuersum nomen, aut diuersam regulam a Tertiarijs, sed tantummodò tenentur parere suo Superiori, & obseruare contenta in eorum modo viuendi, & de istis propriè agitur, quæ obtinuerunt à Paulo V. approbari habitum, & modum viuendi, & ad effectum quod intrent priuilegia videndum est, an sint subiectæ Superiori Generali Fratrum Seruitarum, quod visum fuit non posse dubitari ex tenore Constitutionum, quæ ab eodem Paulo V. fuerunt approbatæ; quia vestiuntur in Sacello, aut Oratorio domus; Patri Generali offeruntur, professio emittitur in manibus Superiorum Fratrum Seruitarum, punitio incorrigibilium mandatur fieri assentientibus Generali, seu Vicario, & Subpriorissa, & dispensatio circa ieiunia, et abstinentias remittitur Generali, seu Vicario, et Subpriorissæ; vndè cum prædicta inferant ad subiectionem, et iurisdictionem Seruitarum, semper intrant priuilegia exemptionum.

Non obstat, quod obedientia Superio-
11 ri † præstita vbi non agitur de Religione expressè approbata, nec in manibus habentis facultatem incorporandi in Religionem, non importet exemptionem

nem ab Ordinario *Nauar. consf. 6. num. 22. de stat. Monach. Sanchez super decal. lib. 5. cap. 1. num. 19.*

12 Quia si approbatio Papę † non concurrat, quæ sola potest eximere à iurisdictone Ordinarij, *Cassad. dec. 6. de priuil. Gabr. de iudic. conclus. 4. num. 31. Gonzal. ad reg. de mens. glos. 56. num. 18.* voluntaria promissio obedientię Superiori Seruitę non eximeret à iurisdictione; Cæterum quia superuenit, & modus earum viuendi subiectiuè ad Superiores Seruitas fuit approbatus, inde priuilegia exemptionis intrant, quibus si iuuantur Pizochoræ, & Oblatæ, quæ non emittunt professionem solemnem, multò magis mulieres huius domus gaudere debent, quæ se obligant vouendo obedientiam, & castitatem, & in perfectiori statu positę sunt.

Non obstant quæ replicantur contra actus possessorios in prima decisione ponderatos.

Quia quoad veritatem facti impugnari non possunt, nam ex actibus datis benè iustificantur visitationes, ordinationes, votorum emissiones in manibus Superiorum, et confirmationes officialium.

Non obstat, quod etiam si Fratres Seruitæ, aliquos actus in ista domo exercuerint, non tamen quasi possessionem
13 exemptionis acquisierunt, † non docto de scientia, et acquiescentia Episcopi, *l. 2. C. de seruit. Rota decis. 109. num. 11. par. 2. diuer. & 382. num. 3. par. 2. recent.*

Quia attenta approbatione Apostolica quoad modum viuendi, et vouendi, et subiectionis, cum qua intrant alia priuilegia Religionis, ex quibus desumitur
14 titulus, † non requiritur neque scientia, neque acquiescentia Episcopi, *Castren. in l. seruitutes la grande num. 9. ff. de seruit. Couarr. in cap. possessor. §. initium num. 8. vers. secundus textus, Cæpol. de seruit. Vrb. præd. cap. 20. num. 5.*
15 et eo minus prout in præsenti † vbi tractatur de summarijssimo retinendæ, et agitur de nudo facto, *Rota decis. 17. nu. 7. par. 2. diu. & 685. num. 4. par. 1. recen. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 249. num. 10. & 283. nu. 8. per Adden.*

Demum non vrgent, quæ dicuntur de admissione ad habitum ex receptione votorum, quasi isti actus non releuent ad acquirendam exemptionem, dum Episcopus non pretendat habere iurisdictionem, ex quo nedum ex constitutioni-
16 bus particularibus huius domus, † sed etiam de iure communi receptio Monachorum, et Monialium spectat ad ipsos Regulares, et in eorum manibus vota emittuntur, quia possunt aggregare Religioni, *cap. fin. de reg. in 6. Lapus alleg. 31. Sanch. super. Decalogo lib. 5. cap. 4. num. 78. Nauarr. cons. 6. num. 20. de stat. Monach.* distinguens actus superioritatis ad actibus iurisdictionis.

Quia etsi prædicti actus possunt considerari indifferentes, quando emanassent sine auctoritate Apostolica, & non apti ad acquirendam exemptionem, attamen vbi præcedit approbatio sanct. mem. Pauli V. circa habitum, & modum viuendi cum subiectione Patri Generali Seruitarum, ex inde intrant Constitutiones Vrbani, & Innocentij super exemptione mulierum, sororum quocunque nomine
17 nuncupentur, & illi † actus subiectionis per Papam certè Religioni indulti eximunt sorores à iurisdictione aliorum, *cap. si Dominus 11. q. 3. cap. quid culpatur 23. q. 1. cap. quisquis præceptis §. qui præcipitur 14. q. 1.*

Et ita fuit resolutum vtraque &c.

☞ * *Est supra in hac parte decisio 546.*

R. P. D. GHISILERIO.

Gerundeñ Canonicatus, & Sacristiæ.

Die Lunæ 15. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Iuris conferendi pertinentia, quod ad aliquem spectet, qualiter probetur, & alia circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius cum prouideat, motu proprio, non autem ad supplicationem partis, ideo acquiritur ius quæsitum absque alia iustificatione.*

2 *Possessionis instrumentum, probat possessionem, quoad omnes iuris effectus alio non existente in possessione.*

3 *Iuris conferendi pertinentia, quod ad aliquem spectet, probatur ex attestatione Ordinarij facta coram Notario, & testibus.*

4 *Cum testetur de rebus sibi præiudicialibus*

5 *Ius*

5 *Ius conferendi beneficium, quod ad aliquem spectet, probatur ex attestationibus in visitationibus factis.*
6 *Enunciatiuæ, quæ excedunt metam* 100. *annorum, habent vim famæ.*
7 *Inter Ius præsentandi, & ius conferendi adest maxima differentia.*
8 *Præsentatio, electio, & collatio, ista verba sæpè confunduntur.*
9 *Verbum, collatio, pro præsentatione quandoque sumitur.*
10 *Præsentatio, quandoque pro collatione vsurpatur.*
11 *Vicarius non potest præiudicare Episcopo.*
12 *Prouisio beneficij, quando agitur, vt substineatur, sufficiunt leuiores probationes ad probandam pertinentiam iuris conferendi.*
13 *Iuris conferendi, seu præsentandi pertinentia, vt probetur, non minus operatur attestatio Vicarij, quàm ipsius Episcopi, cum ad hunc effectum attendatur identitas Tribunalis, & num.* 14.
14 *Referens non attenditur, si non constet de relato.*
15 *Scripturæ si sint antiquæ, & multiplicatæ, probant etiam sine libris.*
17 *Enunciatiuæ, licet sint antiquæ, vt probent necesse est, vt proueniant à diuersis personis, & à diuerso fonte.*
18 *Litteris testimonialibus Episcopi, circa mores & idoneitatem prouisi credendum est.*
19 *De Beneficio habente curam animarum si quis fuerit prouisus, debet examinari, & approbari ab Ordinario loci beneficij.*
20 *Beneficium quando non est curatum, potest conferri absque concursu.*
21 *Beneficium dicitur simplex, donec contrarium probetur.*
22 *Gratia, si non iustificetur prout requiritur, non venit aliquo modo attendenda.*

DECISIO DLXVII.

IOsepho Sanau approbato à suo Ordinario Vicen. ad nominationem moderni Sacristæ maioris Ecclesiæ Cathedralis Gerunden. censuerunt DD. esse adiudican. Canonicatum, & Sacristiam secundam vacatam per obitum Petri de Roich de mense Decembris 1630. in Ciuitate Gerunden. quia per collationem eidem factam per modernum Sacristam maiorem, ad quem spectabat ius conferendi ex infra dicendis, fuit in ei ius quæsitum absque eo, quod suam gratiam
1 iustificet, cum † Ordinarius prouideat motu proprio, non autem ad suplicationem partis, *Felyn. in cap. ad aures num.* 15. *de rescript. Silua de benef. par.* 3. *q.* 25. *Gonzal. ad reg.* 8. *glos.* 32. *num.* 48. *Put. decis.* 395. *lib.* 3. *Seraph. dec.* 1497. *num.* 1. *Rot. in rec. dec.* 190. *num.* 1. *par.* 2. *& fuit dictum in causa Dertusen. Archidiaconatus* 25. *Iunij* 1621. *bo. me. Remboldo.*

Quod ad Sacristam maiorem spectet conferre Sacristiam vna cum Canonicatu seu præbenda illi annexa, & quod Andreas Sanau esset Sacrista maior, benè probatur, quia ex instrumento possessionis captæ vigore litterarum Apostolicarum constat de possessione Sacristæ
2 maioris, quod probat † possessionem ad omnes iuris effectus alio non existente in possessione, *l. prædia cum not. ff. de acquirn. possess. Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 575. *Cæs. de Crass. dec.* 5. *in princ. de caus. poss. & per propriet. Rot. in rec. dec.* 525. *num.* 1. *par.* 2. & alibi sæpius in decisionibus quæ passim allegantur
3 de pertinentia, verò † inris conferendi attestabatur Episcopns Gerunden. coram Notario, & testibus de anno 1525. quæ venit attendenda, vt tenuit *Rot. in Gerunden beneficij* 1597. *coram Orano relata per Garz. de benef. q.* 5. *cap.* 9. *num.* 89. cuius rationem reddit Reu. D. meus Decanus *dec.* 229. *q.* testatur de re sibi
4 præiudiciali, & Episcopo, cum † agatur de ipsorum præiudicio sunt, difficiles ad faciendas similes affectiones, *Rot. dec.* 11. *de iurepatr in nou. & coram Put. dec.* 243. *lib.* 2.

Cum attestatione Episcopi concur-
5 runt † attestationes in visitationibus, quæ probatur *Seraph. decis.* 880. *num.* 2. *Rot. rec. decis.* 727. *num.* 3. *par.* 2. & liber Capituli Ecclesiæ, in quo Vicarius etiam coram Notario, et testibus attestatur contineri, quod Sacrista maior pro tempore existens habet, et consueuit facere collationes Sacristiæ medianæ, et locorum, Presbyteralium illi annexorum, et cum vna sit facta de anno 1506. et vltra
6 de anno 1525. et † sic excedant metam 100. annorum in antiquis habent vim famæ, et plene probant, *Achill. decis.* 7. *n.* 1. *& decisione* 8. *numero* 2. *de iurepatr. Put. dec.* 209. *num.* 1. *lib.* 2. *Rot. in rec. dec.* 360. *nu.* 4. *par.* 2.

Non obstat, quod iuspatronatus Sacristæ

cristæ maioris non probetur ex supradictis attestationibus, cum loquantur de iure conferendi, non autem de iure præsentandi, super quo principaliter fundata est grat. Iosephi, et ideo cum hæc duo sint inter se longè diuersa, non debeat substineri collatio facta in vim præsentationis, quia
7 † licet verum sit adesse maximam diuersitatem inter ius præsentandi et conferendi, vt per *Rot. decis.* 308. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* Attamen ista ver-
8 ba † præsentatio, electio, et collatio sæpè confunduntur, vt dicit Mil. in ver-
9 bo collatio differt, et sicuti verbum † collatio pro præsentatione quandoq. sumitur, *Rota dec.* 27. *num.* 2. *de præb. in nou. Barb. cons.* 32. *num.* 14. *lib.* 2. *Lambert. de iurepatr. art* 9. *q. princ. primæ partis* 1. *lib. num.* 5. *&* 7. *art.* 1. *quæstionis principalis* 2. *lib. nu.* 3. *&* 4. Ita pre-
10 sentatio † pro collatione nonnunquam vsurpatur *Rot. d. dec.* 27. *num.* 1. *Imol. in c. fin. post num* 2. *de concess. præb. Roch. de iurepatr. in princ. num.* 6. circa medium, vers. quinimò largè presentatio aliquando enim impropriando verba vnus pro alio accipitur, et ideo collatio facta in casu præsenti debet interpretari alio iure, quàm competenti nominum iure Sacristæ maioris, ad quem spectat conferre Sacristiam medianam vnà cum præbenda annexa ex supradictis.

Neque obstat quod attestationes sint
11 factæ † à Vicario, qui non habet ius conferendi, & non potest Episcopo preiudicare, quia cum non agatur principaliter super iure conferendi, sed incidenter ad effectum validitatis prouisionis
12 † tali casu non requiritur plena, & concludens probatio, sed sufficiunt leuiores probationes, ac etiam quasi possessione, *Calder. cons.* 23 *de præben. vt tradita per Felyn. in c. cum te col. fin. vers. similiter de rescr. Mobed. dec.* 8. *de priuil. Put. dec.* 206. *lib.* 1. Vltra quod ad probandam
13 † pertinentiam iuris præsentandi, seu conferendi non minus operatur, seu attenditur attestatio Vicarij, quam ipsius
14 Episcopi, quia ad hunc † effectum attenditur identitas Tribunalis, *Rota apud Viuian. de iurepatr. dec.* 86. *num.* 14. & ideo cum altera ex scripturis adductis ad proban. pertinentiam iuris conferendi sit confecta à Vicario, & altera extracta ex libro Capitulari, in quo descriptæ reperiuntur collationes spectan. ad Episc. vt alias dignitates, benè probat collationem Sacristiæ, & Canonicatus pertinere ad Sacristam maiorem.

Pariter non obstat quod dictæ attestationes tanquam relatiuæ ad libros
15 Thesaurarię, & visitationũ nihil † probent non constito de relato, vt per *Alex. cons.* 3. *sub num.* 1. *vers. sed ita est lib.* 2. *Frans. Beu. cons.* 5. *num.* 5. *Rota in rec. decisione* 160. *numero* 11. *parte* 1. Quia
16 cum † scripturæ sint antiquæ, et multiplicatæ probant etiam sine libris, vt firmauit *Rota in Maioricen. Thesaurariæ* 18. *Maij* 1622. *coram Reu D. Decano*, & attestatio, de qua agitur, est simplex attestatio de modo conferendi beneficia Ecclesiæ Gerunden. sed postea Vicarius attestatione fecit, reddit causam scientię tam per informationes per ipsum Vicarium habitas, quàm ex visitationibus, et demum dicit, quia sic sibi aliàs legitimè constitit, et constat, et ita attestatio remanet simplex non autem relatiua, quia mentio tanquam separata ab renunciatiua pertinentiæ stat dispositiuæ, et per modum causæ, id est quia ita reperitur dispositum.

Non obstat quod ad hoc vt enuncia-
27 tiuæ probent etiam si † sint antiquę, necesse sit quod proueniant à diuersis personis, & à diuerso fonte *Achill. decis.* 8. *num.* 2. *de iurepatr. Caputaq. decis* 337. *n.* 6. *par.* 2. *Rota in recen. dec.* 295. *num.* 7. *par.* 1. *&* 289. *nu.* 1. *par.* 1. *diu.* quia hoc benè verificatur in hoc casu cum vna attestatio emanauerit de anno 1506. ab vno Vicario Episcopi, & altera de anno 1525. ab alio Vicario, & sic proueniunt à diuersis personis.

Nec subsistit quod respectu Canonicatus nulla deducatur probatio ex prædictis attestationibus, & quod non constet Canonicatum, de quo agitur, esse vnum ex erectis per Leonem X. ex tot locis Presbyteralibus, quia vt patet ex dicta attestatione anni 1525. Sacrista, & locus Presbyteralis ante prædictam Leonis X. erant annexi, & dum in erectionem loci Presbyteralis in Canonicatum præseruatur, quod collatio spectet ad eum ad quem ante erectionem spectabat collatio loci Presbyteralis, inde sequitur Canonicatum erectum spectare ad Sacristam, cum sufficiat quod Canonicatus fuerit erectus ex præbenda Presbyterali, cuius collatio pertinebat ad Sacristam maiorem, ex pluribus allegatis per R. D. meum Decanum in supradicta-

cta Maioricen. Thesaurariæ 18. Maij 1622.

Quæ verò adducũtur de nõ idoneitate Iosephi, tolluntur ex approbatione sui
18 Ordinarij, vt in litteris ✝ testimonialibus de moribus ac idoneitate quibus credendum est, *Abb. in c. post cessionem num. 5. de probat. Clericatus quoque ex eisdem litteris probatur, Rot. decis. 16. de probat. in antiq. Gram. decis. 81. num. 1*

Tandem non obstat defectus exami-
19 nis, ✝ & approbationis ad curam animarum ab Ordinario loci, beneficij vbi cura exerceri debet ex decret. Sac. Concilij Trid. *sess. 7. cap. 13. Paris. de resign. lib. 8. q. 9. num. 101. in fine.* Quia non probatur nos versari in beneficio Cura-
20 to, quod propterea ✝ potuit conferri absque concursu, & de iure beneficij præsumuntur simplicia, *Rebuff. in praxi sub tit. regul. benefic. quotuplex. Aegid. decis. 676. Rota. in recen. decis. 86. num. 2. par. 1.* ideo donec doceatur de contrario, simplex debet præsumi, unde sa-
21 tis ✝ fuit habilitatem Iosephi probari ex attestatione sui Ordinarij ratione originis, in qua potuit se fundare Sacrista maior, qui fecit collationem præsertim recusante Ordinario Gerunden. illum examinare.

22 Prout nihil facit, quod cum ✝ S. concesserit coadiutorium cum futura successione, collatio facta a d. Sacrista maiore sit omninò nulla, quia cum non fuerit iustificata gratia prout requiritur, non uenit aliquo pacto attendenda, *Put. dec. 353. lib. 3. Rota in recent. dec. 24. num. 3. par. 2.*

Et ita uraque parte informante Iosepho Canonicatum, & Sacristiam adiudican. fuit resolutum, &c.

¶ *In hac causa infra par 3. habentur tres decisiones coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Verospio Iunior. nempe sub diebus 16. Iunij 1636. 18. Maij 1637. & 4. Decemb. eiusdem anni, sunt decisiones 152. 313. & 255. In eadem causa adest altera decisio, sed non adhuc in volumen redacta, & quidem insignis coram Reuerendiss. P. D. Meo Merlino Decano sub die 15. Martij 1638.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Beneuentana Salium.

Die Veneris 15. Decemb. 1634.

ARGVMENTVM.

Bona de tempore executionis si fuerint reperta penes tertium possessorem, & non penes debitores, cessat præsumptio iuris, quæ militat pro executione, quod illa præsumantur esse debitorum, & intrat alia præsumptio, quod bona præsumuntur eius, penes quem reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Bona debitorum in executionem capta præsumuntur propria.*
2 *Bona præsumuntur propria illius, penes quem reperiuntur, vel à quo possidentur.*
3 *Creditor, qui petit exequutionem contra bona sui debitoris, tenetur concludenter probare bona in executionem capta existentia penes tertium possessorem, esse propria debitoris. & n. 15.*
4 *Apoca, si sit trino teste subscripta, ac Notarij attestatione munita, & adsunt etiã adminicula, sufficienter probat.*
5 *Probationes leuiores sufficiunt, ad probandam aliquam rem esse propriam, quando versamur in summario iudicio executionis.*
6 *Executio bonorum si fuerit facta, non de bonis existentibus penes debitorem, sed penes tertium possessorem, tunc iste possessor eo facilius admittitur ad impediendam executionem, si iustificauerit titulum suæ possessionis.*
Etiam si d. bona fuerunt empta ab eodem debitore, num. 6.
7 *Scripturarum falsitas in dubio non præsumitur.*
8 *Delictum allegans, debet illud concludenter probare.*
9 *Simulatio, tunc multo magis excluditur stante bona qualitate personæ.*
10 *Simulatio non præsumitur, dum non adest causa simulandi.*
11 *Scripturæ non recognitæ non probant.*
12 *Iura non recognita faciunt præsumptionem, & num. 13.*
13 *Bona debitoris, si de tempore executionis re-*

reperiantur penes tertium possessorem, ex sola possessione d. possessor potest impedire executionem.

DECISIO DLXVIII.

SVb die 17. Februarij præsentis * anni fuit resolutum in hac causa constare de iure D. Ioannis Pennellæ super salibus de quibus agitur, quod valeat impedire executionem super eis attentatam à Dauide tanquam spectātibus ad DD. de Angelis & Balsamum eius debitores, cùi resolntioni dicto Dauide non acquiescēte,& iterum proposita causa super eisdem DD.in decisis perstiterunt, quia fundamenta decisionis visa fuerunt adhuc subsistere; Cum enim dicta salia de tempore executionis fuerunt reperta penes dictum Penellam tertium possessorem, non
1 autem penes † dictos debitores, cessat præsumptio iuris, quæ militat pro executione, & sic quod illa præsumantur esse dd. debitorum,sed intrat præsumptio, quod sint propria ipsius Pennellæ, cùm
2 bona † præsumantur illius, penes quem reperiuntur, vel à quo possidentur *ad tex. in l. ob maritorum, vbi Salic. num.4. Alex.cons.112.num.2.& seqq.lib. 6.* cum alijs allegatis in decisione.

Ideoq. Dauid, qui est actor, & petit
3 exequutionem contra † bona suorum debitorum, tenetur concludenter probare dicta salia spectare ad eius debitores, non autem ad Pennellam tertium possessorem *iuxt. doctr. Bart. in l. à diuo Pio §. si super rebus, num. 4. vers. aut istam rem ibid. Alex. num. 15. ff. de re iudic. Castr. cons. 143. num. 3. vers. & si quæritur lib. 1. Greg. XV. dec. 22.nu.3.* cum alij in eadem decis. relat.

Eoq. magis quia d. Pennella non solum habet iuris præsumptionem pro se super dictis salibus, sed vlterius docet de illorum dominio per apocas emptionum sibi factas tam per dictos debitores, quam per alios mercatores, quæ apocæ
4 cum † sint trino testes munitæ, ac Notarij attestatione roboratæ,& insuper adminiculatæ ex quietantijs,& instrumento solutionis pretij ēptiones prædictas sufficienter probāt,*l. instrumenta.C.de probat. l.scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Ias. cons.129. nu. 11.lib. 1. Tiraq. ad l. si vnquam in præfat. numero 51. & seq. C. de. reuoc. donat.Rot, diuers. decis. 813. nu. 2.par. 1.*

Maximè quia versamur in summario iudicio executionis factæ contra tertium
5 possessorem, † quo casu leuiores probationes sufficiunt, *Bart in extrauag. ad reprimendum*,verbo summariæ *num. 31. & in l. 1. C. quor. bonor. cum alijs alleg. per Mascard. de probat.conclus.799.num. 16.*

6 Vnde cum Pennella iustificauerit † etiam titulum suæ possessionis, eo facilius d. exequutionem valet impedire, etiam si dd. salia fuerint empta ab eisdem debitoribus, vt in terminis firmat Amator *Rodriguez de execut. sent. art. 4. c.4.num. 45.vers.verumtamen cum seqq.* cum alijs ab eo fusè congestis.

Nec releuat quod Pennella fuerit aliàs minister, & institor dd. debitorum (qui sunt Arrendatores salium in Ciuitate Neapolis) ad vendendum salia in Ciuitate Beneuenti,ideoq. præsumatur administrasse dd. salia tanquam institor dd. debitorum,non autem vti Dominus possedisse. Quia vltra quod ex deductis pro Dauide asserta institoria sufficienter probari visa non fuit, prout probari deberet ex supra allegat. fuit responsum illam adhuc probatam non releuare, tum quia illa non probatur nisi solum ab anno 1626. vsque ad mensem Februarij anno 1629. & sic non percutit tempus d. exequutionis, quæ facta fuit de anno 1633. de quo tempore, & longè ante asserta institoria iam cessauerat,ex quo dicti Arrēdatores salia, quæ retinebant Beneuenti vsque ad annum 1629. eidem Pennellæ vendiderunt, vt supra dictum fuit, tum etiam quia idem Pennella emit vlterius hoc medio tempore magnam salium quantitatem à D. Iacobo Cacciottolo, vnde constare non potest de identitate salium, quæ dictus Pennella vti administrator dd. Arrendatorum baduisse prætenditur, vt fuit in alia decisione ponderatum.

Nec subsistit prætensa falsitas dd. scri-
7 pturarum,quia † illa in dubio non præsumitur, *c.in præsentia de renunc. Becc. cons. 78. nu. 10. Alex.cons.70.col 1. vers. accedit lib. 1. Gabr. lib.7. de crimin. conclus.2.*
8 *nu. 14.* & cum sit delictum † debet à Dauide plenè probari, *Alex. cons. 74. num. 11.lib.1.Dec.cons. 175.col. 4. vers. quibus tamen. Becc. d. cons. 78. n.11.*

Similirer non obstat asserta, & sæpius repetita simulatio dictarum emptionum desumpta ex quibusdam coniecturis ab infor-

informantibus pro Dauide ponderatis, quia quicquid sit de illis, visa fuit cessare omnis causa simulandi, ex quo non apparet dd. debitores, qui salia vendiderunt, esse decoctos, imò eos esse viros opulentos, probatæ famæ, & conditionis, & generales Appaltatores Salium in Ciuitate Neapolis, qui propterea non præsumuntur d. venditionem fecisse in fraudem Dauidis creditoris, concurrente
9 vlterius † qualitate personæ ipsius Pennellæ in alijs decisionibus ponderatis, cui plurimum defertur ad simulationem excludendam, *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *num.* 5. *Cuman. cons.* 136. *Becc. d. cons.* 78. *num.* 25. & in omnem euentum cum agatur de mercibus solitis
10 vendi, non potest ex mala qualitate † venditoris argui simulatio venditionis nisi probetur adfuisse causam simulandi verisimilem, *Bart. cons.* 65. *lib.* 1. *quem Rota passim sequitur, vt in dec.* 415. *nu.* 17. *& dec.* 677. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & in Romana retractus* 19. *Decembris* 1633. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Demum non obstat quod dicta iura
11 non fuerint † recognita, ideoq. tanquam scripturæ priuatæ emptiones prædictas plenè non probent.
12 Quia nihilominus faciunt † præsumptionem, *Bart. in l. admonendi num.* 26. *vers. apodissa. ff. de iur. iurando Felyn. in cap.* 2. *num.* 15. *de fid. instrum. Crauet. de antiq. temp. p.* 1. *sect.* 5. *incip. viso de verb. num.* 7. *Mascard. de probat. conclus.*
13 111. *nu.* 4. quæ præsumptio † iunctis adminiculis, de quibus supra, sufficienter probat *Ias. d. cons.* 129. *num.* 21. *& seqq. lib.* 1. *Crauet. d. par.* 1. *sect.* 5. *n.* 7.

Et cessat omnis difficultas, quia esto quod iura producta per d. Pennellam emptionem dd. salium plenè non probarent, prout eam sufficienter probari DD. visum fuit ex prædictis, sat est ipsi Pennellæ, quod salia de tempore exequutionis penes ipsum reperta fuerint, quia
14 † ex hac sola possessione exequutio super eis facta ab eo impediri valet, *Abb. in c. cum super num.* 33. *de sent. & re iudic. Scacc. de appell. quæst.* 17. *limit.* 6. *memb.*
15 4. *num.* 59. onus † probandi eadem salia fuisse dd. debitorum incumbit Dauidi creditori, vt supra fuit ostensum.

Et ita vtraque &c.

* *Est supra in hac parte decis.* 533. *Et in eadem causa pariter supra habetur altera decisio sub die* 28. *Iunij* 1634. *coram eodem R. P. D. meo Dunozetto, est decisio* 555.

R. P. D. DVNOZETTO.

Pistorien seu nullius Beneficij.

Die Lunæ 18. *Decembris* 1634.

ARGVMENTVM.

Possessio beneficij capta lite pendente, & intra terminum ad appellandum, licet non sit manutenenda tanquam vitiosa, & attentata, tamen ex superuenienti titulo subrogationis, in qua fuit narratum d. possessionem esse vitiosam, & attentatam, purgatur omne vitium, & possessor potest mutare causam possessionis absque alia declaratione, & est manutenenibilis, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vitiosa, & attentata non est manutenibilis. limita num.* 2.
3 *Possessionis causam, quis mutare potest absque alia animi declaratione.*
4 *Clausula (dummodo alias intrusus non sis) intelligitur de alia intrusione, quàm de narrata.*
5 *Dictio, alias, quando significet alium modum, quàm expressum.*
6 *Sequestrum positum à Iudice, priuat possidentem sua possessione.*
7 *Possessionis causam, quis non potest mutare, si iam d. possessio euanuit.*
8 *Sequestrum per solum decretum, non dicitur habuisse effectum.*
9 *Sequestrum, si non habuit effectum, non priuat possessorem sua possessione.*
Decreta, vel sententiæ non effectuatæ non afficiunt. num. 9.
10 *Sequestrum si non sit voluntarium, sed necessarium, non priuat partem sua possessione.*
11 *Decis.* 314. *num.* 3. *coram Card. Seraph. intellectus.*
Beltram. ad Gregor. XV. decis. 9. *num.* 14. *declaratur. num* 11.
12 *Manutentionem propter ciuilem possessionem Rota passim concedit.*
Possessio ciuilis solo animo retinetur. num. 12.
13 *Possessio ciuilis sufficit ad effectum inter-*

dicti recuperandæ possessionis.

14 Possessio vitiosa, & attentata est sequestranda.

15 Subreptio non inducitur ex taciturnitate eius, quod in iure consistit.

16 Taciturnitas non inducit subreptionem, sed taciturnitas tantum eorum, quibus expressis Papa nullatenus concessisset.

17 Gratia, vt substineatur, non præsumitur quod Papa difficilius concessisset, si fuisset expressum id, quod est omissum.

18 Papæ, si narretur, quod aliqua possessio fuit capta intra terminum ad appellandum, ex ista narratiua satis elicitur, quod sententia erat appellabilis.

19 Appellationis terminus non datur, vbi sententia non est appellabilis.

20 Vacatio beneficij, si iam fuerit consumpta per subrogationem alterius, si alius postea obtineat subrogationem, non attenditur.

21 Subrogatio non datur, vbi non datur vacatio.

22 Subrogatio in beneficio obtenta in forma dignum, si non fuerit executioni demandata, non consumat vacationem per solam prouisinem.

23 Gratia in forma dignum ad fauorem certæ personæ super certo corpore beneficij dicitur gratia pura, & per eam acquitur ius ad rem.

24 Et prouisio executoris, quare hoc casu requiratur.

25 Vacatio per obitum non inducitur per gratiam non verificatam, nec exequutã.

26 Gratia in forma dignum antequam executioni demandetur, non suffragatur ad effectum excludendi, vel impediendi prouisum ab Ordinario.

28 A Resignante ius non abdicitur per gratiam in forma dignum, donec litteræ sint expeditæ, & beneficium resignatario acquisitum.

29 Clausula, verificato prius iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione &c. facit gratiam conditionalem.

30 Et ideo ad illius iustificationem debet ab impetrante probari iuspatronatus verũ, validum, & qud spectet ad illum, qui præsentauit.

31 Et requirit veras, & concludentes probationes.

32 Subrogatio non facit consumere vacationem beneficij, si gratia non iustificetur.

33 Gratia non iustificata non meretur nomen gratiæ.

34 Executor Apostolicus constitutus cum clausula in forma dignum, si sit, ab eius sententia datur appellatio.

35 Idem si sit constitutus cum clausula, verificato prius iurepatronatus.

36 Appellatio operatur, vt omnia remaneant in eodem statu, sicuti existebant de tempore latæ sententiæ.

37 Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus.

38 Commenda non præbet titulum super beneficio, sed fructuum dumtaxat administrationem.

39 Lis, quæ non est sub titulo beneficij non facit illud litigiosum.

40 Beneficium dicitur litigiosum, si à sententia lata ab executore, appellationis causa fuerit commissa cum clausula (quã, & quas) vna cum alia clausula (vna cum incidentibus, & dependentibus, ac toto negotio principali.)

41 Commenda perpetua tribuit titulum verũ, & Cõmendatarius facit fructus suos.

42 Per Commendatarij obitum vacatio, saltem de facto datur.

DECISIO DLXIX.

PRoposito à me dubio sub die 19. Iunij præsentis anni, * an D. Archiepiscopo Pisano dandum esset mandatũ de manutenendo, vel potius mandatum de immittendo vigore subrogationis gratiosæ in possessionem beneficij, de quo agitur, fuit per DD. quoad vtrumque affirmatiuè responsum, ex rationibus in decisione deductis, quæ cum hodie reuideretur, DD. ab ea recedere noluerunt, quia eius fundamenta visa fuerunt bene subsistere.

Siquidem quoad manutentionem attinet, quamuis possessio D. Archiepiscopi fuerit capta pendente lite, & infra
1 terminum ad appellandum, ideoque † tanquam vitiosa, & attentata non esset manutenibilis *Lancell. de attentat. par. 3. cap. 31. num. 200.* Attamen ex superuenienti titulo subrogationis, in qua fuit
2 expresse narratum d. † possessionem fuisse captam pendente lite, & infra terminum ad appellandum fuit purgatum
3 omne vitium attentatorum, † & potuit D. Archiepiscopus mutare sibi causam possidendi, etiam absque animi declaratione, vt in his terminis dixit *Rota coram Mantic. decis. 71. num. 1. & 3. & per tot. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 72. n. 1. & seqq. cum alijs in dec. allegatis.*

Nec

4 Nec obstat clausula † *dummodo alias intrusus non sit* in litteris subrogationis adiecta, & quia illa intelligitur de alia intrusione, quàm de narrata, vt fuit in d. decisione firmatum, & alijs exemplis comprobatum, stante præsertim di-
5 ctione, † *alias*, quæ in proposito significat alium modum, quam expressum, *Bart. in l. 1. num. 12. vers. quandoque est aduerbium qualitatis ff. de cond. & demonstr. Honded. cons. 70. num. 32. lib. 2. Rota par. 1. diuers. decis. 254. num. 2.*

Nec hodie obstare visum fuit, quod à Rota fuerit decretum sequestrũ super dicto beneficio ac propterea D. Archiepisco-
6 pus fuerit priuatus sua possessione† cũ sequestrum appositum à Iudice priuet possidentem sua possessione, *Seraph. decis. 314. num. 3. Add. ad Greg. XV. decis. 9. num. 14.* Ideoque subrogatio superueniens non potuerit mutare causam pos-
7 sessionis, † cum hæc iam propter d. sequestrum euanuerit, *Greg. decis. 302. num. 2.*

Nam fuit responsum, quod licet d. sequestrum fuerit decretum, non tamen constat fuisse executioni demandatum,
8 sequestrum enim † per solum decretum non dicitur habuisse effectum, *Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 39. num. 1.* Nec illud non appositum priuat possessione,
9 quia decreta, † vel sententiæ non effectuatæ, non afficiunt, *Aym. cons. 10. nu. 5. lib. 1. Seraph. decis. 381. num. 4. & in Tuden. Parochialis 21. Maij 1610. coram Sacrato impress. penes Manrches. par. 1. in §. 2. sub num. 2. vers. non obstant sententiæ.*

Præterea cum d. sequestrum fuerit de-
10 cretum à Rota ex officio † & sic non sit voluntarium, sed necessarium, non priuauit D. Archiepiscopum sua possessione, *Bart. in l. interesse. num. 4. de acquir. poss. Cin. Bald. & Salicet. in l. 1. C. de probib. seq. pec. Bertrand. cons. 198. num. 5. lib. 5. Grammat. dec. 51. num. 1. & 2. Cassad. decis. 14. num. 12. super. reg. Sarnen. in reg. de annual. quæst. 46. nu. 4. vers. adde Rebuff. super constit. tom. 3. de sequest. Glos. 1. art. 1. num. 19. Mantic. decis. 252. nu. 6. Seraph. decis. 998. nu. 15. Caual. decis. 86. num. 6. & d. 305. num. 2. Rot. in recent. d. 516. num. 2. par. 1. & coram Reuerendiss. D. Decano decis. 158. num. 2. d. 243. num. 1. & decis. 428. num. 9. in fine.*

11 Hinc non obstant decisiones Seraph. † & Add. ad Greg. in contrarium allegatæ, quia vltra quod loquuntur de sequestro iam apposito, debent intelligi de possessione naturali, non autem de ciui-
12 li, † quæ solo animo retinetur propter quam Rota passim solet concedere manutentionem, vt fuit dictum in causa *Senen. Pontis Arrighi 12. Iunij 1573. coram Rubeo, quæ est decisio 390. par. 1.*
13 *diuers.* quæ subdit istam † possessionem sufficere ad effectum interdicti recuperandæ possessionis, *Add. ad decis. 1. num. 4. de restitut. spoliat in nou. & fuit dictum coram Caual. d. dec. 86. num. 3. & in Colim brien. præstimoniorũ 10 Decemb. 1631. coram me.*

Nec releuat quod in litteris d. subrogationis non fuerit expressè narratum decretum d. sequestri. Quia sufficit quod fuerit narratum d. possessionem fuisse captam pendente lite, & infra terminum ad appellandum, nam Papa ex huiusmodi narratiua satis intellexit d.
14 possessionem esse vitiosam, & † attentatam, quæ propterea debebat sequestrari, *Cassad. dec. 3. num. 7. de restit spol. Rot. dec. 79. in princ. & d. 185. in fin. par. 2. rec. Greg. XV. d. 10. & dec. 91.*
15 *num. 1.* Taciturnitas autem eius, † quod in iure consistit, non inducit subreptionem, *Rot. d. 75. de rescript. in antiq. Felyn. in c. super litteris, num. 8. vers. secunda regula eod. tit.* Nec omnis taciturnitas
16 causat † subreptionem, sed taciturnitas dumtaxat eorum, quibus expessis Papa nullatenus concessisset, *Rot. coram Reuerendiss. D. Decano decis. 328. num. 1. & 2. & in recent. d. 65. sub num. 1. par. 3.*
17 vbi quod pro substinenda gratia non † præsumitur quod, Papa difficilius concessisset, si fuisset expressum id, quod est omissum.

Hinc pariter non obstat quod non fuerit specificè narratum, quod sententia lata ad fauorem D. Archiepiscopi super executione suarum litterarum esset
18 † appellabilis, quia ex prædicta narratiua, quod eius possessio fuit capta infra terminum ad appellandum satis elicitur d. sententiam, cuius vigore d. possessio
19 capta fuit, fuisse appellabilem, † cum non detur terminus appellationis, vbi sententia non est appellabilis, vt patet ad sensum.

Quo verò ad immissionem attinet fundamenta decisionis visa fuerunt adhuc subsistere, cum omnia requisita ad su-

brogationem obtinendam fuerint iustificata.

Nec obstat, quòd vacatio per obitum Euerardi, in cuius ius, & possessionem D. Archiepiscopus obtinuit subrogari, esset iam consumpta de tempo-
20 re † subrogationis ex prouisione Apostolica facta ad fauorem Verzoni, *Gomes. super reg. de trien. q. 30. num. 1. vers. tamen contrarium, Simonet. de reseruat. q. 55. num. 2. Put. decis. 142. num. 2. lib. 2. in correct. Gonz. ad reg. 8. Gloss. 11. §. 2. n. 31. & 32. Cassad d. 4. de caus. possess. & propriet.* Ideoq. subrogatio superueniens ad fauorem D. Ar-
21 chiepiscopi non suffragetur, † cum subrogatio non detur, vbi non adest vacatio. *Gonz. super reg. 8. glos. 51. n. 43. Caual. decis. 458. n. 3.*

Nam placuit responsio data in alia decisione, nempè dictam gratiam Verzoni fuisse in forma dignum, quæ cum non
22 † fuerit executioni demandata, non potuit consumere vacationem per solam prouisionem. *Gonzal. ad reg. 8. glos. 15. §. 2. sub. num. 3. & num. 55. & 56. Rot. dec. 498. num. 2. & dec. 523. nu. 2. & 3. par. 2. recent. & coram Caual. dec. 477. num. 5.* Quamuis enim in gratia in forma dignum ad fauorem certæ
23 † personæ super certo corpore beneficij dicatur gratia pura, & per eam acquiratur ius ad rem *cap. si postquam de præbend. in 6.* & prouisio Exequutoris requiratur solum pro exequutione facienda, quæ differtur in tempus, quo impetrans
24 idoneus repertus fuerit, † non autem pro acquisitione iuris, & substantia gratiæ, vt dixit *Rota in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram bon. mem. Card. Pamphilio seniori impress. per Marches. de commiss. tom. 1. par. 1. cap. 2. fol. 142.*

25 Attamen per hanc gratiam † non verificatam, & non exequutam non inducitur vacatio per obitum *Put. decis. 158. numero 3. in antiq. Rot. in d. Burgen. Canonicatus coram Pamphilio, & in Bracharen. Cantoriæ 26. Maij 160. coram Iusto, & in Pampilonen. Iansi 28. Iunij. 1605. coram Seraph.*

26 Hinc videmus, quod huiusmodi gratia † antequam executioni demandetur, non suffragatur ad effectum excluden, vel im-
27 pedien. prouisum † ab Ordinario, vt fuit dictum in *Calaguritana beneficij, 30. Ianuarij 1606. coram Marcomontio.* Pro-

ut etiam per dictam gratiam non abdi-
28 catur ius à resignante, donec lit eræ † sint executæ, & beneficium Resignatario acquisitum *san. mem. Gregor. XV. decis. 159. n. 6. & fuit dictum in Abulen. seu Zamoren. beneficiorum 12. Iunij. 1594. coram Penia apud Garz. par. 2. cap. 2. nu. 126. & seq. & in d. Burgen. Canonicatus coram Pamphilio, & in d. Bracharen. Cantoriæ coram Iusto, & in Ampurien. benefic. 12. Februar. 1625. coram. R.P.D. meo Merlin. & in Meten. Canonicatus 18. Iunij. 1625. coram bo. me. Buratto.*

Vlterius aduertebant DD. dictam gratiam Verzoni fuisse cum clausula *verificato prius iurepatronatus ex fundatio-*
29 *ne, &c.* quæ clausula facit gratiam † conditionalẽ *ad text. in l. à testatore ff. de condit. & demonstrat. & fuit dictum in Lucanà Maiusculatus 7. Iunij, & Iulij 1585. coram Orano, & in Tirasanen. Capellaniæ 4. Maij 160. coram bo. me. Card. Pamphilio seniori, & in Spoletana Capellaniæ 14. Maij 1619. coram Andrea, & coram Caual. decis. 560. post princip.* Et
30 ideò ad illius iustificationem debet † ab impetrante probari iuspatronatus, verum, & validum, & quod spectet ad illum, qui præsentauit, *ad notat. in cap. quia circa de consang. & affinit. Alex. cons. 59. num. 8. lib. 2.* & fuit dictum in *Lucana Maiusculatus coram Orano, & in d. Salernitana Rectoriæ coram bon. mem. Pamphilio seniori*, & requirit veras, † &
31 concludentes probationes, prout firmauit *Rota in Aretina Capellaniæ coram. bo. mem. Buratto impress. per. Viuian. post tract. de iurepatr. decis. 25. num. 1. & in Lunen. Sarzanen. beneficij coram Reuerendiss. D. Vrgellen. impress. ibid. decis. 10. num. 18.* Cumque prædicta non fuerint per d. Verzonum eo viuente iustificata,
32 non potuit eius gratia consumere † vacationem. *Rot. in Firmana beneficij 29. Ianuarij 1600. coram Penia* Gratia enim
33 † non iustificata nomen gratiæ non meretur *Rot. in recent. decis. 173. numero 5. ad fin. par. 3.*

Nec dicatur dictam gratiam iam fuisse iustificatam per sententiam latam ad fauorem ipsius Verzoni super executione suarum litterarum, quia stantibus prędictis clausulis (in forma dignum, & ve-
34 rificato prius iurepatronatus) † dicta sententia effecta fuit appellabilis, vt de clausula (in forma dignum.) *Seraph. decis. 817. num. 1. Rot. decis. 52. num. 2. & 519.*

519. *num. 3. in fin. part. 2. recent. & de*
35 *clausula*, † (*verificato prius iurepatronatus*) fuit dictum in *d. Lucana Maiusculanus 7. Iunij, & 1. Iulij* 1585. *coram Orano, & in d. Spoletana Capellaniæ coram Andrea*, vbi aliæ decisiones recensentur. Cumque à dicta sententia iam fuerit appellatum, dici non potest, quod gratia per eam fuerit iustificata, quia appellatio suspendit sententiam, & eius ef-
36 fectum, & omnia remanent in eodem † statu, quo de tempore latæ sententiæ existebant. *leg. appellatione C. de appellat. Rot. coram Caual. decis. 242. num. 2. & decis. 643. num. 6.*

Nec releuat quod D. Archiepiscopus obtinuerit subrogari etiam ad ius ipsius Verzoni, ideoque censeatur magni fecisse ius ipsius, ac per consequens approbasse consumptionem vacationis per obitum dicti Euerardi. Nam huiusmodi illatio non visa fuit subsistere, quia licet D. Archiepiscopus obtinuerit subrogari etiam ad ius ipsius Verzoni, non tamen fassus fuit bonum ius illius, sed ob maiorem cautelam per dictam interpretationem voluit capere quemcumque modum vacationis sibi magis proficuum, †
37 cum in beneficialibus detur multiplicatio titulorum. *Calder. cons. 7. de elect. Rota decis. 117. num..2. par. 1. recent.*

Denique non obstat, quòd lis inter D. Archiepiscopum, & Verzonum prædefunctum non esset super titulo beneficij, ex quo D. Archiepiscopus fuit pro-
38 uisus de illo per viam † commendæ, quæ non præbet titulum super beneficio, sed fructuum dumtaxat administrationem. *Oldrad. consil. 179. Cassad. decis. 5. nu. 2. & 12. de priuil. Simonett. de reseruat. quæst. 59. num. 6. Mohed. decis. 4. & 9. de præb. Caputaq. decis. 144. per tot.* Lis verò, quæ non est super titulo benefi-
39 cij, † non facit beneficium litigiosum. *Vital. in Clement. 2. num. 72. vt lit. pend. Cassad. decis. 4. num. 1. eod. tit. Greg. XV. decis. 335. num. 5. & ibi adden. num. 19.* Tum quia causa appellationis à sententia Exequutoris lata ad fauorem Verzo-
40 ni fuit † in Rota commissa, cum clausula (*quam, & quas*) quæ licet per se non sufficeret, iuncta tamen cum alia clausula (*vna cum incidentibus, & dependentibus, ac toto negotio principali*) facit beneficium litigiosum, vt in terminis subrogationis, dixit *Rot. cor. Caual. d. 483. nu. 3. & d. 342. num. 2. recent. & in Romana Capellaniæ 5. Maij 1626. coram bo. me. Buratto.* Tum etiam quia nos hodie
41 non versamur † in commenda temporali, in qua procederent in contrarium allegata; sed versamur in commenda perpetua, quæ tribuit verum titulum, & Cōmendatarius facit fructus suos, vt inquit, *Paris. de resign. lib. 2. quæst. 17. num. 11. Mandos. ad Roman. cons. 310. add. 1. & 3. Prob. ad Monach. in cap. nemo. n. 14. de elect. in 6. Rebuff. tract. de possess. n. 36. & seqq.* & per obitum Commendatarij da-
42 tur † vacatio, saltem de facto latè *Sarnen. super reg. de trien. quæst. 5. nu. 9. vers. dicta igitur omnia Cassad. decis. 2. n. 13. de vnion. Garz. de benef. par. 4. c. 4. num. 43. & 48. Rota decis. 141. num. 6. par. 1. rec.* Et ità vtraque, &c.

☞ * *Est supra in hac parte decis. 540.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Volterana Prioratus.

Die Lunæ 27. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

In Regula de triennal. à quo tempore supputentur tempora. Diligentiæ ad aliquid reperiendum, quando suffragentur.

SVMMARIVM.

1 *In Regula de Triennali supputantur tempora à die motæ litis, non autem à die impetrationis.*

2 *Quæ conclusio & si vera sit, illa tamen procedit, quando de ea datur pro extinctione litis, secus si agatur ad effectum iustificationis gratiæ.*

3 *Actor postquam probauit, & fundauit intentionem suam eodem modo, & reus tenetur probare.*

4 *Reus in sua exceptione est actor.*

5 *Reus, si pòstquam actor fundauit suam intentionem, non probet suam exceptionē, succumbit, & n. 9.*

6 *Testes vt probent negatiuam, remouere debent sensum ab actu, quod aliter esse non potuerit, quia ipsi scirent.*

7 *Diligentiæ ad aliquid reperiendum quando sunt faciendæ, vt valeant, debent fieri cum suis requisitis.*

8 *Liber Capituli non probat contra tertium.*

10 *Ex tituli inualidi productione facta à parte,*

parte, sufficit ad excludendum quemcumque alium titulum meliorem.

11 *De resignatione excipiens, onus probandi, quod sit publicata ad eum spectat.*

12 *In excipiente de titulo, regulare est, vt de valido docere debeat.*

13 *Narrata sunt iustificanda omninò, etiamsi consistant in negatiua.*

14 *Narratiua, quæ legitur in litteris, sed non in supplicatione, non est iustificanda, ex quo literæ expediuntur sub intrusione.*

DECISIO DLXX.

Dictum fuit standum esse in decisis 23. Iunij præteriti, quia Ludouicus Côiugius iustificat narrata in sua gratia, & quæ replicantur per Ioannem Tenaliam non releuant.

Non enim obstat regula de triennali litium extinctiua super beneficijs contro-
1 uersis, † in qua supputantur tempora à die motæ litis, non autem à die impetrationis, *Caputaq. decis. 26. num. 5. par. 1. Mantic. decis. 211. num. 3. & in Siracusana beneficij 20. Decembris 1621. coram bon. mem. Buratto.*

2 Quia etsi conclusio sit vera, illa † tamen procedit, quando de ea datur pro extinctione litis, secus si agatur ad effectum iustificationis gratiæ, nam tunc sufficit, quod de tempore datæ gratiæ non esset triennalis perfecta, prout fuit narratum, & probatum.

Quod si replicetur, non propterea cessare effectum regulæ propter ius quæsitũ Tenaliæ ob dilationem ceptę litis, adhuc obiectum benè euitatur, quia licet Tena-
3 lia sustineat partes rei, attamen † quia Ludouicus narrata probauit, & fundauit intentionem suam, eodem modo, & reus
4 tenetur probare, cum sit † in sua exceptione actor, *Aegid. decis. 563. Rota dec. 628. num. 3. par. 1. diuers. & 279. num. 2. coram Papa Greg. XV.* & dum non probat
5 ad eumdem effectum † regulæ, de suo titulo vero, propter conditionem literarum, beneficio illius gaudere non potest, *Sarnen. ad eamdem reg. quæst. 26. num. 14. Cassad. decis. 13. num. 2. super reg. Rebuff. de pacif. possess. num. 160.* quem titulum nedum non probauit, prout tenebatur, propter conditionem in suis literis appositam, ibi: (nostræ intentionis existit, quod ex prouisione nostra huiusmodi nullum tibi ius quomodolibet in dicta Ecclesia acquiratur, nisi Cinus in Ecclesia illa Parochiali, & tu in Canonicatu, & præbenda prædictis ius habueritis tẽpore resignationis) sed immo contrariũ per Ludouicum probatũ fuit per testes, per diligentias, & per attestationem Cãcellarij eiusdem Cathedralis ponderata in prima decisione, nempè quod Ioannes Tenalia nunquam fuit Canonicus d. Cathedralis cum præbenda Sancti Victoris, sed Ioannes Baptista Segherius.

Non obstat, quod testes non coarctẽt
6 negatiuam † remouendo sensum ab actu, quod aliter esse non potuerit, quin ipsi scirent, *Rota decis. 573. num. 2. par. 1. &*
7 *85. par. 2. recent.* & † diligentiæ non sint factæ cum suis requisitis, de quibus per *Caputaq. decis. 265. par. 1. & 323. num. 2.*
8 *par. 2. recent.* & liber † Capituli probet contra ipsum, non autem contra tertium, nec constet, quod possessiones canonicatuum registrentur inter actus capitulares.

Quia prædicta omnia in sua specie visa fuerunt perfecta, & nihilominus non sufficit Tenaliæ excipere contra probationem Ludouici, qui fundat intentionem suam in veritate narratorum in tẽpore ad excludendam regulam de triennali, sed debet docere de titulo suo propter conditionem literarum, quod nullum ius acquirere non possit in Ecclesia, quam recepit in permutationem, nisi ipse de tempore resignationis haberet ius in Canonicatu, quod in æternum probare non potest, dum de eo tempore haberet tãtummodo supplicationem signatã cum parua data, & seu quandam notam extractam ex libris paruæ datæ, quæ nõ dat ius in ipso Canonicatu, quicquid sit ad illum obtinendum, vt in prima decisione fuit firmatum, quæ nota, & seu sup-
9 plicatio, † tanquam producta ab eodem Tenalia, sufficit ad excludendum quemcumque alium titulum meliorem, *cap. dudum de decimis, Cassad. decis. 3. num. 3. de caus. possess. & propr. Put. decis. 239. num. 2. lib. 3. Caputaq. decis. 193. num. 3. par. 1. & 331. num. 19. & 353. eodem num. cor. Papa Papa Greg. XV.* & eo difficilius potest deseruire illa nota in vim resignationis
10 facta à Io: Baptista Segherio, quia † ad docendum de iure in ipso Canonicatu, debet probare insimul publicationem, cũ hoc sit onus ex parte dantis de resignatione, *Rota decis. 278. n. 2. corã Papa Gregor. XV.* & est regulare in excipiente de
11 titulo, vt de valido † docere debeat,

Bart.

Bart.in l. fin.num.2.C.de edict. Diu. Adr. tollen. & fuit firmatum *in causa Viterbien Terræ Vetrallæ* 10. *Iunij* 1613. *coram me.*

Denique non obstat quod Ludouicus adhuc deficiat in iustificatione narrato-
12 rum, nempe † clausulæ, tibi asserenti nullo de nouo acquisito titulo, quæ negatiua dicebatur omninò iustificanda. *Garz.de benef.par.*5.*cap.*3. *num.*209. *cum alijs allegatis.*

Quia cum in supplicatione non legatur hæc clausula, sed tantummodo in li-
13 teris† non est iustificanda hæc narratiua; ex quo literę expediuntur sub intrusione, *Rota coram sanct.mem. Gregor. XV. decis.* 577. *Gonzal.ad regul.*8. *gloss.*15. §.1.*numer.*70. *Garz. de benef. par.*5. *numer.*30. *& num.*209.

Et ita, &c.

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.

Romana Assecurationis.

Die Veneris 19. *Ianuarij* 1635.

ARGVMENTVM.

Assecurationis contractus consistit in periculum mercium, quod in se suscipit assecurator, cuius obligatio propterea nõ datur, quoties oneratio mercium omninò facta non sit, vel facta sit super re, de qua possit dubitari, an sit diuersa à re, super qua suscepta fuit obligatio, & promissio ab assecuratoribus. Et ex quibus ostendatur hæc diuersitas.

SVMMARIVM.

1 *Assecurationis subiectũ consistit in mercibus vehendis, quo cessante necessario deficit obligatio assecuratoris.*

2 *Inter assecuratorem,& assecuratum subintelligitur tacita quædam sponsio derogatoria actus in euentum, quo merces fuerint oneratæ.*

3 *Assecurationis contractus non aliter sustinetur, quam ratione periculi mercium per assecuratorem suscepti.*

4 *Negatiua, quod merces non fuerint oneratæ in exequutionem obligationis factæ ab assecuratore in apocha assecurationis, probatur ex literis onerationis.*

5 *Literæ onerationis, corrupto vocabulo Ligagiorum nuncupantur.*

6 *Mercium oneratio ex quibus nequeat cẽseri facta intuitu obligationis assecuratoris.*

7 *Dictio, d'all'hora che saranno cariche, ò cominciaranno à caricarsi, denotat extremitatem temporis, in cuius euentum collata est stipulatio.*

8 *Assecuratoris obligatio rectè concipitur etiam pro mercibus iamdiu oneratis, nisi assecuratio restringatur ad merces in futurum onerandas, & num.*9.

10 *Stipulatio non committitur ante onerationem mercium, ad cuius euentum restricta est obligatio.*

11 *Obligationis ab assecuratore factæ substantia manet in suspenso ante diem onerationis, & quare.*

12 *Diuersitas personarum diuersitatem indicat obligationum.*

13 *Actus onerationis, & ius super mercibus oneratis tribui non potest, nisi ei, de cuius mandato ex tenore apocæ onerationis constet merces oneratas fuisse.*

Quid si in apoca assecurationis promissa appareat assecuratio super mercibus, quæ spectarent ad quemlibet ex assecuratis, & sine obligatione ostendendi illarum risicum. 14. 17.22.

Et quid, stante stylo, vt in literis oneratorijs exprimantur nomen personæ assecuratæ.

14 *Oneratio mercium assecuratarum, vt tribuatur alteri, quàm nominato in apoca assecurationis, constare debet, quod in oneratione mercium habita fuerit ratio obligationis factæ in apocha assecurationis.*

15 *Stipulatio assecurationis, vt committatur necesse est pro forma, vt oneratio mercium fiat sub nomine assecurati, & quare.*

16 *Assecurationis obligatio non est extendenda de persona ad personam; præsertim quando obligatio concepta est absolutè, & sine vlla facti circumstantia, ex qua possit apparere de interesse personarum non nominatarum in literis onerationis.*

17 *Agitur de opinione Santernæ in tractat. de assecuration. & sponsion. part.*4. *numer.* 45.

19 *Mercatorum iudicium plurimi faciendũ est in causis spectantibus ad forum mercatorum.*

20 *Attestatio Mercatorum de stylo plurium Ciuitatum non tollit attestationem mercatorum loquentium de stylo particularis*

ris Ciuitatis, in qua celebratus est contractus.

21 *Testes deponentes de stylo, quamuis examinati in alia causa fidem faciunt.*

22 *Declaratur decisio Rotæ in Romana assecurationis 19. Ianuarij 1634. coram Motmanno, & consilium Parisij 47. lib. 1.*

23 *Onerationis factum ex quibus tribuatur assecurato, vel alteri quàm nominato in apocha assecurationis. & num. seqq. Declaratur Straccha de assecurat. gloss. 10. num. 17.*

24 *Diuersitas mercium assecuratarum, ex quibus probetur, ita vt non dicantur eædem, de quibus cantant literæ oneratoriæ.*

DECISIO DLXXI.

Agebat Franciscus Detus pro assecuratione scutorum octingentorum, ad quorum solutionem se obligauerant Andreas, Alippus, & alij mercatores occasione assecurationis mercium, quæ à Portu Sydonis in mari Syriaco aduehendę erant Venetias super naui, cuius nomen erat S. Nicolai, quia cum eadem nauis subita maris tempestate perijsset in mari Ionio propè Corciram, dicebatur euenisse conditio eius obligationis propter iacturam mercium, quæ in ea naui vehebantur, & quarum incolumitas dicebatur promissa Deto: cum itaque ille instituisset iudicium coram A. C. & probato casu nauis, & obligatione mercatorum obtinuisset mandatum exequutiuum pro summa dictorum scutorum octingentorum, commissa mihi causa appellationis ad instantiam eorumdem mercatorum, dubitaui, an esset idem mandatum exequendum, quod dubium dixerunt Domini esse negatiuè decidendum, cum ex adductis pro parte Deti nō visa fuisset probari conditio huius obligationis, siuè quod factus fuisset locus stipulationi promissæ.

Etenim ex casu nauis, qui solum probatus fuerat pro parte Deti, non poterat dici probatam fuisse etiam iacturā mercium, pro quarum salute voluerunt mercatores conceptam esse suam obligationem, cum non constaret illatas fuisse aliquas merces in eadem naui correspectiuè, & in exequutionem apocæ, in qua continebatur illorum obligatio, vnde
1 deficiente subiecto assecurationis † quod consistebat in mercibus vehendis, necessariò deficiebat obligatio mercatorū super assecuratione ipsarum mercium, vt post alios ratiocinatur *Valasc. decis. Lusitan. 63. num. 5. & latè probat Petrus Santerna in tractat. de assecurat. par. 3. nu. 14.* vbi intelligitur sponsio quædam tacita
2 inter contrahentes † derogatoria actus, si merces non fuerint oneratæ, *Stracch. eodem tract. gloss. 6. num. 9; Rota Ianuen. dec. 3. num. 28. Castill. decis. Siciliæ 73. nu. 1. lib. 1.* Neque enim aliter sustinetur hìc contractus, quàm ratione periculi earumdem mercium suscepti † per assecu-
3 ratores, vt tradit *Santern. ead. par. 3. num. 13. Stracch. in princ. eiusdem tract. nu. 44. & voluit Castrens. in leg. naui Saupheì 34. num. 6. ff locat. post gloss. ibi, in verbo oneris, Alex. in l. à Titio 108. num. 3. ff. de verbor. oblig. Sot. de iust. & iur. lib. 6. qu. 7 in conclus. Less. eod. tract. lib. 2. cap. 28. dubit. 4. num. 24. Molin. tract. 2. disput. 507. num. 3.* Et visa fuit probari, hæc negati-
4 ua, vt † non fuerint oneratæ aliquæ merces in exequutionem dictæ obligationis ex datis pro parte eiusdem Deti, quia literæ onerationis, quas ille afferebat, & ex quibus dirimi solet quæstio huius facti, vt tradit *Salicet in l. cum proponas num. 5. C. de nautic. fœnor.* & post alios notauit *Stracch. de assecuration. gloss. 11. numer. 50.* licet probarent factum onerationis, non tamen probare poterant, quod illa esset facta in exequutionem eius apocæ, in qua continebatur obligatio assecuratorum; eæ enim literæ oneratoriæ,
5 quas literas † Ligagiorum corrupto vocabulo nuncupari dixit *Salyc. in d. l. cum proponas C. de nautic. fœnor.* scriptæ erant sub die 20. Iulij anni 1630. & per quinque menses antecedebant apocam assecurationis, quæ facta fuit sub die 9. Nouembris eiusdem anni. Vnde non pote-
6 rat † dici, quod in oneratione ipsarum mercium habita fuisset ratio eius obligationis, dum adhuc illa non erat contracta, quando merces fuerunt in naui impositæ, quod clarius etiam ostendebatur ex verbis eiusdem apocæ, cum obligatio in ea contenta expressè restricta esset ad merces in posterum onerandas, prout id ostendebat dictio, quæ in illa le-
7 gebatur † *d'all'hora, che saranno caricate, ò cominciaranno caricarsi.* Ea enim dicebatur esse illius natura, vt designaret certam extremitatem temporis, in cuius euentum collata esset stipulatio, vt probat

bat *text. in l.si ijs legatum §.ita scriptum, ff. de condit. & demonstrat.* & notat ibi *gloss.in verb. tum & in l.vxori 35. ff. de vsu, & vsuf.legat. Doct.in l. Gallus ff. de*
8 *liber.& posth.*† Neque obstare visum fuit, quòd potuisset illa obligatio rectè concipi etiam pro mercibus oneratis, quia quidquid sit de veritate huius quæstionis, an eadem obligatio valere potuisset, si ita concepta esset, vt eas etiam merces comprehenderet, in qua specie tenuit Rota Ianuensis pro validitate talis obligationis, vt in *decis.102. num.5.* Tamen
9 hæc difficultas † cessabat in casu huius decisionis ex facto propter verba eiusdē apocæ, quæ tamquam restricta essent ad merces in futurum onerandas, non poterant intelligi de mercibus iam diù oneratis, *argum.text.in l.solemus, ff.de condit. & demonstr.& in l.si iam facta 11. ff. eod. tit, & voluit Castr.in cons.173. numer.1.*
10 *lib.2. Oldrad. consil. 310. num.2.* † Et ita ante onerationem earumdem mercium, ad cuius euentum apparebat restrictam fuisse obligationem, certum est, quod nunquam commissa fuit stipulatio, vt probat *text. in l. stipulatio ista §. incertam. ff. de verbor. obligat.* notat ibi *Castr. num. 2. Bart. in l. si ita stipulatus, num. 41. & in l. triticum, num. 1. ff. eod tit.*
11 Imò ante eam diem † fuit etiam impedita, & suspensa substantia ipsius obligationis, quia non solum erat incerta dies, in qua ea conditio impleri debebat, sed etiam erat incertum, an illa esset exitura, quia plura contingere possent, vt ea oneratio non fieret, quod etiam voluit *Bartol. in d. l. si stipulatus, ff. de verbor. obligat. & probat text. in l. cedere diem. ff. de verb.signif.* & notauit *Imol. in l. hæreditas num. 10. ff. de hæred. instit. Cagnol. in omnib. num. 20. ff. de reg. iur. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 41. num. 16.*

Præterea hæc diuersitas inter vtramque apocam poterat ostendi ex pluribus,
12 quæ legebantur expressa † in vnaquaque illarum, quia erat manifesta diuersitas personarum, pro quibus recepta fuit assecuratio ab ijs personis, ad quas dicebantur spectare merces, quibus nauis fuit onerata, nam apoca assecurationis concepta erat generaliter pro mercibus onerandis super naui nuncupata S. Nicolai, quæ à Ciuitate Sydonis, atque oris maritimis Palestinę redire debebat ad Ciuitatem Venetiarum, & assecuratio promittebatur Antonio Deto, & socijs, qui illam recipiebat de ordine Octauij Berotti, & Ioannis Baptistæ Docti mercatorum Venetorum,
13 † ex apoca verò, & litteris onerationis apparebat illata fuisse in eadem naui per Ioannem Iorianum, & Bernardinum Rouellum septem & quinquaginta dolia olei de ratione, & ordine Aloysii Albinonij, quibus solum tribui poterat actus eius onerationis, aut ius super mercibus onerationis, vt probat *text. in l.naue saupho. §. idem iuris ff. locat.*
14 Neque contrarium visa † fuerunt significare verba apocæ assecurationis, quatenus promissa in illis fuit assecuratio super mercibus, quæ ad quemlibet spectarent, & sine obligatione ostendendi illarum risicum, quia aut ex ijs verbis creditur sublatam fuisse necessitatem probandi illarum onerationem, & non poterat id suaderi ex illorum significatione neque conuenire hoc videbatur naturæ ipsius contractus, aut verò dicebatur hunc esse effectum eorundem verborū, vt censeri ex ijs deberet probata oneratio mercium assecuratorum ex quacunque oneratione, quamuis in apoca, aut litteris factis illius occasione cōtineretur nomen diuersarum personarum, & non poterat id subsistere, nisi alia ratione constaret, quòd in oneratione ipsarum mercium habita fuisset ratio obligationis factæ in apoca assecurationis, vt in specie voluit *Paris. in cons.47. lib.1. sub. num.*
15 *38. & num. 66.* Vbi † quod pro forma committendæ huius stipulationis necesse est, vt oneratio mercium fiat sub nomine ipsius assecurati, ne aliàs detur absurdum extendendi obligationem de
16 vno ad alium casum † etiam in casu, quo obligatio fuerit absolutè concepta, & sine alijs facta circumstantijs, ex quibus apparere possit de interesse aliarum personarum super mercibus oneratis, voluit *Stracch. in tract. de assecurat. glos. 10. num. 17.* in vltima facti specie, quam ibi proponit, vbi concludit non habere in ea locum deducta per *Santern. in 4.*
17 *par. num. 45.* qui ex ijs verbis † volebat non posse Assecuratorem petenti pretium assecurationis obijcere, quod ille non esset dominus mercium, pro quarum salute se obligauit, & regulam generaliter in hac materia constituerunt, *Mastrill. in adducta decis. 182. num. 31.* vbi refert *idem cons. Paris. Muta decis.*

Siciliæ 3. num. 5. Gamm. decis. Lusitan. 181. *num.* 3. qui ibi agit etiam de opinione *Santern.* super effectu eorum verborum.

18 Et hæc quidem visa † fuerunt facilius admitti debere in casu proposito, quo hic stylus exprimendi nomen personæ assecuratæ in litteris onerationis erat conformis consuetudini huius fori Romani, & aliarum Ciuitatum Italiæ, vt probatum fuit ex attestatione plurium merca-
19 torum, quorum † iudicium plurimi faciendum erat in causis ad illorum forum spectantibus, vt tenuit *Rota in alia Romana assecurationis 1. Iulij 1633. coram R. P. D. meo Merlino, & coram Gregorio decis. 126. num. 1. & tradit Bald. in l. 1. C. de constit. pecun. & in cons. 399. num. 10. lib. 5. Rot. Ianuen. decis. 7. nu.*
20 11. Et licèt † pro parte Deti exhibita fuisset attestatio aliorum mercatorum ad effectum probandi contrariam consuetudinem assecurandi merces sub diuerso nomine ab eo, quod fuit expressum in apoca assecurationis, tamen non poterat ex ea tolli probatio data ab assecuratoribus, cum solum in attestatione pro eis data fieret fides de consuetudine fori Romani; vnde hæc solùm attendi poterat tanquam consuetudo particularis, ac propria illius loci, in quo celebratus fuit contractus, ex notatis per *Bart. in l. omnes populos C. de summ. Trinit. & fid. cathol. & in l. si fundus ff. de euiction.* & in terminis huius contractus tenuit *Rota coram Gregor. d. decis. 126. num. 3. Rot. Ianuen. decis. 38. num. 4.* & tradit *Stracch. de assecurat glos. 10. num. 17.* præter alia, quæ poterant considerari super attestatione data ab eisdem Assecuratoribus, ex quibus præferenda etiam videbatur attestationi, quam faciebant alij mercatores de contraria consuetudine, cum fides data ab assecuratoribus non solùm esset præscripta à pluribus, sed probari videretur ex testibus examinatis in alia causa coram R. P. D. meo Motmanno occasione similis assecurationis, quia licet ijdem testes essent recepti in
21 causa † diuersa, tamen poterant facere fidem in hac causa, tanquam deponentes de stylo, vt decisum fuit in Narnien dotis 13. Maij 1591. coram Penia, & in Mediolanen. fructuum 9. Maij 1592. coram Oran.

Et ex his visum fuit Dominis probari inutilitatem huius stipulationis, quibus non visa fuerunt obstare, quæ decisa fuerunt in eadem causa coram R. P. D.
22 meo Motmanno sub † hac eadem die, & sub die 7. Iunij anni proximi, vt possent merces pertinere etiã ad alias personas, præter eas, quarum nomina expressa fuerunt in litteris onerationis propter verba, quæ legebantur in apoca eius assecurationis, & in quibus promissa fuit eodem modo assecuratio super mercibus, quæ ad quemlibet spectarent, quia quidquid dicendum sit in casu, quo per relationem apocæ onerationis ad apocam assecurationis, aut aliunde constare posset de identitate mercium oneratarum, eò quia appareret onerata eadem species mercium, quæ fuit assecurata, aut concurreret expressio alicuius personæ nominatæ in apoca assecurationis, quo casu rectè remitti potest effectus eorum verborum vt censeatur commissa stipulatio, quamuis assecuratus non sit dominus ipsarum mercium propter relationem, quæ poterat ex ijs verbis haberi ad verum Dominum, prout hic est casus, qui fuit decisus coram R.P. D. meo Motmanno. Tamen contrarium statuendum erit, quando (vt contingit in casu
23 huius † decisionis) factum onerationis, quod sibi adscribit assecuratus, non potest aliqua ratione conuenire apocæ assecurationis, vel per relationem vnius apocæ ad aliam, in quibus terminis loquitur Stracch. loco supra allegato, vel ob mentionem factam in apoca onerationis alicuius personæ ex nominatis in apoca assecurationis, vt in casu decisionis R. P. D. mei Motmanni, & cons.
24 Paris. vel demum ex identitate speciei ipsarum mercium, de qua neque poterat apparere in hoc casu propter generalem illarum expressionem, tunc enim succedere videntur omnes regulę pro diuersitate actuum; ita vt oneratio nunquam dici possit facta in exequutionem, siue contemplatione præcedentis obligationis, ex *notat. per Doctor. in l. cum quæritur, ff. de re iudic. & in l. lecta, ff. si cert. pet.* & in terminis tradit *Stracch. de assecur. glos. 5. in fin.* vbi attestatur de huiusmodi consuetudine mercatorum. *Castill. decis. 73. lib. 1.*

Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana de Bonellis.

Die Mercurij 24. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Legitimatus cum clausula, sine præiudicio veni entium ab intestato circa successionem ad quæ videtur habilitatus, & talis legitimatio quid importet.

SVMMARIVM.

1 *Mater filio ab intestato successisset, si eius filius illegitimus non fuisset legitimatus.*

2 *Legitima est portio eius, quod quis habiturus esset ab intestato.*

3 *Filius illegitimus ab intestato suam legitimam consequi minimè potest.*

4 *Legitimam non potest petere, qui exclusus est à successione intestati.*

5 *Legitimatio filiorum illegitimorum solum operatur, quod filius sit habilis ad succedendum ex testamento in eo, quod pater illi reliquit.*

6 *Non autem quod per talem legitimationem habeatur pro omnibus tanquam legitimus, ita vt possit petere legitimam.*

7 *Filius legitimatus non potest aliquid petere, quod repugnet voluntati patris.*

8 *Succedere, qui non potest ab intestato in præiudicium alicuius, nec potest etiam in eius preiudicium petere legitimam.*

9 *Legitimatus succedit in eo tantum, quod sibi à patre relinquitur.*

10 *Pater filio legitimato non tenetur plus relinquere, quàm sibi videtur.*

11 *Legitimatus cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, non potest dicere testamentum nullum ex causa præteritionis.*

12 *Legitima non debetur ei, cui præterito non datur ius, aut querela inofficiosi testamenti.*

13 *Succedere ab intestato qui nequit, nulla fit iniuria ei, si nihil testamento relinquitur.*

14 *Legitimatio cum clausula, sine præiudicio venientium, &c. solum reddidit habilem legitimatum, vt possit capere ex testamento, non autem compellit partem, vt aliquid ei relinquat.*

15 *Legitima est portio successionis ab intestatio.*

16 *Intestati causa regulatur, secundum causam rumpendi testamentum.*

17 *Legitimatus cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, cum sit exclusus ab intestato ei non debetur legitima.*

18 *Legitima debetur filio legitimato, & ei datur querela inofficiosi, cum habeatur pro legitimo, quoad omnes effectus.*

19 *Sed hoc procedit, quando quis simpliciter, & absolutè fuit legitimatus.*

20 *Legitimatio cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, est limitata in eo, quod pater vult relinquere legitimato, & sic non habet effectum plenæ legitimationis, quod ad sucessionem, & num. 21.*

22 *Legitimatus cum clausula sine præiudicio venientium ab intestato, solum debet habere partem hæreditatis, ratione institutionis, quæ superest deductis legatis factis sororibus, & tertia pars debita matri testatoris.*

23 *Decis. in causa Romana de Menichellis coram Vicecomite, in quibus terminis procedat.*

24 *Sororibus testatoris, quando sunt relicta legata particularia, an faciant partem matri in legitima. declara vt n. 25.*

26 *Sorores ab intestato non concurrunt cum matre, & consequenter videntur facere partem in legitima matris.*

27 *Sorores regulariter facto testamento habentur pro extraneis, ideo non possunt concurrere cum matre ad legitimam.*

DECISIO DLXXII.

INSTITVTA per Thomam de Bonellis Emilia matre in legitima, & omni eo quod sibi de iure debetur, & factis quibusdam legatis Hortentiæ, & alijs sororibus; hæredeq. vniuersali instituto Alexandro filio naturali, quem sequenti die per Archiuium Romanæ Curiæ legitimari obtinuit, cum clausula, ☞ *sine præiudicio venientium ab intestato*, sub die 20. Maij 1633. * posito dubio, an Emiliæ deberetur legitima in bonis Thomæ, & quanta sit; quoad primam partem affimatiuè fuit resolutum, vt in decisione, reseruato quod in alia positione de quantitate videretur. Vnde prosequendo disputationem, causa pluries proposita, & articulo per omnes DD. maturè de more discusso, fuit resolutum legitimam debitam Emiliæ matri esse

Qq 2 trien-

trientem totius hæreditatis, deductis pri-
us legatis factis à Thoma, non verò por-
tionem portionis debitæ ab intestato,
prout prætendebant informantes pro
Thoma Iuniore, quia cum Alexander
fuerit legitimatus cum clausula *sine præ-
iudicio venientium ab intestato*, nullo mo-
do potest petere legitimam, cum illa so-
lum ei deberetur, si nullum præiudicium
fieret venientibus ab intestato, † in casu
1 autem nostro fieret præiudicium matri,
quæ aliàs ab intestato successisset. *Gabr.
cons. 24. num. 11. per totum lib. 2. Dec.
cons. 576. num. 6. vers. his tamen non ob-
stantibus Ias. in rub. de liber. & posth. n.
15. & seqq.* & hanc opinionem sequuta
fuit *Rota coram sanct. mem. Gregor. XV.
decis. 135. per tot.* cum enim legitima sit
2 portio eius, quod † quis esset habiturus
ab intestato, *l. Papinianus §. quoniam au-
tem quarta. ff. de inoff. testam. & l. paren-
tibus, C. eod.* cum alijs per *Crass. in §. le-
gitima quæst. 1. num. 1.* & ab intestato
3 filius illegitimus † suam legitimam con-
sequi minimè potuisset, neque poterit
petere legitimam, quæ non debetur ei
4 qui est exclusus † à successione intestati.
*Angel. cons. 150. in fin. Dec. d. cons. 576.
num. 6. Aym. cons. 11. num. 13. Rota co-
ram Bubalo in Asculana Legitimæ 2. De-
cem. 1588. impressa apud Merlin. de le-
git. decis. 39. & 8. Febr. 1593. coram
Card. Arigonio in Romana supplementi
Legitimæ, impressa vbi supra decis. 36.*
5 legitimatio enim solùm operatur, † quod
filius sit habilis ad succedendum ex te-
stamento in eo, quod pater illi relinquit,
non autem quod per talem legitimatio-
6 nem habeatur † in omnibus pro legiti-
7 mo, itaut possit petere legitimam † ide-
oq; non potest aliquid petere, quod re-
pugnet patris voluntati, vt notat *Angel.
consil. 105. circa fin. Alexand. cons. 29.
lib. 4.* quia, qui ab intestato succedere
non potest in præiudicium alicuius, non
8 potest etiam † in eius præiudicium pete-
re legitimam, vt pulchrè declarat *Bald.
in l. maximum vitium vers. in contra-
rium C. de liber. præt.* tradit *Alex. in l.
Gallus §. & quid si tantum, de lib. & posth.
Dec. d. cons. 576. num. 6. vers. vnde cum
ab intestato. Decian. cons. 59. num. 74. lib.
1.* latè *Honded. cons. 89. num. 60.* sequendo
*Rotam in Bononien. Apothecarum coram
Cæsar. de Grass. 25. Ianuar. 1575. sanct.
memor. Greg. XV. d. decis. 135. num. 5.* sic
enim legitimatus succedit in eo tantum,
9 quod † sibi à patre relinquitur, itaut non
teneatur pater illi aliud relinquere, latis-
simè infinitos cumulans tradit *Castil. de
coniect. vlt. vol. cap. 22. num. 158.* vbi te-
10 statur de veriori † & communiori, *Rim.
Sen. cons. 41. num. 9.* vbi dicit se in hoc
non reperijsse contradictorem. *Gabr. cons.
30. num. 29. lib. 1.* vbi alios refert *Tiber.
Decian. cons. 40. num. 33. circa medium,
vers. hanc quoque lib. 3. & Gozad. cons. 6.
num. 33.* sequendo hanc opinionem dicit
esse communem, & ab hac tanquam com
mune non esse recedendum num. 78. &
eandem communem dicit *Abb. cons. 7. nu.*
11 1. idque eo facilius procedit ex quo †
legitimatus cum dicta clausula *sine præ-
iudicio venientium ab intestato*, non po-
12 test dicere testamentum nullum † ex
causa prætertionis, *Soccin. Sen. cons. 41.
num. 8. in princ. vers. operatur etiam d.
clausula. Ruin. cons. 103. num. 4. vers. con-
ditio igitur testamenti lib. 3. Ang. cons. 264.
num. 30. Capic. dec. 22. num. 4. & seqq.* latè
*Gratian. disceptat. 496. num. 37. & seq.
sanct. mem. Greg. XV. d. decis. 135. num.
7.* legitima autem non debetur ei, cui
præterito non datur ius, aut querela im-
pugnandi testamentum. *leg. cum quæri-
tur, & leg. omnimodo in fin. C. de inoff. te-
stam. §. 1. in fin. Auth. de triente, & semis-
se. Gabr. cons. 24. num. 4. lib. 2.* ei qui ab
intestato succedere nequit, nulla fit iniu-
13 † ria, si nihil ei testamento facto relin-
quatur, & propterea nec querelam, nec
aliquod remedium contra testamentum
habet. *§. eadem, vers. item adoptiuos in-
stit. de hæred. quæ ab intest. defer.* ergo le-
14 gitimatio cum hac clausula, † *quæ solum
reddit habilem legitimum*, vt capere pos-
sit ex testamento non compellit patrem,
vt ei aliquid relinquat, & per conse-
quens impossibile est, vt legitima debea-
15 tur cum legitima † & sit portio successio-
nis ab intestato. *l. Papinianus §. quo-
niam autem quarta ff. de inoffic. testam.*
16 cum alijs supra allegatis, & † causa in-
testati regulatur secundum causam rum-
pendi testamentum, *l. 1. §. rectè ff. si tab.
test. null. ext. Crotus in l. Gallus, §. & post.*
ideoque si sic legitimatus est exclusus ab
17 intestato † ei non debetur legitima. *Bal.
in cons. 329. vol. 3.* quem sequuntur *Ale-
xan. Coron. Soccin. Ias. Dec. & Gozad.*

Non obstat *Cæsar de Grass. decis. 3.
num. 2. qui fil. sint. legit.* & alij DD. ad-
18 mittentes legitimam deberi filio † legi-
timato, & quod ei detur querela inof-
ficiosi

ficiosi, cum habeatur pro legitimo quoad omnes effectus; quia procedunt in eo,
19 † qui fuit simpliciter, & absolutè legitimatus, secus autem quando continet clausulam *sine præiudicio venientium ab intestato*, tunc enim legitimatio est limitata in eo, quod pater vult relinquere le-
20 gitimato, & per † consequens non habet effectum plenæ legitimationis, quoad successionem. *Dec. cons. 257. n. 3. vers. vltimo obijcitur.* idem notat *Ant. de Butr. in cap. per venerabilem. vers. sed est dubiũ qui fil. sint. legit. Ang. Paul de Castr.* & alij quos refert *Dec. cons. 257. nu. 3. in fin.*

21 Quare cum Filius legitimatus cum † clausula *sine præiudicio venientum ab intestato*, succedat tantum in eo, quod à patre illi relinquitur, nec pater teneatur nec filius possit legitimam, seu supplementum legitimæ petere, nec dicere testamentum nullum ex causa præteritio-
22 nis, hinc fit Alexandrum † ita legitimatum in præsenti solum debere partem hæreditatis ratione institutionis, quæ superest deductis legatis sororibus factis, & tertia parte debita Emiliæ matri Thomæ testatoris iuxta opinionem *Rotæ in Asculana legitimæ 1588. coram Bubalo post Merlin. de legit. decis. 39. num. 15. & in Romana legitimæ 3. Iunij 1633. coram R. P. D. meo Dunozetto*, quam etiam tenet *Surd. cons. 404. num. 9. vol. 3. Maresc. lib. 1. var. resol. cap. 10. num. 8. & 9. Mangill. de imput. quæst. 6. num. 26. idem Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 7. num. 16. Thes. decis. 172. num. 6. vers. primus est*, in quibus locis firmatur tantum minus esse in hæreditate, quantum important legata facta fratribus, seu sororibus, adeout deductis illis legatis legitima non sit tertia totius hæreditatis, sed
23 tertia residui, † quibus terminis procedit decisio *in Romana de Menichellis coram Vicecomite 28. Iun. 1578. penes Merlin. de legit. decis. 37.*

24 Non obstat, quod ex quo sororibus † fuerunt relicta particularia legata, videntur facere partem matri in legitima iuxta limitationem *Bald. in auth nouissima in fin. C. de inoffic. testam.* quam fuit sequutus *Soccin. cons. 75. num. 5. vol. 3. Gabr. cons. 94. lib. 1.* quia hoc non procedit ad effectum, vt legata ista detrahantur de legitima, sed ad effectum solum, vt tantum minus dicatur esse in hæreditate,
25 quantum important legata prædicta, † itaut illis detractis legitima matris sit tertia residui hæreditatis, vt in his terminis *Rota in d. Romana de Menichellis, & in dict. Asculana legitimæ apud Merlin. & in alia supradicta Romana legitimæ coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Nec dicatur releuare, quod sorores ab
26 † intestato concurrant cum matre, ex *Auth. defuncti C. ad Tertyll.* & consequenter videantur facere partem in legitima matris; quia Rota sequitur opinionem *Butr.* contra *Bart.* de qua latè *Thes. dict. decis. 171. Gabr. d. cons. 94. num. 19. lib. 1. Maresc. var. resol. vbi sup. num. 1. & seq.* & latissimè *Merlin. de legit. lib. 1. allegato tit. 4. quæst. 7. num. 8. & seqq.* quod scilicet ex quo sorores
27 regulariter † facto testamento habentur pro extraneis, non possint concurrere cũ matre ad legitimam.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

*Est supra in hac parte decis. 528.

R. P. D. GHISILERIO,

Camerineñ Tutelæ,

Die Mercurij 24. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Testator, quando dedit plures tutores, non nominato, quis administret, tunc quis debeat administrare. Tutori petenti manutentionem in iure administrandi, qui actus non suffragentur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda est ei, de cuius anteriori possessione constat.*
2 *Testator, quando nominat plures tutores in testamento si non sit nominatus, qui administret, ille tenetur administrare, in quem maior pars Contutorum consentit.*
3 *Tutoris possessio priuatiuè, quoad alios, qualiter probatur.*
4 *Litteris priuatorum propter suspicionem antidatæ non facile creditur.*
5 *Actus facti ante decretum administrationis tutelæ, & inuentarij non præsumuntur facti tutorio nomine.*
6 *Tutor petens se admitti ad tutelam, inde resultat signum, antea tanquam tutorem se non gessisse.*

7 *Actus*

7 *Actus facti lite pendente, vel qui dederunt causam liti, non suffragantur, & numero 8. vbi quod Rota sic semper censuit.*
9 *Possessor anterior in concursu est præferendus.*
10 *Administrator patiens alium coadministratorem sine eius participatione administrare cadit à sua administratione.*
11 *Actus gesti à tutore, de cuius tempore non constat de confectione inuentarij, non attenduntur.*

DECISIO DLXXIII.

PROSEQVENDO disputationem super reseruatis in alia decisione in hac causa facta 23. Iunij præteriti, in qua fuit reseruatum, quod in alia disputatione videretur, an mandatum de manutenendo denegatum Nicolao de Rubeis, sit dandum Theodoræ, super hoc dubio affirmatiuè fuit resolutum, quia constat de
1 eius † possessione antiquiori in administrandis rebus pupillorum post mortem aui, §. *retinendæ instit. tit. de interdict cum vulg.* quos actus ipsam solam fecisse cum scientia, & patientia cæterorũ contutorũ. Testes super hoc examinati probant, reddendo rationem suæ scientiæ, cum essent debitores, factores, & coloni, & quia quotiescunque plures tutores in testamento dantur, si non est nominatus, qui admi-
2 nistret tutelam † ille tenetur administrare, in quem maior pars contutorum consenserit, *l. 3. §. fin. vbi glos. & Bar. ff. de administr. tutor. §. sed si ex testam. instit. de satisd. tutor. Gutier. de tutel. 1. par. cap. 14.* in hoc casu sequitur Theodorã teneri administrare, prout actualiter fecit ex confectione inuentarij per ipsam facta contutoribus præsentibus, & acquiescentibus, & ex alijs actibus per Dominos consideratis, ex quibus benè
3 probatur † possessio Theodoræ priuatiuè quoad Nicolaum, *Rota decis. 245. num. 2. par. 1. recent.*

Non obstat possessio Nicolai Contutoris collitigantis, quam ipse deducit ex actu solutionis eleemosynæ pro Missis celebratis de mandato testatoris, ex consignatione grani pro illius funere, ex solutione collectarum, & alibratione bonorum hæreditariorum in catasto, necnon ex venditione vnius dolij vini facta Fratribus Conuentualibus, ex constitutione Procuratoris ad negocia hæreditatis, tum quia huiusmodi actus possessorij, vel non probantur, vt latè fuit de-
4 ductum in facto, maximè ex † scripturis priuatis propter suspicionem antidatæ; litteris enim priuatorum non facile creditur propter suspicionem antidatæ, *Grat. discep. 873. num. 17. & seq. Seraph. d. 975. in fin.* vel sunt ante decretum administrationis tutelæ, & inuentarij, &
5 ideò † nec præsumuntur facti tutorio nomine, *Barbat. consil. 61. num. 17. lib. 1.* & dum nuper petijt ad tutelam admit-
6 ti, † inde resultat signum se antea tanquam tutorem non gessisse, & tandem dicti actus, vel sunt facti lite pendente,
7 vel saltem dederunt causam liti, † & ius aliquod considerabile non tribuerunt, vt tenuit Rota in *Adrien. decimarum 25. Iunij 1601. coram Corduba, & in Vlixbonen. 2. Nouemb. 1604. coram Ottembergo, coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 4. num. 2.* cum Rota semper censuerit actus
8 qui † dederunt causam liti, & multo minus gestos post motam litem, non esse habendos in consideratione, & dum post obitum testatoris statim Theodora cœpit administrare, patiente eodem Nicolao, eius possessio posterior in concur-
9 su † anterioris non est manutenibilis, *scilicet Cam. de probat.* cum alijs vlgatis.

Et consignatio frumenti pro funere non suffragatur, quia eo ipso quod postea passus fuit Theodoram administra-
10 re sine eius participatione, † ipse cecidit à possessione. Vlterius distinguebant Domini, aut Nicolaus vult fundare suã intentionem in actibus factis ante motã litem, & cum de tali tempore non con-
11 stet † de confectione inuentarj, non est de illis habenda ratio in concursu, cum vera, ac plenaria Theodoræ matris administratione, aut vult se fundare in actis factis post motam litem, & ad hunc effectum non suffragantur ex supra deductis.

In hanc sententiam tanto magis inclinarunt DD. cum Nicolaus tanquam debitor pupillorum tutor esse non possit l. minor C. qui tutores dari possint, & ex depositionibus testium constet, & fuerit probata diligentia, & bona cura Theodoræ matris, ad cuius fauorem vtraque parte informante fuit resolutum.

☞ * *Est supra decis. 550. supra in hac parte.*

R.P.D.

R.P.D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.

Macerateñ Fideicommissi.

Die Mercurij 7. Februarij 1635.

ARGVMENTVM.

Appellatione hæredum, & successorum, licet regulariter veniant etiam fœminæ, tamen ab ista regula receditur, concurrentibus coniecturis enixè suadentibus contrariam Testatoris mentem. Testatoris memoria per quæ conseruetur. Agnationem, quando dicatur testator contemplasse.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ regulariter veniunt sub nomine hæredum, & successorum.*

2 *Fœminæ appellatione hæredum, & successorum non veniunt, concurrentibus coniecturis id suadentibus.*

Testatoris mens in interpretationibus vltimarum voluntatum, primum locum obtinet. num. 2.

3 *Testator, si in institutione apertè intellexit de hæredibus masculis, ita etiam censetur intellexisse de successoribus eorum, itaut sit capienda interpretatio de successoribus masculis, ac si qualitas masculinitatis fuisset expressa, & fœminæ fuissent exclusæ. & num. 38.*

4 *Testator videtur fuisse contemplatum agnationem, si exclusis proprijs sororibus, solos nepotes masculos instituit.*

5 *Memoria testatoris non aliter conseruari potest, quàm ex illius perpetua retentione cognominis.*

6 *Testator volens conseruare sui memoriã dicitur agnationem contemplasse, & fœminas exclusisse.*

7 *Testator, si disposuerit, quod aliqua bona conseruarentur ad sui memoriam, est perinde ac si dixisset velle eas conseruari ad suæ familiæ honorem, & splendorem.*

8 *Familiæ splendor, & honor non conseruatur in fœminis, sed tantum in masculis.*

9 *Testator nihil refert, si disposuerit, quod bona remaneant in suo nomine, vel ad sui memoriam, quoties locutus est de pertinentia inter personas prohibitas alienari.*

10 *Testator præsumitur bona illa voluisse conseruari in agnatione, si constet de maxima eius affectione erga dicta bona.*

11 *Testatoris memoria potius perit, quàm viuat, si fœminæ ei succedant, & nu. 22.*

12 *Testatoris voluntas, circa conseruationem agnationis, vt adimpleatur, facienda est interpretatio.*

13 *Fideicommissum in casu mortis censetur inductum, ex prohibitione alienationis vestita à causa.*

14 *Fideicommissum in casu mortis præsumitur inductum, si fuit probibita alienatio, & diuisio.*

15 *Verba, semper, & perpetuò, idem significant, quòd omni casu, & omni tempore.*

16 *Verbum, perpetuo, habet tractum successiuum, absque vlla præfinitione temporis*

17 *In Fœminis nomen propriæ familiæ terminatur.*

18 *Legatum ambiguum debetur magis dilecto à testatore.*

Testator si mandet aliquid fieri in foro, intelligitur de foro domicilij ob maiorem affectionem, quam de eo habuisse censetur. num. 18.

19 *Legatum factum Ecclesiæ à testatore censetur sensisse de Ecclesia domicilij.*

20 *Interpretationes vltimarum voluntatũ à quatuor debent sumi.*

Primò à persona à qua, & ad quam dispositio dirigitur. num. 20.

Secundò à materia. num. 20.

Tertiò, qualiter, & sub qua forma, & num. 20.

Quartò, qualis fuerit finalis intentio. num. 20.

10 *Interpretatio rei dubiæ dicitur sumere exordium à propria significatione.*

23 *Interpretatio vltimæ voluntatis ea est capienda, per quam testatoris mens suũ consequatur effectum.*

24 *Text. in l. liberorum 120. de verbor. signific. declaratur, & num. 25.*

Filios, filiasque idcirco concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earumue diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. num. 24.

26 *Fœminæ, tanquam principium alterius familiæ, propriam perimunt.*

27 *Alciat. consilio 120. num. 7. & seq. lib. 9. declaratur.*

28 *Menoch. cons. 620. num. 8. & 13. lib. 7. intellectus.*

29 *Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 4. num. 7. &*

7. & Balth. Thom. tract. 8. de pact. primog. tit. 10. num. 168. in quibus terminis loquantur.

30 *Testator, quando constat, quod voluerit comprehendere in infinitũ omnes agnatos, sola qualitas agnationis respicitur, nulla habita ratione graduum.*

31 *Memoria testatoris satis dicitur conseruari, per quodlibet monumentum.*

32 *Testatoris memoria non potest conseruari, si in eius bonis succedant illi, qui sunt extraneæ agnationis.*

33 *Agnationis conseruandæ ratio destruitur, dum testator in casu contrauentionis non vocauit agnatos, qui non contrauenerunt, sed Monasterium, vide n. 34. & 35.*

36 *Grauatus non alienare prædia, sed ea conseruare successioni suæ, videtur fideicommisso non teneri, cum testator solum intelligatur locutus de successionibus bonorum.*

37 *Text. in l. pater filium §. pen. ff. de legat. 3. declaratur.*

39 *Testatoris mens coniecturis interpretatur*

DECISIO DLXXIV.

ITERVM Domini firmarunt,*successionem ad domos, de quibus agitur,
spectare ad masculos, atque ideò Constantiam Paganellam excludi à D. Petro
Paulo Floriano. Et quidem tota difficultas restringebatur, quod post prohibitionem
alienationis, & diuisionis dictarum domorum adsunt in testamento hæc
præcisa verba: *Et hoc fecit dictus testator ea casu, quod prædictæ domus semper, &
perpetuò firmæ remaneant in supradictis hæredibus, & successoribus eorum, & ad
memoriam ipsius testatoris.* Quapropter
1 licet per † Dominos admitteretur, quod
sub nomine hæredum, & successorum regulariter veniãt etiam fœminæ, vt tradit
*Rebuff. in l. hæredis appellationi, col. 1. vers. amplia ff. de verb. signif. Alex. cons. 160.
num. 2. lib. 2. Gozad. cons. 20. num. 8. Menoch. cons. 680. num. 18. & seq. Surd.
cons. 140. num. 24. & seqq. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 32. num. 84. cum alijs cumulat. per Fusar. de substit. quæst. 342.
num. 1.* & idem sensit *Rota coram Card. Caualerio decis. 296. num. 3.*

Attamen visum est ab hac regula in
2 præsenti casu esse recedeñ; † cocurreñ
coniecturis enixè suadẽtibus contrariam
mentem testatoris, quæ in hac materia
obtinet primum locum. *l. in conditionibus ff. de condit. & demonstrat. Soccin. Sen.
cons. 51. num. 14. lib. 4. Sim. de Pret. de interp. vlt. vol. lib. 3. interpr. 3. dub. 1.
sol. 11. num. 24. fol. 289. tom. 2. Mant. de coniect. vlt. volunt lib. 3. tit. 5. num.
1. & seqq. Pereg. de fideic. art. 11. num. 1. & seqq. Fusar. de substit. quæst. 245. nu.
17. Rot. decis. 566. num. 6. par. 1. recent.*

Prima igitur coniectura est, quod testator in hæredis institutione, & in prohibitione
alienations non adhibuit capitula separata, sed vnum tantum, vel saltem duo connexa in vnum, vt ostendunt
illa verba repetitiua, ibi, *Præfati hæredes nullo pacto, &c.* & inferius: *Casu,
quo prædicti hæredes, & successores, &c.* & ibi, *In supradictis hæredibus, & successoribus, &c.*
Vnde sicut testator in institutione apertè intellexit de hæredibus
masculis, ita censetur etiam intellexisse
de successoribus eorum, ita vt sit capienda interpretatio de successoribus masculis,
3 lis, ac † si qualitas masculinitatis fuisset
expressa, & fœminæ fuissent exclusæ.
*Curt. Iun. cons. 115. nu. 20. & seqq. Corn. cons. 101. col. 2. lib. 4. Gabr. conclus. 6.
num. 121. de verb. signif. Caualer. d. 296. num. 1. & seqq.*

Secunda, quia testator exclusis sororibus, quas tunc habebat, solos nepotes
masculos instituit, prætereundo etiam
4 nepotem clericum, † ex qua exclusione
sororum, & institutione remotiorum videtur, quod fuerit contemplata agnatio,
vt trad. *Cephal. cons. 37. num. 16. Menoch. cons. 463. num. 6. vers. cæterum, & num.
7. Surd. cons. 96. num. 31. vers. accedat lib. 1. Fusar. de subst. quæst. 311. num. 32.
& 58.* Et de clerico, vt supra excluso.
*Curt. Sen. cons. 40. num. 9. vers. quarto etiam, & de præsump. lib. 4. præsumpt.
69. num. 10. Fusar. de subst. quæst. 480. num. 33. & quæst. 499. num. 26.*

Tertia, quia dum testator noluit prædictas domos alienari, aut diuidi, vt
perpetuò firmæ remanerent in hæredibus scriptis, ac eorum successoribus,
& ad ipsius memoriam, videtur dicendũ sensisse de hæredibus agnatis, cum memoria
ipsius non aliter conseruari potuisset, quàm ex perpetua retentione co-
5 gnominis, † quod est vnum ex rec[illegible]
tis ad demonstrandam numericam identitatem
pesonæ, cuius memoria debet conseruari. *Bart. in l. hac consultissima,
& ibi Castr. C. qui testam. fac. poss. Dec. cons. 36. num. 4. post med. vers. nec. obstat.*

Aym.

Aym.conſ. 169.nu.4.verſ. ſecundo reſpondeo, *Rota deciſ.681. num.5.par.3. recent.* & fuit reſolutum in *Taurinen. beneficij 9. Nouemb. 1593 coram bon.me. Orano*. Et in indiuiduo, quod teſtator, volens con-
6 ſeruare † ſui memoriam, dicatur agnationem contemplaſſe, & fœminas excluſiſſe, *tex.eſt in leg. pronunciatio 195.prope fin. verſ. Itemque appellatur*, *& l. ſeq. §.fœminarum, ff. de verb. ſignific. pulchrè Corn.conſ.335. num.2. v.& inſuper lib.1. Odd.qui loquitur in fideicomm.de quo agitur,conſ.33.num.9.& ſeqq.* & facit, quod domus iſtæ debent conſeruare memoriã teſtatoris carentis prole, & ſic memoria illius deducenda eſt ex aliquo inhærente ipſis ſucceſſoribus per ſe apto illam conſeruare, quod ſolum videtur poſſe verificari in identitate Familiæ Florianæ, ex qua erat ipſe teſtator; Et ideò dum di-
7 ſpoſuit † quod dictæ domus conſeruarentur ad ſui memoriam, idem eſt, ac ſi dixiſſet velle eas conſeruari ad ſuæ familiæ ſplendorem, ac honorem, qui ſplen-
8 dor, † honor familiæ non conſeruatur in fœminis, ſed tantum in maſculis, vt benè comprobat *Ruin.conſ.110.nu.10.circa fin.& num.11.lib.2. Soccin. Sen. conſil.63. num.12. Alex.conſ.125. num. 5.lib.7. Fuſar.de ſubſt.quæſt.685. num. 32.* Et quod nulla ſit differentia inter verba, *quod re-*
9 *maneant † in meo nomine*, *ac ad mei memoriam* quoties teſtator loquutus eſt de permanentia inter perſonas prohibitas alienari, *Giouagn.conſ.36.nu.34.& ſeqq. lib.2. facit Rota deciſ.44.num. 2.&4. p.1. recent.*

Quarta coniectura eſt, quia teſtator non ſolùm prohibuit ſupradictam alienationem, ac diuiſionem, ſed inſuper mandauit hæredibus, quod non poſſent diuidere ipſius bona mobilia, niſi prius completa ad totalem perfectionem fabrica iſtarum domorum; itaut clarè conſtet de maxima ipſius affectione erga i-
10 ſtas domos, † quod autem ex ſimili affectu teſtator voluerit illas conſeruari in agnatione *trad. gloſſ. in l. quoties la 1. vbi Bald.num.8. Corn. num.6. Iaſ. num. 1. verſ.primo quando C. de fideic. gloſſ. in l. Codicillis §. inſtituto*, *& ibi Imol. ff. de leg.2. Ruin.conſ.208.nu.16. verſ.ac etiam potuerit lib.1.Grat.conſ.5.num.19. & ſeq. lib.2. Menoc. conſ.117. numer.19.& 20. lib. 2. & conſ. 1155. num. 31. & ſequentibus lib.12.*

Quinta, quia ſi fœminæ, ſaltem non agnatæ, cum earum maritis de alienis familijs in eis habitarent, domus iſtæ nõ amplius de Familia Florianorum, ſed de penitus diuerſis vocarentur, & per con-
11 ſequens † memoria teſtatoris potius periret, quàm viueret, vt ergo ipſius voluntas adimpleatur, dicendum omninò eſt, non fuiſſe ſimpliciter, & abſolutè vocatos hæredes, ac deſcendentes, ſed
12 in † ordine ad filios, ac nepotes maſculos, per ea, quæ tradit *Curt. Iun. conſil. 319.num.24. & ſeqq.lib.3.Rimin.ſen.conſil.179. num.3. & ſeqq.lib.1. Cephal. conſil.11.num.22.& conſ.306.nu.96.& Magon.deciſ.Lucenſ.7. num.26. & 27. & Cephal à nemine reprobari,Rot.deciſ.663.numer.17.par. 1.rec.*

Sexta, quia ſi fœminæ non agnatæ vocarentur ad hanc ſucceſſionem, manifeſtè deſtrueretur fideicommiſſum in caſu mortis, quod tamen a teſtatore fuiſſe inductum, pro indubitato fuit à partibus admiſſum, tum quia prohibitio aliena-
13 tionis eſt veſtita à cauſa, † vt ſcilicet iſtę domus perpetuò firmæ remaneãt ad memoriam teſtatoris, *Soccin. in l.qui Romæ §. hæredes num.18. de verb.obligat. Surd. conſ.96. num.17. & Rot. deciſ. 10. & 11. par.1.recent.Caualer.deciſ.167.nu.1.& 2.*
14 Tum quia fuit prohibita † illarum alienatio, ac diuiſio. *Dec. conſ.584.& 637. num.6. & 9.Gozad.conſ.52.col. 2. Rimin. iun. conſ. 603. num. 17. Fuſar.de ſubſtit. quæſt. 688. num.64.Eugen.conſ.81.nu.43 & 63. lib.1.* vbi,quia fuit prohibita alienatio, vt conſeruetur memoria teſtatoris. Tum denique quia hoc videntur importare illa verba (*ſemper*, *& perpetuò*)
15 quorum primum ſignificat) idem quod omni caſu, & omni tempore, *Pariſ. conſ. 90.ſub n.28. lib.2.* & verbum(*perpetuum*)
16 habet tractum ſucceſſiuum † abſque vlla præfinitione temporis, *Natt. conſil. 531. num. 10. latè Fuſar. de ſubſt. dict. quæſt.688. num.19.cum alijs etiam adductis in prima deciſione.*

Septima demum, quia ſi memoria teſtatoris verius, ac proprius conſeruari videtur in maſculis de familia, quàm in alijs, qui non ſunt de agnatione, omnis ratio ſuadet, vt in dubio ea capiatur interpretatio,per quam domus iſtæ conſeruētur potius in familia de Florianis, quã
17 deferantur ad fœminas, in quibus † nomen teſtatoris terminatur. Et ideò benè *Roman.* ad hoc propoſitum *in conſ. 408. num. 4.* vbi dicit, quod legatum ambiguum

18 guum † magis dilecto à testatore debetur; & sub *num.*5. dicit, quod si testator mandet aliquid in foro, intelligitur de foro domicilij ob maiorem affectionem, quam de eo habuisse censetur, & *num.* 6.
19 idem dicit de legato facto † Ecclesiæ, quod censeatur sensisse de Ecclesia domicilij. Et hinc est, quod *Bald. consil.* 218.*col.*2. *in med.vers. & considero lib.* 3.
20 magistraliter dicit, quatuor esse, † quæ regulant has interpretationes, qualiter sint faciendæ. Primò, persona à qua, & ad quam dispositio dirigatur. Secundò, materia. Tertiò, qualiter, & sub qua forma. Quartò, quæ fuerit finalis intentio. Et idem videtur velle *Gemin. in cons.* 67.*per tot.* vbi interpretatio rei du-
21 biæ† dicitur sumere exordium à propria significatione, deindè à potestate disponentis, postea à natura materiæ, vltimò à causa finali, quæ omnia in casu præsenti attentè ponderata, visa sunt, omninò excludere successionem fœminarũ,
22 & præcipuè quia ex earum † admissione memoria testatoris periret, vt supra dictum est, & ideò ea capienda est inter-
23 pretatio, per † quam testatoris mens suum consequatur effectum. *Dec. consil.* 318. *num.*1. *vers.tamen hoc non videtur, Odd.d.cons.*33.*num.*5. *latè Peregrin. de fideicomm.art.*29. *num.* 31. *Fusar.cons.*25. *num.*28.

24 Quibus non obstat † *text. in l. liberorum* 120. *in fine ff. de verb.signif. ibi, idcircò filios, filiasue concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earumue diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.* Quia in alia decisione fuit responsum, prædicta verba debere intelligi de memoria, respectu propagationis prolis, quæ fit tam per mares, quàm per
25 fœminas, † non autem de illa conseruatione memoriæ, quæ solum haberi potest in agnatione, vt in casu nostro, non
26 autem in fœminis, quæ† tamquam principium alterius familiæ propriam destruunt agnationem, *l.iurisconsultus* §.*cognationis, ff. de gradib. Angel.consil.*181. *num.*4. *Ruin. cons.*24. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. *Cephal. consil.*413.*num.*23. *Rota dec.*414. *num.*3. *par.*1. *recent. latè Fusar. de subst. quæst.*346.*num.*4.*&* 6. Nec in contrariũ faciunt *Alciat.cons.*120.*num.*7.*& seq.lib.* 9. *Menoch.cons.*620. *num.*8. *&* 13. *lib.* 7. *Molin.de primog. lib.*3.*cap.*4.*nu.*7. *Balth. Thom. tract.*8. *de pact.primog.tit.* 10. *numer.*168. Quia si rectè perpendantur ver-
27 ba Alciati, † & Menoch. clarè concludunt memoriam alicuius non posse conseruari ab eis, qui non sunt eiusdem familiæ, dum *Alciat.sub num.* 8. ponderat domum in eo casu fuisse relictam Hieronymo Vimercato, & sic personæ eiusdem
28 familiæ, cuius erat testator † *Menoch. verò dum sub num.*9. *vers.rationem* arbitratur, testatorem locutum fuisse in casu, quo domus non fuisset alienata in aliquem extraneum alterius familiæ, nec retinuisset nomen Vimercatorum. Præterquam quod id testator voluit, quod domus in casu alienationis perueniat ad fabricam in pœnam, ac in odium alienantium, non autem, quia putauerit, quod memoria ipsius tam posset conseruari, si domus permaneret in sui familia, quàm si perueniret ad fabricam, vt ex le-
29 ctura potest colligi, † *Molin. verò, & Thom.* loquuntur de fœmina agnata, scilicet filia masculi, non autem de filia alterius fœminæ nuptę in aliena familia, vt clarè patet.

Nec dicatur parum releuare, si ex cohabitatione fœminarum non agnatarum cum earum maritis non conseruetur in his domibus memoria testatoris, cum idem inconueniens admitti debeat, si stante descendentia masculinorum in infinitum, vltra gradum considerabilem, illi tanquam tunc in gradu considerabili non coniuncti, domus istas inhabitarent: etenim visum est, facilè obiectum tolli quia gradus, qui est considerabilis in successione ab intestato, non est restrictus in successione testamentaria, ratione conseruationis memoriæ, & agnationis, nam tunc ex quo constat testatorem
30 voluisse comprehendere † in infinitum omnes agnatos, sola qualitas agnationis respicitur, nulla habita ratione graduum, vt explicat *Cephal. cons.* 137. *numer.*37. *vers. tollentur etiam, & num.*38. *& seqq.Peregr.decis.*15.*num.*2.4. *&* 5.

31 Nec releuat, quod memoria † testatoris satis dicatur conseruari per quodlibet monumentum, *l. monumentum* 24.*ff. de Relig.& sumpt.fun. & in l.*2. §. *monumentum eod. tit.* Quia quicquid sit de hac veritate generaliter loquendo, satis est, quod in casu nostro testator respexerit ad eam conseruationem memoriæ, quæ resultare debuit, mediante perpetua habitatione insignis domus, quam construxerat, ad quam si succederent, qui sunt extraneæ agnationis, illam non conser-

ua-

32 uarent, † & ideo censentur consecutiuè vocati tantum illi, qui sunt propriæ familię, *Surd.d.cons.96.num.33.& seqq.Peregrin.de fideic.art.11.num.25.*

Non obstat, quod ratio conseruandę agnationis videatur destrui, dũ testator in casu cõtrauentionis nõ vocauit agna-
33 tos, qui non† contrauenerunt, sed Ecclesiam S. Crucis; quia in alia decisione iam fuit responsum, quod in casu contrauentionis Ecclesia apparet solum vocata ad partem hereditatis illius, qui contrauenisset, non autem ad partem domorũ, cum testator domos tantum, non autem
34 reliquum hęreditatis fideicommisso supposuerit, & hanc interpretationem, attentis verbis testamenti ãplexus est *Odd.d.cons.33.sub num.*18. Pręterea Domini putarunt, quod vocatio Ecclesię in casu pręsenti debet intelligi, quatenus om-
35 nes hęredes, † & successores contrauenirent, adeout, si vnus tantum suam portionem alienaret, alij quoad illam nõ caderent in commissum, prout latè testatur *Mich. Grass. tom. 3. comm. iur. lib. 1. q.3.Sorn.cons.67. num.11. & seqq. lib. 2. Clar.in §. Emphyteusis quæst.13. num. 10. Hieron.Portel.de consort.c.33.n.9.& seqq.*

Nec releuat *text. in l. pater filium §.*
36 *pen.ff.de leg. 6.* † vbi grauatus non alienare prędia, sed ea conseruare successioni suę, videtur fideicommisso non teneri, cum testator solum iutelligatur locutus de successionibus bonorum, vt ex mente *Bart. tenet Peregr.de fideic. artic. 32. sub num.35.Fusar.de subst.quæst.339. num.1. vsque ad 5.* quia glos. aduersatur eorum opinioni, dum dicit in textu fuisse indu-
37 ctum † fideicommissum, non quidem quoad verba, sed quoad mentem testatoris, & sic argumentum retorquetur, nã quatenus in casu nostro verba non ex-
38 cluderent expresse fœminas, sufficit † si excludantur ex coniecturata mente testatoris, vt supra dictum est.

Nec dicatur, quod si illa verba (*hæredes, & successores*) debent intelligi de hęredibus masculis, non autem de fœminis, hoc nihil aliud est, quàm supponere id, de quo quęritur, quia obiectum esset verum; si huiusmodi interpretatio sumeretur ex prędictis solùm verbis, sed cum sumatur etiam ex alijs mentem testatoris indicantibus, non potest dici supponi id, quod est in quęstione. Alias si hoc obiectum releuaret destrueretur modus in-
39 terpretandi † mentem testatoris ex coniecturis, qui tamen ab omnibus Doctoribus absq; vlla controuersia admittitur, vt patet ex supra allegatis.

Reliqua verò, quę in contrarium fuerunt adducta, visa sunt sufficienter tolli in alia decisione. Et ideò, parte vtraq; informante, ita fuit resolutum, &c.

☞ * *Fuit iam hoc resolutum sub die 27.Ianuarij 1634. coram eodem Reuerendissimo Patriarcha, est supra in hac parte dec.531.*

REVERENDISS. COCCINO.

Auersana Funeralium.

Die Lunæ 30. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Referuntur nonnulli casus, in quibus remissoria solet denegari, & in quibus nõ. Testes deponentes secundum assistentiã iuris preferuntur alijs contrarium deponentibus, licet illi sint pauciores.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur, quotiescumque adest præsumptio calumniæ.*

2 *Et hæc conclusio eo magis procedit quando calumnia est vehemens. & num.4. 11. 12.*

3 *In remissoriæ petitione an adsit calumnia hoc iudicare spectat ad Iudicem, qui ex varijs causis, & personis solet calumniam concipere, & non concipere.*

5 *Articuli, quando sunt releuantes ex sola præsumptione calumniæ, non denegatur remissoria.*

6 *Calumnia cessat in petitione remissoriæ ex ipsa releuantia articulorum.*

7 *Sed hoc intellige, quando præter releuantiam articulorum datur aliquis fumus.*

8 *Remissoria negatur ad probandum id, quod postquam erit probatum, non releuat.*

9 *Testium depositionem, quæ pro se habent assistentiam iuris, præferuntur alijs testibus contrarium deponentibus.*

10 *Testes illi sunt magis attendendi, qui deposuerunt ante didicita testificata, quam illi, qui postea deposuerunt. & num. 17.*

12 *Remissoria post didicita testificata super ijsdem articulis, vel directo contra-*

trarijs non conceditur.

13 *Sed limitatur ista conclusio, quando articuli magis dantur specificati, & distincti.*

14 *Vel dantur ad coadiuuandas probationes iam factas.*

15 *Vel petitur ad excludendam nouam probationem Aduersarij.*

16 *Testes, qui habent assistentiam iuris pro se, licet sint pauciores illorum, qui contra deponunt, nihilominus præferuntur.*

17 *Dilatio frustra datur, ad probandum id, quod probatum nn releuat.*

DECISIO DLXXV.

PRætendebant aliqui Parochi posse facere officium super cadaueribus, postquam illa fuerint delata ad Ecclesias Sanctiss. Annunciatæ, & S. Sophiæ sitas intra limites ipsarum Parochialium, & Rota censuit contrarium, tam attenta dispositione iuris communis, quàm Constitutionum Synodalium sub die 23. Iunij superioris anni. * Verum quia dicti Parochi per testes probauerant, aliquando fecisse dicta officia, & duodecim testes Oeconomorum probabant, huiusmodi officia fuisse facta de licentia dictorũ Oeconomorum, Parochi hodie petebant remissoriam ad probandum, quod iure proprio fecerunt dicta officia; vnde dubitaui an esset danda remissoria, & Do-
1 mini negatiuè resoluerunt, † quia quotiescumque adest præsumptio calumniæ non datur remissoria. *Cassad. dec. 3. n. 1. de dilat. Rota diuers. decis. 620. numer. 4. par. 4. & in recent. decis. 472. numer.* 2. & fuit dictum in causa *Ragusina matrimonij* 10. *Martij* 1578. *coram Bubalo, san. me. Greg. XV. decis. 48. n. 7. Caualer. decis. 87. num. 7. & decis. 208. in fin.* Et hæc con-
2 clusio eo magis habet locum † quando calumnia est vehemens, vt fuit dictum in causa *Caurien. iurisdictionis* 26. *Febr.* 1487. *coram bon. mem. Oriolen. san. mem. Greg. decis. 414. numer. 8. Rota decis. 726. num. 7. par. 4. diuers. Mantic. decis. 50. nu. 5. & decis. 312. num. 9. & in posthum. decis. 277. num. 3. par. 1.*

In hoc autem casu, quod articuli nedum sint calumniosi, sed vehementer calumniosi, satis patet, quia cum hoc
3 iudicare † pendeat ab arbitrio Iudicis, qui ex varijs causis, & personis solet calumniã concipere, & non concipere, *l. Iudices, auth.* apud eloquentissimum, *C. de fid. instrum.* & fuit dictum *in causa Regien. S. Thom. 10. Decemb. 1576. in ver. dicebam diuersas esse rationes coram Oriolen. Mantic. d. decis. 312. num.* 10. In hoc autem casu prædictis consideratis non potest in-
4 ficiari, † quin calumnia sit vehemens. Primò enim fuit consideratum, quod presbyteri dictarum Ecclesiarum aduersus Parochiales habent intẽtionem fundatam, nedum de iure communi, sed etiam ex Constitutione Synodali. Secundò fuit consideratum, quod per quadraginta annos, & citra ita fuit obseruatum; & hoc probatur ex testibus ætatis 70. 80 & 86. annorum. Tertiò, quia etiam ita declarauit S. Cõgregatio Rituum. Quartò, quia cum plures Parochi essent in causa, alij recesserunt à lite, & vnus solus causam sustinet.

5 Non obstat, quod quando articuli † sunt releuantes ex sola præsũptione calumniæ non denegatur remissoria, quia ex ipsa
6 releuantia articulorum cessat † calumnia: *Egid. decis. 624. Rota decis. 306. num. 1. post secundum volumen cons. Farinacc. et 348. num. 6. par. 1. recent.* quia huic fundamẽto fuit responsum primo, quod hæc
7 possent considerari † si daretur aliquis fumus vltra releuantiam articulorum, vt in *causa Hispalen. præeminentiarum 15. Decembris 1617. coram bon. mem. Martino Andrea, quæ est decis. 593. num. 5. p. 2. in posthum. Adden. ad decis. 81. num. 6. san. mem. Greg. Cassad. d. decis. 3. nu. 2. de dilat. Verall. decis. 56. num. 3. par. 3.* & fuit dictum *in causa Burgen. Sepulturæ 21. Apr. 1606. coram bon. mem. Episcopo Attrebaten.* In hoc autem casu nullus datur fumus, quod inuitis dictis Oeconomis Parochi officium fecerint. Secundò fuit re-
8 sponsum, † quod cessat releuantia, quia probato etiam, quod inuitis Oeconomis dictarum Ecclesiarum Parochi fecerint officium; nihilominus ista probatio non releuaret, cum adsit probatio per testes
9 in contrarium, quorum depositiones † cũ habeant pro se assistentiam iuris cõmunis, & Constitutionis Synodalis in concursu deberent præferri testibus deponẽtibus contrarium, *Federic. de Senis consil. 185. in princip. per cap. sagestum de iure patron.* etiam quod essent pauciores numero, *Alexand. cons. 27. num. 4. vers. denique ad depositionem lib. 2. cons. 192. nu. 4 lib. 2. Bald. cons. 38. numer. 2. & 3. vers. veniamus igitur lib.* 5. & eo magis essent

atten-

attendendi testes Oeconomorum con-
10 tra testes Parochorum, quia † isti pro Parochis examinarentur post didicita testificata, *Castr.d.cons.* 192.*num.* 4. *lib.* 3. Tertiò fuit responsum, quod hoc casu
11 non agitur de simplici calumnia, † sed de calumnia vehementi, vt supra probatum fuit, & sic cessat obiectum.

Et prædicta eò magis placuerunt Dominis, quia petitur hæc remissoria post
12 didicita testificata, quo † casu super ijsdem, vel directo contrarijs non datur remissoria, *cap.cum venissent de testibus*, & hoc propter timorem subornationis, *cap. fraternitatis, vbi Doct. de testib. clement.fin. eodem tit.leg.per hanc, vbi Bart. num.*5. *C.de temporib. appellat. san. mem. Gregor.decis.*497.*num.*1.*& decis.*583.*numer.* 1. & fuit resolutum *in causa Nepesina tutelæ* 7.*Iunij* 1627. *coram R.P.D.meo Merlino*. Et quamuis hæc conclusio in-
13 ter alia soleat limitari, † quando articuli magis dantur specificati, & distincti, *sanct.mem.Greg.decis.*191.*nu.*3. & quan-
14 do dantur ad† coadiuuãdas probationes iam factas, *Gabr. de testibus conclus.* 21.
15 *num.*38. Maximè quod † petitur ad excludendum nouam probationem Oeconomorum, *Rota in recent. decis.*677.*n.*5. *par.*1. Nihilominus fuit responsum, dictas limitationes non applicari ad casum de quo agitur, quia cum presbyteri habeant intentionem fundatam de iure, & Constitutione Synodali cõtra Parochos,
16 eorum testes essent præferendi, † etiam quod essent pauciores, cum pro eis concurrant supradicta, & in specie quod te-
17 stes Parochorum essent examinati† post didicita testificata, vt pulchrè *per Castrens. cons.* 192. *num.*4. *lib.*2.

Ex quibus cum appareat, articulos nedum esse calumniosos, sed vehementer tales, & etiam irreleuantes, ex omni parte est deneganda remissoria, vt patet ex prædictis, & præsertim ex irrele-
18 uantia † cum frustra dilatio detur ad probandum id, quod probatum non releuat, *l.ad probationem, & ibi Castrens. num.*5. *C.de probat.Cassad.dec.*2. *de dilat. Caputaq.decis.*66. *num.*1.*par.*3. *Rot. dec.* 772. *par.*1. *in posthum. Oldrad. cons.*316. *num.*1.*Roman.cons.*226. *num.*3. *Cæsar de Graff. dec.*1. *num.* 5. *& decis. seq. de dilat. Rota in posthum.decis.*593.*num.*1. *& decis.*561.*num.*1.*par.*2.

Et ita conclusum vtraque parte, &c.

☞ * *Est supra in hac parte decisio* 552.

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. MACHIAVELLO.

Imolen̄ Saluiani.

Die Veneris 11. *Maij* 1635.

ARGVMENTVM.

Creditum non sufficit probare in genere ad hoc, vt sit locus Saluiano interdicto, sed constare de eius specifica, & determinata quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Saluiano interdicto vt sit locus, non sufficit de credito in genere, sed debet etiam eius certa, ac determinata quantitas apparere.*

2 *Ad hoc, vt per illius oblationem possit ille, qui conuenitur, & iudicium euitare, & scire pro quo tempore sit ab illo retinenda possessio.*

3 *Fructuum liquidatio fieri potest per numerationem annorum calculando ex computo arithmetico, vbi certum est ad quam summam ascendat quolibet anno.*

4 *Creditor census, licet possit agere ad immissionem rerum censuatarum, tamen si talium rerum reperitur possessor, tenetur prius diminuere eius creditum pro rata ei tangente, pro qua non debetur immissio, sed solum pro ea, quæ remanet, facta deductione, & num.* 5.

6 *Instrumentum per lectionem Scripturæ probat illud, quod constat.*

7 *Emens rem à debitore alteri obligatam, cum hoc, vt ex pretio soluatur creditori, pretio illi soluto, succedit in iuribus dicti creditoris.*

8 *Accollatio habet vim solutionis.*

9 *Circuitus inutiles tollendi sunt.*

10 *Exceptio cedendarum non impedit iudicium Saluiani.*

11 *Iura contra se ipsum nemo tenetur cedere. & num.* 14. 16.

12 *Regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, facilè est concedendum, declaratur.*

13 *Dec. opinio in cons.* 104. *quando intret.*

15 *Decis. in Romana Saluiani* 20. *Nouemb.* 1630. *coram R.P.D. meo Merlino, in quibus terminis loquatur.*

17 *Valor rei probari debet iuxta tempus contractus.*

18 *Fun-*

18 *Fundus ob alienationem prædiorum cohærentium, valde diminuta remanet.*

19 *Instrumento posteriori maior fides est adhibenda.*

20 *Instrumenta locationum non sunt admittenda ad probandum valorem rerum.*

21 *Iactare suum nemo præsumitur.*

22 *Confinia, & demonstrationes si probentur, dicitur probata identitas rerum.*

23 *Dictio, circiter, vltra quid modicum non operatur.*

24 *Fundamentum suæ intentionis cuilibet incumbit onus probandi.*

25 *Exceptio pro credito liquido non est retardanda ex prætextu facultatis faciendæ nouæ mensurationis.*

26 *Census non extinguitur, si illius Dominus efficitur dominus prædij censuati, si remaneat tanta pars, super quo substineri possit.*

27 *Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandum rerum identitatem.*

28 *Pro pretij iustitia stat præsumptio.*

29 *Instrumentis magis deferendum est, quàm testibus.*

30 *Ex læsionis causa agendum non est via executiua, sed ordinaria, iudicio rescissorio.*

31 *Lesionis exceptio in iudicio Saluiani non suffragatur.*

32 *Obligatio generalis comprehendit etiam iura dotalia.*

33 *Donationis vigore omnia iura tam actiua, quàm passiua transeunt in donatarium ad instar successionis hæreditariæ.*

34 *Creditor variare non potest, si semel lis est contestata super vna specie bonorum.*

DECISIO DLXXVI.

AD impediendam immissionem in Saluiano, quam Rota sub die 2. Decembris 1633. & 3. Iulij 1634. coram Reuerendissimo Domino meo Decano dixit competere DD. de Papottis, & Quainis in quoddam prædium nuncupatum, il Giardino, Dominus Marchio Riarius huiusmodi prædij possessor duas in contrarium deduxit exceptiones, quarum vnaquæque suis nitebatur fundamentis, sed cum neutra ex ipsis videretur substinens, tota difficultas restringebatur ad quædam prætensa melioramenta, ideoque cum proposuissem dubium, an à supradictis decisionibus esset recedendum, Domini negatiuè respondentes dixerunt dandam esse immissionem, nisi obstent melioramenta, pro quibus liquidandis ordinarunt præfigi terminum.

Prima enim exceptio consistebat in eo
quod creditum, pro quo intentatum fuerat Saluianum esset illiquidum respectu
quantitatis, licet certum quoad substantiam, ideoque dicebant denegandam esse immissionem, cum ad hoc, vt sit lo-
1 cus huiusmodi † remedio, non sufficiat
constare de credito in genere, sed debeat etiam eius certa, ac determinata
quantitas apparere, vt per illius oblatio-
2 nem possit ille, qui conuenitur, † & iudicium euitare, & scire, pro quo tempore sit ab alio retinenda possessio, *Grat. discept. 22. numer. 1. Rota in Maceraten. domus post Pacif. de Saluian. decis. 203. & in recent. decis. 688. numer. 4. & decis. 743. num. 9. par. 3. & in Anconitana Saluiani vlt. Ianuarij 1618. coram R.P.D. meo Pirouano.* Verum visum fuit hanc exceptionem Domino Marchioni non suffragari, quia creditum, pro quo petitur immissio, est satis certum, ac liquidum, cum de eo constet ex publico instrumento census continente annuos fructus in
3 libr. 1591. & sold. 15. quorum † quantitas calculatur ex computo arithmetico, vnde circa ipsam nulla oriri potest incertitudo, nec alia requiritur liquidatio, vt benè aduertit *Rota decis. 608. num. 5. par. 3. recent.* & sensit *coram Card. Caualer. decis. 323. ante fin.* non obstantibus quibuscumque oppositionibus, quibus ex infra dicendis modo satisfiet.

Primo enim obijciebatur, quod postquam à Saxatello debitore prædium, de quo agitur, D. Marchioni venditum fuerat, DD. de Papottis, & Quainis emerint etiam ipsi ab eodem Saxatello prædium Montis Riccij, Palatium Imolæ, Viridarium, & alia bona, quæ pro supradicto prædio antea vendito hypothecata præsumuntur, ideoque licet tanquam creditores census possint agere ad immis-
4 sionem, tamen ex alio capite, † vti possessores talium bonorum teneantur prius diminuere eorum creditum pro rata eis tangente, pro qua non debetur immissio, sed solummodo pro ea, quæ remaneret facta reductione, *l. cum possessor, ff. de cens. Speculat. in tit. de cess. act. §. 1. num. 27. Capic. decis. 51. nu. 8. Roderic. de ann. red-*

reddit. lib. 2. & 9. num. 62. vers. aduerte tamen Milan. decis. 1. nu. 25. lib. 2. Giub. decis. 25. num. 5. Rota in Romana Saluiani 17. Iunij 1624. coram R.P.D. meo Pirouano; cum ipsi non debeant reputari melioris conditionis, † quàm esset quilibet
5 extraneus si huiusmodi bona vltimo loco alienata possideret; vnde repelli possent exceptione dolo petis, stante quod D. Marchio pro prædio executionẽ passo in eodem instanti posset actione hypothecaria ipsos conuenire. *Rota in Romana de Cassanis coram Card. Sacrato, quæ est decisio 18. num. 7. apud. Zacch. de societ.* sed hæc visa fuerunt non obstare, quia difficulas tollitur ex facto, in quo ostenditur si milia bona non esse obligata pro liberatione prædij contrauersi, quoniam empti fuerunt cum onere soluendi creditoribus D. Marchionis anterioribus, de quorum solutione cum re-
6 portatione iurium constat † ex publicis instrumentis, *c. cum dilecti, vbi not. Abb. num. 2. de donat Bald. in l. interest num. 2. C. de solut.* vnde Domini de Papottis, & Quainis nullo pacto tenentur eorum creditum diminuere, cũ D. Marchio non possit contra ipsos vti possessores taliũ bonorum regressum vnquã prætendere eò quia ab huiusmodi possibili euictione ipsi tuẽ-
7 tur iuribus † anteriorum creditorum, in quorum loco soluendo successerunt. *l. si potior vbi glos. C. de his, qui in potior cred. loc. succed. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 29. num. 5. & seqq. Rot. cor. Reu. D. meo Decano d. 359. num. 1. & seqq.* quæ quidem solutiones, quando etiam non apparerent, prout apparent, nihilominus ad hunc effectum sufficeret, quod sub hac conditione fuerit commissa stipulatio, & quod DD. de Papottis, & Quainis præuia Saxatelli debitoris quietantia huiusmodi antiquiora debita sibimetipsis accollauerint, quia accollatio
8 † habet vim solutionis, *Mastrill. decis. 37. num. 7. Monac. decis. Bonon. 54. nu. 10. Giurb. decis. 53. num. 10. circa fin. Rot. in Maceraten. seu Camerinen. cessionis 17. Martij 1632. coram R. P. D. meo Merlino.*

Secundò dicebatur, quod ijdem de Papottis, & Quainis postquam essent satisfacti de fructibus huiusmodi census, tenerentur actiones cedere D. Marchioni, qui ita euaderet anterior omnium supradictorum creditorum, & posset ex hoc iure cesso bona supranominata ad resarciendum suum damnum, statim vendicare, cum veritas sit, quod iura per Dominos de Papottis, & Quainis ab antiquioribus creditoribus reportata, licet anteriora venditioni factæ D. Marchioni, sunt tamen posteriora censui, ideoque
9 ad tollendos † circuitus inutiles videatur dicendum retardandam esse hanc immissionem, cui resistit exceptio ceden-
10 darum, † quæ impedit iudicium Saluiani, *Rot. coram Gregor. XV. decis. 67. nu. 9. & in Romana Saluiani coram Patriarcha Manzanedo apud Marches. p. 2. fol. 469. num. 7.* sed hæc pariter visa fuerunt non obstare, quia DD. de Papottis, &
11 Quainis non tenentur † cedere iura contra se ipsos, sed solummodo talia qualia, prout latè discusso articulo aliàs resolutum fuit in vna *Romana Saluiani 20. Nouemb. 1630. coram R. P. D. meo Merlino*, cum qua Domini hodie transierunt, quia cum huiusmodi cessio sit facienda non ex natura rei, seu in vim præcedentis obligationis, prout accidit in fideiussore,
12 sed ex quadam æquitate, & legis humanitate desumpta ex regula, † quod tibi nõ nocet, & alteri prodest, nullo modo cogi debent isti Domini de Papottis, & Quainis ad hoc faciendum nam talis cessio esset eis obfutura. *Vrsill. ad Afflict. decis. 319. num. 5. in fin. Christof. Torniel. cons. 26. num.* 102. cum citatis in supradicta Romana Saluiani, vbi etiam
13 respondetur *Dec. cons.* 104. † quod nostro casui non applicatur, sicuti pariter non applicantur Doctores, ac reliqua iura in contrarium allegata, quia vel loquuntur in terminis fideiussoris, vel procedunt in creditore agente contra tertium possessorem anteriorem, qui sunt casus valdè diuersi à casu præsenti, nam licet isti creditores census tanquam possessores aliorum bonorum communis debitoris repræsentent duplicem personam, exinde tamen non sequitur, quod debeant cede-
14 re iura contra † se ipsos tanquam tertios possessores, non tanquam creditores census, quia cum in vtroque casu ipsi sint anteriores D. Marchioni, vt patet ex præcedentibus nullo pacto, & sub neutra formalitate tenentur cedere similia iura, nam circuitus, qui ex huiusmodi cessione sequerẽtur, & qui venit omninò euitandus, non terminaretur in præiudicium ipsorum de Papottis, & Quainis, sed in damnum D. Marchionis, qui cum sit posterior ipsis quomodocunqueconside-

ſideratis in quolibet iudicio poſtquam
plurimas ad inuicem ceſſiones tandem
teneretur vti poſterior ſuccumbere, &
DD. de Papottis, & Quainis tanquam
omnimodè anteriores victores ſemper
euaderent: vnde non poteſt diuerſificari
caſus noſter à ſupradicta R. P. D. mei
15 Merlini deciſione, † quæ loquitur in his
terminis, ſed imò circa hoc neque licet
in contrarium hæſitare, quia Dom. Mar-
chio poteſt contra alios ſe reualere, ni-
mirum contra hæredes eorum, qui pro
ſecuritate prædij, de quo agitur, fide-
iuſſerunt, quia etiam hæredes propriam
obligationem agnoſcentes poſt motam
litem in vim nouæ conuentionis ipſum
ab omnibus damnis, ac moleſtijs releua-
re omninò indemnem promiſerunt, vn-
de cum ſit ei hoc modo aliunde conſul-
tum, non eſt cur quærat ſupradictam ceſ-
16 ſionem, cum † ita deficiat principale
fundamentum dicentium illam fieri de-
beri etiam contra ſe ipſum, vt colligitur
ex *Dec. d. conſ.* 104. *num.* 6. *&* 9.

Tertiò opponebatur inſtrumentum
dationis in ſolutum Balbinæ, & Salua-
doræ, in quo hæc prædia ſub enuncia-
tiua tornaturarum cirtiter 170. reſeruata
tamen facultate faciendæ nouæ menſu-
rationis ceſſa fuerunt non ſolum pro fru-
ctibus decurſis, & non ſolutis vſque ad
annum 1619. ſed etiam in futurum ſuper
hoc eodem cenſu decurrendis, vnde in-
ferebatur neceſſariũ eſſe antea perſpice-
re, an ex fructibus ita perceptis reman-
ſerit, vel valde diminutum, vel omnino
extinctum creditum, pro quo nunc agi-
tur, cum ex quibuſdam inſtrumentis an-
ni 1604. & 1611. colligi poſſe videatur
hæc prædia continere maiorem tornatu-
rarum quantitatem quam in ſupradicto
inſtrumento dationis inſolutum fuerit
expreſſum, & ita locum habuiſſe pactum
ibi appoſitum, quòd illud plus cederet
in ſatisfactionem fructuum decurrendo-
rum, itaut incertum modo remaneat pro
qua ſumma ſit danda immiſſio, cum in-
certum ſit, quantum hucuſque fuerit ex
ſuperabundanti portione preceptum, ſed
neque hæc viſa fuerunt obſtare, quia
prædia data inſolutum verè non exce-
debant tornaturas circiter 170. vnde in-
ſeruire ſolummodo potuerunt pro præ-
teritorum, non autem futurorum fru-
ctuum extinctione, cum in ipſis prædijs
præter ſummã correſpondentem debito,
nihil plus ſuperabũdaret. Nec quicquam
releuant inſtrumenta anni 1604. & 161[1]
17 quia non percutiunt tempus † huiuſmo-
di dationis inſolutum, ſed celebrata fue-
runt per plures annos ante. *Rota coram*
Papa Greg. XV. deciſ. 553. *num.* 3. vnd[e]
poſſibile eſt quod medio tempore prædi[a]
hæc Balbinæ, & Saluadoræ per aliena-
18 tionem † reliquorum prædiorum cohæ-
rentium valde diminuta remanſerint ad
tradita per *Cephal. conſ.* 98. *num.* 22. *&*
ſeqq. Mareſc. variar. reſol. lib. 1. *cap.* 12.
num. 19. itaut de anno 1619 ad quanti-
tatem tornaturarum 170. redigi potue-
rint, prout redacta fuiſſe colligitur ex eo-
dem inſtrumento dationis inſolutum de
19 tali tempore celebrato, cui vti † poſte-
riori eſt maior fides adhibenda, & in quo
præſumitur accuratiori diligentia ex-
preſſionem quantitatis factam fuiſſe cum
in ipſo ageretur de translatione dominij,
& non de ſimplici locatione, prout in
20 alijs inſtrumentis † agebatur, quæ ideo
non eſſe admittenda ad probandum re-
rum valorem *trad. Gratian. diſcept.* 600.
num. 4. *& Rot. deciſ.* 981. *par.* 4. *diuerſ.*
vltra quod impoſſibile eſt credere Saxa-
tellum adeo fatuũ tunc extitiſſe, vt præ-
dia tornaturarum 300. dare voluerit pro
ſolis tornat. 170. ideoque tam ex ſupra-
dicta poſſibilitate diminutionis prædiorũ
quàm etiam ex hac manifeſta inueriſimi-
21 litudine, quod quis voluerit iactare †
ſuum ſatis turbida, atque incerta red-
ditur hæc exceptio, & è contra magis
clara apparet veritas numeri tornatura-
rum inſtrumenti dationis inſolutum cum
benè in facto probetur duo fuiſſe prædia,
quæ ab eodem Saluadore colono nomen
acceperunt, quorum vnum cum ſolum-
modo conſtet tornaturis 30. ſi cum præ-
dio Balbinæ connectatur optimè perficit
quantitatem tornaturarum circiter 170.
cuius quidem prædij demonſtrationes,
ac confinia benè concordant cum deſcri-
ptis in inſtrumento dationis inſolutum,
vnde indubitanter deſumitur iſtud fuiſſe
22 prædium, quod † datum fuit inſolutũ,
cum clarè ita probetur eius identitas,
Surd. conſ. 44. *nu.* 16. *Rota coram Greg.*
XV. deciſ. 575. *num.* 4. & ſic nulla eſt
modo habenda ratio alterius prædij Sal-
uadoræ, quod non fuit datum inſolutũ,
vt ex diuerſitate confinium deſumitur,
& cuius magna quantitas tornaturarum
adeò ſupradictum numerum 170. exce-
deret, vt neque poſſet in tali inſtrumen-
to vigore dictionis circiter contineri, cũ
talis

23 talis dictio, † vltra quid modicum non referatur. *Surd. cons. 376. num. 15. Menoch. de arbitr. cas. 46. num. 5. cum alijs relatis per adden. ad Greg. XV. decis. 128.* ex quibus firma remanet intentio DD. de Papottis, & Quainis, itaut Domino Marchioni asserenti fuisse plures tornatu-
24 ras, incumbat onus id † concludenter probandi, tanquam fundamentum suæ exceptionis, *l. ei incumbit ff. de probat. l. quingenta, ff. eod. l. 1. ff. de except.* & in-
25 terim ex prætextu facultatis † faciendæ nouæ mensurationis non est retardanda executio pro credito liquido, vt in terminis *tradit Ceph. cons. 643. n. 11. ad med. seqq. Vinc. de Franch. decis. 292. num. 3. Mant. decis. 66. num. 4. & 12.*

Quartò arguebatur, quod cum prædium Balbinæ datum in solutum fuerit vnũ ex censuatis dici debeat censum remansisse proportionabiliter extinctum, itaut modo non competat Saluianum pro tota summa, sed respondetur, quod quicquid sit de huiusmodi prædij identitate, quæ sanè non probatur, vt aliàs dictum fuit, firma adhuc remanet conclusio, quod
26 stante † capacitate prædij, de quo agitur, quæ satis ex testibus probata apparet, census super ipso totaliter se substinuit, nec quoad vllam partem diminutionem sentit, *Cenc. de cens. par. 3. cap. 1. quæst. 5. num. 7. & 8. fol. 261. Duard. eodem tract. §. 5. quæst. 33. num. 21. Rota in Romana retractus coram Vbaldo sen. impress. post eundem tract. Cenc. decis. 71. num. 8. & seqq.* quod quidem prædium fuisse vnum ex censuatis controuerti neutiquam potest, cum ex pluribus demonstrationibus appareat eius identitas,
27 & † tamen duæ tantum sufficerent, *Surd. dicto cons. 44. num. 16.* cum alijs supracitatis; sicuti pariter, neque etiam obstat, quod dicebatur bona hæc alienata fuisse vilissimo precio, itaut pro illa quantitate, quæ in venditione defuit habito respectu ad istud precium DD. de Papottis, & Quainis teneantur modò eorum creditum excomputare, quia responsum
28 fuit quod † præsumptio stat pro iustitia precij conuenti, de quo apparet per publica instrumenta, *Rota coram Gregor. XV. decis. 194. num. 21. & decis. 524. num. 5. & decis. 553. num. 2. & in Firmana Saluiani 24. Maij 1632. coram R. P. Domino meo Pirouano*, nec quicquã officit quod à testibus pro Domino Marchione nuper examinatis in contrarium asseritur, quia ex relationibus extimatorum manifestè deducitur in similium bonorum alienatione nullam omninò considerari posse læsionem, quorum extimatorum iudicio concurrente supradicta
29 præsumptione † ex instrumento magis deferendum esse, quàm testibus, dixit in specie *Bero. cons. 102. nu. 23. lib. 3. Bursatt. cons. 184. num. 20. ad med.* & denique ex hoc capite nullo modo posset re-
30 tardari immissio, † sed agendum esset via ordinaria in iudicio rescissorio, *ex l. 2. C. de rescind. vend.* quia huiusmodi
31 obiectio † in iudicio Saluiani non suffragatur ex adductis in alia huius causæ decis. 27. Nouembris 1634. coram me.

Altera verò exceptio consistebat in eo, quod huius prædij retentio ex duplici capite D. Marchioni competere videbatur, & primò ex eo quod Annibal, & Iulius filij Saxatelli pro euictione dicti prædij omnia sua hipothecarunt, sub qua
32 generali † obligatione, cum etiam iura dotalia Lucretiæ eorum matris comprehenderentur, *l. vxori meæ, vbi Bart. nu. 2. ff. de vsufruct. legat. cum congest. per Surd. cons. 4. num. 22. & seqq. Gratian. discept. 507. num. 1.* & talia iura quocunque alio credito anteriora in bonis Saxatelli patris essent ipsis debita, rectè poterat prætendere D. Marchio ex eorũ persona huius prædij retentionem, & ita quoscunque alios creditores excludere: Verum hæc difficultas fuit sublata ex concludentibus probationibus, quod huiusmodi creditum dotis extinctum
33 omninò remanserit, tum † propter donationem factam ab eodem Saxatello ipsi Lucretiæ, cuius vigore iura omnia, tam actiua, quàm passiua in eius personam transire ad instar successionis hæreditariæ, *Gratian. discept. 256. num. 17. Boer. decis. 204. num. 43. Rota in Romana bonorum de Ceulis 10 Maij 1593. coram Orano, & in Narnien. iurispatronatus 13. eiusdem mensis 1633. coram R. P. D. meo Dunozet.* tum etiam quia Annibal, & Iulius eius filij tam vigore dotis, quàm huiusmodi donationis obtinuerunt coram iudice manuteneri in possessione bonorum paternorum, vt patet ex sententia graduatoria, per quam ipsi inter reliquos creditores graduati fuerunt in secundo loco, vnde cum ita
34 fuerint de tali dote † iam satisfacti ex eorum persona ad reliqua bona Saxatelli patris nemini patet amplius ingres-

 sus

sus, *Bart. in l. eum qui certarum* §. 1. *num.* 4. *ff. de verb. obligat. Capyc. decis.* 33. *num.* 3. *Surd. cons.* 413. *num.* 12. & denique non potest haberi ratio huius dotis, quia antequam Annibal, & Iulius eam D. Marchioni obligarent, Lucretia mater secuta supradicta donatione fideiussit pro Saxatello viro adfauorem DD de Rotis, qui post obitum eiusdem Lucretiæ, vigore talis fideiussionis citatis supradictis filijs, & hæredibus obtinuerunt sibi adiudicari bona in donatione comprehensa, nedùm doti coæqualia verum etiam maioris existimationis; vnde huiusmodi dos Lucretiæ fuit hoc modo euicta, & consequenter prætensa hypotheca, & obligatio ad fauorem D. Marchionis, vel nunquam adfuit, vel statim euanuit.

Secundum caput ex quo prætendebatur retentio, fundabatur in quibusdam melioramentis, de quibus videbantur deponere aliqui testes nuper in Curia examinati; verum circa hoc Domini nil aliud dixerunt, nisi quod pro eis liquidandis præfigatur terminus, vt exindè clarè possit apparere, an constet de tali eorum existentia, quæ obstet immissioni vel potius locus sit cautioni.

Et ita vtraque, &c.

¶ *In hac causa adsunt aliæ decisiones, sed non in hac parte, scilicet sub diebus* 18. *Aprilis* 1636. *&* 9. *Iunij eiusdem anni coram eodem Cardin. Machiauello, & alia sub die* 27. *Februarij* 1637. *Et quidem magistralis coram R.P.D. meo Ghisilierio.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Vlixbonen. iuris conferendi Habitum.

Die Veneris 25. *Maij* 1635.

ARGVMENTVM.

Discutitur in hac decisione, Ad quem pertineat dare habitum Tertij Ordinis S. Francisci, vel Fratribus Tertiarijs, vel Minoribus de Obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis Tertij S. Francisci, omnes, cuiuscumque qualitatis, sexus, & status capaces sunt.*

2 *S. Franciscus præscripsit Trino Ordini certas Regulas, quarum prima, & secunda Minorum, & mulierum, ab Honorio III. fuerunt confirmatæ.*

3 *Tertius verò, pro Tertiarijs à Sede Apostolica de anno* 1390. *sub Nicolao IV. fuit confirmatus.*

4 *De Ordine Tertio Regulari S. Francisci Canones, & antiqui Doctores mentionem non faciunt, sed tantummodo de Tertiarijs in seculo degentibus.*

5 *Ius certum, & casus legis, quando habetur, non est vlterius quærendum.*

7 *Conuentus Ordinis S. Francisci, vt fieri valeat, quid Regula in hoc disponat.*

8 *Ordinis Tertij S. Francisci habitus, etiã ante annum* 1390. *infinitos receperunt. & num.* 6. *& num.* 26.

9 *Consuetudo legitimè per plura secula præscripta, potest dare iurisdictionem.*

10 *Iurisdictionem duo possunt dare, nempe priuilegium, & consuetudo. & n.* 23.

11 *Consuetudo an cesset, superueniente aliqua Constitutione in contrarium.*

12 *Per visitationem, & subiectio, ac iurisdictio respectiuè inducitur.*

13 *Habitum Religionis dandi facultas, est actus iurisdictionis.*

14 *Consuetudo repugnans, & incompatibilis cum aliqua Constitutione, cessare debet.*

15 *Lex noua, si superueniat, corrigens consuetudinẽ in contrarium d. consuetudine quis iuuari non potest.*

16 *Vnus, vel duo, licet non possint facere Vniuersitatem, aut Conuentum, tamen in vno, aut in duobus potest conseruari.*

17 *Consuetudo, in quibus casibus acquisita, conseruet iurisdictionem, ita vt non possit abrogari per legem superuenientẽ.*

18 *Consuetudo vim legis habet.*

19 *Generi, numquam per speciem derogatur, nisi quando contraria determinantur per Principem, Legem, Statutum, Consuetudinem, aut præscriptionem, vel ab habentibus facultatem contraria generi disponendi.*

20 *Ecclesia filialis erecta intra fines Matricis, in eius separatione non priuat Matricem suo iure percipiendi decimas, nec gaudendi iuribus Parochialibus, nisi ab habente facultate, id sancitum fuerit.*

21 *Actor, postquam fundauit intentionem suam, reo incumbit onus probandi de eius bono iure exclusiuo illius actoris.*

22 *Ex Priuilegiorum reuolutione non reperitur aliquod Breue, seu Bulla concessa*

sa Fratribus Minoribus, circa materiã recipiendi Fratres, aut Sorores ad habitum Tertij Ordinis.

24 *Ad acquisitionem iuris priuatiui non sufficit probare non ius tertij, nisi etiam probetur proprium ius.*

25 *S. Franciscus ab origine instituit Ordinẽ Tertium, omninò separatum, & independentem ab alijs, & seperatas Regulas præscripsit.*

27 *Ius tale, si quis asserat ad se spectare, ei incumbit onus probandi.*

28 *Sententiæ, quæ non sunt de actis, non attenduntur.*

29 *Laici extrà Claustra, & Congregationes viuentes non dicuntur propriè Religiosi.*

30 *In Possessionum concursu, qualis sit attendenda.*

DECISIO DLXXVII.

QVAESITVM fuit, omissa disputatione super possessorio summarijssimo retinendæ, an constet de bono iure in casu, de quo agitur; quod eò tendit, ad quem pertineat dare habitum Tertij Ordinis S. Francisci, vel fratribus Tertiarijs, vel Minoribus de Obseruantia? Et constare de bono iure Fratrum de Obseruantia fuit responsum.

Fundamentum huius resolutionis desumitur ex primordiali existentia Ordinis fratrum Minorum de Obseruantia, quia tempore nascentis Religionis Seraphici Patris, tres ab eo emanarunt distincti Ordines fratrum, scilicet Minorum, quem anno Domini 1208. & suæ ætatis 27. Conuersionis verò 2. Sanctus instituit. Secundum pro mulieribus de anno 1212. sub vexillo S. Claræ. Tertium pœnitentium de anno 1221, & hic postremus cæptus est nuncupari Tertius Ordo, cuius omnes cuiuscunque quali-
1 tatis, † sexus, & status capaces sunt, Clerici, Laici, Coniugati, Virgines, Viduæ, & Cnniugatæ extra Claustra degentes, & in proprijs domibus habitantes, & Ordinem ingredi, & profiteri possunt. *gloss. in clem. Cum ex eò vbi Vital. num. 3. & Imol. num. 4. de sentent. excomm. Calder. cons. 7. de for. compet. Fed. de Senis cons. 150. num. 2. Gemin. cons. 41. num. 2. Socc. sen. cons. 245. num. 1. volum. 2.* ab eodemq. sancto præscriptæ
2 fuerunt Trino ordini certæ regulæ† quarum prima, & secunda Minorum, & mulierum ab Honorio III. fuerunt confirmatæ; vltima verò pro Tertiarijs non prius à Sede Apostolica. quàm de anno
3 1390. sub † Nicolao Quarto apparet confirmata; sæculis postmodum elapsis ab erectione Tertij Ordinis, & interim auctis gratijs, & priuilegijs spiritualibus tanquam ab hoc genere, & cætu vniuersali emanauit Regularis Ordo Tertij Ordinis in sua specie magis perfectus quoad habitum, ac viuendi modum, & votorum solemnem emissionem, cuius confirmatio contigit primò de anno 1507. sub Iulio Secundo, & postmodum de annò 1521. Leonis X. Pontificatus anno octauo, ex quibus tamquam in facto non controuersis plura sequuntur. Primò, quod facultas conferendi habitum fratribus, & sororibus laicis ex vi regulæ à Nicolao Quarto approbatę, non autem alio iure, pertinere dignoscitur. Secundò antequam hæc species Tertiarij Ordinis regularis à suo genere esse desumpta, vel ab eodem producta, huiusmodi facultas ferendi habitum in suspenso esse non potuit, nec per alios, quàm Ministros Minorum fratrum in suis casibus exerceri potuit. Tertiò, quod hæc species viuendi in maiori perfectione, tanquam producta à suo genere, ex se non est apta assumere priuatiuè omnes qualitates generi adhærentes, nisi ab habente facultatem fuerint concessæ.

Prima propositio euidenter probatur.
4 Quia Canones, † & antiqui Doctores de Ordine ipso Tertio Regulari mentionem non faciunt, sed tantummodo de Tertiarjs in sæculo degentibus, vt videre licet ex supradicta *clem. cum ex eò*, & ponunt *Vital. & Imol. Cald. & alij supra allegati*, & idem dicunt *Bald. in l. placet, num. 13. C. de Sacrosan. Eccles. Ang. cons. 218. nu. 1. & seq.* Vndè semper ad cognitionem pertinentiæ istius iuris conferendi recurrendum est ad regulam au-
5 ctoritate Apostolica confirmatam, † tãquam ad ius certum, & casum legis, *l. Ancillæ C. de furt. Dec. cons. 563. nu. 12.* & in terminis de Bulla ponunt *Nauar. in tract. de spol. Cler. §. 6. car. 36. Caualcan. dec. 44. num. 3. Surd. cons. 333. num. 12.*

Secunda pariter consequentia concludenter iustificatur. Nam quod facultas
6 tradendi † habitum nunquam in suspenso esse potuerit, aut fuerit, patet, quia Sanctus à die Constitutionis istius Ordinis

nis cœpit conferre multis habitum, & successiuè idem fecerunt ministri successores vsque ad confirmationem Regulæ sub Nicolao IV. de anno 1390. quandoquidem de eo tempore non vigebat Regularis Ordo Tertij Ordinis, neque Fratres, aut Sorores ante confirmationem erant certi ex vi Regulæ, an possent eligere à se ipsis, & de se ipsis ministros ad quos spectabat dare habitum ingredi volentibus, sed tunc fuit determinatum, & per modum consilij ab eodem Nicolao IV. in confirmatione Regulæ, vt ministros de se ipsis eligerent, & deindè antequam hęc secunda proles fœcundaret, statim Conuentum facere nō potuerunt in omnibus respectiuè Orbis vniuersi Ci-
7 uitatibus, Castellis, & locis pro † deputatis Ministris iuxta formam Regulæ *cap. 2. & 16.* sed erat expectandum incremētum sufficiens pro Conuentu faciendo in alijs locis Religiosis, & interim certum est, quod ab alijs quàm Ministris Mino-
8 rum de Obseruantia habitus † conferri non poterat, & tamen infinitos habitus Tertij Ordinis recepisse vsque ad annum 1390. testantur omnes Chronistæ huius Sacræ Religionis, *Marcus Vlixbonen.p.1 Chronicæ Minorum lib. 1. cap. 33. & lib. 9. cap. 9. Pater Gonzaga in sua Chronica p. 1 §. Cum autem pag. 3. Miranda in suo manuali Prælatorum in expositione 3. Regulæ cap. 1. num. 9. cum seq.* cum alijs, quæ possent allegari; quæ facultas, & seù iurisdictio vltra prætensas bullas, & priui-
8 legia Apostolica, si quæ † sunt, illam tamen potuit dare cōsuetudo legitimè per tot sæcula præscripta; *cap. Conquestus 9. quæst. 3. cap. irrefragabili §. 1. & cap. dilectus in princ. & de off. ordin. & cap. cum contingat de for. compet. vbi Io: Andr.* dicit, quod alibi non reperitur, quod consuetudo tribuat iurisdictionem, & *Abb. ibidem num. 5.* reassumit dicens, duo es-
10 se, † quæ possunt dare iurisdictonem, priuilegium, & consuetudo, & pluribus ibidem comprobat *Felin.* & plenius *Surd. consil. 465. num. 4. & seq. lib. 4.*

Neque obstat, quod hæc ipsa consue-
11 tudo † cessauerit superueniente Bulla confirmationis Regulæ de anno 1390. sub Nicolao IV. in qua expresè determinatur, quod Fratres habere debeant Ministros ex se ipsis, Regula autem *c. 2.* tribuit iurisdictionem conferendi habitū Ministris, non autem Fratribus Minoribus, & quod plus est in *cap. 16.* eiusdem Regulæ confirmatæ, postquam sancitum est, quod Ministri, ac Fratres, ac Sorores Ciuitatis, & loci cuiuslibet ad visitationem communem in aliquo loco religioso, vel Ecclesia conueniant; subditur, & Visitatorem habeant Sacerdotem qui alicuius approbatæ Religionis existat nec quiuis alius possit eis huiusmodi officium visitationis exhibere, vndè dicebatur si officium Visitatoris non est concessum Minoribus de Obseruantia; sed Sacerdotibus indistinctè approbatæ Re-
12 ligionis, per quod † & subiectio, ac iurisdictio respectiuè indicitur, *cap. conquerente de off. ord. Soccin. de visit. nu. 4. vers. decimo quæro, Rota decis. 196. num. 2. p. 2.*
13 *diuers.* & facultas dandi habitum † est pœnès Ministros ab ipso cœtu Fratrum, Sororum electos, non autem Minores Fratres, & hoc pariter sit de iurisdictione, *cap. transmissæ, de elect. Lap. alleg. 89. n. 12*
14 consuetudo ipsa tanquam † pugnans, & incompatibilis cum Apostolica concessione cessare debebit, *Bar. in l. nam & posteriores de legib. Abb. consil. 61. lib. 1.* & per consequens Minores neque priuilegium, neque consuetudinem conferendi
15 habitum † habere dici potuerunt, *Alex. cons. 108. colum. vlt. lib. 3. Menoch.* plenè comprobat *præsumpt. 38. num. 8. lib. 6.*

Quia aduerterunt Domini, quod hodie non sunt in causa Fratres, & Sorores vniuersi, vt vniuersi, neque particulares ex singulis Ciuitatibus, & locis ex toto Orbe, qui contendant se exemptos à iurisdictione Fratrum Minorum, vel per visitationem, vel per facultatem conferendi habitum à proprijs Ministris; sed tantummodò Regularis Ordo Tertiarius, & Minores de Obseruantia super iure conferendi habitum Laicis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis in suis casibus, nempè quando prædicti non habent Ministros, vel Visitatores in Ciuitatibus, & locis, in quibus contingit fidelibus habitum petere, vel quando nō sint apti habere ministros, vel Visitato-
16 res, vt in vno, vel duobus, qui † vniuersitatem, aut Conuentum facere non possunt, quamuis in vno, aut duobus possit conseruari, *l. Neratius 85. ff. de verbor. signif. cap. 1. cum gloss. in verb. duo de*
17 *elect.* & tunc consuetudo † acquisita sēper in suis casibus conseruat iurisdictionem, nec per legem superuenientem abrogatur, aut tollitur, modo consuetu-
18 do, † quæ vim legis habet in aliquo etiam

tiam modico potest operari, ita plenè huic Regulæ declarationes quatuor subnectit *idem Menoch. præsumpt.38. nu. 14. & seq.lib.6.*

Tertia,& vltima illatio minorem continet difficultatem, quia species Ordinis Regularis Tertij Ordinis desumptæ ex genere vniuersalis Ordinis omnibus indistinctè competentis, non est apta de per se assumere in se omnes qualitates vniuersalis Ordinis priuando illum facultate deputandi Ministros, & de proprio cœtu eligendos, & Sacerdotes, & pro visitatione, & correctione deputandos, & in se assumere eandem facultatem, & seù facultates conferendi habitum priuatiuè quoad vniuersitatem, quia generi
19 nunquam † per speciem derogatur; Nisi quando contraria determinantur per Principem, legem, Statutum, Consuetudinem, aut præscriptionem, vel ab habentibus facultatem contraria generi disponendi, *Dec.in l. in toto Iure num. 11. & vbi Cagnol. nu.9.in fin.ff.reg. iur. Menoch. consil.141. num. 37. & in præsump. 38. num.14. lib.6. Surd.cons. 352.nu.13. vol. 3.* Et benè conuenit exemplum de
20 Ecclesia filiali erecta intra fines† Matricis, quæ in separatione non priuat Matricem suo iure percipiendi decimas, nec gaudendi iuribus parochialibus, nisi ab habente facultatem id sancitum fuerit, *cap.ad audientiam,de Eccles.ædif.vbi Abb.& alij Canonistæ*, & idem sancitum est per *Tridentinum cap.4.sess. 21.* & nouissimè in Rota fuit resolutum sequendo antiquas decisiones, *in causa Nouarien. decimarum 18. Iunij 1635. coram D.meo Verospio.*

Erit igitur de intentione Regularis Or-
21 dinis Tertiarij probare † acquisitionem iuris conferendi habitum, vt indè appareat de eius bono iure exclusiuo Ordinis Fratrum de obseruantia, quod quidem adhuc probatum, nec iustificatum visum fuit.

Non enim iuuari potest ex eo, quod Ordo minorum nõ doceat de aliqua carta, in qua hoc ius scriptum reperiatur, & hanc negatiuam admittat P. Miranda eiusdem Ordinis Minorum professus in suo Manuali Prelatorum *tom.1.quæst.36.*
22 *art.7*, dicens ex† priuilegiorũ collectore non reperiri aliquod Breue, seù Bullam concessam Fratribus Minoribus circa hanc materiam recipiendi Fratres, aut Sorores ad habitum Tertij Ordinis.

Nam superius sublata est huiusmodi
23 difficultas, quia nedum priuilegio,† sed & consuetudine acquiritur iurisdictio, propterea ad acquisitionem iuris priuati-
24 ui non sufficit probare non ius tertij, † nisi etiam probetur proprium ipsius Ordinis Tertiarij, *Menoch. de adip. rem. 1. num.68. Thesaur.dec.4.in princ.*

Neque ad casum controuersum pertinent, quod ab origine Seraphicus Pater
25 instituerit† Ordinẽ Tertium omninò separatum,& independẽtem ab alijs,& separatas Regulas præscripserit,& dũ Sanctus viuebat iussit Bartholomæũ Cumanum Tertiarium professum pluribus alijs habitum conferre, & dum Tertiarij non erant Regulares sibi ad inuicem habitum conferebant, allegando Chronicam Religionis *in 1. part. lib.1. pag. 178. nu.14.*

Quoniam & hoc præsupponitur per Fratres de Obseruantia, quod ante con-
26 firmationem † Regulæ de Tertiarijs vsque ad Nicolaum IV. infiniti receperint habitum, tàm à Patre Seraphico, quàm à successoribus ministris, vel ipsis mandantibus, quod idem est, & post Regulæ confirmationem ex vi eiusdem Ministri Tertij Ordinis ex se ipsis electi habitum darent ingredi petentibus, sed in consequentia consistit error, si dicatur, ergo ius conferendi, quod non spectat ad Minores de Obseruantia, ad Tertiarios Regulares pertinere debet, quia quod est cõcessum Tertiarijs ab ipsa Regula, ipsi quidem Fratres Minores non possunt mutare, & sibi ipsis appropriare, nempè deputare Ministros ex se ipsis, & eligere Visitatorem, de quibus hodie nõ est agendum, quia, vt dictum supra fuit, non sunt in causa Tertij laici, & sæculares, sed tantummodò Regulares Tertiarij, & Minores de Obseruantia, vt propterea non sequitur, quod in alijs casibus in Regula non comprehensis non potue-
27 rint iurisdictionem acquirere;† Nam asserentibus ab ipsos tale ius fuisse deuolutum, incumbit onus probandi.

Secundò principaliter non obstat ius positiuum pro Tertiarijs allegatum ex Bullis Summorum Pontificum, & innumeris, vt dicitur, Constitutionibus Apostolicis Eugenij IV, Nicolai V. Leonis X. Clementis VII. Pij V. Ponderando præcipuè illam Clementis VII. 1526. 15. Martij anno 4. In qua dicebatur confirmari Constitutiones Eugenij IV. Nicolai V. Sixti IV. Iulij II. Leonis X. & de nouo

nouo concedi, quoad habitum, quod ipse solus Visitator, & non alius in Hispania conferre possit.

Quia ex tenore supradictarum Bullarum, & Constitutionum non legitur prouisum, quod iurisdictio dandi habitum Ministris ab ipso cœtu Confratrum, & Sororũ respectiuè electis de se ipsis à Nicolao IV. concessa, pertineat, aut pertinere debeat Regulari Ordini Fratrum Tertij Ordinis, aut deuoluta intelligi debeat, neque minus in casibus, in quibus non essent electi Ministri de se ipsis, aut non innati Visitatores, quod ius conferendi habitum spectat ad Regulares Tertiarios, qui est propriè casus controuersus, ex quo deputatis iam Ministris secundum formam Regulæ per Nicolaum Quartum approbatæ, neque Minores, neque Tertiarij possunt priuare Congregationes suo iure ipsis non auditis, & in causa non existentibus, & signanter Bulla prædicta Clem. VII. quę in corpore refert alias prædecessorum Pontificum Bullas, & confirmat nihil de Regula Nicolai IV. mutauit, au destruxit, sed tantummodò, quoad Regulares Tertij Ordinis plura sancita sunt, de quibus hodie non est quæstio cum Minoribus de Obseruantia, sed quis ipsorum habeat ius conferendi habitum in sæculo, & in proprijs domibus degentibus, atque ita de iure tertij quæsito est controuersia, non autem de subiectione Tertij Ordinis Regularis.

Et eò minus videntur releuare sententiæ in Summario datę cum literis executorialibus.

28 Quia vltra quod adhuc † non sunt de actis, ex earum lectura patet, eas continere facultatem visitandi personas, & loca Religiosorum, & Monialium Tertij Ordinis, siue Tertiæ Regulæ S. Francisci, atque ita ad Regulares Tertij Ordinis, non autem ad Laicos extra Claustra,
29 & Congregationes viuentes, † qui non dicuntur propriè Religiosi, prout dicũtur Regulares iuxtà declarationem per Leonem Decimum factam vltima Augusti 1517. sui Pontificatus anno quinto, quæ ponitur per *Sillã Collectorẽ in p. 2. pag. 64*

Demum nec potest in obseruantia, aut possessione constitui fundamentum; Quia attenta anteriori, & indubitata possessione Fratrum Minorum, & cum tempore sufficienti ad acquirendum titulum in iure conferendi habitum, vt supra fuit
30 firmatum, de hac posteriori quatenus esset probata, non esset in concursu habẽda ratio, *cap. licet causam de probat. Rot. decis. 595. num. 2. par. 1. diuers. Thesaur. decis. 206. in fin. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 733. cum alijs allegatis per Gratian. discept. 402. num. 1. & 2.*

Et ita, &c.

¶ *In eadem causa habetur infra alia decisio coram eodem bon. men. Reuerendiss. Pirouano sub die 17. Decembris 1635. & altera coram Reuerendiss. P. D. meo Decano sub die 23. Iunij 1636. & vide etiam aliam decisionem prædictas reformantem coram R.P.D. meo Rojas sub die 11. Decembris 1637. Et adhuc causa ista pendet in Rota.*

REVERENDISSIMO PIROVANO.

Imoleñ Prædij.

Die Veneris 2. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Insinuationis defectus, quando opponi non possit. Donatio omnium bonorum, quãdo substineatur. Donationis instrumentum ex quibus coniecturis, & ex quibus nequaquam reddatur suspectũ de falso.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum exemplatum, & recognitum habet pro se præsumptionem veritatis, & solemnitatis.*

2 *Saluianum interdictum datur etiam ad consequendas res legatas.*

3 *Insinuationis defectus non obstat, quando illi cum iuramento fuit renunciatum.*

4 *Quam opinionem semper secuta est Rota, nisi aliud per statutum validè determinatum sit.*

5 *Instrumenta, licet non sint archiuiata intra 15. dies, non obstat, dummodo reperiantur in Archiuio, & Archiuista illa receperit.*

6 *Donatio inualidatur, si facultas testandi remanet penitus sublata.*

7 *Donatio omnium bonorum, &c. valet, si donans sibi vsumfructum reseruet.*

8 *Donatio omnium bonorum semper valet, si donans sibi reseruauit tantum, quantum sufficit ad reperiendum hæredem.*

9 *Donans omnia sua bona, si reseruat sibi vsum-*

vsumfructum, est sufficiens d. vsusfructus, ad quid possibile acquirendum pro testando.

10 *Donationis instrumentum non arguitur illud esse falsum, ob dilationem petitionis rei donatæ.*

11 *ad Agendum nemo est cogendus.*

12 *Donatarius, dum differt petere rem donatam, potius est præsumendum, quod voluerit, quod suum est, donare, quam suspectam reddere donationem.*

13 *Donationis instrumentum, an reddatur suspectum de falso, si donatarius affectauerit petere rem donatam, vsque quo testes in instrumento rogati mortui fuerint, & num. 15.*

14 *Donationis instrumentum inexcusabiliter erit falsum, si testes in eo rogati de tempore donationis iam mortui erant.*

16 *Donatio non ex hoc redditur suspecta de falso, si non fuit facta in Ciuitate, vbi donatarius degebat, sed extra in aliquo Castro, quia hoc potuit fieri, ne dicta donatio publica esset in Ciuitate, vel ex alia causa.*

17 *Interpretatio illa est facienda, per quam euitatur falsitas.*

18 *Testatori, vel donanti prohibitum non est à lege legare rem sui hæredis, vel donatarij.*

19 *Hæres in inuentario tenetur describere non tantum reperta in hæreditate, quæ sunt testatoris, sed etiam ea, quæ non sunt propria.*

20 *Instrumenti falsitas multum arguitur, ex eo, quod constat de diffamatione Notarij circa actus concernentes suum officium.*

21 *Notarij bona fama, benè probatur per duos testes illam concludentes.*

22 *Notarius antequam condemnetur de falso substinentur instrumenta, & fidem faciunt in iudicio.*

23 *Instrumento publico, vt fides tollatur, coniecturæ debent esse graues, vehementes, & multum concludentes ad istum effectum.*

24 *Via executiua si sit vulnerata per sententiam est procedendum per conformes.*

25 *in Possessorio etiam si procedatur, dari potest appellatio, quando via executiua verè vulnerata fuit.*

DECISIO DLXXVIII.

HOratius, & fratres de Rinaldis tanquam donatarij omnium bonorũ futurorum Cæsaris eorum Patrui petierunt se immitti in possessionẽ prædij per eumdem Cæsarem legati Barbaræ eius vxori, & ad vitam illius, postmodum de anno 1628. defunctæ tanquam in donatione comprehensi, cui petitioni, cum se opponeret Eques Galeatius Sauinus Barbaræ hæres, quæsitum fuit, an esset danda immissio, & affirmatiuè per Dominos fuit responsum.

Quia fratres prædicti fundant eorum
1 intentionem in instrumento † donationis a publico Notario exemplato, & recognito habente pro se præsumptionem veritatis, & solemnitatis, *Bald. in cap. 1. §. Instrumentum de nat. feud. Tiraq. de retract. consangu. §. 2. gloss. 1. num. 20. Surd. cons. 6. num. 11. 22.* in qua donatione, cũ prædium controuersum contineatur, & fuisse in bonis donatoris probetur ex testamento eiusdem, & hodie possideatur per Sauinum litem sustinentem, benè procedit iudicium in Saluiano per dictos fratres intentatum, cum non deficiant requisita hypothecæ, & possessionis le-
2 gantis, cum quibus † ad acquisitionem etiam legati non denegatur Saluiani remedium, *Gabr. consil. 36. numer. 6. & 44. num. 11. vol. 2.* sæpissimè per Rotam receptum.

Neque obstant exceptiones, quæ dantur contra d. instrumentũ ad illius fidem eneruandam, & prorsus tollendam, nempè nullitas ex defectu solemnitatum, falsitatis visibilis, & etiam ex coniecturis apparentis.

Quoniam quoad solemnitates, defectus insinuationis non obstat, quia illi
3 fuit in eodem instrumento † renunciatũ, & quidem cum iuramento, cum quo absolutè euitatur solemnitas legalis prædicta secundum veriorem, de qua per *Bec. cons. 62. num. 41.* & plenius comprobatum fuit *per Gabr. de donat. conclus. 1. n. 72.* quam opinionem Rota semper sequitur,
4 nisi aliud fuerit † per statuta locorum validè determinatum, & latissimè comprobat *Clar. in §. Donatio, quæst. 18.* prout nec releuat secunda de non archiuiatione in tempore quindecim dierum, quia cum
5 modo in † Archiuio reperiatur, & Archiuista illam receperit, sufficit ad validitatem consensus illius, prout declarando eandem Sixti Constitutionem tenuit *Rota in Perusina pecuniaria, quæ est 366. numer. 2. impressa post 2. volumen cons. Farinacc.* Tertia denique eo minus obstare vide-

6 videbatur, quia & si vera sit † conclusio donationē inualidari, in qua facultas testandi penitus sublata remanet, attamen quia in donatione, donans sibi vsumfru-
7 ctū † reseruauerat, & vlterius scuta mille, de quibus posset testari ad pias causas, & ad eius libitū, & voluntatem disponere,
8 cum sufficerent pro hærede † reperiendo, semper donatio sustinetur, ex quo iura, & leges non se restringunt ad certam sūmam, *Clar. in §. donatio, q. 19. Surd. consil. 73. num. 60. & 174. numer. 110. Bursatt. cons. 136. num. 10. vol. 2. Marcab. consil. 6. num.* 84. nec qualitas restricta ad pias causas tollit facultatem testandi, quia supererat vsusfructus reseruatus in do-
9 natione, qui solus sufficiebat † tanquam, quid possibile ad acquirendum pro testādo, vt in casu consilij *Surd.* 173. & vlterius notabilis quantitas scutorum mille poterat deseruire tam pro pia causa, quàm pro hærede inueniendo.

De falsitate autem visibili in scriptura donationis non docetur.

De visibili per coniecturas, & præsumptiones detegenda, non etiam ex deductis constare videtur.

Prima namque coniectura ob dilatio-
10 nem petitionis prædij in donatione † cōprehensi, & post mortem Barbaræ vxoris vsufructuariæ non videtur releuans.

Nam siuè agatur de interesse filiorum donatariorum, siuè potius patris illorum, cuius poterat esse vsusfructus ratione patriæ potestatis debitus, cum de iure co-
11 gi † non possent ad agendum, nec ratione dilationis intraret præscriptio, benè retorqueri potest præsumptio; quod
12 magis voluerint, quod suum † erat donare pro tempore indulto, quàm suspectam donationem reddere, dum sciebat ius eorum durare, *Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 9. num.* 146. *Cephal. consil.* 235. *num.* 30. & per hanc rationem similem coniecturam excludit *Surd. eod. cons.* 173. *num.* 98. nec vis aliqua fieri potest in eo, quod testes omnes mortui sint, vt
13 propterea affectata dilatio † videatur, ne veritas per examen illorum detegi posset, vt in specie ponderat *Natt. cons.* 124. *num.* 7. & *Menoch. cons.* 199. *num.* 13.
14 quia si de tempore † donationis essent testes mortui falsitas esset inexcusabilis, cæterum, quod postea decesserint, non potuit precogitari a donatarijs, nec quod
15 illud † modicum tempus duorum annorum sufficeret pro expectanda morte testium; sed benè posset accommodari aliqua præsumptio, si post multum temporis spatium à die mortis Barbaræ fuisset dilata petitio, quod non contigit in casu controuerso.

Secunda etiam coniectura nihil concludit, nam & si instrumentum donationis celebratum non fuerat in Ciuitate Imolen. vbi donator degebat, sed in Castro Casulæ distante per decem milliaria, & multò plures Notarij essent in Ciuitate, quàm in Castro, & in æquali confidentia coniuncti, non tamen exindè arguitur coniectura, quod donatio nō fuerit stipulata, sed quidem præsumptione publicum esset in Ciuitate Imolen. & ad aures Barbaræ vxoris perueniret, ipsum omnia bona transtulisse in nepo-
16 tes, & ea de causa † spe sua frustrata, vel odiosus propriæ vxori fieret, vel amor coniugalis diminueretur, vt ponderat, & respondet *Surd. d. cons.* 173. *nu.* 87. *versic. quarta quoque declinatur coniectura.*

Tertia etiam benè euitatur coniectura de teste, qui interfuit donationi in Castro Casulæ stipulatæ, et postea eadem die reperitur descriptus in instrumento celebrato in Castro Tussignani, vbi erat Prior Conuentus; nam hæc præsumptio
17 quæ † desumitur ex impossibili, vt eadem die esset præsens in vtroque loco tollitur ex compatibili distantia, cum vnum ab altero non distaret vltra decem milliaria, *Bald. in l. scripturæ num. 7. C. de fid. Instrum. Surd. eod. cons.* 173. *num.* 53.

Quarta coniectura nullius releuantiæ est, quod cum Cæsar donasset omnia bona ante testamentum, voluerit exindè legare vxori partem illorum nempè prædium controuersum, & alia legata facere, sciens de bonis suis disponere non posse donatione iam facta, quandoqui-
18 dem prohibitum † non est à lege legare rem sui hæredis, vel donatarij *l. rem alienam, C. de legat.* etiam ad magis occultandam donationem, et vt Barbara parceret iurgijs, et gratior esset ignorando donationem nepotibus factam.

Quinta eo minus stringere videtur, nō enim refert, quod huiusmodi prædium fuerit descriptum in inuentario hæreditatis Cæsaris, tanquam ab eo possessum, quia modo fuerint reperta bona in hæ-
19 reditate etiam quod † non sint propria tenetur hæres illa describere, *per l. fin. §. Et si præfatam, C. de iur. delib.*

Sexta,

Sextа, & vltima coniectura de diffamatione Notarij circa actus concernentes suum officium, & de publica voce, & fama super falsitate huius donationis,
20 quę † dicebatur multum cōferre ad probationem falsitatis scripturæ, *Osasch. decis. Pedem.* 117. *num.* 11. *Farinacc. quæst.* 150. *num.* 257. cum alijs allegatis, facilè tollitur, nedum quia de hac mala fama nihil est probatum, sed etiam quia
21 de bona † fama Notarij dantur duo testes illam concludentes, cum qua omnis sinistra suspitio reijcitur, *Menoch. præsumpt.* 20. *numer.* 44. *lib.* 5. *Surd. consil.* 173. *numer.* 104. et antequam Notarius
22 sit † cōdemnatus de falso, sustinentur instrumenta, et fidem faciunt in iudicio, *Farin.* latissimè prosequens hanc materiam *quæst.* 154. *num.* 33. *& seqq.*

Ex quibus omnibus patet donationē ab omni suspitione, tam visibili, quàm coniecturali saluari, & defendi, & quando etiam leues coniecturæ concurrerēt, illæ non sufficerent ad tollendam fidem
23 instrumento publico, † quia debent esse graues, vehementes, & multum concludentes, ad eundem effectum *Anchar. cons.* 385. *num.* 3. & latè comprobant idem *Surd. allegato cons.* 173. *num.* 31.

Et quæ dicebantur de ineptitudine remedij intentati ex quo via executiua sit vulnerata per sententiam ad fauorem Equitis Sauini hæredis Barbaræ latam,
24 ita vt sit procedendum † per conformes non autem per immissionem *Seraphin. decis.* 674. *num.* 1. *&* 132. *num.* 1. *par.* 1.
25 *diuers.* non est nouum quod † procedatur in possessorio, & detur appellatio quando via executiua verè sit vulnerata, *vt dictum fuit in Paduana Beneficij die* 27. *Iunij* 1633. *coram D. meo Dunozetto. & in Romana vineæ* 1. *Decembris* 1634. *coram me.*

Et ita &c.

R. P. D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Vsusfructus.

Die Lunæ 18. *Iunij* 1635.

ARGVMENTVM.

Pater, si hæredes vniuersales instituerit filios, & vxori, iure institutionis reliquerit, vita eius durante, vsumfructum liberum omnium bonorum, & quod ea, de illo disponere possit eius arbitrio, & beneplacito, & stante prædicta dispositione vxori est assignandus vsusfructus dd. bonorum, dempta dumtaxat portione legitimæ filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima liberis purè, & absque onere, tam in proprietate, quàm in vsufructu reliquenda est.*
2 *Consuetudo Buldari restringit vsumfructum relictum à marito vxori ad alimenta.*
3 *Limita, si maritus ampliauerit dispositionem, & expressè voluerit deberi liberū vsumfructum.*
4 *Vel si maritus dederit facultatem vxori de vsufructu disponendi eius arbitrio, & beneplacito, ipsius vita durante.*
5 *Liberè, aliquid non dicitur alicui relictū, si ei cum aliqua diminutione id debeatur.*
6 *Filij, si sint vniuersaliter instituti à patre in omnibus bonis, & matri est relictus vsusfructus, ipsi debent habere partem matri coæqualem in vsufructu, sed ista opinio non est vera.* num. 8.
7 *Verba, in omnibus &c. ob suam vniuersalitatem comprehendunt vniuersa.*
8 *Bald. in l. fin. num.* 9. *C. de indict. vid. toll. reprobatur, & declaratur.*
10 *Ruin. in consil.* 35. *ad fin. lib.* 2. *declaratur.*
11 *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. *titul.* 6. *num.* 21. *intellectus.*
12 *Filius, siue extraneus, si hæres instituatur, & vxor non consequitur fructus Trebellianicæ, sed illam fideicommisso grauatus deducere debet. declara vt nu.* 13.
14 *Fideicommissi restitutionis casus si non venerit, non est agendum de Trebellianicæ detractione.*
15 *Legitima statim post obitum patris debetur.*
16 *Trebellanica non statim debetur, quando fideicommissum est conditionale, sed tunc demum purificata conditione.*
17 *Picus in l. Titia testator* §. *Titia cum nuberet num.* 85. *de leg. & Menoch. in addit. ad lib.* 4. *præsumpt.* 140. *num.* 38. *qualiter sint intelligendi.*
18 *Fideicommissum dum est in diem, si filij instituti detrahant legitimam, nulli alteri detractioni est locus.*

DECISIO DLXXIX.

BOnæ memoriæ Franciſcus Patritius,
cum de anno 1624. nondum ſuſceptis
liberis teſtamentum condidiſſet, in eo ſi-
bi hæredes inſtituit filios naſcituros, qui-
bus non extantibus, vel quandocunque
decedentibus ſine filijs ſubſtituit D. Ca-
tharinam Pinellam eius vxorem, cui vl-
terius iure inſtitutionis, & aliàs omni
meliori modo reliquit vſumfructum libe-
rum omnium bonorum eiuſdem D. Ca-
tharinæ vita durante, mandando, quod
de eo poſſit, & valeat diſponere eius ar-
bitrio, & beneplacito,

Modo ſecuta morte teſtatoris relictis
duobus filijs, cum D. Catharina co-
ram Primo Collaterali inſtaret pro re-
ſtitutione ſuæ dotis, & aſſignatione vſuſ-
fructus hæreditatis, placuit partibus con-
ſulere Rotam, pro quanam rata vſusfru-
ctus deberetur. Et Domini reſponderunt,
D. Catharinæ deberi vſumfructum, dem-
pta ſolum portione legitimæ. Etenim
pro indubitato fuit admiſſum ab vſufru-
ctu totius detrahendam prius eſſe ter-
tiam partem pro legitima filiorum, quæ
1 illis † libera eſt relinquenda abſque onè-
re, tàm in proprietate, quàm vſufructu,
vt expreſsè diſponitur *in §. prohibemus*,
*vbi Gloſſ. verbo relinquat, Auth. de tri-
en. & ſemiſſ. Bart. in l. vxori meæ, num.
3. ff. de vſufruct. leg. Bald. in l. fin. nu.
9. verſ. ſi autem relinquit liberos, C. de
ind. vid. toll. Bart. conſ. 56. num. 5. verſ.
dico ego, lib. 1. Alex. conſ. 29. col. 2. ad
med. verſ. dicit tamen, Bart. lib. 4. Dec.
conſ. 418. verſ. ex his conluſio, Socin. iun.
conſ. 109. num. 7. & ſeq.* vbi de communi
*lib. 1. Plot. conſ. 17. num. 79. Mandell.
conſ. 442. num. 34. Anchar. iun. quæſt. 1.
num. 15. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 9.
tit. 6. ſub. num. 21. Menoch. lib. 4. præſ.
141. num. 10. Peregr. de fideic. art. 52.
num. 29. & conſ. 70. num. 17. lib. 1. Theſ.
iun. queſt. 22. num. 22. lib. 3. Gutier. pract.
quæſt. Ciuil. lib. 3. quæſt. 57. num. 4. &
ſeqq. Theſ. deciſ. 137. num. 3.* vbi de
communi *Rota poſt Merlin. de leg. deciſ.
89. num. 5.*

Verum, excepta hac tertia parte, fuit
conluſum, totum reſiduum vſusfructus
deberi D. Catharinæ, nec intrare con-
2 ſuetudinem Bulgari, † quæ reſtringit
vſumfructum ad alimenta, teſtator enim
3 ampliauit † diſpoſitionem, & expreſsè
4 voluit deberi liberum vſumfructum † li-
berè autem non eſſet, ſi D. Catharinæ
cum aliqua diminutione deberetur, *Goz-
zad. conſ. 47. num. 9. Simon. de Præt. de in-
terp. vlt. volunt. lib. 4. interpr. 1. dub. 10.
num. 67. & 70. Surd. conſ. 218. num. 11.
& de aliment. tit. 2. quæſt. 15. num. 228.
& ſeqq. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 7. nu.
17. Menoch. lib. 4. præſumpt. 139. num. 46.
Mareſ. var. lib. 1. cap. 29. num. 23.* Et
5 hæc ſine vlla prorſus difficultate † pro-
cedunt, dum inſuper teſtator dedit fa-
cultatem vxori de dicto vſufructu diſpo-
nendi eius arbitrio, & beneplacito ipſius
vita durante, *Alex. conſ. 214. lib. 6. Goz-
zad. conſ. 47. num. 10. verſ. 9. Corn. conſ.
3. num. 11. lib. 2. Gabr. concluſ. 2. num.
47. de vſufruct.* latè *Menoch. lib. 4. præſ.
139. num. 39. & 40. Mantic. de coniect.
d. lib. 9. tit. 17. num. 26. verſ. vel dic.
Surd. de alim tit. 2. q. 9. nu. 11.* latè *Franc.
Barrij de ſucceſſ. lib. 9. tit. 24. num. 6. verſ.
vndecimus, Peregr. Patau. deciſ. 38. num.
6. verſ. alium verò caſum.*

Non obſtat, quod, cum in teſtamento
6 filij ſint † vniuerſaliter inſtituti in omni-
bus bonis teſtatoris, debeant habere par-
tem matri coæqualem in vſufructu *iuxt.
doct. Bald. in l. fin. num. 9. verſ. ſed caue
tibi, C. de indict. vid. toll. Ruin. conſ. 35.
ad fin. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 633. & 63.
& ſeq. & num. 78. ad med & num ſeqq.
Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 6. num. 21.*
7 ea ratione, quia verba illa † in omnibus
bonis ob ſuam vniuerſalitatem compræ-
hendunt vniuerſa, vt ideo videntur in-
ducere concurſum filiorum teſtatoris in
vſufructu, matri relicto, *Rim. iun. d. conſ.
633. num. 20. & ſeqq. vſque ad fin. Mart.
de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 19. art. 3. nu. 10.
& ſeqq.* Quoniam hæc opinio apparet
8 minus vera, & † in contrarium eſt text.
apertus *in l. vxori meæ, vbi gloſſ. 1. & 2.
& Bart. num. 3. ff. de vſufruct. leg.* & te-
ſtatur *Pariſ. conſ. 94. num 36. & ſeqq. &
conſ. 97. num 26. lib. 2. Natt. conſ. 297.
num. 27. Menoch. conſ. 627. num. 4. lib.
7. Gabriel. conſ. 102. lib. 1. Mantic. de
coniect. lib. 9. tit. 9. num. 17. verſ. etſi
inſtitutus eſt filius, & verſ. quæ ſententia,
Caſtill. de vſufruct. cap. 47. num. 19. &
ſeqq.* vbi refellit Riminaldum, & alios
contrarium ſentientes, & hoc idem vi-
detur ſenſiſſe *Rota poſt Merlin. de legitim.
d. deciſ. 89. ſub num. 3. & ſeqq. Gra-
tian. for. diſcept. 350. num. 29.* Nec Bal-
dus, Ruinus, Mantic. & alij aliquid fir-
mant

9 mant in contrarium; Baldus enim, † & illius dictum communiter reprobatur, & loquitur in hærede extraneo, cum tamẽ inter extraneum, & filium adsit magna diuersitatis ratio, quia extraneus nihil habet in illa hæreditate, filius autem ha-
10 bet legitimam; Ruinus † verò loquitur quando alicui legatur fundus, & alteri vsusfructus, & quidem rectè, quia cum legetur primo fundus, intelligitur legata proprietas, & vsusfructus censetur pro medietate, quia aliàs testator in continenti se correxisset, & dum idem *Ruin.* adducit *Castren. in cons.* 218. *lib.* 1. non videtur facere ad ad propositum, quia ibi *Castren.* admittit concursum, eo quia testator vsumfructum vniuersalem reliquerat vxori, at filio æqualiter. Nec
11 *Mantic.* † ex aduerso citatus sub *num.* 21. aliquid facit, quia supra sub *num.* 17. primam opinionem firmauerat, & sub dicto *num.* 21. ab ea non recedit, sed solum dicit posse rationabiliter restringi in filijs, quæ eo magis in casu nostro concludunt, stante dicta prægnantia verborum, per quæ testator ampliauit suam dispositionem, vt supra est ponderatum.

Minus obstat quod si filius, vel extra-
12 neus hæres institutur,† & vxori vsusfructus relinquitur, vxor non consequitur fructus Trebellianicæ, sed illam hęres fideicommisso grauatus deducere debet, & ideò in casu nostro filijs institutis deberi etiam vsumfructum Trebellianicæ, non autem D. Chatharinæ, vt explicat *Paulus de Monte Pic. in rep. l. Titia cum testator*, *§. Titia cum nuberet*, *num.* 85. *ff. de leg. Menoch. in addit. ad lib.* 4. *præs.* 140. *num.* 38. Nec enim conclusio vera
13 est, quando agitur † de fideicommisso puro, & non in diem, & ideo non applicatur casui nostro, quia cum non euene-
14 rit casus restitutionis † fideicommissi, nõ est agendum de Trebellianicæ detractione, legitima namque statim debetur post
15 obitum † patris, *cap. Rainutius*, *cap. Rainaldus*, *de testam. Bald. in l. scimus*, *C. de inoffic. testam.* Trebellianica verò
16 non† statim quando fideicommissum est conditionale; sed tunc demum purificata conditione, secundum opinionem, de qua *Dec. cons.* 480. *n.* 14. *Paulus de Monte Pic. in l. in quar. tam. num.* 28. *ff. ad l. Falcid. Caualer. decis.* 20. *num.* 11. *Soccin. Eugen.* & alij quos allegat *Modern. de imput. legit. & Trebell. quæst.* 16. *num.* 26. & 61. vbi in *vers. contrarium*, & *vers. verum*, dicit quod Trebellianica statim deberetur non contradicentibus fideicõmissarijs, vel si fideicommissum esset purum, & in istis casibus dicit, posse procedere opinionem Iacobi de Beluis: & sic etiam est intelligendus Picus, & Menochius super allegati, dum enim fideicommissum est in diem, si filij instituti detrahunt legitimam, nulli alteri detractioni est locus, *d. cap. Rainutius*, *in fin. de testam. l.* 1. *§. interdum*, *vbi Bart. ff. si cui plusquam per leg. Falcid. gloss. verbo legitimam ipsam. Peregr. de fid. art.* 3. *nu.* 49. & *seqq. Rota apud Reuerendiss. D. meum Coccinum Decanum decis.* 143. *nu.* 2. & 3.

Et ita fuit decisum parte vtraque &c.

R.P.D. DVNOZETTO.

Romana rescissionis contractus.

Die Lunæ 30. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Discutitur, qualis sit faciendus computus pretij rei emptæ, ad hoc, vt constet de læsione, ad effectum rescindendi contractum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor, vt dicatur deceptus vltra dimidiam, vel tertiam partem prætij, iuxt. Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 154. *computus qualiter sit ineundus, & an secundum gloss. in l.* 2. *verb. Iudicis. C. de rescind. vendit.*

2 *Referuntur plures Doctores, qui sequuntur opinionem d. glos. Et num.* 3. *numerantur alij Doctores, qui contrariam tuentur opinionem.*

4 *Læsio, vltra dimidiam, quæ idem est, quàm vltra duplum, vt rescindat emptionem, à iusto pretio non est detrahenda tertia pars, sed superaddenda.*

5 *In Lesione rei emptæ, tertia, seu dimidia pars mensurari debet rei positæ, seu datæ.*

7 *L. Rem maioris,* 2. *C. de rescindend. vend. non tribuit beneficium personæ, sed causæ.*

8 *Læsio in venditione considerari non potest, si æstimatio rei non excedat terminos solitæ æstimationis, & prout communiter æxstimari solet.*

9 *Aestimatio rei debet fieri de tempore vēditionis.*
10 *Venditionis tempus attendi debet quoad constitutionem pretij rei venditæ.*
11 *Nec est attendendum, si casu superueniente in æstimatione diminuta sit res vendita.*
12 *Perito impossibile est, quod innotescat status rei de tempore præterito, si medio iuramento deposuerit se d. rem ante diem æstimationis numquam vidisse.*
13 *Rescissioni contractus non est locus quando quis prius plenissimè informatus contraxit, quodque multo magis procedit, quando personæ quæ contraxerunt fuerunt plures, & cautæ. num. 14.*
15 *Dolus præcipuè consideratur in læsionibus.*

DECISIO DLXXX.

PRætendentibus Ministris Infirmorum se læsos in pretio domus emptæ à D. Cassandra Guarnella vltra tertiam partem pretij iuxta dispositionem Statuti Vrbis cap. 154. & opponente Cassandra læsionem deducendam esse in excessu vltra dimidiam iuxta dispositionem iuris communis, non autem in excessu vltra tertiam partem iuxta d. Statutum. Nihilominus sub die 22. Iunij 1633. fuit ex alio capite capta resolutio ad fauorem Cassandræ, nempe non adesse prætensam læsionem vltra tertiam partem, eo quod excessus huiusmodi erat in scut. 17. tantum, quæ parua summa tollebatur ex omissione æstimationis marmorei capitis aprini valorem scut. 17. excedentis.

Ministri prædictæ decisioni non acquiescentes aliam mouerunt difficultatem, nempe rationem computi non esse ineundam, prout in dicta decis. inita fuit, vt videlicet, summæ 2465. quæ à perito fuit estimata iustum pretium domus, superaddatur tertia pars, videlicet, summa 1228. cum illa sit medietas summæ 2456. cum tamen excessus debeat dari tantum in tertia parte dictæ summæ, videlicet in summa 818. quæ iuncta summæ 2456. constituit summam 3274. adeo vt cum domus, de qua agitur, fuerit empta pro scut 3700. excessus resultabit in scut. 300. & vltra, non autem in
1 scut. 17. tantum † vt supponitur in dicta decis. & hunc esse ineundum calculum probari per *glos. in l. 2. verbo Iudicis post med. vers. Sed quæ est hæc dimidia. C. de rescind. vend.*

Tamen sub die 30. Ianuarij 1634. resolutum fuit non esse locum rescissioni, & glossam prædictam à multis reprobari, prout ex allegatis in decisione desuper emanata: Qua non obstante Ministri præfati rursus obtinuerunt nouam audientiam, & causa sæpius proposita, & maturè discussa; tandem hodie fuit resolutum nō constare de læsine.

2 Quicquid enim sit de † opinione *glosæ in d. l. 2. quam tenet Azo. in summ. de rescind. vend. num. 4. vers. sic in emptore*, eamque sequuntur ibidem *Alberic. de Ros. num. 6. vers. sed soluo. Odofred. num. 3. vers. rem valentem. Angel. de Perus. num. 6. Salic. num. 30. vers. reuertor ad glosam. Castrens. num. 16. in fin. vers. similiter. Cagnol. num. 126. Bald. num. 49. 16. quæst. Padill. num. 4. Butr. in cap. cum causa verbo dimidiam vers. & sic etiam in emptore, & ibi Hostiens. num. 2. vers. ex parte vero emptoris. Abb. num. 6. vers. in glosa prima. Imol. num. 28. vers. quid dicendum è contra. Henric. Boich. in cap cum dilecti num. 8. vers. aut empta Fabian. de Mont. tract. de empt. & vend. quæst. 8. sub nu. 7. Couar. var. resol. lib. 2. par. 3. num. 8. Gomes. in comment. var. resol. tom. 2. cap. 2. de empt. & vend. num. 22. Guttier. pract. quæst. lib. 3. 133. num. 2. vers. in emptore. Greg. Lop. lib. 16. tit. 11. par. 4. in glos. esto seria, Velasch. consult. 44. num 1. Munoz. de comput. comput. 6. num. 5 Rebuff. ad Constit. Gall tom. 2. tit. de resciss. conract. art. vnic. glos. 15. in princ. Paul. Layman. Moral. lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 1. de pret. ter. num. 7. Neuiz. cons. 89. per tot. Gabr. cons. 168. num 126. lib. 1. Vincent. de Franch. decis. 243. num 2.*

3 Contrariam opinionem † tenuerunt *Loffred. Petr. Cin. & alij quos refert., & sequitur Arrius Pinell. prima parte lib. 2. c. 2. n. 6. de rescind. vend. Abb. in cap. cum dilecti num. 2. de empt. & vend. vbi & alij Canonistæ Bellapert. in d. l. 2. in rubr. n. 11. Minsing. cent. 4. obseru. 73. num. 2. vers. veritas est. Forner. lib. 2. select. cap. 9. Vgon. Donell. in d. l. 2. sub num. 17. Cuiac. lib. 16. obseru. cap. 18. Fachin. controu. lib. 2. cap. 16. vers. Illud longe probabilius Viui. comm. opin. cap. 3. Ceuall. pract. qq. comm. conmun. q. 536. num. 10 Conan. lib. 3. comment. 9. pag. penult.*

Fercat.

Forcat. in dialog. 100. *Duaren. in l.si quis cum aliter ad fin. de verb. obligat.* Qui omnes concludunt læsionem vltra dimidiam idem esse ac vltra duplum, & à
4 iusto pretio non esse detrahendam † tertiam partem, sed superaddendam, quod etiam videtur sensisse *Rot. decis.* 648. *num.* 6. *par.* 1. *recen.* ea ratione, quod
5 in lesione † tertia, siue dimidia mensurari debeat rei positæ, siue datæ, *Marian. Soccin. cons.* 98. *num.* 20. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 156. *num.* 36. *lib.* 2. *vers. Probatur hæc sententia.*

Et hæc opinio vltra numerum Doctorum fulcitur ratione longe meliori quàm præcedens, vt per *Fachin. vbi supra*, & in decis. in hac causa sub die 30. Ianuarij 1634. & irrefragabilem reddit *Donell. in l.2. num.* 17. vbi postquam ostendit falsitatem primæ opinionis, & omnes viros doctos tenuisse hanc secundam, dicit per
6 hanc leg. † venditorem restitui non quidem quod minoris dimidia iusti pretij vendidit, sed quia minus duplo accepit; hoc ipsum in emptore seruandum esse ad effectum, vt iuuetur hac lege, vt scilicet duplo plus dederit quàm accepit;
7 cum lex secunda † C. de rescind. vend. non tribuat beneficium personæ, sed causæ, & hæc non est ratio interpretatiua, quam sequuntur Doctores primæ opinionis, sed sumpta ex ipso textu, vt notat etiam *Pinell. loco sup. allg.*

Domini tamen omissa hac disputatione sustinuerunt decisionem ex secundo capite, videlicet non constare de aliqua læsione.

Primò, quia peritus pro parte Cassandræ æstimauit domum, de qua agitur in scut 3293. 45. iuxtà mensuram situs parietum, areæ, & similium domui adiacentium, & hanc mensuram non impugnat peritus pro parte ministrorum electus, sed etiam videtur admittere, vnde cum æstimatio rerum mensuratarum non excedat terminos solitæ æstimationis,
8 prout † communiter æstimari solent, & res ipsæ mensuratæ existant, & de hoc non ambigatur, non potest opponi de læsione. *Abb. in c.* 1. *n.* 3. *vers. idem si constat, de restit. spoliat. Dec. cons.* 474. *n.* 11.

Secundò non costat de læsione, quia peritus ministrorum æstimauit domum
9 non † de tempore venditionis, sed inde post quinque annos, & proptera non debuit æstimare domum ad corpus, sed ad mensuram, prout æstimauit peritus Cassandræ, quia de tempore æstimationis domus erat effecta deterior, præsertim cum Patres eã locauerint Cauponi, & proinde omibus erat peruia, & hinc resultat communis conclusio, quod quoad Cõstitutio-
10 nem † pretij rei venditæ attendi debet tempus venditionis *Doct. communiter in l.nam postea §.si minor ff. de iureiur. Gabr. de empt. & vend. concl.* 1. *num.* 47. nec
11 attendendum, si casu † superueniente in æstimatione diminuta sit. *Rot. decis.* 87. *num.* 4. *par.* 1. *recent. & alij in d. decisione allegati.*

Neque obstat quod peritus ministrorum dicat se in æstimatione facta habuisse respectum ad tempus præteritum, quia cum ipse medio iuramento deposuerit se
12 dictam † domum ante diem æstimationis nunquam vidisse, impossibile est quod potuerit ei innotescere status dictæ domus de tempore præterito.

Tertiò non constat de læsione, quia Ministri antequam venirent ad hanc emptionem, fecerunt æstimare domum per eorum peritos, eorumque relationem in ipsorum Congregatione approbarunt, vt in instrumento emptionis videlicet, illam emerunt pro pretio à peritis æstimato, quod fuit scutorum trium millium septingentorum, &c. & pro quo pretio dicta Cassandra &c. vendidit Patri Marcello Mantio illorum Vicario generali in locum Reuerendiss. D. Fridiani Præpositi Generalis ab Vrbe absentis acceptanti etiam vigore decreti à RR. PP. Fabritio Turbolo, Iosepho Russo, Flauio Russolino consultoribus principalibus in Congregatione, &c. adeo vt habitæ fuerint Congreg. per quas ipsi Patres fue-
13 runt † plenissimè informati, quo casu non est locus rescissioni cõtractus. *Gabr. de empt. & vend. concl.* 2. *num.* 98. *Soccin. Sen. cons.* 48. *num.* 4. *lib.* 4. *Bero. cons.* 49. *num.* 32. *lib.* 1. præsertim cum emptores
14 sint plures, † & personæ cautæ, & ipsi requisiuerint Cassandram, & eius patrem, vt venderent hanc domum, quam illi vẽdere non curabant, quia erat nedum paterna sed auita, & propterea in venditoribus excluditur omnis præsumptio doli, qui præcipuè considerari solet in læsione latè. *Couarruu. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 4. *sub num.* 11. *vers.* Quinto quod.

Et ita &c.

EMINEN-

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORI.

Bononień Fideicommissi de Turri.

Die Lunæ 18. *Iunij* 1635.

ARGVMENTVM.

Testator, si hæredem grauauit fideicommisso ad fauorem alicuius, sub duplici conditione, nempe si ipse decederet non relictis ex se filijs legitimis, & naturalibus masculis, vel si decederet cum filiis masculis, qui postea morerentur sine filiis legitimis, & naturalibus, &c. quæritur modo si isti filii decedant, relicta filia fœmina, vtrum substitutus intret, vel fideicommissum euanuerit.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine filijs decesserit, deficit per existentiam filiæ fœminæ, & nu.* 3.

2 *Verbum filiorum, ex germana iuris interpretatione ad vtrumque sexum refertur.*

4 *Masculinitatis eadem qualitas censetur à testatore repetita in nepotibus, dum filij fuerunt positi in conditione, sub qualitate masculinitatis, & dicti nepotes fuerunt comprehensi sub vinca oratione, & periodo verborum cum filijs.*

5 *Verba sequentia, nunquam ad præcedẽtia referuntur, stante diuersitate rerum, & personarum.*

6 *Dispositiones duæ quando non possunt simul, & eodem tempore concurrere, debent iudicari, tamquam diuersæ.*

7 *Masculinitatis qualitas, si testator in vno casu expressit, si postea in alio non illam expressit, censetur neglexisse dictam qualitatem.*

8 *Masculinitatis eadem qualitas censetur à testatore repetita, vbi ante, & post substitutionem fuit facta mentio dictæ qualitatis masculinitatis.*

9 *Qualitas aliqua, si adhæreat vni personæ, non potest diffundi extra eam.*

10 *Masculinitatis qualitas expressa in vno gradu, vt censeatur repetita in alio, plures coniecturæ concurrere debent.*

11 *Dictionis, vt supra, natura est repetendi res supra expressas.*

12 *Dictio, vt supra sat est, quod vim suam operetur respectu cui rei immediatè adhæret.*

13 *Relatio non fit ad omnia præcedentia quando militat diuersa ratio.*

14 *Testamenti pars, tunc aliam interpretari potest, quando non potest assignari probabilis ratio differentiæ inter vtramque, ob quã ea interpretatio fieri non debeat.*

15 *Agnationi, quando testator non prospexit, tunc multò magis sub nomine filiorum veniunt fœminæ.*

16 *Agnationis conseruandæ intentionem in testatore, nihil est, quàm magis destruat, quàm coniectura vocationis fœminarum in quacunque parte testamenti.*

17 *Proximior magis alicui dicitur plus ei acceptus.*

18 *Neptis non censetur exclusa, ex sola coniectura deducta ex exclusione filiorum, cum illa ex se non sit sufficiens nn.* 19.

20 *Testator præsumitur se voluisse conformare cum dispositione statuti.*

21 *Testator in casu non disposito à statuto, censetur se voluisse dispositioni iuris communis conformari.*

22 *Verbum, filiorum, est commune tam masculis, quàm fœminis.*

23 *Per fœminarum existentiam, vt dicatur expirata conditio ad fauorem substituti, persona eiusdẽ substituti debet esse talis, quæ possit excludere filiam grauati.*

DECISIO DLXXXI.

Ex testamento Ludouici de Turri scriptus fuerat hæres Sigismundus frater, quem postea idem Ludouicus grauauit fideicommisso ad fauorem Claræ communis sororis sub duplici conditione; nempè quandocunque ipse Sigismundus decederet non relictis ex se aliquibus filijs masculis legitimis, & naturalibus, qui nati essent ex legitimo matrimonio, non autem legitimati, siue in ius legitimationis translati, vt sunt præcisa verba testamenti, vel si eundem Sigismundum (& hæc fuit altera conditio) contingeret decedere cum filijs masculis prædictis, qui postea morerentur sine filijs legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, non autem legitimatis, vt supra. Contingit quod Sigismundus obijt relicto Hieronymo filio ex quo fuit Anna. Et hinc orta fuit controuersia inter eam, & filias Claræ, quæ moto iudicio prius in partibus, & deinde in Tribunali A. C. super iure huius successionis, obtinuerunt mandatum de immittendo in possessionem bonorum

norum Ludouici. Cum verò ab eodem mandato appellasset Anna, deuoluta ad me causa, dubitaui, An esset confirmandum dictum mandatum, Et proposito hodie dubio Domini responderunt non fuisse purificatam conditionem fideicommissi ad fauorem filiarum Claræ, ex quo deinde sequebatur iniustitia mandati A. C. cuius confirmatio petebatur.

Et huius quidem resolutionis ea fuit ratio, quia dum Hieronymus filius Sigismundi decessit superstite Anna filia sua legitima, non poterat dici, quod extitisset conditio fideicommissi ad fauorem filiorum, aut descendentium Claræ quorum vocatio in testamento Ludouici legebatur facta in casu huic contrario, quando scilicet filij masculi Sigismundi decessissent sine filijs, cum sub ea conditione, & nomine filiorum, qui nasci debebant ex filijs Sigismundi, & in quibus non fuit repetita qualitas masculinitatis, intelligi deberet compræhensa
1 Anna, quamuis fœmina, † vt est receptissima in iure sententia, tam si versemur in conditione tacita, & subintellecta à lege ex *text. in l. cum acutissimi C. de fideicomm. & in l. generaliter §. cum autem C. de instit. & substit.* quàm si in in conditione expressa, eo quia nomen illud,
2 filiorum † ex germana iuris interpretatione ad vtrumque sexum referatur, vt habetur in *l. si ita scriptum* 49. *de leg.* 2. *& in l. si quis ita ff. de testam tutela* & in ter-
3 minis huius † conditionis appositæ in testamento apertissimè determinat *text. in l.* 1. *C. de condit. insert.* vbi notat ibi *Corneus num.* 16. & tradunt *Doct. in cap. Raynaldus de testam.* & scripserunt latissimè id comprobantes. *Cephal. cons.* 306. *num.* 3. *Menoch. cons.* 725. *num.* 3. *& cons.* 1070. *num.* 2. *Honded. cons.* 57. *num.* 25. *lib.* 1. & hanc sententiam tanquam ab omnibus receptam pluribus confirmat *Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 7. *Crast. in §. fideicommissum, quæst.* 35. *num.* 1. *Thesaur. decis.* 188. *num.* 9. eamque sæpius sequuta fuit Rota, vt *in decis.* 316. *par.* 1. *recent.* quæ etiam testatur de veriori, & magis communi opinione, *& in Camerinen. fideicommissi* 29. *Maij* 1589. *coram Card. Seraph. inter impress. decis.* 880. *num.* 1. & rursus in eadem causa *coram Penia sub die* 13. *Nouembris*, *& coram Greg. XV. decis.* 514. *num.* 3. *& in Florentina fideicommissi de Guidaccijs* 25. *Februarij* 1628. *coram R. P. D. meo Dunozetto, & in Spoletana fideicommissi* 7. *Nouemb.* 1629. *&* 3. *Iunij* 1630. *coram RPD. meo Ghisiliero.*

Neque obstare his visum fuit, quod filij Sigismundi fuerint positi in conditione sub qualitate masculinitatis, vt eadem qualitas censeri deberet repetita in nepotibus, qui nascerentur ex eisdem filijs, qualis est Anna, præsertim cum secundus hic gradus substitutionis, in quo fuerunt positi in conditione dicti nepotes, fuerit compræhensus sub vnica oratione, & periodo verborum, quæ terminabatur in vocatione Claræ, ita vt verbum instituit, sub quo Clara vocata fuit, regeret tam eam dispositionem, sub qua venire debebant filij Sigismundi, quàm
4 alteram, † in qua comprehendebantur repetita eadem qualitas *arg. l. iam. hoc iure, ff. de vulgar, & pupill. & l. si legatarius, §. cum ita ff. de legat.* 3. & notat ibi *Bart. & in l. Seiæ, §. Caio. ff. de fund. instr.* & visa fuit tenuisse *Rota in vna Perusina fideicommissi coram Sanctis. Aldobr. in* 1. *par. diuers. decis.* 374. *num.* 4. Contrarium enim visum fuit statuendum in casu huius decisionis stante diuersitate gra-
5 duum, & personarum, † quæ impediebat ne fieri posset ea repetitio iuxta regulam propositam per *glos. in. l. repetendis. de legat.* 3. quam pluribus prosequitur *Bart.* & in terminis nostris tradiderunt *Roman. in cons.* 503. *n.* 4. *Ruin. cons.* 134. *num.* 19. *& cons.* 140. *n.* 6. *lib.* 2. *& cons.* 124. *num.* 3. *in fin. lib.* 3. *Paris. cons.* 38. *num.* 26. *vol.* 2. *Molina de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 59. Et huius rei rationem considerauit Rota in adducta Florentina de Guidaccijs, quia cum hæ duæ dispositiones
6 non possint † simul, & eodem tempore concurrere, debent iudicari tamquam diuersæ dispositiones. Et est ita solida, & certa hæc opinio contra repetitionem masculinitatis expressæ in diuerso gradu substitutionis aut genere personarum, vt retorqueantur coniecturæ ad inclusionem filiarum, sub alia dispositione, in qua facta fuerit mentio simpliciter de filijs,
7 arguendo, quod sicut testator † vbi contemplatus fuit masculinitatem in alijs filijs eam expressit, ita censeatur illam neglexisse in casu, quo dictam qualitatam non adiecit *argum. text. in leg. vnica §. sin autem. C. de caduc. toll.* quo argumento vsus fuit *Ioannes de Anania in cons.*

cons. 22. *num.* 3. quem secuti fuerunt *Ias. in cons.* 142. *num.* 5. *& in l. qui filiabus*, *num.* 3. *de leg.* 1. *Ruin. cons.* 93. *num.* 15. *& cons.* 140. *num.* 6. *lib.* 2. *& cons.* 168. *nu.* 14. *lib.* 3. *Paris. cons.* 38. *num.* 25. *lib.* 2. *& cons.* 35. *num.* 19. *lib.* 3. *Socc. Iun. cons.* 158. *num.* 39. *lib.* 2. & eandem opinionem tanquam magis communiter receptam contra *Dec. cons.* 15. *testati sunt Socc. Iun. in cons.* 500. *num.* 20. *lib.* 1. *Honded. cons.* 57. *num.* 32. *lib.* 1. prout etiam de ea mentionem fecit *Rota coram Gregorio in adducta decis.* 514. *num.* 6. *& coram Card. Seraph. decis.* 880. *num.* 2. Et concurrebat præterea, in casu, de quo agitur, quod qualitas illa masculinitatis, quæ dicebatur repetita, non erat adiecta ante, vel post nominationem vtriusque sobstitutionis,
8 † quo casu dubitari fortasse potuisse, An illa complecti deberet vtramque dispositionem, vt erat in casu *decis.* 334. *par.* 1. *diuers.* Sed legebatur post casum primæ substitutionis filiorum Sigismundi, quæ nulla ratione diffundi poterat extra
9 personam eorumdem filiorum, † quibus cohærebat, vt fuit distinctio *Alex. cons.* 158. *num.* 2. *lib.* 6. & antea considerauit *Bart. in l. mulieri, & Titio consil.* 33. *in princ. ff. de cond. & demostr. & in l. Iulius Paulus ff. eodem tit. Auctoritate illius textus, & l. vltimæ, §. seiæ ff. de leg.* 2. Et in hoc visum fuit distingui posse casum huius decisionis à decisione Aldobrandini atque etiam ex pluribus coniecturis, quæ concurreban in casu eius decisionis pro repetitione masculinitatis,
10 † quas coniecturas omninò necessarias existimauit *Rot. in Florentina fideicommissi de Guidaccijs coram R.P.D. meo Dunozet.* referendo hunc esse stilum huius tribunalis, vt non credat huic soli coniecturæ.

Neque visa fuit aliquid operari posse ad effectum inducendæ huius rapetitionis dictio illa, vt supra quæ legebatur in fine secundæ substitutionis, seu conditioni, sub quafuerunt vocati nepotes Sigismendi, quasi propter eam diction-
11 nem, † cuius natura erat repetendi resuperius expressas, videretur repetita in eisdem nepotibus, & hæc qualitas masculinitatis per *text. in l.* 1. *§. deinde ex hoc edicto ff. de postulan. & tradunt ibi Bart. & Doct.* & in terminis huius conditionis considerarunt *Menoch. cons.* 274. *num.* 19. *Ceph. cons.* 269. *num.* 4. *& alij relati à Peregr. cons.* 41. *num.* 16. *lib.* 5. *& in tract. de fideicomm. art.* 16. *num.* 23. Cum enim plura complecti, ac repetere potuisset testator sub ea dictione nempe qualitatem masculinitatis, & legitimi-
12 tatis, satis erat † quod illa vim suam operaretur respectu legitimitatis, cui immediatè adhærebat. Et enim in prima substitutione, in qua positi fuerunt in conditione filij Sigismundi sub duplici illa qualitate additum fuit respectu legitimitatis; quod ijdem filij non possent esse legitimati siue quocunque modo translati ex iure filiorum legitimorum; in secunda verò substitutione, in qua positi fuerunt in conditione filij, qui nati essent ex isdem filijs Sigismundi, considerata fuit in his nepotibus eiusdem Sigismundi sola qualitas legitimitatis cum exclusione legitimatorum cnm dictione, vt supra, vnde apparebat effectus eius dictionis in repetitione qualitatis
13 filiorum legitimatorum, quæ sola † expressa fuit in secunda substitutione omissa priori qualitate filiorum masculorum, prout in his omnino terminis considerauit *Decian. in cons.* 1. *nu.* 213. *lib.* 2. *Bero. cons.* 115. *nu.* 22. *lib.* 2. & in terminis non multum dissimilibus. *Surd. cons.* 200. *num.* 16. Imò probari videbatur causa propter quam addita fuerat dictio illa, vt supra, nempe vt explicaret latitudinem præcedentis formulæ, sub qua testator ad inclusionem filiorum legitimatorum non putauit satis esse excludere legitimatos, sed voluit excludere etiam eos, in quos translata essent iura filiorum legitimatorum quæ casu tanquam conuenies soli qualitati sub qua vocati fuerunt filij legitimi, visa fuit etiam esse impedimento, ne censeri deberet repetita alia
14 qualitas masculinitatis, quasi tunc † solum vna pars testamenti aliam interpretari dossit, quando non potest assignari probabilis ratio differentiæ inter vtramque, ob quam ea interpretatio fieri non debeat, vt scripsit *Ruin. cons.* 93. *num.* 15. *lib.* 2. *Soc. Iun. cons.* 158. *num.* 48. *vol.* 2. *& tradit. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 8. *in fine* Ita concordando contrarias Doctorum opiniones, qui non secuti fuerunt *cons. de Anan. & adducta Farfen. fideicommissi coram Gregorio, & in Romana fideicommissi de Delfinis* 1. *Decembr.* 1613. *coram bo. me. Remboldo.*

Et hæc omnia visa fuerunt eò magis admittenda in casu proposito, quod non poterat dici testatorem prospicere voluisse

luisse conseruationi suæ familiæ, quasi non aliàs derogari potuerit præsumptæ voluntati testatoris includendi sub no-
15 mine filiorum etiam fœminas, † quam ex hac vna coniectura, ex qua probari videatur, quod sub eo nomine solos filios masculos intellexerit, licet illud sit commune etiam filijs, vt declarat *Bart. in leg. 1. ff. de verbor signif.* & notant Doct. communiter in *cap. Raynaldus de testam.* & scripserunt latissimè id comprobantes *Menoch. cons. 95. num. 25. lib. 1. & cons. 56. num. 10. & in tract. præs. lib. 4. præs. 85. num. 9. Surd. cons. 564. num. 1. lib. 4. Hond. cons. 65. nu. 49. lib. 1.* Id verò apertissimè probari visum fuit ex eadem vocatione Claræ proter quam volunt hodie admitti fœminæ ab ea descendentes, cùm nihil æquè impedire possit hunc effectum conseruationis agnationis, quam † hæc vna coniectura vocationis fœminarum facta in quacunque parte testamenti, vt solent considerare Doctores in terminis huius substitutionis, & vocationis filiorum, & notauit *Soccin. Senior. in l. gallus §. nunc. d. l. num. 6. in fin. ff. de liber. & posthum. & in l. cum auus num. 82. ff. de condit. & demonstr. Alexand. cons. 38. num. 2. lib. 6. Menoch. consil. 1030. num. 6. & in tract. præsumpt. præs. 85. num. 3. 16. Gabr. cons. 93. num. 15. lib. 1.*

Neque obstare visum fuit, quod Clara præferri debuisset in concursu filiæ fœminæ, quæ fuisset nata ex Sigismun-
17 do, quia licet hæc filia, tanquam † proximior testatori dici debuisset illi magis accepta, quàm Anna, quæ est vno gradu inferior, quàm fuisset eadem filia, non tamen satis hæc esse possunt ad exclusionem eiusdem Annæ, cum plures
18 causæ existere potuerunt, ex quibus † moueri potuit testator, tam vt excluderet filios Sigismundi, quàm vt includeret Annam, vnde videre est hanc coniecturam passim reiectam à Doctoribus, vt testatur *Gabr. in cons. 97. num. 15. lib. 1. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 16.* prout illam minimè fecit *Rot. decis. 790. num. 2. & dec. 526. num. 4. par. 1. diuers.* In quibus licet fuisset ponderata hæc coniectura pro exclusio-
19 ne fœminæ, † tamen resolutum fuit illam per se non sufficere, quod etiam tentum fuit in Florentina de Guidaccijs 21. Februarij 1628. *coram R. P. D. meo Dunozetto, & coram. Card. Seraph. decis. 880. num. 2. coram Greg. decis. 514. num. 13. & in Nucerina fideic. 16. Ianuarij 1595. & 24. Nouembr. 1595. coram Mantic. inter impress. decis. 503. & decis. 351.* Inter cæteras verò rationes, quæ visæ fuerunt considerari posse in hoc casu pro Anna, ad hoc vt illa non posset dici exclusa à Clara, sicuti exclusa fuisset illius mater, aut amita, vna erat, quæ colligebatur ex dispositione statuti Bononien. nam cum in eo caueretur, vt in hæreditate fratris excluderentur sorores per fratres, & eorum filios masculos, hinc poterat deduci eadem ratio, quia sicuti in casu, quo ex dispositione statuti excludi debebat soror à successione fratris propter existentiam alterius
20 fratris, aut filij ex eo nati, censebatur † testator sequi voluisse dispositionim eiusdem statuti, quando hoc verbis non expressisset, ita in casu contrario super quo statutum non disponebat, videtur voluis-
21 se † sequi dispositionem iuris commu-
22 nis, ex quo nomen filiorum † est commune tam masculis, quàm fœminis, & hinc illud obseruatum est à DD. in hoc articulo, quod vt per existentiam fœ-
23 minarum † dicatur defecisse conditio ad fauorem substituti, persona eiusdem substituti debet esse talis, quæ posset excludere filiam grauati; vt deducit *Card. Mant. eod. lib. 11. tit. 14. n. 9. Crassus in §. fideicommissum quæst. 35. num. 4. Alexand. cons. 38. num. 6. lib. 6. Ruin. cons. 93. num. 16. lib. 2. & cons. 142. num. 2. & cons. 143. num. 8. eod. lib Thesaur. decis. 188. num. 14.* & hanc coniecturam considerare solent Doctores etiam in fortioribus terminis, nempe in casu, quo filia testatoris fuerit substituta filio masculo eiusdem testatoris, ac suo fratri decedenti sine filijs, & velit concurrere cum nepte superstite ex eodem fratre, cui fuerit relictum onus fideicommissi.

Et ita vtraque parte informante.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana de Tagliettis.

Die Lunæ 25. Iunij 1635.

ARGVMENTVM

Hæres grauatus tenetur cauere ad fauorem substituti, & hoc casu non sufficit cautio iuratoria, sed necesse sunt fideiussores.

Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. an intret, quando fœmina est forensis, & masculus agnatus est subditus. Item vtrum etiam habeat locum, quando fœminæ sunt hæredes institutæ. Et ad hoc, vt intret, an sufficiat, quòd agnati sint substituti.

SVMMARIVM.

1 *Substituto non est deneganda cautio per hæredem grauatum.*

2 *Filij primi gradus non tenentur cauere, quando sunt grauati restituere fratribus, aut proprijs filijs.*

3 *Fallit tamen, si sint grauati restituere extraneo, & ista opinio est indubitata quo ad cautionem.*

4 *Hæres grauatus non sufficit, quod caueat substituto, per cautionem iuratoriam, sed debent dari fideiussores.*

5 *Hæres grauatus tenetur fideicommissario satisdare, etiamsi quod testator mandet rationes minimè reuideri.*

6 *Trebellianica censetur prohibita ex amplissima prohibitione alienationis, & hæc opinio est communior, receptior, & verior. & nu. 26.*

7 *Filijs primi gradus potest etiam prohiberi Trebellianicæ detractio, quam sententiam omnia ferè Tribunalia Italiæ sequuntur, eamque perpetuò tenuit Rota.*

8 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 141. dum verbis claris excludit fœminas dotatas à petitione supplementi legitimæ, an habeat locum, quando testator habet bona in locis statuti.*

9 *Et conclusio est affirmatiua, cum verba statuti sint clara, quod fauore agnationis fœminæ excluduntur à petitione supplementi legitimæ.*

10 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 141. habet locum etiam in casu, quando fœmina est forensis, agnatus masculus est subditus & nu. 11.*

12 *Statutum an sit conceptum in personam, vel in rem, ista distinctio verbalis fit quando non deficit potestas.*

13 *In statutis exclusiuis fœminarum, illorum effectus semper est, ne bona transeant in fœminas pro conseruatione familiæ subiectæ statuentibus.*

14 *Quæ ratio licèt expresè legatur in aliquibus statutis, tamen in illis, in quibus non adest, tacitè subintelligitur.*

15 *Statutum, si excludat fœminas ciues propter masculos agnatos ciues, & eò magis videtur excludere fœminas forenses propter masculos Ciues.*

16 *Calder. cons. 34. de testam. Anchar. cons. 147. n. 4. & alij declarantur.*

17 *Statutum disponens circa personas non videtur comprehendere ferenses.*

18 *Statutum disponens circa successionem bonorum tunc videtur reale, & non personale, quamuis verba sint directa in personam.*

19 *In statutis non cortex verborum, sed facultas statuentium, quodque ipsi principaliter senserint, est spectadunm.*

20 *In statutis tunc verba sunt indaganda, si quæstio est voluntatis, quæ verbis declaratur, & extenditur.*

21 *Secus autem est quando quæstio potestatis est.*

22 *Bart. in l. cunctos populos C. de Summ. Trinit. & Fid, Cathol. dum tenet quod statutum non porrigat vires extra territorium, confutatur.*

23 *Fœminæ, stante statut. Vrb. lib. 1 cap. 141. si sint institutæ hæredes an possint petere supplementum legitimæ.*

24 *Filiæ possunt petere supplementum legitimæ, quando instituitur extraneus, non obstante statut. Vrb. lib. 1. cap. 141.*

25 *Agnati sat est, quod sint substituti, vt intret statutum Vrb. lib. 1. cap 141. & num. 27. & num. 35.*

26 *Hæres, quando restituit hæreditatem substituto, iste substitutus dicitur hæres testatoris, non autem hæredis grauati.*

28 *Falcidia pertinet solum ad hæredem vniuersalem.*

29 *Falcidiæ prohibitio in statut. Vrb. lib. 1. cap. 141. fuit expressa ad maiorem declarationem.*

30 *Falcidia censetur prohibita prohibitione alienationis.*

31 *Ex alienationis prohibitione non solum censetur prohibita Falcidia, sed etiam censetur prohibita Trebellianica.*

32 *Et iste casus est singularis, & notabilis, licet multi Doctores, & Aduocati communiter non aduertant.*

33 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 141. ex prohibitione detractionis Falcidiæ, debet etiam censeri, voluisse prohibere Trebellianicam.*

34 *Trebellianica etiam filijs primi gradus potest prohiberi. & num. 36.*

D E-

DECISIO DLXXXII.

BONAE memoriæ Io. Franciscus Taglliettus Originarius Ciuis Romanus, qui per multos annos habitauit in Ciuitate Frorentiæ, vbi decessit, habens in Vrbe diuersa loca Montium necnon censum, & aliqua credita, instituit sibi hæredes Violantem, & Flauiam filias iam nuptas, easq; sine filijs masculis decedentes ad inuicem substituit, & post earum mortem substituit Ioannem Tagliettum ex Fantino fratre Nepotem Romanum, vt constat ex partita extracta ex libris baptismi, eiusque filios, & descendentes masculos, fœminas verò mandauit dotari, & hac linea finita alios vocauit, & prohibuit institutis, & substitutis quamuis alienationem, & venditionem bonorum suorum, nisi ad effectum dotandi filias fœminas ipsarum Violantis, & Flauiæ.

Sed cum voluerit quod instituti, & substituti possint vendere loca Montium, & alia bona Romæ existentia, ita tamen vt pretium inuestiretur in stabilibus cautis, & securis in Ciuitate, & districtu Florentiæ sub vinculo eiusdem fideicommissi, & hodie dictæ Violantes, & Flauia hæredes institutæ iactent se velle dicta bona alienare. Dubitaui an teneantur cauere de restituendo substitutis, etiam respectu portionum, quæ alias essent debitæ ratione legitimæ, & Trebellianicæ, Domini bis proposita causa solo Ioanne informante affirmatiuè responderunt.

Quantum enim attinet ad primam
1 partem dubij cum constet Ioannem esse substitutum † non est illi deneganda cautio per hæredem grauatum, *l.* 1. *& l. certa est forma C. vt in possess. legator.* cum alijs concordantibus congestis per *Gomez ad leges Tauri* 40. *num.* 78. *Alciat. cons.* 30. *num.* 3. *lib.* 9. *Cephal. cons.* 619. *num.* 6. *Ioseph. Ludouic. decis. Perisin.* 73. *num.* 1. *& seqq. Morotius cons.* 31. *num.* 18. & fuit latè deductum in *causa Romana fideicommissi de Sabellis* 10. *Aprilis* 1628. *coram bon. mem. Cardinale Virili*, quæ loquitur in terminis locorum montium, mobilium, & aliorum se mouentium.

Nec facit quod filij primi gradus non
2 † teneantur cauere, quando sunt grauati restituere fratribus, aut proprijs filijs, vt in *l. iubemus §. in supradicto, C. ad Trebell.* quia licet hoc sit verum, tamen non facit ad punctum cum d. filiæ † grauatæ sint
3 restituere etiam extraneo nempe Ioanni Nepoti ex fratre testatoris *Abb. cons.* 79. *per tot. lib.* 1. *Alex. ad. Bart. in d. l. iubemus in prima additione vers. adde dum hic dicitur*, & ibi etiam Cinus in fine. *Corn. num.* 16. *ad fin. cum. seqq.* vbi dicit indubitatum esse quoad cautionem, licet quæstio sit circa imputationem fructuum, & dixit *Rota in præcitata causa Romana de Sabellis*.

4 Et prædicta adeò vera sunt, † vt non sufficiat cautio iuratoria, sed debent dari fideiussores. *Bertran. cons.* 168. *num* 4. *vers. & ad satisdationem. par.* 2. *Abb. d. cons.* 79. *post princip. lib.* 1. *Gomez. ad d. l.* 40. *Tauri num.* 78. *post princ. Molin. de primogen. hispan. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 14. *Cuiacius lib.* 9. *obseru. cap.* 5. *Hering. de fideiuss. cap.* 5. *num.* 73. *in fin. Ioseph Ludouic. d. decis. Perusin.* 63. *num.* 10. *& seqq.*

Neque obstat, quod testator voluerit bona posse vendi, & inuestiri in Statu Serenissimi Magni Ducis, quia hoc non facit, immo eo magis debetur cautio ad seruandum indemnem fideicommissa-
5 rium, sicuti debetur † cautio etiam quod testator mandet rationes minimè reuideri Codex Fabrianus *lib.* 6. *tit.* 31. *diffinit.* 1. & magis in specie *Bardellon. cons.* 6. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 1.

Quantum attinet ad secundam partem dubij, An prædicta cautio debeat præstari etiam respectu legitimæ, & Trebellianicæ, respectu Trebellianice affirmatiuè
6 fuit respõsum quiapro ex hibitione † alienationis amplissima cẽsetur quoque prohibita Trebellianica *Gabr. cons.* 87. *n.* 3. *& seqq. lib.* 2. *Peregr. cons.* 68. *per tot. lib.* 1. *& signãter sub n.* 5. vbi de magis cõmuni testatur *Morotius cons.* 67. *n.* 3. *& seqq.* vbi de receptiori *Gerius Spinus cons.* 40. *num.* 21. *lib.* 1. *Bellonus Iunior cons.* 17. *num.* 92. *& seqq. Rota decis.* 313. *num.* 2. *part.* 2. *& decis.* 505. *num.* 3. *vers. quibus additur par.* 4. *diuers. & decis.* 575. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & dec.* 462. *num.* 4. *par.* 2. *in posthum. & in dec. mea impress.* 253. *n.* 2. *& seqq.* vbi de veriori, & magis communi, & idem repetitur in *decis.* 300. *num.* 2. *& est decis. etiam Cardinalis Caualerij bo. me.* 540. *num.* 5.

Nec refert quòd versemur in filijs pri-
7 mi gradus, † quia etiam istis potest pro-

 hibe-

hiberi, vt allegando pro hac sententia 40. Doctores tenet *Menoch. in consf.* 141. *num.* 17. *Bellon. Iun. consf.* 57. *num.* 16. vbi quod omnia ferè Tribunolia Italiæ sequuntur hanc sententiam, eamque perpetuò tenuit *Rota Crescen. decis.* 2. *de testam. Sarnen. decis.* 95. *lib.* 1. *Card. Mantic. decis.* 348. *num.* 1. *Seraph. decis.* 553. *num.* 8. *& decis.* 570. *num.* 1. *Rot. diuers. d. decis.* 313. *num.* 1. *par.* 2. *& d. decis.* 505. *num.* 2. *par.* 4. *& d. decis.* 575. *num.* 3. *par.* 2. *recent. sanct. mem. Gregor. decis.* 421. *num.* 10. *& est d. decis. mea impressa* 253. *num.* 5. & fuit resolutum *coram me. in causa Neapolitana hæreditatis* 19. *Iunij* 1633. neque stylus de partibus est attendendus, qui tenet contrarium, vt dixit *Rota in causa Bononien. de Morattis* 23. *Iunij* 1614. *coram Eminentiss. Dom. meo Cardinale Verospio, & in causa Bononien. de Cataneis apud Merlinum de legitima decis.* 2. *n.* 2.

Respectu verò legitimæ resolutio pēdet à duabus inspectionibus prima, vt videa-
8 tur, † *an statutū Vrbis* 141. *lib.* 1. quod verbis claris excludit fœminas dotatis à petitione supplementi legitimę habeat locū quando testator habet bona in loco statuti quod in casu nostro disponit, quod filiæ fœminæ dotatæ à Patre, vel Auo sint contentæ dotibus quas pater, vel Auus earum in testamento, vel alia vltima voluntate, seu inter viuos dederit, vel reliquerit, nec occasione falcidiæ, aut supplementi debiti de iure naturæ possint aliquid petere ab hæredibus Patris, vel Aui de agnatione etiam transuersali; secunda inspectio, est vt videatur an filiæ fœminæ etiam in hoc casu, in quo fuerunt hæredes institutæ excludantur à petitione supplementi legitimæ.

Circa primam inspectionem verba statuti sunt clara quod fauore agnationis
9 fœminæ † excluduntur à petitione supplemēti legitimæ Vnde punctus stat solū in eo, an prædictum Statutum possit ope-
10 rari in hoc casu, † in quo grauatus est fo rēsis Agnatus, Romanus, & bona sita sunt in Vrbe. Et Domini censuerunt statutum
11 habere locum etiam in hoc casu, † & excludere fœminas forenses fauore masculi agnati subditi statuto. *Ancharan. in repet. cap. Canonum statuta num.* 214. *vers. quæro iuxta prædicta, & num.* 215. *de constitut.* qui testatur de communi *Brun. in tract. de statut. exclusiuo fœmin stant. masculis. art.* 6. *num.* 8. *vers. idem narrat Petrus de Anchar. & numer.* 10. vbi quod apud antiquos ista opinio fuit communior, *& num.* 16. *vers. in hac difficultate*, vbi pariter testatur de communi. *Gozzadin. consf.* 49. *numer.* 7. *vers. quibus non obstantibus, & seqq. per tot. Mendel. consil.* 50. *numer.* 5. qui testatur de magis communi, prout etiam testatur *Soccin. Iun. consf.* 62. *num.* 2. *lib.* 3. *Natta consf.* 148. *&* 149. per totum plenè *Syluester Aldobrandino consf.* 2. *num.* 7. *in* 2. *dubio per tot lib.* 1. vbi pariter de communi *Thesaur. quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 4. *numer.* 49. vbi quod iste casus est indubitabilis latè *Surd. consf.* 343. *num.* 7. *cum seqq. & consf.* 553. *numer.* 17. *Rota decis.* 304. *part* 1. *diuers. num.* 3. *&* 9. & fuit resolutum in *causa Spoletana bonorum* 20. *Februar.* 1568. *coram Robusterio, & in alia Ferrarien. de Tassonis* 18. *Martij* 1630. *coram R.P.D. meo Pirouano Addentes ad dec.* 255. *sanct. memor. Gregor. nu.* 8. *vers. difficultas est si masculi sunt ciues, & fœminæ forenses.*

Et ratio huius opinionis est, quod cum respectu bonorum subiectorum statuto
12 non deficiat † potestas in exclusione forensis non attenditur distinctio verbalis an statutum sit conceptum in perso-
13 nam, vel in rem, quia semper † effectus statuti in ista exclusione est prospicere ne bona transeat in fœminas pro conseruatione familiæ subiectæ statuentibus, quæ ratio expresè legitur in aliquibus statu-
14 tis, vt in statuto Ferrarien. ibi vt † conseruetur dignitas, & amplitudo in familia, quæ non depauperetur propter fœminas transeuntes, vt plurimum ad alienas familias, quæ ratio tacitè subintelligitur in alijs statutis. Vnde si exclu-
15 duntur † fœminæ ciues propter masculos ciues, eò magis debent excludi fœminæ forenses propter masculos ciues *Cephal. consf.* 306. *n.* 62.

16 Nec obstat quod contrariū teneant † *Calderin. consf.* 34. *de testam. Anchar. consf.* 157. *numer.* 4. *Alex. consf.* 44. *num.* 3. *lib.* 5. *Barbatia consf.* 66. *lib.* 3. qui mouentur ea ratione videlicet quod cum statutum dis-
17 ponat circa † personas non videtur comprehendere forensem, vt est communis opinio Doctorum, de quibus per *Rotam in decis.* 404. *numer.* 1. *par.* 1. *diuers. & in decis.* 580. quæ est eadem *dict. par.* 1. *Bart.* qui generaliter tenet hanc opinionem sic distinguendo in *l. cunctos populos num.* 33. *C. de Summ. Trinit. & fide cathol.* Huic enim obiectioni fuit responsum

prę

prędictam rationem non applicari in hoc casu, quia quicquid sit in alijs materijs, de quibus loquitur Rota in dictis decisionibus non applicatur ad casum no-
18 strum, quando agitur de successione † bonorum, quia tunc semper statutum videtur reale, & non personale quamuis verba sint directa in personam, vt contra *Bart. in d.l.cunctos populos tenet Rota in d. decis.* 404. *num.*3. *part.* 1. *diuers.* & fuit resolutum in *causa Balneoregien.bonorum* 16. *Maij* 1594. *coram recol. memor. Hieronymo Card. Pamphilio, sanct. mem. Greg. dicta decis.*255.*num.*6. & fuit resolutum in *causa Collen. hæreditatis* 10. *Iunij*1616. *coram bo. mem. Buratto.*
19 Quoniam non cortex verborum, † sed facultas statuentium, quodque principaliter ipsi statuentes intellexerint attendendum est, & verba indaganda essent,
20 si quæstio † fuisset voluntatis, quæ verbis declaratur, & extenditur. *l.Paulus*§. *non tantum verbis ff. rem ratam haberi cap. is autem* 22. *quæst.* 2. *Aymon. cons.*
21 20. *num.*2. Secus autem dum † quæstio est potestatis, & propterea ferè omnes Doctores reprobant distinctionem Bar-
22 toli, qui tenet † statutum non porrigere vires extra territorium, & potius verbalem, quàm iuridicam redarguunt. *Aretin in l. iustè possidet sub num.* 4. *vers. propterea illa differentia, ff. de acquir. possess. Soccin. Iun. cons.* 25. *num* 13. *in fine lib.* 3. *Decian cons.* 71. *num.* 7. *lib.*2. & in terminis statuti Ferrarien. *cons.*390. *per tot.* præsertim *num.* 47. & latissimè, & doctè fuit ponderatum in *causa Narnien. successionis* 22. *Maij* 1628. *coram R. P. Dom. meo Merlino, & in d. causa Ferarien. de Tassonibus* 18. *Mart.* 1630. *coram. R. P. Dom. meo Pirouano.*
23 Circa secundam inspectionem, † an ex quo fœminæ sunt institutæ, possint petere legitimam, difficultatem videbatur facere, quia statutum est factum fauore agnationis; vnde sicuti, quando in-
24 stituitur extraneus † filiæ possunt petere supplementum legitimæ, vt fuit resolutum in *causa Rom. supplementi legitimæ* 18.*Iunij* 1613. *coram bo. mem. Card. Sacrato.* Ita videtur posse petere dictum supplementum, cum ipsæmet filiæ fuerint institutæ & sic cessat fauor agnationis. Cæterum contrarium dixerunt Domini in casu, de quo agitur, quia licet
25 agnati, † non fuerint instituti, sat est, quòd fuerint substituti, vt intret dispositio statuti, quæ non restringitur, vt habeat locum quando agnati immediatè sunt instituti, sed etiam quando medita-
26 tè, quia facta † restitutione substituti vniuersales dicuntur hæredes testatoris, non autem grauati, §. *restituta instit. de fideicom. hæred. Bald. cons.* 79. *incip. casus talis est Zeno. in princ. lib.* 1. *Corn. cons.* 146. *in princ. lib.* 2. *Boer. decis.* 156. *numer.* 10. *Decin. cons.* 21. *num.* 35. *lib.* 2. *Alexan. cons.* 64. *in princ. lib.* 5. Et sic cum statutum
27 loquatur fauore agnationis † satis adest ipsius fauor, cum dicti agnati sint simpliciter substituti fœminis.

Et statutum videtur clarè hoc disponere dum dicit, quòd filiæ nec occasione falcidiæ, seu supplementi debiti iure naturæ possint aliquid petere ab hæredibus Patris, vel Aui de agnatione etiam transuersali vltra id quod Pater, vel Auus earum reliquit seu dedit in vita, sed semper testamentum, & vltima voluntas Patris, vel Aui robur habeat, &c. quare cum fuerit fœminis relicta proprietas cum onere fideicommissi, & fideicommissarij, vt dictum est, dicantur hæredes, & nihil ab eis filiæ possint petere, nec etiam ratione falcidiæ præsupponit statutum, quod potuerint hæredes instituti, cum
28 † falcidia pertineat solum ad heredem vniuersalem *l.* 1. *ff. ad leg. falcid.* §. 1. *institut. eod. Doct. in l. nemo potest, ff. de leg.* 1. Nec est mirum quod statutum nihil dicat de Trebellianica, quia cum statutum dicat, quod filiæ nihil petere possint vltra id quod Pater, vel Auus reliquerit, vel dederit in vita, sequitur quod nec possint petere Trebellianicam, & quod
29 † prohibitio falcidiæ fuerit expressa ad maiorem declarationem, vt colligitur ex textu in §. *vlt. Auth. vt sponsalitia largitas Auth. sed & in ea C.* ad legem falcidiam, quibus locis dicitur, quod ex
30 † prohitione alienationis censetur prohibita falcidia, & in *d. Auth. sed & in ea, & ibi Bald.* dicit quod licet textus lo-
31 quatur, quod † ex prohibitione alienationis censetur prohibita falcidia, nihilominus etiam censetur prohibita Tre-
32 bellianica, & dicit hunc casum † esse singularem, & notabilem, licet Doctores, & Aduocati communiter nō aduertant, & idem dicit *Salycet. ibi, & Alex. in Apostellis, & alij cumulati per Cardinalem Manticam de coniect. vltim. volun. lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 19. *Gabr. de Trebellian. conclus.* 9. & fuit dictum *coram me in causa*

Fal-

Fulginaten. fideicomm. 5. *Decebr.* 1605. Ita in proposito cum ex prohibitione falci-
33 diæ † statutum censeatur disponere etiã, quòd agnati non sint immediatè instituti, tamen cum fœminæ debeant acquiescere testamento paterno, sicuti expressè est prohibita falcidia, ita debet etiam
34 censeri prohibita Tribellianica, † quæ etiam filijs primi gradus potest prohiberi. *Cassad. decis.* 4. *de testam.* cum alijs congestis in *d. causa Fulginaten. fideicommissi coram me*, & sic clarè patet quod statu-
35 tum procedit etiam in casu, † quo agnati sint substituti, & hæc dicta sint pro declaratione, & intelligentia statuti, si enim circumscripto statuto disputandum esset de dispositione testatoris an volerit prohibere Trebellianicam, certa est illius voluntas prohibendi, cum vt supra di-
36 ctum fuit prohibuerit alienationem, † ex qua censetur prohibita Trebellianica, quæ filijs primi gradus potest prohiberi, vt latè deductum fuit in *causa Fulginaten quæ est.* 253. *in meis impressis.*

Et ita conlusum, &c.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Hispalen. Decimarum.

Die Lunæ 26. *Nouembris* 1635.

ARGVMENTVM.

Solutiones factæ metu mandati, seu censurarum, non constituunt in quasi possessione exigendi.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur, nisi constet de possessione.*
2 *Manutentio non datur propter assistentiã iuris, nisi in iurisdictionalibus.*
3 *Solutiones, si fuerint factæ, coactæ, & metu censurarum non constituunt recipientem in quasi possessione exigendi.*
4 *Soluens metu censurarũ, non dicitur soluere animo acquirendi aliquod ius aduersario, sed potius timore censuarum.*
5 *Protestationes multum suffragantur, ad hoc vt soluens dicatur coactè, & metu censurarum soluisse.*
6 *Et istæ protestationes à principio factæ censentur in quolibet actu repetitæ, si duret causa ipsius metus.*
7 *Liber Capituli non probat in præiudicium tertii.*
8 *Possessio, quando est turbida, & à negotio principali pendet, non datur manutentio, nisi prius disputato negocio principali, & num.* 9.

DECISIO DLXXXIII.

LEO XI. voluit quod Collegia Venerabilis Societatis IESV, quoad bona acquisita, quæ proprijs manibus, vel per proprios colonos excoluntur, loco decimæ soluerent vigesimam, & in hac parte moderatus fuit amplissima priuilegia Pauli Tertij, & Pij Quarti, & sanct. mem. Gregor. XIII. quoad res tamen, & species de quibus de iure, vel de consuetudine circumscriptis priuilegijs decimæ solui deberent. Ad quæ priuilegia sanct. mem. Gregorius XV. Societatem prædictam restituit, & Sanctiss. D. N. huiusmodi restitutionem ad moderationem Leonis restrinxit, oretenus declarando, vt prætendunt Patres Iesuitæ, quod si vigore communicationis priuilegiorum aliorũ Regulariũ habente priuilegium exemptionis, non fuit suæ intentionis, quòd Patres Iesuitæ essent peioris conditionis, quàm alij Regulares, quare prætendens Capitulum Hispalen. esse in possessione exigendi decimas iuxta dictam moderationem Leonis contra Collegia existentia in Ciuitate, & Diœcesi Hispalen. ideò dubitaui
1 an dicto Capitulo sit dandum † mandatum de manutenendo, quod cum non detur, nisi constet de possessione, §. *hodie instit. de interdict.* quia ex assistentia iuris
2 † non datur, nisi in iurisdictionalibus, vt in *cap. cum personæ de priuileg. in* 6. *vt latè fuit ostensum in alia Corduben. decimarum* 30. *Aprilis huius anni coram me*, hac de causa Capitulum tenetur plenè, & concludenter probare suam possessionem post dictam moderationem Leonis, quàm probationem Capitulum prætendebat resultare contra Venerabilia Collegia de Excisa, de Ossuna, & de Marchena, ex testibus, qui dantur in Summario num. 2. 3. & 4. & contra alia Collegia ex testibus, qui fuerunt dati in Sũmario num. 18. & ex alijs per dictum Capitulum deductis, & infra.

Cæterum his non obstantibus Rota censuit non competere dicto Capitulo mandatum de manutenendo, quià solu-
3 tiones † fuerunt factæ coactè, & metu censurarum, quare non constituunt reci-

cipientem in quasi possessione exigendi. *Abb. in c. cum olim il 3. num. 9. & 10. de restit spoliat. Verall. decis. 330. & 331. part. 2. Achill. decis. 11. de pension. Seraph. decis. 1017. num. 6. Puteus decis. 233. lib. 2. in correctis Cæsar. de Graff. decis. 7. de testib. & in recent. decis. 567. num. 4. par.*
4 1. qui enim soluit metu † censurarum, & non aliàs non dicitur soluere animo acquirendi aliquod ius aduersario, sed potius timore censurarum, vt considerat *Puteus loco allegato, & Verall. d. decis.* 330. & fuit resolutum in *allegata causa Corduben. coram me.*

Quod autem solutiones fuerint factæ metu censurarum satis deducitur ex comparitionibus factis per Michaelem Garziam procuratorem Societatis IESV, qui dando listam fructuum perceptorũ de annis 1610. & 1611. & 1613. & alias pluries, vt summario dato in responsione protestatus fuit se dare dictam listã metu censurarum, & collegia non teneri ad solutionem decimarum, & testes examinati pro parte Collegiorum, qui fuerunt dati in summario num. 4. clare deponunt, quòd solutiones fuerunt factæ metu censurarum à die concessionis Breuis Leonis, & concordant duo testes Capituli, vt in summario num. 5. Et respectu Collegij Ciuitatis Hispalen. cum cõtra ipsum fuerit relaxatum mandatum de anno 1606. protestatum fuit appellando, & soluit metu dicti mandati, prout in eadem protestatione soluit pro quibusdam seqq. annis, vt in summario num. 3. appellando ad Sedem Apostolicam,
5 licam, † quæ protestationes multum suffragantur. *Aymon. consil. 114. num. 6. Rota decis. 196. num. 3. par. 1. diuers. Seraphin. decis. 1047. num. 11. sanct. mem. Gregor. decis. 365. num. 2. vbi adden. & decis. 241. num. 6. par. 1. recent. Gratian. discept. 310. num. 38.* & dictæ protesta-
6 tiones censentur repetitæ † in quolibet actu, cum semper durauerit causa ipsius metus. *Achill. decis. 11. de pens. ad d. decis. 365. vers. sufficit autem. Gratian. vbi supra num. 40. & sentit. decis. in d. causa Corduben. vers. vnde sicuti.*

Non obstant partitæ librorum Capituli, in quibus reperiuntur descriptæ solutiones, quia ommisso quod liber Capi-
7 tuli † non probat in præiudicium tertij, *l. instrumenta l. rationes, leg. exemplo, C. de probat. Bart. in l. rationes, leg. exemplo, C. de probat. Bart. in l. admonendi nu.* 26. & ibi *Ripan. 121. de iureiuran.* & fuit sæpissimè resolutum, eòque magis, quia punctus non stat in solutione, sed in solutione facta metu censurarum, quæ propterea non suffragatur, vt supra dictum fuit, & hac eadem responsione tolluntur dicta testium, cum ius non stet in solutione, sed in solutione libera, quæ hic non adest, vt supra ostensum fuit.

Non obstant listæ datæ à Ioanne Serõ procuratore Collegij de Ossuna de anno 1606. & aliæ datæ à Gregorio de Aguillar asserto protectore Collegij de Marchena de anno 1619. sine aliqua protestatione, vt in summario num. 12. & 16. quia controuertitur, an sint in forma probanti, sed vtcumque sint, dantur aliæ protestationes factæ, quæ tangunt nedũ dictum tempus, sed etiam tempora posteriora, in quibus protestationibus dicitur, quod nec Collegium Ciuitatis Hispalen. nec alia Collegia teneantur ad dictas decimas, & cum istis protestationibus fuerunt datæ listæ in summario in responsione dato.

8 Neque displicebat aliquibus ex Dominis, quod cum materia † sit turbida, videretur de bono iure, quia Patres Iesuitæ prætendunt, quod licet proprium priuilegium fuerit moderatum per Leonem, non tamen fuerint sublata priuilegia aliorum Regularium ad ipsos etiam spectantia per communicationem, & ideò cùm ante dictum Breue Leonis Iesuitæ essent in possessione non soluendi decimas, dum postea superuenit dictum Breue Leonis, ex quo Capitulum prætendit titulum cum possessione, quæ tamen redditur turbida ex protestationibus Patrum. An hæc suffragetur Capitulo non obstantibus protestationibus pẽdet ex eo, an communicatio priuilegiorum suffragetur Iesuitis, & hoc est vidẽdum, quia quando possessio est turbida,
9 & pendet à negotio † principali, non datur manutentio, nisi prius disputato negocio principali, vt fuit dictum in *Anconitana bonorum 6. Nouembris 1562. coram bo. mem. Oradino, & in Siracusana Abbatissatus 1. Decebr. 1598. coram bon. mem. Episcopo Pacen. & in alia Vlixbonen. Concordiæ 5. Maij 1599. coram bon. me. Iusto, & in alia Pistorien. Prioratus 13. Maij 1615. coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

RE-

REVERENDISS. PIROVANO.

Vlixbonen. iuris conferendi.

Die Lunæ 17. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Confirmatur decisio in hac causa facta sub die 25. Maij 1635. nempè, quod ius conferendi habitum Tertij Ordinis S. Francisci competit Fratribus Minoribus de Obseruantia, & non Fratribus Tertiarijs, &c. quod etiam pluribus comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Fratres de Obseruantia ab initio, & origine Ordinis, viuente Seraphico Patre, & post eius obitum, contulerunt Tertiarijs habitum.*

2 *Ordo trinus à Seraphico Patre emanauit.*

3 *S. Franciscus, Tertiarijs, non Religionem, sed certum viuendi modum, & vestiendi formam, præscripsit.*

4 *S. Franciscus suo tempore multis habitum Tertiarium contulit, vt nu. 5.*

6 *S. Franciscus deputauit in caput, & supremum Superiorem Tertiariorum Bartholomæum Cumanum Aduocatum, ab ipso Sancto receptum.*

7 *Barbtolomæus Cumanus litium procurator, qui ad eam sanctitatem, & cum S. Francisco familiaritatem peruenit, vt illi dederit facultatem recipiendi viros, & mulieres ad Ordinem Tertiarium.*

8 *S. Antoninus fuit Archiepiscopus Florentinus.*

9 *Habitum conferendi ius, quæri potest ex consuetudine.*

10 *Ius aliquid faciendi, si quis habeat, quando alius prætendit illud ius ad se spectare, debet docere de suo iure, vel quod ad eum fuerit deuolutum, aliàs frustra contendit.*

11 *Ordo Tertiariorũ fuit ab initio institutus à S. Francisco, omninò distinctus ab Ordine Minorum.*

12 *Habitum conferendi ius de iure communi non competit illi, qui non sunt Superiores eiusdem Ordinis.*

13 *Sed hoc fallit, si adsit tale ius, acquisitum ex consuetudine.*

14 *Clausula, in æternum, quid operetur.*
Chronicis Religionum standum est n. 14.

15 *S. Franciscus ab origine instituti Ordinis dum vixit, habitum Tertiarium ingredientibus dedit, & post eius gloriosum obitum, idem fecerunt Ministri Generales, & alij particulares.*

16 *Facultatem aliquid faciendi, si quis ab alio receperit, factum reputatur illius, qui dedit telem facultatem.*

17 *Ab eligente, quis non dicitur ius habere, sed ab eo, qui dedit potestatem eligendi.*

18 *Adunantia generalis, si eligat illum, quem Priores nominarunt, ille dicitur electus ab adunantia habente proprietatem facultatis eligendi.*

19 *In mandate, penes quem est potestas mandandi, ab eo est deducendus actus, qui mandatur, & non à mandatario.*

20 *Iurisdictio tanta in aliquem non censetur translata, quin maior apud Superiorem remanserit.*

21 *Iurisdictionem, quando Princeps committit alicui, censetur eadem sibi reseruare.*

22 *Fratres Tertiarij S. Francisci, ex vi Regulæ per Nicolaum IV. confirmatæ habere debent Ministros de seipsis. & vide num. 23.*

24 *Facultatibus suis nemo inauditus est spoliandus.*

25 *In iure suo, dum super eo, controuertitur, quis est conseruandus. amplia num. 26.*

26 *Ordo Regularis Tertiarius S. Francisci cum vniuersali Ordine semper fuit idem & independens conseruatus à quacunque Religione, etiam Minorum.*

28 *Constitutio emanata pro certis locis, non debet extendi ad vniuersas Ciuitates, & Mundi loca.*

29 *Ab iurisdictionis vna specie, non licet inferri ad aliam speciem.*

31 *Ordo Tertiarius Sancti Francisci, est separatus ab vniuersali Ordine, vt constat ex Constitut. Leonis X.*

32 *A iurisdictione locali, non benè infertur ad Ciuitates, & loca diuersa.*

33 *De priuatione iuris tertio competentis, quando agitur, non sufficit allegare conuenientiam, quod magis alicui alij debeatur, quàm habenti.*

34 *Iurisdictio non datur per conuenientiam, sed acquiritur priuilegio, vel consuetudine.*

35 *Possessor, sua possessione, nisi ab habente facultatem id faciendi, priuari potest.*

36 *Verba, præsint, & obediant, quid importent.*

37 *Habitum conferre ad alium non spectat, quàm ad superiorem Prælatum.*

38 *Spe-*

38 *Species vna derogata, non tollit alteram, nec inter se confunduntur.*
39 *Derogatio recipit strictam interpretationem.*
40 *Habitum conferre, si spectet ad Prælatum Superiorem, cessante superioritate per extinctionem officij, cessat ius dandi habitum.*
41 *Rex Catholicus, in diuersis Regnis imperat secundum legem eorundem.*
43 *Communicatione, quis non potest vti contra eos, à quibus desumit communicationem.*

DECISIO DLXXXIV.

☞ CAusa reproposita conclusum fuit, standum esse in decisis 25. Maij præteriti*.

Quoniam verum est, Fratres de Obseruantia † ab initio, & origine Ordinis, viuente Seraphico Patre, & post eius gloriosum obitum contulisse Tertiarius habitum, & in hac consuetudine fundare intentionem contra Regulares Tettiario, nam decisio, quæ reuidetur, ponit trinum Ordinem à Seraphico Patre emana-
2 tum † ab anno 1208. scilicet Fratrum, Mulierum, & Tertium de pœnitentia nuncupatum, certis regulis Fratribus, & Mulieribus præscriptis, & inde ab Honorio Tertio confimatis; Teriarijs verò,
3 non Religionem, sed certum viuendi modum, & vestiendi honestum prescripsit, qui à Nicolao IV. sub alijs Regulis distinctus fuit, & approbatus, ac demum ducentis annis, & vltra elapsis sub Leone X. Regularis Ordo Tertiarius fuit erectus, & confirmatus.

Pro Tertiarijs, secundùm distinctionẽ trium temporum ab eisdem præmissam, idem in primo tempore narratur ab Origine vsque ad Nicolaum Quartum, qui regulam per modum, & tenorem per Sanctum præscriptam confirmauit, & in eo, quod dicitur, Seraphicum Patrem
4 suo tempore multis † habitum contulisse, testantur Sacri Ordinis Chronicæ, nempè *Episcopus Portuen. in par.* 1. *Chronicarum Minorum lib.* 2. *cap.* 33 *fol.* 216. *& lib.* 9. *cap.* 1. *Episcopus Mantuanus Gonzaga in sua Chronica par.* 1. *§.cum autem fol.* 3. *Miranda super Regula Tertiariorum c.* 13. *vsque ad cap. vlt.* & fuerunt, qui habitum ab eodem Sancto receperunt, vt aliqui inter cæteros recensentur, vl-
5 tra integrum † populum de Carniero, de quo *in prima parte Chronicæ Portuen. lib.* 2. *fol.* 217. necnon alios relatos *à Miranda super Regula Tertiariorum cap.* 13. *pag.* 170. *&* 73. & eisdem historijs ab anno 1222. vsque ad annum 1531. B. Bona, Bartholomæus Cumanus Aduocatus, Mathęus Rubius Caetanus, qui fuit Pater Nicolai Tertij, omissis alijs, & ab anno 1531. à Ministris Fratribus habitum susceperunt Elisabeth Vngariæ Regina, B. Emiliana, & aliæ personę in eisdem Chronicis relatę, non tamen est verum, quod pro Tertiario Ordine asse-
6 ritur, eundem † Seraphicum deputasse in caput, & supremum Superiorem Tertiarorum Bartholomęum Cumanum ab ipso Sancto receptum, & cum omnimoda potestate, & auctoritate alios ad Ordinem recipiendi in ęternum ei, & successoribus data; nam etsi de dicto Bartholomęo loquatur Chronica, quę datur in summario num. 1. quam scripsit *Frater Marcus Vlixbonen. in* 1. *pa. lib.* 2. *fol.* 217. dicatur inter alios fuisse huius Ordinis Tertiarij quendam nuncupatum
7 Bartholomęum † litium procuratorem, qui ad eam vitę sanctitatem, & cum Sancto familiaritatem peruenit, vt illi daret facultatem recipiendi viros, & mulieres ad Ordinem Tertiarium, subdendo (*in luogo suo per sempre*) & informantes pro Tertiarijs addunt alia verba, nempè cnm omnimoda potestate, & auctoritate alios ad Ordinem recipiendi in ęternum sibi, & successoribus, attamen, vnde Chronista desumpserit hanc partem, *ponitur in margine dicti fol.* 218. *nempe ex antiqua*
8 *Chronica Sancti Antonini*, † *qui fuit Archiepiscopus Florentinus, in qua talia non leguntur in sua* 3. *part. historiali tit.* 24. *cap.* 7. *§.* 3. *vers. anno Domini* 1223. *fol.* 235. sed tantummodo habentur sequentia verba, *Anno Domini* 1223. *fuit quidam in Italia Bartholomæus nomine, qui audita fama B. Francisci, ad eius prædicationem, aduocationem suam deferens, sub honesto habitu, & tertia Regula dignos pœnitentia fructus facere satagebat, & tantam cum B. Francisco familiaritatem cotraxerat, quòd Sanctus recipiendi Fratres ei concesserat facultatem*, sed de tempore, aut de perpetua concessione nullum verbum.

De secundo autem tempore à Nicolao IV. vsque ad Nicolaum V. Fratres de Obseruantia non discordant cum Tertiarijs, quia Regula Nicolai IV. ab vni-

uerso cœtu Tertiariorū obseruata fuerit quò ad omnes, tam sub Obseruantia, & in communi viuentes, quam quoad coniugatos, virgines, & alios in cœlibatu viuentes, ac modum viuendi, & respectiuè vestiendi, & opera charitatis exercendi.

Tertium tempus à Nicolao Quinto; vsque ad Tertiarios in Regulares formales erectos sub Leone Decimo, cùm & illud cum actibus subsecutis in tempore illo intermedio pertineat ad vniuersum cætum cuiuscunque generis personarum Tertiariorum, nec Tertiarios Regulares tangere possit, cùm adhuc non essent in rerū natura, nihil obstare poterit veritati facti, quòd Seraphicus Pater, & Successores contulerint habitū ingredientibus Tertium Ordinem, neque dis-
9 positioni iuris, quòd ex hac consuetudine OrdiniMinorum primordialiter erecto iurisdictio conferendi habitum quæsita fuerit, *per cap. conquæstus 9. quæst. 3. c. irrefragabilis §. 1. cap. dilectus in princ. de offic. Ordin. cap. cum contingat de foro compet. Abb. Felyn. Io. Andr. et alij per Surd. cons. 465. num. 15. lib. 4.* qui in prima decisione fuerunt allegati, quibus accedunt plenè hanc conclusionem firmantes *Bellam. cons. 40. num. 21. Alberic. cons. 197. num. 15. Menoch. tract. de imper. & iurisd. lib. 2. cap. 2. num. 2. Bald. cons. 338. num. 5. lib. 1. Sanchez super Decal. lib. 5. cap. 4. num. 64.* & idem fuit firmatum in *Sabinen. Montis Rotundi, vers. neque obstare dicebatur 25. Iunij 1627. coram D. meo Decano*, & hanc eandem consuetudinem conferendi habitum ponderat *Miranda in Manual. par. 1. quæst. 39. art. 7. in princ. dicens: licet non reperiatur aliquod Breue, seu Bulla concessa Fratribus Minoribus, vt possint recipere aliquos Fratres, vel Sorores, qui vocentur Tertiarij, siue de pœnitentia, & in proprijs domibus habitent, nihilominus sufficit antiqua consuetudo, quæ ab initio Ordinis semper fuit in praxi*; quæ verba. & veritatem facti consueti, & iures dispositionem in præsupposito deductam benè comprobant. Vndè, nisi Regulares Tertiarij, aliunde doceant ius coferendi habitum ad ipsos spectare, vel deuolutum fuisse, aut dènique ex alijs Summorum Pontificum Constitutionibus, & Bullis concessum, frustra de proprietate iuris conferendi habitum Tertiarijs secularibus, contendunt.

Non igitur constat ad ipsos spectare ius conferendi ante Bullam Nicolai Quarti, neque ex dispositione eiusdem, quæ emanauit. de anno 1289. & est secunda in nouo Bullario, & impressa reperitur in lib. intitulato, *Firmamentum trium Ordinum*, ad quam semper recur-
10 ritur, † dum agitur de Tertio Ordine; nam etsi ille fuerit ab ipso Beato institutus, vt in ipsa Bulla præsupponitur in decimo sexto Capitulo Regulæ, attamen *Gonzaga Episcopus Mantuanus in sua Chronica part. 1. vers. cum autem pag. 3. & Roderic. qq. regul. tom. 3. q. 72. art. 1. in princ. dicunt*, quòd Regula à B. Patre tradita non inuenitur, sed tantummodo illa, quæ enuntiatur, & approbatur à Nicolao Quarto, in qua de pertinentia ad Regulares Tertiarios non est agendum, dum adhuc Ordo illorum ad formalem regulam non est erectus.

Neque ad rem facit, si dicatur, Seraphicum Patrem ab origine instituisse
11 † Ordinem Tertiariorum omninò distinctum ab Ordine Minorum & probari ex verbis *glos. in Clement. ex eo, de sentent. excomm. & prima, verb. obedientiam, de Relig. domib. Calderin. cons. 7. num. 2. de for. compet.* & inde sumendam esse con-
12 sequentiam necessariam, ius † conferendi habitum de iure communi non competere Minoribus de Obseruantia, cum non sint Superiores eiusdem Ordinis, *cap. fin. de reg. in 6. Lap. alleg. 31. num. 1. Oldrad. cons. 91. num. 1.*

Quia obiectum omnimò cessat propter
13 ius quæsitum ex consuetudine † conferendi habitum vniuerso cœtui Tertiariorum, vt supra ostensum fuit.

Quæ iurisdictio non potest dici sublata eo, quod Beatus non dederit hanc facultatem Ministris Ordinis Fratrum Minorum, sed ipse solus ab initio Tertiarios receperit, & postmodum eandem facultatem dederit Bartholomæo Cu-
14 mano à se recepto, & cum clausula, † *in æternum*, quæ exinde dicitur transmissa ad successores in approbatione Regulæ per Nicolaum Quartum, dum voluit *in cap. 2. & 16.* quòd Ministri de se ipsis Tertiarijs eligerentur, & ab ijs habitus daretur.

Nam si Chronicis huius Sacræ Religionis est standum, prout non est dubitandum, iam concludenter ex supradi-
15 ctis patet, quòd Sanctus † Franciscus ab origine instituti Ordinis, dum vixit, habitum

habitum ingredientibus dedit, & post eius gloriosum obitum idem fecerunt Ministri Generales, & alij Ministri particulares, & quod dicitur de Bartholomæo, illi simpliciter data fuit facultas recipiendi seculares ad habitum ab ipso Seraphico Patre, non autem successoribus in perpetuum, vt dicunt Tertiarij Regulares, quod abundè supra fuit ostensum, vt propterea quicquid actum fuit ab ipso Bartholomæo, mandante B. Francisco, non iure proprio, quasi sit effectus proprietarius iuris conferendi
16 habitum, sed ab ipso patre, † à quo facultatem receperat, factum reputatur *per. text. in leg. vnum ex familia*, §. *falcidia, ff. de leg.* 2. vbi non dicitur, quis
17 habere † ius ab eligente, sed ab eo, qui dedit potestatem eligendi, & per illum text. ibidem infert *Bart.* si adunantia
18 generalis † eligit illum, quem Priores nominarunt, ille dicitur electus ab adunantia habente proprietatem facultatis eligendi, non autem à Prioribus; idem comprobant *Cuman. & Florian. in d. §. si falcidia, Didacus à Segura ibid. nu.* 182. *cum seq. & Crauet. cons.* 275. *num.* 3. di-
19 cens idem in mandante, † penes quem est potestas mandandi, ab eo deducendum esse actum electionis, non autem ab ipso eligente, & cùm facultas prædicta data fuerit Bartholomęo biennio post à die Ordinis Tertiarij instituti nempe de anno 1223. vt dicunt Chronistæ supra allegati, & tempore quo infiniti propè habitum receperant ab ipso Beato, clarum est, quòd tanta iurisdictio non sit translata in
20 Bartholemæum, quia † maior apud superiorem remanserit. *cap. dudum* 14. *de præb. in* 6. *l. fin. C. de iurisd. omn. iud. l.* 1. *C. de off. præfect. Vrbis. Bald. cons.* 326. *incip. Rex Romanorum, in fin. num.* 16.
21 dicit, quando Princeps comittit † curisdictionem alicui, censetur eandem sibi reseruare. *Caputaq. decis.* 337. *num.* 8. *par.* 1. *Menoch. præsumpt.* 18. *num.* 1. *lib.* 2. *Felin. comprobans in cap. pastoralis, nu.* 2. *de off. ordin. & plenius Surd. cons.* 56. *num.* 22. *Gonzal. ad reg.* 8. *in proœm.* §. 2. *nu.* 2. *& seqq.* & cum agatur de determinata facultate Bartholomæi, Bulla Nicolai Quarti nihil disposuit de successoribus illius, sed de iure conferendi indulto Ministris eiusdem Ordinis cuiuscunque qualitatis, & sexus, quod nihil commune habet cum facultate Bartholomæi.

Secundò principaliter non probatur, huiusmodi facultatem conferendi habitum, quæ ex consuetudine pręscripta erat penes Fratres de Obseruantia, ad regulares Tertiarios fuisse deuolutam, aut inter ipsos tanquam de cœtu vniuersali conseruatam, quamuis post secula in Regularem Ordinem erectos; nam etsi opponatur cessare iurisdictionem Minorum de Obseruantia ex vi Regulæ per Nicolaum Quartum confirmatæ de ann. 1289. dum in fine Bullæ idem Pontifiex voluit,
22 quòd huiusmodi † Fratres habere debeant Ministros de se ipsis, *& in cap.* 2. *Regulæ approbatæ* determinetur, quòd Ministri deputati recipiant fratres, & sorores habitum suscipere volentes, *& in cap.* 16. indulta sit facultas eligendi in Visitatorem virum religiosum ex aliqua Religione approbatum; quæ omnia in-
23 ferre videntur iurisdictionem, † & quidem distinctam, & separatam ab Ordine Fratrum de Obseruantia, *Bart. in l. nam & posteriores ff. de legib. cum alijs alleg. per Menoch. præsump.* 38. *num.* 8. *lib.* 6. attamen eadem prima decisio respondet, quòd ius conferendi habitum à Ministris electis à se ipsis respicit Ordinem Tertiariorum in vniuersum, qui cùm vt vniuersales; neque vt singulæ Congregationes sint in causa pro definitione propriæ exēptionis, sed tantummodo Regularis Ordo Tertiarius, & Fratres Minores ad inuicem contendentes de iure tertij, Con-
24 gregationes illæ inauditæ † non sunt spoliandæ suis facultatibus per Nicolaum Quartum indultis ex vi regulæ approbatæ, & ita intrare non potest consequentia deuolutionis huiusmodi iuris ad Ordinem Regularem Tertiarium, qui de tempore Regulæ Nicolai non extabat, sed post ducentos ferè annos superuenit,
25 & interim sunt † conseruandi Minores Obseruantes in eorum iura conferendi in suis casibus, quando Congregationes nō deputant Ministros, vel antequam illæ non sint erectę in Ciuitatibus, vel locis Orbis vniuersi, quod semper sustinetur
26 etiam in modico, † in quo potest operari *Menoch. ead. præsumpt.* 38. *num.* 14. *& seqq. lib.* 6.

Neque obstat, quòd Ordo Regularis Tertiarius cum ipso vniuersali Ordine
27 fuerit sēper † idem & independens conseruatus à quacunque Religione, etiam Minorum, tam ante erectionem huius in formalem Regulam, quàm post Ordinis

prędicti erectionem, & probari dicebatur ex Constitutione Eugenij Quarti de anno 1442. mense Februarij, eius Pontificatus anno duodecimo, & ex alia Nicolai Quinti de anno 1459. mense Maij, eius Pontificatus anno quarto, apud *Syllam de priuileg. tertij Ordinis pag. 30. & 40.*

Quoniam ex illa Eugenij quidquid datum est Fratribus in commune viuentibus respectu Visitatoris, & iurisdictionis in Fratres prædictos nihil pertinet ad fratres, & sorores separatim in eorum domibus viuentes, de quibus, toto tenore Bullæ ponderato non agitur, & quod
28 magis est, emanauit pro † certis Regnis Castellæ, & Legionis, à quibus ad vniuersas Ciuitates, & mundi loca non licet inferre, neque de vna specie iurisdi-
29 ctionis visitandi ad aliam speciem conferendi habitum extendi potest, vt infra dicetur.

Ex Constitutione autem Nicolai Quinti, quæ emanauit pro Leodiensi diec. & in forma commissaria, plura determinantur pro fratribus tantum in communi, & sub Obseruantia tunc viuentibus, & de prædictis non est quæstio in hac disputatione, in qua agitur de secularibus, non autem de regularibus, vel tunc in communione sub Obseruantia viuentibus; plura etiam pro fratribus secularibus in proprijs domibus degentibus statuuntur, quæ omnia si ponderentur, clarè constabit constitutionem esse localem pro Diœcesi Leodiensi, quę non admittit extensionem, & in forma commissaria datam, quæ debet probari in narratis iustificata & effectuata per obseruationem subsecutam, nec aduersari Regulæ Nicolai Quarti, nisi in Ministro, seu Visitatore Generali, & superioritate illius, ac in eo, quod esse debeat de Fratribus in Communi, & Obseruantia viuentibus; in cæteris verò firma remanet regula, quòd in toto Orbe ad Ministros de se ipsis electos spectet ius dandi habitum; vnde non est difficultas; an viuentes in communi, & sub Obseruantia, tam ante erectos in regulares, quàm post fuerit semper idem Ordo independens conseruatus, & vnum corpus cum alijs; sed cum contendit contra obseruantes minores
30 habentes fundatam † intentionem in iurisdictione per consuetudinem acquisitam, vt supra fuit firmatum, docere debent quam iurisdictionem tunc habuerint, vel nunc habeant dandi habitum laicis separatim viuentibus, scilicet coniugatis, viduis, virginibus, aut alijs in cælibatu degentibus, quorum Fratrum, & Sororum iurisdictioni, Ciuitatis, vel loci cuius libet non legitur derogatum;
31 & † nihilominus de illorum separatione ab vniuerso Ordine constat ex Constitutione Leonis X. mense Ianuarij 1521. Pontificatus eiusdem anno octauo, quæ ponitur *per Syllam de priuileg. Tertij Ordinis fol. 66.* in qua expressè leguntur separati, ibi, *Nos iuxta Domini voluntatem prætiosum à vili separantes, eandem tertiam Regulam, in modum quod sequitur distinctum, de nouo confirmamus, & approbamus;* per quam separationem, neque directè cœtus Fratrum, & Sororum Laicorũ priuatus fuit proprio iure indulto per Nicolaum Quartum, vt in prima decisione fuit firmatum, neque in conse-
32 quentiam, ex quo benè infertur de † iurisdictione locali ad Ciuitates, & loca vniuersa, neque de vna specie visitandi ad aliam speciem dandi habitum, deficiente causa vniuersali, & alio existente in possessione, *Innoc. in cap. dilectus super verbo possessionem cap. in fin. de cappel. Monac. & plenè comprobat Roman. cons. 368. num. 8. Felin. in cap. auditis, num. 18. & seqq. de præscript. Surd. cons. 429. num. 45. vol. 3.* neque vbi agitur de priuatione iuris tertio competentis sufficit allegare
33 † conuenientiam, quòd magis illis debeatur, qui habent in denominatione, & uiuendi modo similitudinem, quam Minoribus Obseruantibus ratione Ordinis omnino distincti. *Tiraq. de leg. connub. l. 5. num. 20. Surd. cons. 140. num. 32.* cum alijs allegatis; quoniam iurisdictio,
34 † sicuti non datur per conuenientiam, sed acquiritur priuilegio, vel consuetudine. *Abb. in cap. cum contingat, num. 5. de for. compet. Surd. cons. 405. num. 5. vol. 3.* ita nec eodem modo priuari potest
35 Dominus, † aut possessor, nisi per habentem facultatem, & superioritatem priuandi.

Tertiò denique non probatur, Tertiarios Regulares concessionẽ habere conferendi habitũ secularibus, neque priuatiue neque cumulatiuè, quoad Minores de Obseruantia, neque quoad vniuersum Ordinem Laicorum, & seu Congregationis, cum derogatione Regulæ Constitutionis Nicolai Quarti.

Nam ex Constitutionibus supradictis de

de hac concessine nullum verbum, ex vltima autem, quę allegatur à Clemente Septimo de anno 1526. mense Martij eius Pontificatus anno quarto registrata *apud Syllam fol. 69. & seqq.* si benè, & distinctè attendatur, dum de Regularibus, tam Virorum, quàm Mulierum loquitur in narratiua, & in dispositiua eiusdem, nihil ad præsentem disputationem pertinet, in qua de Superiore Ordinis Tertiarij non est quęstio, sed de iure conferendi habitum secularibus contenditur.

Pro Laicis autem non obstant verba eiusdem Bullæ Clementis Septimi, in quibus pro Tertiarijs constituitur fundamentum, *apud Syllam pag. 76.* ibi, *Visitator Generalis vniuerso Ordinis, illiusque domibus, Monasterijs, ac vtriusque sexus personis, & in Hispaniarum, & Portugalliæ Regnis, ac partibus, & Prouincia prædictis existentibus, præsit, & Fratres, Monales, & Sorores, ac aliæ vtriusque sexuus, & in seculo existentes personæ, ipsi Antonio, & pro tempore existenti generali Visitatori dicti Ordinis de pœnitentia in omnibus & singulis ipsum Ordinem concernentibus obediant.* Ex qui-
36 bus verbis † *præsit, & obediant*, dicebatur & vnum corpus esse conseruatum, & iurisdictionem concessam dandi habitum secularibus, ex quo de iure, admissa su-
37 perioritate, conferre † habitum ad alium non spectat, quàm ad superiorem Prælatum, *cap. fin. de regular. Lap. allegat. 51. num. 1. Oldrad, cons. 91. num. 1. Felin. in cap. quoniam, num. 1. de maior. & obed.*

Quoniam vbi agitur de separata iurisdictione, nempe particularis Visitatoris, & Superioris, & de Ministris eligendis secularibus ab habitum Laicis præscriptum, prout hæc duo distincta in Regula per Nicolaum Quartum confirmata po-
38 nuntur, vna specie derogata non † tollitur altera, nec inter se confunduntur propter naturam derogationis, quæ re-
39 cipit strictam † interpretationem, *Clem. 1. de præb. Achill. decis. 3. num. 4. qui filij sint legit. Rota decis. 159. num. 7. corā Papa Gregor. XV. 103. num. 5. 214. nu. 5. 229. num. 2. par. 2. recent.* Præterea hac ipsa Clementis Septimi Bulla per Pium Quintum de anno 1568. anno eius Pontificatus tertio *per Syllam fol. 85.* in totum fuit sublata, antiquata, & extincta ibi, *Officia, Magistratus, & Visitatoris Generalis dicti Ordinis perpetuò extinguimus, & abolemus, ac Ministrorum Visitatorem, ac Vicarium Generalem eiusdem Ordinis officio, vsu, & exercitio omnimodè interdicimus*, & submittuntur Generali, & Prouincialibus Ordinis Minorum, vnde benè retorquetur argumen-
40 tatio: Si † conferre habitum spectat ad Prælatum Superiorem, cessante superioritate per extinctionem officij Visitatoris, cessabit ius per Regulares Tertiarios prętensum dandi habitum Laicis in separatis domibus degentibus.

Non obstat, quòd superioritas Ministri Generalis Minorum sit ab ea exercenda reduplicatiuè, non tanquam quod absolutè sit Superior, sed tanquam Prelatus Ordinis Tertiarij, & eo casu non possit deputare personas Ministros ad dandum habitum Laicis ex proprio Ordine Minorum, sed seruare debeat statuta, & ordinationes, ac Priuilegia Ordinis Tertiarij secundùm exempla, quæ ponuntur per *Gonzal. ad reg. 8. glos. 5. §. 7. num. 123.* de Rege Catholico, qui in
41 diuersis † Regnis imperat secundum leges eorundem.

Quia Minores Obseruantes non veniunt ex iure deuoluto per priuationem, sed respondendo Bullæ Clemētis Septimi, dicunt superioritatem Visitatoris Ordinis Tertiarij esse extinctam, & ipsos vti posse iure suo in conferendo habitum laicis priuatiuè quoad Tertiarios Regulares ex consuetudine vsque ab initio
42 nascentis Ord. † acquisita.

Denique nullius ponderis visum fuit Dominis fundamentum communicationis priuilegiorum Fratrum Minorū, quæ legitur facta per Pium Quintum in eadē Bulla extinctionis Visitatoris Generalis Ordinis Tertiarij.

Quia non possunt vti communicatio-
43 ne † contra eos, à quibus desumunt communicationem, quidquid sit si ab alijs haberent priuilegia independenter ab ipsis Fratribus Minoribus, *Franc. in c. sicut num. 1. de verb. signif. in 6. Casarub. in addit. in compend. priuil. mendicantium verb. communicatio, Erasmus Cochier. de Iurisd. Ordin. in exemptos, par. 1. quæst. 17. num. 19.* quòd si secus esset, ageretur de noua superioritate communicanda, implicando contradictionem in eadem Pij V. Bulla prohibitam, ibi, *quæcunque sint, præsentibus tamen non repugnantia*, quod non est dicendum.

Et ita vtraque &c.

Et

* Est supra in hac parte decisio 577. vbi alias decisiones in hac causa annotaui.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Hispalen. Dimidiæ Portionis.

Die Lunæ 17. Decembris 1635. &

Die Lunæ 14. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

Remissoria in beneficialibus, vt concedatur, quid requiratur. Prouisus Apostolicus petens remissoriam contra Prouisum ab Ordinario, quando ei sit concedenda illa, non retardata immissione d. prouisi ab Ordinario, & dicta immissio ex quo remedio detur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoriam petenti ex probabili causa non denegatur.*

2 *Remissoria in beneficialibus non datur sine fumo.*

3 *Articulus vnus, quando est releuans sufficit, vt cæteri admittantur, & vt remissoria non possit denegari.*

4 *Et ad hunc effectum requiritur, quod ille articulus sufficiat ad victoriam causæ.*

5 *Remissoria in beneficialibus de stylo Rotæ non datur neque in prima, nec in secunda instantia, sed tantum in tertia, & eam petenti in prima, vel in secunda instantia non datur nisi facta obligatione de stando vnicæ, & num. 7.*

6 *Et hoc ea ratione, quia cum in beneficialibus agatur, de re, quæ non est in bonis nostris, sed solum nobis sit commissa administratio, causæ egent celeri expeditione.*

8 *Remissoriam in beneficialibus non possessor petens, requiritur, quod renunciet futuro sequestro.*

9 *In Beneficialibus possessor petens remissoriam, apponitur sequestrum & num. 10.*

11 *Remissoriam in beneficialibus non possessor petens, quare debeat renunciare futuro sequestro.*

12 *Clem. 1, de sequest. possess. & fruct. non habet locum, quando præcessit prima sententia, ad fauorem alterius partis.*

13 *Remissoria an concedatur in iudicio executiuo.*

14 *Tertius, si veniat ad causam, & petat remissoriam, ad probandum se esse proximiorem, cum articulus sit releuans datur remissoria sine retardatione executionis.*

15 *Tertius veniens ad causam, non potest impedire executionem ratione sui interesse.*

16 *Remissoria generaliter loquendo non datur contra agẽtem adipiscendæ possessionis, & ad impediemdam illius immissionem.*

17 *Ab intestato non competit remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

18 *Literæ Apostolicæ in beneficialibus habent executionem paratam ob illarum reuerentiam, ad instar testamenti ex l. fin. C. de edict. D. Adr.*

19 *Ordinarij cum prouideant, motu proprio, eorum gratiæ non egent iustificatione.*

20 *Gratia, quando non eget iustificatione, immissio debetur ex remedio l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

21 *Feudum, quando quis obtinuit, & Dominus negat inuestituram sub prætextu felloniæ, quæ non sit probata, feudatario competit remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. ad obtinendam immissionem.*

22 *Immissio, quæ petitur ex inuestitura, est ita priuilegiata, sicuti illa, quæ petitur ex l. fi C. de edic. D. Adr.*

23 *Officium Iudicis nobile potest implorari, vbicunque deficit actio, si æquitas id suadeat.*

24 *Officium Iudicis ad obtinendam immissionem vigore inuestituræ, competit, quatènus non datur remedium l. fin. C. de edic. D. Adr. toll.*

25 *Beneficium l. fin. C. de edic. D. Adr. toll. licet multi teneant, quod non competat ab intestato, nemo tamen negat, quod hoc casu competat officium Iudicis.*

26 *Prouiso ab Ordinario debetur immissio, licet non sit declaratum ex quo titulo.*

27 *Remissoria non conceditur contra prouisum ab Ordinario, ex quo non conceditur contra agentem remedio adipiscendæ, ad illius immissionem impediendam.*

28 *Immissionem quis impedire non potest si, non sit legitimus contradictor.*

29 *Ordinarij (cessantibus reseruationibus) habent potestatem conferendi beneficia, & Papa prouisis ab ipsis Ordinarijs agnoscit pro legitimis contradictoribus.*

30 *Prouisi ab Ordinarijs præferuntur prouisis Apostolicis.*

31 *Pro-*

31 *Prouisi ab Ordinarijs, si habeant titulum coloratum, sunt legitimi contradictores aduersus prouisos à Papa, & possunt appellare à sententia lata super executione literarum Apostolicarum, si ante sententiam coram executore suum titulum producant.*

32 *Ordinarij prouisio, si sit anterior in data, & cesset reseruatio, & agatur de beneficio vacante, est præferenda prouisioni Apostolicæ.*

33 *Prouisus, si quis sit de beneficio vacanti ab Ordinario, cessante reseruatione, etiam stantibus potestatibus disparibus, attenditur prioritas temporis.*

34 *Papa solus potest prouidere de beneficio vacaturo.*

35 *de Beneficio vacaturo inferiores à Papa non possunt prouidere, sed solum de beneficio vacanti, cum non possint dare, nisi actionem personalem.*

36 *Prouisi ab Inferioribus à Papa, solum possunt petere, vt sibi prouideatur de præbenda, quod tunc vacat.*

37 *Prouisi à Papa, vel ab Ordinario, si neuter possideat, is cui Papa contulerit, vel Legatus propter conferentis maiorem prærogatiuam, est alteri præferendus.*

38 *Prouisorum iura, qando sunt obscura, cæteris paribus ille vincit, qui habet titulum à maiori, & digniori, limita num. 39.*

40 *Collatio præbendarum in Cathedrali Ecclesia est simultanea inter Capitulum, & Ordinarium.*

41 *Et si Ordinarius tantum prouideat, prouisio erit nulla.*

42 *Papa præsumitur voluisse concurrere cum Ordinario, stante discordia, si in literis prouisionis apponat clausulam, Dũmodo de tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, & num. 43.*

44 *Papa nunquam est præsumendum, quod velit præiudicare validè prouisis ab Ordinario.*

45 *Mensis Augusti est reseruatus ob regulam Octauam, hodie nonam.*

46 *Beneficium, quod competit Ordinario, competit etiam Capitulo, quod simul cũ Ordinario confert.*

47 *Sed secus hoc est hodie post Constitutionem Vrbani VIII. in qua disponitur, quod Cardinales soli per se ipsos, vel alios ad id deputandos absque Capitulis, Canonicis, &c. possint conferre beneficia, vide hic, & declara dictam Constitutionem vt num. 48. 49. & 50.*

51 *Breue emanatum ad postulationem partis si non sit iustificatum, non officit.*

52 *in Breue emanato ad instantiam partis, semper subintelligitur, clausula, Si preces veritate nitantur.*

53 *Clausula sublata in Breui emanato ad instantiam partis, non suffragatur, si non apponatur altera clausula, quod de subreptione dari non possit.*

DECISIO DLXXXV.

FVit per Dominos resolutum dandam esse remissoriam Celidonio facta obligatione de stando vnicæ sententiæ, & non retardata immissione Prouisi ab Ordinario. Ratio primi dicti fuit, quia ipse
1 petit† remissoriam ad iustificandum suam gratiam, & ideò ex probabili causa, *Caputaq. decis. 57. par. 3. Rota in recent. p. 2. decis.* 578. Cum enim punctus principalis consistat in eo, quod statutum Eccle-
2 siæ super collatione simultanea sit † editum in limine fundationis, & de hoc detur fumus, prout requiritur, *Caputaq. decis. 60. par. 3. Seraph. decis.* 1176. *num.* 1. & sufficiat, quod vnus articulus sit rele-
3 uans, † vt cæteri sint admittendi, & vt remissoria non possit denegari, *Cassad. decis. 3. nu. vlt. de sequestr. possess. & fruct. Mantic. decis. 312. num. 2. Caualer. decis.* 232. *num.* 1. *san. mem. Gregor. decis.* 124. *num.* 3. & fuit sæpissimè resolutum. Et
4 licet ad hunc effectum † requiritur quod ille articulus sufficiat ad victoriam causæ, *Mantic. dicta decis.* 312. *quæ duplicatur* 726. *num.* 1. *par.* 4. *diuers.* Attamen articulus in isto casu probatus sufficeret ad satis victoriam causæ, prout ex mox dicendis apparebit.

Quod autem sit danda facta obligatio-
5 ne stando vnicæ, probatur, quia in † beneficialibus de stylo Rotæ non datur neque in prima, neque in secunda instantia, sed tantum in tertia. *Puteus decis.* 297. *num.* 4. *lib.* 2. & *decis.* 52. *in princip. lib.* 1. *in correctis, Seraph. decis.* 555. *num.* 3. *Boccacc. de remissor. cap.* 3. *numer.* 50. *Seuerol. eod. tract. cap.* 17. *in princ. Vestr. in prax. lib.* 6. *cap. vlt. nu.* 2. & iste stylus inoleuit ad tollendam calumniam, quia cũ
6 in beneficialibus agatur † de re, quæ non est in bonis nostris, sed solum nobis sit commissa administratio, causæ egent celeri expeditione. Vestrius, & Seuerol. locis præcitatis, & propterea si petitur in prima, vel secunda instantia, datur quidem

7 dem, sed facta obligatione † de stando
vnicæ, & hæc verissima sunt, quicquid
in contrarium videatur dicere perfunctoriè decisio in causa Gerunden. Parochialis 21. Iunij 1630. coram R.P.D.Queippo tunc Rotæ Auditore, quia articulo ex professo discusso cōtrarium fuit resolutum in causa *Terulen. Beneficij 3. Iulij 1634. coram R.P.D. meo Ghislerio.*

Et quamuis in hoc casu regulariter loquendo cum non possessor petit remisso-
8 riam † requiratur, quod renuncietur futuro sequestro, *Ioan. Paul.decis.163. quæ habetur lib.3. par.3.decis.919. Seuerol.de remissor.cap. 17. in princ. Scacc. de iudic. lib.2. cap.8. num.777.in fin.*prout seque-
9 strum apponitur † quando possessor petit remissoriam *Verall.decis.152.numer.2. par. 3. & decis. 919.* ibidem; tamen cum
10 remissoria†sit danda nō retardata immissione prouiso ab Ordinario, cessat ratio, ex qua Celidonius non possessor deberet renunciare futuro sequestro. Ratio enim
11 cur non possessor † renunciat futuro sequestro; ea est, quia si remissoria non daretur, ferenda esset sententia pro alia parte, quæ ex concessione remissoriæ subit periculū ne ex nouis probationibus causam amittat, & apponatur super beneficio sequestrum: sed in hoc casu etiam si reportata remissoria Celidonius obtineret sequestrum, non posset apponi cum
12 *Clem.1. de sequest.poss.& fruct.* non†habeat locum, quando præcessit prima sententia Rotalis ad fauorem alterius partis, Cardinalis in *dicta Clem.1.quæst.4. n.13. Cassad.decis.2.de sequest.poss.& fruct. Simonett.decis.81.Io.Andr. in addit. ad Speculat.in reg.de sequestr. poss.& fruct. Put. decis.52.post princ. & num.1.lib.1. in correctis, Io.Paul.decis.88.quæ est decis.844. lib.3. par.3. & est eadem cum decis.Putei.*

Quod verò sit danda remissoria non retardata immissione prouisi ab Ordina-
13 rio, patet, quia aliter in iudicio † exequutiuo non conceditur remissoria, *Seraph. decis.294.num.1.* hinc si tertius ve-
14 nit ad causam, & petat remissoriam†ad probandum se esse proximiorem, cum articulus sit releuans datur remissoria sine retardatione executionis, *Caualer.decis. 610.num.2.* & ratio est, quia tertius non
15 potest impedire executionē ratione sui interesse, *l.is, à quo ff. de rei vend. Ioseph Ludou.decis.Perus. 26. num. 26. Menoch. cons.488.num.7.Franc. decis.261. num.7. & seqq.Surd.decis.60.num. 6.* Certum est
enim, quod generaliter loquendo nō da-
16 tur remissoria†contra agentem remedio adipiscendæ possessionis, & ad impediēdam illius immissionem, *Rota decis. 212. num.7.par.1.recent.& allegat Io. Paulum decis.85.Seraphin.decis.294.& 1364.*

Nec inficiari potest quin prouiso ab Ordinario debeatur Immissio. Nam &
17 si regulariter † loquendo beneficium, *l. fin.C.de edict.Diu.Adrian.tollend.*ab intestato non competat, vt per DD. communiter in dicta *l.fin.*Et in beneficialibus li-
18 teræ Apostolicę ob illarum reuerentiam habeant executionem paratam ad instar testamenti ex beneficio *d.l.fin.cap.si Capitulo,& ibi gloss.in verbo exequutor, & c.seqq.de præb.in 6. Abb.in cap.constitutus num.19. in fin.de appell.Menoch.de adipiscen.remed.6. num.35.Mohedan. decis.13. vt lit. pend.* Attamen cū Ordinarius pro-
19 uideat † etiā motu proprio, & eius gratia iustificatione non indigeat, *Felin. in cap.ad aures,nu.15.conclus.14.de rescript. Gonzal.in §.6.prohem. n.10.& 11.& gloss. 4.nu.183.& 184.ac gloss.32.nu.48.Garz. de benefic.par.6.cap.2.numer.221.& seqq. Put.decis.101.lib.3. Acchil.dec.10. in prin. & num.4.de prob. Seraph.decis.1467. n.1.* & fuit resolutum in causa Romana Clericatus S.Petri coram laudandę mem.Cardinali Hieronymo Pamphilio 27. Nouēbris 1602.& aliàs sæpissimè,& propterea
20 cum dicta gratia † non egeat iustificatione, immissio debetur siue ex remedio *l.final.C.de edict. Diu.Adrian. toll.* prout in simili competere dictum remediū quā-
21 do quis † obtinuit feudum, & Dominus negat inuestituram sub prætextu fellonię quæ non sit probata, dicit *Aluarott.in c.1. §.Insuper. num.4. versic. & prædicta sunt vera,* ibi *quia principaliter sua petitio de probibita feud.alienat. & Frider.* & ibi *Isernia num.60. vers.si verò differt,& hinc Roland. in cons.1.numer.51.* exemplificat, quod competat dictum remedium *l.fin.*
22 etiam non scripto hæredi si est†vocatus in inuestitura, quia ità est priuilegiata immissio, quæ petitur ex inuestitura, sicuti illa, quæ petitur vigore dictæ *l. fin.* & sequitur *Surd. in cons.571. nu.4. vol.4.* siuè etiam dicta immissio debeatur officio Iudicis quatenus non poset competere dictum remedium *l.final.* nec aliud, quia
23 officium † Iudicis nobile potest implorari vbicumque deficit actio, si æquitas id suadeat, *l.si me,& Titium,ff. si cert.petat. l. hæreditas in fin.& l.planè, ac l.fin. ff. de*

petit.

petit.hæredit.l.quintus, ff. de annuis legat. & latè ad propositum, quod officium Iu-
24 dicis † ad obtinendam immissionem vigore inuestituræ competat, quatenus nõ detur remedium, *l.fin.dicunt Roland. vbi sup.num.54.& sequentibus, Cephal.cons.30. num. 16.* vbi licet multi negent ab inte-
25 stato † competere beneficium dictæ legis, nemo tamen negat competere Iudicis officium, *Paris.cons.22.num.67. lib.1. Soccin.Iun.cons.75.num.17.& in fine consilij Acchill.Personal.de adipisc.numer.106. Bald.in cap.1. num.1.vers. responde officio Iudicis de cõtrouers.inter mascul. & fœm. & ibi Præposit. in Præmio vers. & intellige, quod mittatur in possessionem*, & in
26 puncto, quod prouiso † ab Ordinario debeatur immissio non declarato ex quo remedio fuit resolutum in Causa Calaguritana Canonicatus Doctoralis 17. Iunij 1619. coram me, & in indiuiduo Rota habuit hunc sensum in causa Toletana Canonicatus 11. Ianuarij 1610. *coram b. mem. Horatio Card. Lancellotto, vt in dec. 212.num.7.par.1.recent.* dum negauit re-
27 missoriam contra prouisum ab Ordinario, ex eo quod non conceditur contra agentem remedio adipiscendæ ad impediendam illius immissionem, ergo claris verbis censuit, quod prouiso ab Ordinario competit Interdictum adipiscendæ, quando aliud non obstat, prout nihil in hoc casu obstare clarum est, vt statim demonstrabitur.

Neque obstat, quod cum prouisus ab
28 Ordinario non possideat,† non sit legitimus contradictor, *c.si à sede, de præb.in 6.* quia verum est, quod (cessantibus reser-
29 uationibus) † Ordinarij habent potestatem conferendi, & Papa prouisos ab ipsis Ordinarijs agnoscit pro legitimis contra-
30 dictoribus. † Vndè si possident, præferuntur prouisis Apostolicis, vt *in d.cap.si à Sede de præbend.in 6. Puteus decis. 4. de præbend. Sarnen. decis. 31.* incipiente, *Si à Sede*, ex quo fit, vt si habeant coloratum titulum, sint legitimi contradictores, &
31 possunt appellare à sententia lata † super executione literarum Apostolicarum in fauorem prouisi Apostolici, dummodò ante sententiam coram Executore suum titulum produxerint, & fuit resolutum in causa *Elnen. Beneficij S.Saluatoris 16.Decembris 1602. coram bon. mem. Penia* in qua in hac parte fuit reuocata alia decisio facta sub die 13. Nouembris eiusdem 1602. Sed iste non est casus noster, in
32 quo cũ cesset reseruatio, & prouisio Ordinarij sit anterior in data † & agatur de Beneficio vacante, meritò est præferenda, *Anchar. in d. cap.si à Sede, numer.1. vers.secundo quæro, Io: And. nu.2.Gemin. num.4.* & quando agitur de vacatione de
33 præsenti, quod cessante † reseruatione etiam stantibus potestatibus disparibus attendatur prioritas temporis, dicit *Butrius in d. cap. si à Sede num.1.* licet secus sit si ageretur de vacaturo, quia tali casu semper prefertur, prouisio Pape est poste-
34 rior, quia † solus Papa potest prouidere de vacaturo secundùm *text.in cap.2.de præbend. in 6. & in cap. eum qui, & cap. si is, cui 39. eodem tit.* & inferiores à Papa tantum possunt prouidere de vacanti
35 cum non possint dare, nisi actionem † personalem, & ideò prouisi ab eo possunt solùm petere, vt sibi prouideatur de præbenda, quando vacat, & sic in hoc casu, quando agitur de vacaturo prouisi ab Ordinarijs non habent idem ius cum
36 prouiso † à Papa, & hoc est, quod dicit *Butrius in d. cap. si à Sede numer. 1.* & optime licet breuiter, insinuat, & declarat, *Abbas in cap.relatum numer. 7.* & ibi *Butrius num.6. de præbend.* & latè prosequitur, & exornat *Azeuedus cons. 12. nu. 31. & seqq.* Nec potest fieri vis in verbis finalibus *d. cap.si à sede*, ibi, *Si verò neu-*
37 *ter possideat, † is cui Sedes ipsa contulerit, vel Legatus propter conferentis ampliorem prærogatiuam, est alteri præferendus*, quia intelligitur de altero, cui eadem die Ordinarius contulit, vt habetur ex cõtextu literæ, & dicit *Anchar. in d cap.si à Sede, num.1. in princ.* ibi, *secundo nota, in §. Si verò*, quod vbi iura partium sunt obscu-
38 ra, cæteris † paribus ille vincit, qui habet titulum à maiori, & digniori. Non autem de eo cui Ordinarius prius prouidit, quando cessant reseruationes, &
39 agitur de prouisione de vacanti † non autem de vacaturo, vt dicit idem *Anchar. d.num.1. vers.sed videtur*, vbi quod si agitur de prioritate, & posterioritate non est habenda prædicta consideratio, & hoc clarè dicunt Doctores supra citati.

Neque facit, quod omnes prædictæ responsiones procederent si Papa voluis-
40 set concurrere † cum Ordinario, sed cum agatur de dimidia portione existente in Cathedrali, collatio est simultanea inter Ordinarium, & Capitulum, *Cassador.decis.22.de præbend. Gonz.gloss. 45. in princ.*
41 *num. 36.* & propterea † prouisio Ordi-

narij

narij fuerit nulla, *Puteus decis. 21. de præbend. Rota decis. 702. par. 4. diuers. Gonz. gloss. 24. num. 52.* & Papa stante ista discordia voluit prouidere. Quia fuit responsum, quod in isto casu Papa voluit
42 concurrere † stante dicta discordia, vt clarè probatur ex clausula apposita in litteris. *Dummodò de tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum*, quæ
43 clausula ponitur, quando Papa † concurrit cum Ordinario *Sarnen. in regul. de iur. quæsit. non toll. quæst. 1. in princip.* & fuit dictum in causa *Hostunen. Capellæ 17. Nouemb. 1600. coram bon. mem. Iusto.* Ideò punctus stat in eo, an prouisio Ordinarij sit nulla, quia si fuit valida, Papa
44 non † intellexit præiudicare prouiso ab Ordinario, *Rota decis. 7. de præbend. in nou.* & latè deducitur in dicta causa Hostunen.

Et visum fuit Dominis non probari nullitatem dictæ gratiæ Ordinarij, quia huiusmodi dimidia portio vacauit in mē-
45 se Augusti, † semper reseruato ob regulam octauam, nunc nonam, quæ non comprehendit Cardinales, & licet aliàs in pluribus decisionibus fuerit resolutum
46 quod beneficium, † quod cōpetit Ordinario competat etiam Capitulo, quod simul cum Ordinario confert, tamen secus est post Constitutionem Vrbanam S.D.N. in qua disponitur, quod Cardi-
47 nales soli per se†ipsos, vel alios ad id deputandos absque Capitulis, & Canonicis, alijsque quamcumque ordinariam dispositionem eorumdem beneficiorum similiter coniunctim, vel diuisim cum eisdem Cardinalibus habentibus, dummodò aliàs sub indulto eis concesso comprehendantur, liberè prouideant, neque Capitula, aut Canonici huiusmodi priuilegio, quod Cardinalibus Præsulibus nullo habito Capitulorum, & Canonicorum respectu concessum esse dignoscitur, gaudere frui, aut Ius aliquod inde prætendere possint. Et hac de causa certum est, quod Capitulum non potuit iuuari ex gratia, quam habet Ordinarius Collator.

Et quamuis dicatur, quod Cardinalis Ordinarius Collator non habeat Indul-
48 tum, & tamen prædicta † constitutio Vrbana videatur se restringere ad Indulta, ibi: *Dummodò aliàs sub Indultis eis concessis comprehendantur.* Attamen hoc non refert, quia Constitutio solum declarat, quod Papa non vult concedere dictam facultatem conferendi quoad beneficia, quæ non comprehenduntur sub Indultis, non autem restringit se ad collationem, quæ spectat ex Indultis; Cum dicta Cō-
49 stitutio † loquatur nedùm de ipsis Indultis, sed etiam de alijs facultatibus, & præsertim de exceptione, vt Cardinales non comprehendantur sub regula reseruatoria mensium, vt patet ex tenore ipsius Constitutionis, in cuius principio dicitur: *quod accepto per S.D.N. quod Cardinales super Indultis, & facultatibus disponendi de beneficijs Ecclesiasticis Sedi Apostolicæ reseruatis, & affectis à Sede prædicta sibi concessis per Capitula, & Canonicos Cathedralium Ecclesiarum quibus illi, &c. præsunt, impediuntur sub prætextu, quod ipsi Capitula, & Canonici ius nominandi, &c. de beneficijs in mensibus non reseruatis pro tempore vacātibus cum prædictis Cardinalibus locorum Ordinarijs coniunctim, vel diuisim habentes tamquā membra capiti adhærentia à Cancellariæ Apostolicæ regula mensium reseruatoria, à qua Cardinales præseruantur, etiam excipi* (hoc est sicut Cardinales in dicta regula non comprehendantur, ità ab ipsa etiam regula debeat excipi Capitulum quando Cardinalis est Ordinarius) & subditur: *facultates, ac Indulta, quæ certarum reseruationum obstacula tollunt, sibi quoque suffragari debere prætendunt.* Postea subdit eadem Constitutio; *Et attendens priuilegium, quod Cardinales in prædicta regula præseruentur eis intuitu Cardinalatus concessum esse, &c.* quare facta prædicta narratiua S.D.N. statuit, vt supra dictum fuit. Vndè clarè patet, quod
50 prædicta Constitutio † comprehendit etiam beneficia, quorum collatio ratione mensis spectaret ad Summum Pōtificem, si Cardinalis comprehenderetur sub regula reseruatoria mensium; & iste intellectus non est nouus, cum Rota idem dixerit in *Causa Cremonen. Canonicatus 14. Ianuarij 1630. coram Reuerendissimo Domino meo Durano nunc Episcopo Vrgellen.*

Neque obstat, quod dicta Constitutio non habeat locum quādo in limine fundationis fuit editum statutum super simultanea, vt in suo Breui declarauit
51 S.D.N. Quia cum istud Breue † emanauerit ad postulationem partis, & non sit iustificatum, non officit, *Rota decis. 173. numer. 5. & ad fin. par. 3. in recent.* ha-
52 bet † enim tacitam clausulam, si preces veritate nitantur, *cap. 2.* vbi *Abb. num. 3.* *de*

de rescript. Cæsar. de Grass. decis. 12. num. 1. de probat. Rota in recent. decis. 24. num. 1. par. 2. Nec potest suffragari clausula sublata posita in dicto Breui, quia cum
53 agatur † de Breui ad instantiam partis concesso, & non fuerit apposita alia clausula, quod de subreptione, vel obreptione dari non possit, non operatur, nisi prius iustificentur narrata, *Gonzal. super regul. 8. gloss. 66. num. 22. & seq. Rota decis. 96. per tot. par. 4. diuersor. Card. Caual. decis. 92. num. 3.* fuit sæpissimè resolutum.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CARILLO.

Romana Donationis de Mongellinis.

Die Lunæ 14. Inauarij 1636.

ARGVMENTVM.

Religionem ingressurus, si omnia sua bona donat suo Curatori, & postea intra duos menses proximos ante professionem fecit aliam donationem de eisdem bonis alicui alio, seruatis debitis solemnitatibus, ista secunda facit cessare primam, & quid si in prima adsit pactum de non reuocando, & etiam iuramentum. Donatio facta à Minore eius curatori an substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à volente ingredi Religionem, si sint seruatæ solemnitates à iure requisitæ, & iuxta formam præscriptam à Sac. Concilio Tridentino valet.*

2 *Donatio facta ob ingressum Religionis, dicitur donatio causa mortis, cum eius effectus pendeat à professione, quæ dicitur mors ciuilis.*

3 *in Donatione causa mortis, si adsit conditio protestatiua pendens à mera potestate donantis, hoc casu facilius potest reuocari.*

4 *in Donatione causa mortis, si sit appositum pactum, de ea non reuocanda, tunc dicta donatio transit in donationem irreuocabilem inter viuos.*

5 *Donatio causa mortis, ob appositum pactum de non reuocando, tunc transit in donationem irreuocabilem inter viuos, quoad pactum appositum est in substantialibus, secus si in executiuis.*

7 *Pactum, de non reuocando donationem causa mortis, tunc non operatur irreuocabilitatem quoties donatio irreuocabililatem non patitur. & num. 7.*

8 *Donatio causa mortis, si iuramento firmata sit, tunc pactum de non reuocando, operatur irreuocabilitatem.*

9 *Iuramentum in donatione causa mortis censetur appositum, iuxta naturam donationis, quæ cum sit reuocabilis, iuramentum pariter censetur reuocabile.*

10 *Iuramentum sequitur naturam actus, super quo interponitur.*

11 *Minor donare non potest Curatori, & si donat, talis donatio est nulla, & fraudulenta, & nec iuramento confirmari potest.*

Quæ doctrina procedit, etiam in Curatore non confirmato, & in quolibet alio administratore. num. 13.

Quod ampliatur, etiamsi Curator, vel Administrator renunciauerint curæ, vel administrationi, ante donationem. numer. 14. vel si ea aliàs finita, alius Curator non fuit petitus. num. 15.

12 *Iuramentum, si contineat turpitudinem ex parte recipientis, & iniquitatem ex parte iurantis seruari non debet.*

16 *Donatio remuneratoria, vt substineatur inter personas prohibitas, requiritur, vt merita concludenter probentur, & non per assertionem donantis.*

17 *Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 16. de regular. comprehendit non solùm donationes, & renunctationes factas à Nouitijs intra duos menses proximos ante professionem, sed etiam illas, quæ fiunt ante ingressum Religionis, cum narratiua ipsius ingressus, & contraria opinio, quando procedat, vide num. 20.*

18 *Donationes factas tempore Nouitiatus Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. de regul. reprobat, nisi intra duos menses proximos ante professionem, ex eo, quod donatis bonis non remanet Nouitijs libertas egrediendi propter timorem non recuperandi bona.*

19 *Donationes factas ante ingressum Religionis, Concil. Triden. sess. 25. c. 16. de regular. censetur reprobare, intuitu ipsius ingressus, cum per illas auferatur ingredi volentibus libera facultas ingrediendi, nam cum se videant spoliatos bonis donatis, cogi videntur ad ingrediendum ipsam Religionem.*

21 *Donatio facta per eum, qui vult ingredi Religionem, quando præsumatur facta in*

in fraudem Concilij Tridentini sess. 25. cap. 16. de regular.

22 Donatio, vel renunciatio bonorum quando fit ante ingressum Monasterij, tunc nullatenus intrat dispositio Cõcilij Tridentini Sess. 25. cap. 16. de regul.

23 Et ratio est, cum Concilium sit correctorium Iuris Communis, ideò in suo tantum casu venit seruandum, non autem in diuerso.

24 Donatio facta intuitu ingressus Religionis, in ea nulla requiritur statutorum solemnitas, & quare. num. 25.

DECISIO DLXXXVI.

Dominicus Mongellinus ingressurus Seraphicam Religionem D. Francisci de Obseruantia sub die 24. Maij anni 1634. donauit Hieronymo Lucatello Auunculo, & Curatori, seu administratori suo omnia bona præsentia, & futura, ea lege, & pacto, quod donatio, ita demum sortiretur effectum, si donator habitum D. Francisci, seu alterius Ordinis susciperet, & Professionem emitteret. Deinde sub die 23. Aprilis 1635. ingressus iam Religionẽ D. Francisci intra duos mẽses proximos ante professionem, fecit aliam donationem de eisdem bonis pro duabus tertijs partibus ad fauorem Angelæ, & Virginiæ de Mongellinis suarum sororum, & pro alia tertia parte ad fauorem dicti Auunculi cum nonnullis pactis, & conditionibus, de quibus in ipsa donatione. Orta autem lite inter partes super validitate harum donationum, & proposito per me dubio: Quæ donatio esset attendenda? Domini pro secunda donatione responderunt.

Et moti fuerunt, quia facta fuit cum
1 omnibus † solemnitatibus à Iure requisitis, & iuxta formam præscriptam à Sacro Concilio Tridentino *sessione 25. cap. 16. de Regularib.* & ideò attendi debet. *Sanc. super Decal. lib. 6. cap. 5. quæst. vlt. num. 64. & seqq. Guttier. in cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. in verb. dum nuptui tradebatur num. 2.*

Nec obstat prima donatio, quia cum
2 facta fuerit † ob ingressum Religionis, dicitur donatio causa mortis, cum eius effectus pendeat à professione, quæ dicitur mors ciuilis, *Io. Andr. in cap. statuimus, numer. 21. ad med. de Regul. vbi Host. num. 4. Rota in Romana de Melchiorijs 16. Martij 1620. & 10. Decembris 1621. coram bo. mem. Buratto.* Vnde illa rectè potuit reuocari, *l. mortis 30. ff. de donat. caus. mort. Guttier. de iuram. confir. cap. 12. num. 1. & seqq.* Præsertim cum dicta donatio fuerit facta sub conditione potestatiua penden-
3 te à mera voluntate † donantis, nempè quatenus vellet profiteri, & non aliter, in quo casu potuit facilius reuocari, *Menoc. consil. 208. num. 4. Rota decis. 539. num. 7. pa. 4. recent.*

Nec releuat pactum de non reuocando appositum in prima donatione, quod
4 operatur, † vt donatio causa mortis transeat in donationem irreuocabilem inter viuos, *l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort.* quia quicquid sit, an tale pactum fuerit in dicta donatione appositũ in sub-
5 stantialibus, vel in executiuis, † ita vt in primo casu operetur irreuocabilitatem, in secundo verò non, vt tradunt *Guttier. d. cap. 12. num. 5. in med. Anton. Gomes 2. to. tit. de donat. numer. 22.* Dixerunt Domini prædictum pactum non operari irreuocabilitatem quotiescumque contractus, seu
6 donatio † irreuocabilitatem non patitur, prout in casu nostro, in quo cõstat, quod si daretur irreuocabilitas, esset contra mentem donantis volentis donationem remanere reuocabilem, dum Religionem
7 non † ingrederetur, nec in ea professionem emitteret: vt benè explicat *Barbos. in l. quæ dotis 34. numer. 120. vers. limita igitur ff. sol. matrim. Gabr. cons. 96. num. 8. & 9. lib. 2. Molin. de Hisp. Primog. lib. 4. c. 2. num. 46. & 53.* vbi ita interpretatur *text. in d. l. vbi ita donatur*, & in puncto *Rota in Giennen. Capellaniæ 23. Martij 1620. coram Eminentiss. Pamphilio.*

Nec facit quod dicta donatio fuerit confirmata iuramento, in quo casu pa-
8 ctum † de non reuocando operatur irreuocabilitatem, vt firmat *Guttier. d. cap. 12. num. 7.* Etenim obiectum tollitur. Pri-
9 mo, quia iuramentum † censetur appositum iuxtà naturam donationis, quæ cũ sit reuocabilis ex supradictis, iuramentum pariter reuocabile censeri debet,
10 quia sequitur † naturam actus, cui adhæret, vt benè firmatur *in d. Romana de Melchiorijs coram bon. mem. Buratto.* Secundo, tollitur, quia cum donatio fuerit nulla, & fraudolenta ex eo, quod
11 minor non potest donare † Curatori, iuramentum non potuit confirmare donationem, cum illud tanquam continens
12 turpitudinem ex parte Curatoris † recipientis, & iniquitatem ex parte minoris iu-

iurantis seruari non debeat. *Guttier. de tutel. 2. par. cap. 5. num. 60. & cap. 15. num. 23. & præcipuè num. 26. & seqq. & de iuram. confirm. par. 1. cap. 40. num. 5. in fin.* Quæ doctrina procedit etiam in
13 Curatore non confirmato, & in quolibet alio administratore. *Rebuff. ad constit. Regn. tom. 2. tit. de donat. glos. 9. num. 2. fol. 363. Guttier. de iuram. confir. d. par. 1. cap. 40. num. 5. vers. limita*, & *cons.*
14 etiamsi † Administrator renunciaue-
14 rit † curæ, vel administrationi ante donationem, vt prætenditur in hoc casu, vel aliàs finita fuerit cura, dum Curator,
15 seù † administrator non petijt alium Curatorem. *l. si autem §. si Tutor ff. de administr. Tutel. Guttier. de Tutel. 2. part. cap. 19. num. 15. 16. & 18.*

Nec subsistit, quod prædicta donatio fuerit remuneratoria, quia ad hoc vt do-
16 natio remuneratoria substineatur inter personas prohibitas, requiritur, vt merita concludenter probentur, non verò per assertionem donantis. *Guttier. de iuramen. confirmat. par. 1. cap. 5. num. 16. Rota coram Card. Seraphino decis. 181. nu. 9. & decis. 1170. num. 5. coram eodem & decis. 501. num. 10. par. 3. recent.*

Præterea dixerunt Domini dictam primam donationem fuisse nullam, quia facta fuit contra mentem † Sacri Con-
17 cilij † dicto cap. 16. quod comprehendit non solum donationes, & renunciationes factas à Nouitijs intra duos menses proximos ante professionem, sed etiam illas, quæ fiunt ante ingressum Religionis, cum narratiua, & mentione expressa ipsius ingressus, seù cum conditione quatenus donans profiteatur, * ex communi sententia de qua latissime *Sanc.* licet ipse eam non sequatur *d. lib. 7. cap. 5. num. 3. Nauarr. cons. 7. & 8. in princi. tit. de Regul. lib. 3. Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 13. num. 9. Azor. insti. moral. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. Molin. de iustit. & iur. 1. tom. disput. 149. col. 7. Emman. Rodr. quæst. regul. tom. 2. q. 47. art. 8. Menoch. cons. 388. num. 7. vol. 4. Spin. de testam. glos. 12. princ. num. 50. Ceual. com. opin. q. 11. 5. Campanil. de Regul. rubr. 12. cap. 3. fr. Hierony. à Sorb. in tract. de Priuil. fratr. Minor. in verb. Nouitius. sub tit. de disp. bon. ips. nouit.* Et sic censuit Sacra Congregatio Concilij Interpretum, vt refert Paris. vbi supra. Et ratio est, quia sicut Concilium reprobauit donationes factas
18 tempore † Nouitiatus, nisi intrà duos Menses proximos antè professionem ex eo, quod donatis bonis non remanebat Nouitijs libertas egrediendi propter timorem non recuperandi bona donata; ita etam eadem ratione censetur Concilium reprobasse donationes factas ante
19 ingressum † Religionis, intuitu tamen ipsius ingressus; cum per illas auferatur ingredi volentibus libera facultas ingrediendi, nam cum se videant spoliatos bonis donatis, cogi videntur ad ingrediendum ipsam Religionem, vt ponderat *Sanc. d. cap. 3. num. 3.* Et Doctores contrarium tenentes, & adducentes etiam pro se declarationes Sacræ Congrega-
20 tionis intelligi debent, † quando facta est donatio simpliciter sine mentione ingressus, nec intuitu ingrediendi Religionem vt distinguit *Campanil. vbi supra d. rubr. 12. cap. 3. num. 17.*

Quæ eo facilius in proposito casu procedere videntur cum paulo post factam donationem dictus Dominicus ingressus
21 fuerit Religionem, quo casu † censeri factam in fraudem Concilij, etiam non facta mentione ingressus, tenent *Guttier. in d. cap. quamuis pactum nu. 5. & Emman. Rodrig. q. regul. tom. 2. q. 47. art. 8. quē refert. Sanc. d. cap. 5. num. 2.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

☞ Aduerte tamen, quod Rota matura deliberatione recessit ab hac opinione, & decisione &c. *coram R. P. D. meo Rojas in causa Romana Donationis 1. Februarij 1640.* vbi attestatur contrariam sententiam, quod dispositio dicti Concilij Trid.
22 non † habeat locum, quando donatio, vel renunciatio fit ante ingressum intuitu ingressus, reuocando antiquas declarationes tenet Sacra Eminentiss. Congregatio Concilij, vt referunt, eamque sequuntur infrascripti *DD. Quaran. in sum. Bull. in ver. dubium pag. 330. Passarell. de priuil. Minor. c. 37.* qui refert, quod pro hac opinione fuit iudicatum, *Grat. decis. March. 37. per tot.* vbi hanc opinionem ex multis comprobat, *add ad Nauar. in d. cons. 81. & 82. in fin. Bened. Aegid. in recept. l. 1. §. 4. num. 22. in fin. C. de sacrosanct. Eccles. August. Barbos. in remis. DD. ad Conc. Trid. d. sess. 25. cap. 16. de Regul. & de potest. Episc. alleg. 99. num. 1. & per tot. Riccius coll. 454. & decis.*

decis. 295. par. 2. num. 10. Borgn. decis. 11. num. 113. par. 3. Vega in sum. to. 1. cap. 91. cas. 4. & tom. 2. cap. 50. cas. 3. Confect. in priuil. Mendic. in notab. positis post Bullas Apostolicas tit. 13. cap. 12. in fin. & cap. 13. Costa de remed. subsid. remed. 85. in fin. Menoch. sibi contrarius de arbitr. iudic. cap. 436. num. 4. & in addit. ad lib. 2. cap. 430. num. 3. vbi miratur de Nauar. & Molin. qui contrarium tenuerunt. Garz. de benef. par. 11. cap. 9. n. 15. Pater Dian. resol. moral. tom. 3. tract. 2. de dubijs Regul. cap. 55. vbi quod hæc opinio verior sibi videtur, & refert de verbo ad verbum declarationem Concilij. Vgolin. de potest. Episc. cap. 20. §. 7. num. 3. Villalob. in summ. tom. 2. tract. 35. differ. 17. num. 4. Armendar. in addit. ad recompil. ll. Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. num. 20. & 23. Galleg. in margar. cas. conscien. in ver. Religiosus pag. 216. col. 1. ver. Nouitius. Marta de success. legal. par. 3. q. 13. art. 1. sub. num. 23. Mandos. cons. 22. num. 8. Zannard. in direct. Theol. p. 2. cap. 17. vers. primo si facta. Thesau. qq. for. lib. 2. q. 56. nu. 8. Magal. lib. 1. cap. 2. l. 2. cap. 27. num. 24. Cutell. de donat. contempl. matrim. tract. 1. discuss. 2. par. 3. num. 153. Nald. tit. Religiosus num. 1. Fr. Bartholom. de Vecchis Capucc. in prax. obseru. in admitt. nouit. disp. 8. dub. 8. nu. 4. Franc. Molin. de rit. nupt. q. 99. lib. 3. num. 4. Campan. in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 3. num. 17. Bartholom. de S. Fausto in thesau. relig. lib. 5. qu. 183. qui DD. cumulat. Sorb. in addit. ad compend. Mendic. vers. sed hic sunt aliqua aduertenda Roder. qq. Regul. tom. 2. q. 47. art. 8. vbi quod pro hac opinione fuit iudicatum, & refert quod pro ea consuluerunt quam plures ibi nominati. Cened. q. 6. num. 8. vbi veriori Negusant. Iun. cons. 10. num. 49. Molin. de rit. nupt. lib. 3. qu. 99. num. 29. vers. his non obstantibus, & num. 39. & 49. Cauagnol. cons. 17. nu. 22. lib. 1. qui refert in praxi receptam esse istam sententiam. Sanch. in sum tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 4. Aldana in compend. can. resol. lib. 2. tit. 8. num. 5. Hector Capicius Latro decis. 31. num. 7. vbi quod hæc opinio frequentiori DD. calculo est approbata, decisionibus supremorum Tribunalium roborata, & declarationibus Eminentissimorum Cardinalium sic Sac. Concil. est interpretata. Rota in Tarentina donationis 3. Febr. 1607. coram Sacrato, & in Parmen. Transactionis coram Duran. decis. 121. num. 39. in impress. in Perusin. hæreditatis 10. Decembris 1628. coram bon. mem. Card. Virili, & huius opinionis negati-
23 uæ præcipua ratio est, quia † dictum Concilium est correctorium iuris communis, & propterea non potest intelligi nisi in casu suo quando scilicet ingressus Monasterium facit donationem vel renunciationem facere intendit, & supradicta decisio in causa Romana Donationis fuit deinde super hoc capite amplè confirmata coram eodem sub die 17. Decembris 1640. quæ duæ decisiones vna cum alia in eadem causa sub die 15. Martij 1641. coram eodem, erunt in altero tomo.

In hac materia est etiam notandum, quod huiusmodi donationes, seu renun-
24 ciationes † factę ob futurum ingressum in Religionem non requirunt statuti solemnitates, vel ex eo, quia dicuntur ob
25 causam, vel ex eo quia † ingressurus in Religionem habet liberam facultatem disponendi de rebus suis, & sic absque solemnitatibus, pro vt in specie his, & alijs rationibus firmant Bero in cap. in præsentia 8. num. 155. de probat. Dec. cons. 31. num. 3. Simon. de Præt. cons. 72. num. 8. Manent. cons. 58. num. 47. & per tot. Amat. decis. March. 46. num. 22. & in terminis Statut. Vrb. dixit Rota coram bon. mem. Buratt. decis. 461. num. 7. quam decisionem quidquid dixerit Grat. discept. 975. num. 44. Rota absque aliquo scrupulo secuta est coram R. P. D. meo Dunozetto in Romana successionis de comitibus 15. Ianuarij 1642. cum alijs ibi deductis.

Paulus Ruebus.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. MACHIAVELLO.

Gerundeñ Iuris Fabricandi.

Die Mercurij 23. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

In solo proprio, cuilibet permissum est, vsque ad sydera extollere mœnia suæ domus, dummodo tamen non sit constituta seruitus in contrarium. Identitas, qualiter sit probanda. Pro libertate in dubio est iudicandum. Domum suam extollere vsque ad Cœlum est licitum, etiam si damnum vicino inferatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Domum suam extollere vsque ad Cœlũ, vnicuique licet.*

2 *In Identitate bonorum fundans intentionem suam debet eam concludenter probare.*

3 *Probatio debet concludere per necessè.*

4 *Identitas alicuius loci, non dicitur probata, si indicia adducta, possint locis parum distantibus à d. loco adaptari commodè, nam ex hoc probatio redditur æquiuoca & nutans.*

5 *Identitas, vt probetur, debent afferri demonstrationes concludentes, & speciales, quæ non nisi loco, de quo quæritur, conueniant.*

6 *Contiguitas non datur nisi inter ea, quorum extrema se tangunt.*

7 *In seruitute se fundans tenetur eam plenè, & concludenter probare.*

8 *Pro Libertate, & seruitute si concurrant indicia, ea libertatis sunt præferenda.*

9 *Testibus nulla fides est adhibenda, si nec de visu, nec ex certa scientia condocefacti, conantur de re antiquissima, ac supra hominum memoriam, per solam credulitatem deponere.*

10 *In Antiquis magis statur scripturis, quàm testibus.*

11 *Testes nullum probationis gradum faciũt si sint examinati à Iudice remissoriali allegato suspecto, & post appellationem ab vlteriori processu interpositam.*

12 *Aedificare vnicuique licet in proprio solo, vsque ad Cœlum, etiam si vicino damnum aliquod inferatur, dummodo principaliter non fiat ad æmulationem vel animo nocendi.*

13 *Aedificare, quis non præsumitur ad æmulationem, vel animo nocendi vicino, amplia num. 14.*

DECISIO DLXXXVII.

ORientalem, ac superiorem Collis Gerundæ partem occupat Monasterium Prædicatorum, quod hinc inde lato extenditur ambitu, & erga solis occasum descendens terminatur via publica, quæ ab Aquilonari Ciuitatis Ianua ad Meridiem vergit. Cum autem Patres Societatis IESV, qui inferiorem partem eiusdem Collis obtinent secus huiusmodi viam nouum ædificarent domicilium, ad impediendam illius structuram, insurrexerunt supradicti Monasterij Patres asserentes, quod in eodem loco, in quo similis ædificij iacta fuerant fundamenta, aderat ad ipsorum fauorem seruitus altius non tollendi. Verumtamen proposito hodie dubio, An Patribus Dominicanis talem ædificationem prohibere liceret, Rota negatiuè respondit.

Assistunt enim iura Patribus Societatis, quibus propterea licitum est in pro-
1 prio † solo Domus suæ Mœnia vsque ad Cœlum, quod vnicuique liberum esse debet, extollere, *l. altius, C. de seruit. acqu. l. Proculus 26. ff. de damn. infect. l. fin. in princ. ff. de seruit. l. cum eo. 8. & l. Imperatores 13. de seruit. Vrb. præd. Hond. cons. 80. num. 14. vol. 1. Surd. cons. 127. num. 18.* & dictum fuit in Romana Tramontanæ 7. Iunij 1623. coram R.P. Domino me Pirouano, & in Maceraten. Fabricæ 26. Maij 1634. coram Reuerendissimo D. Episcopo Vrgellen.

Nec prætensa seruitus pro parte Patrum Prædicatorum visa fuit sufficienter probari, quamuis enim quidam Vincentius Macellarius, ac Petrus Arditus vsque de anno 1624. eam in quibusdam proprijs ipsorum tenimentis promiserint, tamen cum per lapsum quatuor ferè sæculorum, ità immutata fuerit ibi rerum facies, vt impossibile propemodum sit reperire nunc certum, vbi antiquissimorum confinium, non potest amplius ex eorum combinatione indubitanter desumi, an verè in illomet spacio in quo controuersum Iesuitarum ædificium fuit superimpositum, extarent iam supradicta tenimenta, quæ seruituti obnoxia præsumuntur; cum tamen Patres *Dominicani* ad subuertendam claram iuris dispositio-
2 nem Patribus Iesuitis fauorabilem † tenerentur hoc tanquam fundamentum suæ intentionis concludenter probare, *l. si in rem 6. ff. de rei vendic. Ruin. cons. 30. num. 6. lib. 1. Roland. cons. 67. nu. 4. vol. 2. Menoch. cons. 21. num. 34. Surd. cons. 1. num. 102. & cons. 135. num. 51. Rot. decis. 295. num. 12. par. 1. rec.*

Non obstant ingeniosè deducta ad id demonstrandum, nimirum quod idem sit locus controuersiæ, ac antiquæ seruitu-
3 tis, quoniam † non concludunt per necesse, cum stantibus coniecturis ad talem finem inuestigatis adhuc dubitari possit an potius tenimenta supradicta iacerent antiquitus intra septa Monasterij Prædicato-

catorum, quod varijs exturbatis circà domibus, ac forsitan via aliqua etiam deleta, magno erga meridiem sese extendens circuitu, cum non nulla viridaria intra se clauserit, potuit quoque hæc Macellarij atque Arditi bona ibidem comprehendere. Ad probandam verò huiusmodi identitatem non similia indicia, quæ cum possint locis parum distan
4 tibus à situ noui ædificij † commodè adaptari, æquiuocam ac nutantem exhibent probationem, sed demonstrationes concludentes, ac speciales requirebantur,
5 tur, † quæ nimirum non nisi loco de quo queritur, conuenirent; *Corn. conf. 91. num. 14. verf. secus videtur lib. 1. Rot. coram Card. Seraph. dec. 804. num. 5. & coram Card. Caual. dec. 578. num. 1. & coram Papa Greg. decis. 455. num. 10. & in recent. decis. 29. num. 8. par. 1.*

Sed vlterius tantum abest quod ex abductis per Patres Dominicanos talis qualis esset loci identitas probaretur, vt immo potius ex rationibus in contrarium ponderatis ea penitus exclusa remanserit; cum in instrumentis, in quibus fuit promissa seruitus enuncientur bona Macellarij atque Arditi, ità contigua fuisse Monasterio Prædicatorum, & vnico solummodo intercedente pariete à similibus bonis ad tale Monasterium pateret ascensus, manifestè apparuit prætensam identitatem verificari non posse super loco noui ædificij, cuius soli superficies nunquam contigua extitit dictæ Dominicanorum mansioni, cum inter vtramque ab immemorabili tempore intercesserit via publica, atque ità semper inter
6 se fuerint distinctæ, ac separatæ, † contiguitas verò non datur nisi inter ea quorum extrema se tangunt *text. in l. sed, & loci in fin. & l. seq. ff. fin. regund. Glos. in c. si Ciuitas. verb. contiguis de sent. excom. in 6. vbi Ancharan. num. 4. Cepoll. de ser. rust. præd. cap. 3. num. 34. Laderch. cons. 78. num. 8.*

Cui fundamento exclusiuo identitatis sicuti etiam reliquis argumentis, quæ pro libertate fundi, de quo agitur, adduci possent, licet non desint omnimò responsiones, tamen non visæ fuerunt Dominis talis efficaciæ, vt omni difficultate sublata reddant rem adeo certam quod contrarijs rationibus non obstantibus adhuc intentio Patrum Prædicatorum optimè fundata appareat, prout ad finem, de quo quæritur, necesse esset, sed pro eo quod desumitur, ex discordia peritorum, qui ab vtraque parte electi antiquos, ac modernos confines ad inuestigandam huius rei veritatem diligentissimè perscrutati sunt, hæc Dominicanorum prætensio detegitur potius disputabilis, quàm vera, quod idem etiam colligitur ex relatione Reuerendiss. D. Episcopi Gerunden. qui ad dirimendas lites vti tertius peritus electus omnibus hinc inde deductis rationibus in facie loci consideratis noluit denique suum determinatum iudicium promere, sed iuxta varia supposita in varias etiam se ferri sententias asseruit, ex quibus omnibus apparet Patres Dominicanos deficere in
7 suis probationibus, quia † cum ipsi se fundent in seruitute, tenebantur eam plenè, ac concludenter probare, *Ceph. cons. 533. num. 16. Hond. cons. 80. num. 38. lib. 1.* nam in hac materia concurrenti-
8 bus † vndique coniecturis præferenda sunt indicia libertatis, *Ias. cons. 81. col. 5. ad med. vers. item testes deponentes pro libertate lib. 3. Crauett. cons. 292. num. 3.*

Neque aliquid releuant testes deponentes, quod in eodem terræ spatio in quo surgit modò Iesuitarum ædificium reperirentur iam dicta tenimenta Macellarij, atque Arditi, nam cum ex instrumentis ad hunc effectum exhibitis contrarium potius colligatur, nulla fides vi-
9 detur † testibus adhibenda, qui nec de visu, neque ex certa scientia condoce facti conantur de re antiquissima, ac supra hominum memoriam per solam creduli-
10 tatem deponere, † magis enim in antiquis statur scripturis quàm testibus, *Rot. coram Papa Gregor. XV. decis. 434. num. 8. & coram Card. Seraph. decis 339. num 7. & decis. 462. num. 5. & in recent. par. 1. decis. 582. num. 6.* Vltra quod huiusmodi testes fuerunt nulliter examinati, videlicet post allegatum, ac iuratum suspectum Iudicem remissorialem, & post
11 appellationem † ab vlteriori processu interpositam, vnde nec vllum possunt facere gradum probationis, *Caputaq. decis. 393. par. 2. Rota decis. 2. par. 2. diuers. & decis. 490. num. 2. par. 3. recent. & coram Card. Caualer. decis. 548. num. 2. & 3.* & dictum fuit in *Frequentina Iurispatronatus 12. Iunij 1635. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Deniq; etiam existimatum fuit non licere Patribus Dominicanis hanc fabricæ

cæ structuram prohibere sub prætextu quod ab ipsius altitudine priuentur Sole, lumine, ac prospectu, nam cum ipsi in eminentiori collis parte sint positi, ac distent muro aduersi domicilij per amplam altitudinem viæ publicæ, non possunt considerabile Cæli benignitatis exinde detrimentum pati, quod quando etiam accidere probaretur, adhuc tamen cogi non possent Patres Societatis ad demoliendum, vel altius non tollendum, cũ
12 vnicuique de iure liceat in proprio solo vsque ad sidera ædificare, etiamsi vicino damnum aliquod inferatur, dummodo tamen id principaliter non fiat ad æmulationem, vel animo nocendi, *d. l. Proculus ff. de damn. infect. & d. l. cum eo. ff. de seruit. vrban. præd. Crau. cons. 94. num. 2. Gaill. obseru. 69. lib. 2. num. 10. Bero. cons. 134. num. 26. vol. 3. Honded. cons. 80. lib. 1. num. 14. vbi alios refert Surd. cons. 154. num. 11.* & fuit dictum in allegata Romana Tramontanæ coram R.P.D. meo Pirouano, quæ sanè æmu-
13 latio † vltra quod de iure non præsumitur, *Hond. d. cons. 80. nu. 34. lib. 1. Magon. decis. Lucens. 29. num. 14. & seqq.* tantum abest quod ipsa sicuti etiam pra-
14 ui † animi suspicio habeat locum in casu præsenti, in quo res agitur inter Religiosos eximiæ prudentiæ, ac bonitatis, vt veritas huiusmodi dedignetur probationes, quæ tamen non deficerent quoque concludentissimę.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

¶ *Infra in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus 13. Iunij 1636. coram eodem Eminentiss. D. Card. Machiauello, est decis. 596. & 24. Nouemb. 1636. coram bon. mem. Coccino, est decis. 599. & 15. Iunij eiusdem anni coram Reuerendiss. Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano, est decisio 611.*

REVERENDISSIMO COCCINO.

Regien. Hæreditatis.

Die Mercurij 27. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Testamentum nuncupatiuum, quando nullitatis vitio nullatenus subiaceat, quamuis contra illud opponantur aliquæ exceptiones, de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura in testamento nuncupatiuo non ad substantiam, sed ad maiorem probationem actus, perpetuamquę rei memoriam pertinet.*

2 *Hæredis nominatio est necessaria in testamento nuncupatiuo, aliàs corruit. n. 3.*

4 *Hæres scriptus in testamento nuncupatiuo habet intentionem fundatam, si sit redactum in scriptis, cum nulla alia forma requiratur, quam vt Notarius voluntatem testatoris coram testibus declaratam cum nominibus testium in forma publici instrumenti redigat, & num. 5.*

5 *Non est necesse, quod testes iterum sistant, sicut etiam, nec morte eorum corruit testatoris voluntas quasi publico Notarij instrumento semel plenè comprobata.*

6 *Præsumptio stat pro testamento, quamquã testis aliquis non audiuerit tantum vnã litteram hæredis instituti.*

7 *Præsumptio stat pro testamento, licet testis aliquis non audiuerit cognomen hæredis instituti.*

8 *Hæres non dicitur nominatus per solam nominis expressionem.*

Sed ista conclusio procedit solum quando nomen est valde commune & frequentatum in Religione, prout est nomen Frãcisci, Petri, Antonij &c.

9 *Secus verò est in nomine singulari, & non tam vsitatum.*

10 *Amicitia specialis declarat nominis obscuritatem.*

11 *Affinitas, & sanguinis coniunctio explicat nominis obscuritatem.*

12 *Testis non coarctat negatiuam, si eam coarctet sub aliqua qualitate.*

13 *Hæredis nominatio, vt non sustineatur, testator debet ita inarticulatè loqui, vt nullatenus possit intelligi.*

14 *Testis testamentarius, quando non probet, quod defecerit solemnitas nominationis hæredis.*

15 *Boss. in tit. de fals. num. 11. defenditur contra Cæs. Manent. cons. 7. num. 14.*

16 *De Testamento nuncupatiuo in scriptis, quando agitur, & eo redigendo in scriptis ex depositionibus testium, ipsi debent esse omnino conformes, itaut si vnus in depositione deficiat, tota dispositio corruit.*

17 *Testis, vt probet negatiuam debet remouere actum à sensu, & ideo si dicat, se non recordari, vel quod non audiuit, nō probat.*

18 *Testator, quod aliquem hæredem instituerit, id suaderi etiam potest ex coniecturis, nempe*

19 *Quod testator non erat benè affectus erga illum, qui ab intestato et erat successurus. Item si hæres scriptus erat pupillus.*

20 *Item, si hæredem institutum, eum amore prosequebatur.*

21 *Item, si Testator illum, qui hæredem instituit, ante testamentum declarauit se velle instituere.*

22 *Item, si Testator post conditum testamentum dixit se instituisse prædictum.*

23 *Testes singulares probant, quando non agitur de probandis actibus particularibus, sed id, quod resultat ex illis.*

24 *Notarius, quando non est simplex, sed etiam I.V.D. ei plurimum defertur.*

DECISIO DLXXXVIII.

BOnæ memoriæ Io. Franciscus Scaruffus nobilis Regien. adhuc adolescens, & tunc infirmus, condidit testamentum coram septem testibus, de quo etiam fuit rogatus Notarius, quod quidem testamentum propter dictum rogitum, & scripturam confectam, nuncupatiuum minimè esse desinit, siquidem † scriptura non ad substantiam, sed ad maiorem probationem actus, perpetuamq; rei memoriam pertinet, *l. contrahitur 4. ff. de pignor. & hypot. Mising. in §. fin.* vbi etiam *Harpræctus de testamen. ordinan.* In prædictoq; testamento hæredem instituit D. Paulum Emilium Vianum eius ex sorore nepotem, contra quẽm D. Marcellus Scaruffus, ad quẽ hæreditas vigore statuti ab intestato spectabat, de nullitate testamenti opponebat præcipuè ex quo testes testamentarij examinati non omnes deponebant audiuisse testatorem nominasse palam nomen hæredis, quæ
2 nominatio est necessaria in testamento nuncupatiuo, aliàs corruit, *§. fin. instit. de testam. ordinand.* ibi, septem testibus adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata, *l. hæredes palam 21. ff. de testam.* ibi itaut exaudiri possit, & ibi, sed vt exaudiri possit, & ibi, Exaudiri autem non ab omnibus, sed à testibus, & tandem ibi, sufficit solemnem numerum exaudire, & concordat *text in l. iubemus 29. C. eod. tit.*
3 ibi † testibus testamento præsentibus nomen, vel nomina hæredis, vel hæredum ab eo nuncupari, vt omninò sciant testes, qui sint scripti hæredes, & *in d. l. hæredes palam* hoc notant *Bart. in princ. & nu. 7. Bald. in princ. & num. 3. vers. 4. sunt Angel. de Perus. num. 1. Castren. numer. 1. & 2. Imol. pariter num. 1. & 2. Cuman. num. 2. & explicat Cæs. Manent. in cons. 8. num. 2. & seqq.*

Stante hac controuersia cum ageretur inter subditos Serenissimi Ducis Mutinæ, & Regij placuit Suæ Cels. vt partes compromitterent hunc articulum in Rota, prout compromiserunt, illumque supradicta die proposui, & cum integer numerus duedenarius Auditorum sederet vnanimi consensu, & nemine discrepante fuit resolutum testamẽtum suffragari hæredi scripto. Cum enim agatur de testamento nuncupatiuo redacto in scriptis, in
4 eo hæres habet † intentionem fundatam, cum nulla alia forma requiratur, quàm vt Notarius voluntatem testatoris coram testibus declaratam cum nominibus testium in forma instrumenti publici redigat, prout factum fuit in casu isto, & pro-
5 pterea testes iterum sistere non † est necesse, sicut nec morte eorum corruit testatoris voluntas quasi publico Notarij instrumento semel plenè comprobata, *argum. l. in donationibus 31. C. de donat. gloss. in l. hæredes palam in verb. ante circa fin. vers. alij contra, ff. qui testam. facere poss. & in l. fin. in verb. ostenditur post medium, vers. alij dicunt, iuncto vers. & hæc opinio, C. de fideicomm. vbi Ias. num. 19.* qui dicit de hoc non esse ambigen. *Modestin. Pistor. cons. 31. num. 36. vers. respondeo,* quod Notario creditur.

Et licet in hoc casu fuerint examinati testes testamentarij pro parte D. Marcelli, qui tenebatur ostendere inualiditatem testamenti, attamen tantum abest, quod dicti testes intentionem Domini Marcelli probauerint, vt potius ex eorumdẽ depositionibus constet de validitate præfati testamenti. Etenim tres testes sine difficultate clarè deponunt testatorem palam hæredem nominasse, videlicet Fuluius Petri Antonij de Soncinis, Pater Ioseph de Imola Sacerdos, & Pater Ioseph Maria de Regio pariter Sacerdos Capuccinus, & idem visum fuit Dominis probare Patrem Dominicum de Bononia Concionatorem Capuccinum ad in-

instantiam D. Marcelli examinatum, qui super quarto deponit: *Che la verità fù, & è, che nel principio della publicatione del testamento articolato il Sign. Pirro Ponti due, ò tre volte ricercò instantemente l'articolato Sign. Gio. Francesco, che volesse nominare l'herede, che egli pretendeua instituire, e che non hebbe mai risposta dal detto Sig. Gio. Francesco, però esso Testimonio vidde, che il detto Sign. Pirro s'accostò all'orecchio del sudetto Gio. Francesco, e segretamente le disse alcune parole, che detto Testimonio non intese.* & super 5. dicit: *Ch'ancora è la verità, che quando il Dottor Pirro Ponti hebbe parlato nell'orecchio al sudetto Sign. Gio. Francesco, pronunciò non sò che, che fù più inteso dal Testimonio per quello, che replicò il detto Sig. Pirro, che perche l'hauesse inteso chiaramente dal detto Testatore, e fù, il Testatore gli disse, lo sapete voi, ò vna cosa simile, per il che il Sign. Pirro Ponti gli replicò, non basta, che lo sappia io, ma lo deuono sapere, & intendere questi Padri, però disse al Testatore, che lo dicesse lui, & all'hora esso Testatore nominò non sò chi, mà tanto basso, che esso Testimonio non l'intese, ne crede, che gli altri l'intendessero, ancorche esso Testimonio fosse accosto, & attento à quello, che si faceua, se bene poi disse esso Testimonio al Testatore, che dicesse più forte, e fu non sò chi altro de' Testimonij, che disse il medesimo, se bene non si ricorda, chi fosse, & all'hora l'Infermo replicò, nominando non sò chi vn poco piu intelligibilmente della prima volta, mà ad ogni modo esso Testimonio con tutto, che s'accostasse bene con l'orecchie, non comprese chiaramente, chi si hauesse nominato in modo, che non hauerebbe saputo dire chi fosse stato nominato dal Testatore sudetto. E' vero che quando il Dottor Pirro Ponti dopò la nominatione fatta dal Testatore, come di sopra lo publicò, e dalla bocca d'esso Ponti il Testimonio sentì nominare Paolo Emilio Viani suo nipote, all'hora esso Testimonio congetturò per certa desinenza di parole, ch'egli haueua sentito, quando il Testatore pronunciò, hauendoli parso all'hora di sentir non sò che di Auolo Emilio, congetturò, che fosse stato quel medesimo, che dopò il Dottor Pirro nominò.*

Ex cuius depositione firmandum est, quod ipse intellexit nominare Aulum Emilium, vt expressè fatetur, & licet supra dixerit: *non comprese chiaramente, che s'hauesse nominato in modo, che non hauerebbe saputo ridire chi fosse stato nominato dal Testatore sudetto*, hoc est intelligen. ad specifican. personam, quæ fuit nominata, non autem, quod non fuerit nominatus Aulus Emilius, propterea iste testis benè deponit, quod nomen hæredis fuit palam nominatum, nec est facienvis, quod audiuerit Aulum Emilium, non
6 autem Paulum Emilium, quia † licet ipse non audiuerit tantum vnam literam, nihilominus stat pro testamento, *Curt. de testibus conclus.* 11. *num.* 25. *Aloys. de Albert. sign.* 164. *Cephal. cons.* 546. *num.* 71.
7 Extat etiam pro testamento † licet non audiuerit cognomen instituti. Nam & si ex multis *Cæs. Manent. in cons.* 7. *num.* 19.
8 post alios teneat, quod per † solam nominis expressionem nō dicitur hæres nominatus, quæ conclusio est vera, & procedit, quando nomen est valdè commune, & frequentatum in Regione, prout est nomen Francisci, Petri, Antonij, &
9 similium, † secus autem in nomine singulari, & non tam vsitato, prout est nomen Pauli Emilij, & similium, vt aduertit *Surd. in cons.* 378. *num.* 6. Et cessat o-
10 mnis difficultas † quia sicuti specialis amicitia nominis obscuritatem declarat, ita affinitas, & sanguinis coniunctio co-
11 git, vt † intelligamus testatorem sensisse de nepote ex sorore, cum in tota illius agnatione, vel cognatione nullus sit, qui vocetur hoc nomine, vt benè per *Surd. in d. cons.* 378. *num.* 17. Vnde sicuti valida & clara esset dispositio testatoris, si simpliciter instituisset Paulum Emilium, ita clara redditur depositio testis, licet solum intellexerit nominare Aulum Emilium.

Et idem probant alij duo testes, videlicet Pater Siluester de Reggio Cappuccinus, dum deponit super quinto, *Che non intese chiaramente nominare herede alcuno dalla bocca del Sig. Gio. Francesco testatore*, & dicit, *ch'egli staua attento à quello, che si faceua, & era tanto vicino al letto, che se chiaramente hauesse pronunciato l'herede, esso l'hauerebbe potuto chiaramente intendere*, quia ex istis verbis non co-
12 arctat negatiuam † simpliciter, sed cum qualitate, quod clarè non audiuit, *Signorol. de Homed. cons.* 69. *nu.* 12. & idem deponit Pater Angelus de Parma, dum super quinto dicit, *che la verità fù, & è, ch'esso Testimonio quando il Sig. Gio. Francesco nominò l'herede, doppò essergliene fatta instanza dal Sign. Pirro non intese tutte le*

le parole distintamente, & ideo isti duo testes non solum non probant hæredem nõ fuisse nominatum, imò probant fuisse nominatum, licet primus dicat, *che non intese chiaramente*, & secundus, *che non intese distintamente*, quorum depositiones nihil faciũt, vt benè per *Corn. in cons.* 161.
13 *num.* 14. *vol.* 4. † vbi ad effectum, quod nominatio hæredis non sustineatur. Testator debet ita inarticulatè loqui, vt nullatenus possit intelligi.

Alius testis Frater Genesius de Parma laicus Capuccinus super quarto, deponit per hæc verba: *Che fù pur anche la verità, ch'esso Testimonio sentì il Sign. Pirro Ponti dimandar il Sign. Gio. Francesco Testatore, che volesse nominar l' herede, mà che poi esso Signor Pirro Ponti s'accostasse all'orecchio del detto Sign. Gio. Francesco, dice non ricordarsene, dice però non hauere sentito, ch'esso Sign. Gio. Francesco desse risposta alcuna al detto Sign. Pirro, che gli faceua istanza di nominare l'herede*, & super quinto deponit, *Che fu, & è la verità ch'esso testimonio non sentì il Sig. Gio. Francesco con la bocca propria nominar alcuno per suo herede, stante ch'era lì per quello, & era in mezzo della stanza in luogo però tale, che se il Testatore hauesse nominato alcuno, l'hauerebbe inteso*. subdens ex se; *io in questo non voglio pregiudicio della mia conscienza, e però dico, che se esso testatore nominò pur l'herede, io non lo sentij, e la conclusione è questa, ch'io non lo sentij*, &
14 iste testis nihil facit, quia non † per hoc probat, quod deficiat solemnitas nominationis hæredis, *Aegyd. Boss. tit. de fals. num.* 11. & ratio est, quia illi non creditur, sicuti è conuerso crederetur, si deponeret se non interfuisse, vel si diceret rẽ
15 non fuisse sic gestam, & hac de † causa Bossius malè allegatur *à Cæs. Manent. in cons.* 7. *num.* 14, *maleq, reprobatur ab eod. in cons.* 8. *num.* 9. quasi dictus Bossius loquatur contra communem, de qua ipse testatus fuit num. 10. in quo loco loquitur de testamento redigendo in scriptis ex depositionibus testium, inquit enim, quod testes, qui dicunt non audiuisse, nec intellexisse testatorem annullant testamentum subdens id omnes notare in *l. hæredes palam ff. de testam.* & hoc est ve-
16 rum. Nam quando † agitur de testamento nuncupatiuo redigendo in scriptis ex depositionibus testium, ipsi debent esse omninò, & per omnia conformes, itaut si vna depositio deficiat, tota dispositio corruat, *Baldus in l. cum antiquitas, numer.* 5. *C. de testamen, Brun. cons.* 14. *num.* 2. *lib.* 2. *Crass. in* §. *Testamentum q.* 59 *num.* 2. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 240. *nu.* 11. *& nouissimè Ludou. Bell. cons.* 53. *num.* 14. *& dictum Bossij alleg. nu.* 11. *sequitur, & exornat Surd. cons.* 414. Testis enim depo-
17 nens negatiuam, † debet remouere actũ à sensu, & ideò si dicit se non recordari, vel, non audiui, non probat, *Bald. in l.* 2. *n.* 7. *C. de bonor. poss. secund. tab. & ibi Alex. num.* 8. *Surd. d. cons.* 414. *num.* 48. *& seqq. & numer.* 80. *in fin. Farinacc. cons.* 97. *n.* 3. *lib.* 1.

Et in omnem casum depositio istius testis tanto minus officit, quia non figit pedes, sed declarando primum dictum, non solum non excludit actum, vel eius possibilitatem, quinimmò ponit possibilitatem illius, ibi: *se nominò pur l'herede*, & ibi: *il giouine douette rispondere qualche cosa, che non sentij*.

Et veritas huius facti magis elucescit, quia Notarius publicato nomine heredis interrogauit in fine testatorem, an illa esset sua vltima voluntas, & an sic diceret, prout ipse publicauerat, & omnes testes audiuerunt testatorem respondisse, & admonuisse Notarium de omissa publicatione cuiusdam legati per eũ facti D. Lauræ Parisetæ eius auiæ maternæ, ex qua admonitione, & responsione Domini desumebant, quod superaddito dicto legato, prout illud fuit additum, in reliquis testator agnouit pro sua vltima voluntate id, quod fuit à Notario publicatum, si enim aliter fuisset, non est credendnm, quod testator non se opposuisset.

Vnde ex prædictis satis superq; per omnes Dominos consideratis, & expensis conclusum fuit, intentionem D. Marcelli nullatenus fuisse probatam, & testamẽtum prædictum omnes iuris ciuilis solemnitates habere, ac verum, & validum esse, & consequenrer suffragari Domino Paulo Emilio Viano hæredi in eo descripto.

Et ex abbundanti concurrebant multa supradictam veritatem suadentia, nempè.
18 Primò quod testator† non erat benè affectus erga D. Marcellum *Surd. d. consil.* 414. *nu.* 95. *vers.* 3. *suberat causa*. Secun-
19 dò, quod amore prosequebatur † nepotem, & fuit consideratum coram me in dicta causa Romana Testamenti. Tertiò.
20 quod † hæres scriptus reperiebatur in pu-

pupillari ætate *Aym. consil.46.in fin.vers. 4. dico*. Quartò, quod testator declara-
21 uerat † ante testamentum se velle instituere nepotem, *Surd.d.cons.414.num.45*.
22 Quintò, quod idem testator, † post testamentum dixit instituisse nepotē, *Curt. iun.cons.204.num.31. Mazzol. consil. 32. num.25. Surd.d.cons.414.num.95*. Quæ & si probentur ex testibus singularibus, ni-
23 hilominus cum non agatur † de probandis illis actibus particularibus, sed id, quod resultat ex illis, videlicet voluntas testatoris, benè suffragantur, *Castrens. in cons.151. nu.7. vers.2. videtur lib.1*. Nec poterat dubitari de qualitate Notarij, qui vt colligitur etiam ex probationibus D.Marcelli, est bonæ conditionis, & famæ, nec est simplex Notarius, sed I. V.
24 D. & ei plurimum † defertur, & publica munia honorificè, & laudabiliter exercuit, & qui per aliquod temporis spatiū,
25 antequam testes ingrederentur, † stetit cum ipso testatore ordinando testamentum, quod multum considerat *Martius Medices decis.18. num. 29*. & in confectione dicti testamenti, vt ex supra narratis apparet, omnem adhibuit diligentiam.

Et ita fuit decisum partibus pluries auditis, & cōmunicatis scripturis per multos dies ante, &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana, seu Tudertina Educationis.

Die Lunæ 14. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Iudex, quando arbitratur, quo in loco pupillus sit educandus, quidnam considerare debeat. Domicilium, quando non censeatur mutatum, licet quis aliunde se conferat.

SVMMARIVM.

1 *Pupilli melius, & securius penes matrem educantur.*

2 *Vtilitas magna ex omnibus partibus mouere debet animum iudicantis in arbitrando loco, vbi pupillus sit educandus.*

3 *Romana Ciuitas omnibus præcellit litteris, & bonis moribus, in qua Gymnasia, & Academiæ, seminaria, & Ludimagistri florent, qui pueris summa cum diligentia, & amore assistunt, & inuigilant, vt virtutibus repleantur. Ludimagistri, dum sunt mercenarij, in eis minor sollicitudo de puerorum cura solet esse, num. 3.*

4 *Pupillis æqualiter prouidere semper fuit præcipuum Legislatoribus, nedum vt alantur, sed vt liberalibus artibus instruantur.*

5 *Adolescentes sunt transferendi ad Ciuitates, vbi melius, & moribus, & literis ornari possunt.*

6 *Romanum Cælum cui dubium est, quod alijs præferendum sit, circa aeris temperies, & situs præstantiam, & rerum affluentiam pro salute corporis tuenda.*

7 *Iuuenum viuida ingenia in Vrbe, qua ratione proueniant.*

8 *Pupillus educandus est ibi, vbi eius iura validius defendi possunt absque impensa, ac etiam patrimonij diminutione.*

9 *Testatoris præceptum, si contineat aliquam seruitutis speciem à legato, & institutione reijcit solet.*

10 *Referens nihil aliud operari potest, quàm relatum.*

11 *Domicilium non dicitur, quis mutare dū se transfert aliunde studiorum causa, aut mercaturæ, aut dignitatis, & litis, aut melioris educationis.*

12 *Domicilio originis nunquam censetur renunciatum, nisi per expressam animi declarationem, aut longi temporis cursum, qui debet annos decem excedere.*

13 *Iudex arbitrando potest modificare, seu declarare indiscretam testatoris voluntatem.*

DECISIO DLXXXIX.

Censuerunt DD. licere D. Catharinæ educare pupillos filios in Vrbe. Quoniam si iusta causa suadente Iudicis arbitrio permissum fuit in hac causa
1 determinare personam matris, † penes quam pupilli melius, & securius sint educandi *l.1.& pen.ff.vbi pupill. educ. debent.l.1.C.eo tit.Bald.cons.472. aliàs 487. incip.pupilla morari debet vol.5.cum alijs allegatis per Franch. decis. 350. Mastrill. decis.230*. ac in decisione huius causæ 13. ☞ Ianuarij 1634.* eo liberius Iudex potuit arbitrari, & assignare locum in Vrbe, vbi pupilli sint educandi, in quo cadere non potest maligna suspicio, nec tanta circumspectio periculi pupillorum, sed vtili-

2 tilitas magna ex omnibus partibus † ponderata, quæ mouere debet animum iudicantis in arbitrando loco educationis, *l. vtilitatem, ff. de confir. tut. l. 1. in princ. ff. de contr. tutel. l. 1. & vlt. ff. vbi pupill. educ. deb. Crauett. cons. 18. num. 3. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 13. num. 4. Valenz. alios referens cons. 36. num. 22. & seqq.*

Et quod pertinet ad animorum dotes, vt literis, & bonis moribus pueri imbuãtur, absque hæsitatione fatendum erit,
3 Vrbem † præexcellere, in qua Gymnasia, & Academiæ, Seminaria, & Ludimagistri florent, qui pueris summa cum diligentia, & amore assistunt, & inuigilant, vt virtutibus repleantur, quod de Ciuitate Tuderti dubitari potest, in qua Ludimagistri non affluunt, prout in Vrbe, sed desiderantur, & mercede, vel de publico conducuntur, vel ipsi mercenarij sunt, in quibus minor solicitudo de puerorum cura solet esse, & hoc est, quod
4 legislatoribus † semper præcipuum fuit æqualiter prouidere pupillis, nedum vt alantur, sed & vt liberalibus artibus instruantur, *l. qui filium, ff. de pupill. educ. deb. l. cum plures, §. Cum tutor, ff. de admin. & per tut. l. de bonis, §. Non solum, ff. de Carbo. edict.* & propterea non mirum si
5 adolescentes † sunt transferendi ad Ciuitates, vbi melius, & facilius & moribus, & literis ornari possint, maximè quando, vt in præsenti, æquali impensa proprij domicilij, & loci ad quem transmigraturi sunt, sustentari valeant, atque ita pro translatione pupilli ad Ciuitatem Senarũ decisum fuisse refert Christophorus Medices *decis. 62. num. 5.* & de Puero Vrbeuetano, qui ex dispositione aui materni expressa iussus erat educari penes auiam maternam, idem responsũ fuit *in Vrbeuetana educationis 20. Martij 1628. coram Domino Cardinali Vbaldo*, vt in Seminario Romano etiam inuitus detineretur.

Si verò attendantur, quæ ad corporis salutem pupillorum respicere possunt, nempè aeris temperies, & situs præstantia, & rerum affluentia pro salute corpo-
6 ris tuenda, cui dubium, quod † Cælum Romanum præferendum sit? Quandoquidem ex Vrbis latitudine, & amplitudine, ac magni fluminis, ac rerum concursu æquè cuique corporis temperaturæ conuenire possit, itaut ex hac vniuersali conuenientia dixerit *Mandos. ad Reg. Cãcell. 16. quæst. 39. num. 7.* inde prouenire
7 viuida † iuuenum ingenia, ea ratione, quia ad inuicem coincidunt aeris optima temperies, & ingenij incolarum præstantia, itaut de vna ad alteram possit argumentari ex Aristotelis sententia *in Probl. sect. 14. quæst. 1. & 15.*

Demum inspecta etiam vtilitate rerũ, & patrimonij, ipsorum pupillorum educatio in Vrbe est admittẽda, dum sub Auunculorum patrocinio bona, & iura pupillorum validius defendi poterunt absq; impensa, ac etiam patrimonij diminutione, attenta oblatione per D. Catherinam matrem de filijs alendis in Vrbe pro summa iam in Ciuitate Tuderti decreta, &
8 hæc ipsa patrimonij † pupillorum sperata defensio adeo præualuit, vt Consilium Neapolitanum, omisso tutore mandauerit pupillam penès matrem educari, quæ ad secundas nuptias contemplatione Vitrici magni nominis Aduocati, referente tunc, & decisum attestãte Carolo Tapia *decis. 51. num. 18.* quæ etiam comprobantur ex rationibus *dec. supradictæ n. 5. & seqq. Christ. Medic.*

Non obstat præceptum Alexandri patris pupillorum, de quo in eius testamento, *Che l'infrascritto suo herede non possi per nessun tempo mai leuarsi dall' habitatione, & domicilio di Todi, & andare ad habitare in altri luoghi*,

Quoniam omisso, quod tale præceptũ
9 tanquam † continens quandam seruitutis speciem à legato, & institutione solet reijci, *l. Titio centum, §. Titio centum, il 2. ff. de cond. & demonstr.* attamen cum se referat ad similem Martij patris dispositionem, ibi: *e conforme all'ordine in questo particolare fatto dalla bo. mem. del Sig. Martio suo padre, confirmando in questo in tutto, e per tutto il detto testamento con la*
10 *medema pena*, nil plus † referens operari potest quàm relata dispositio continet, *l. asse toto, ff. de hæred. instit. Dec. cons. 47. n. 1. Ruin. cons. 127. num. 4. lib. 2. Crauett. consil. 45. num. 4. Menoch. præs. 62. num. 14. lib. 4. Berett. cons. 130. num. 5.* loquens de dispositione relata ad testamentum paternum, illiusque approbatione, sed Martij patris dispositio duo determinat; primum, quod nemo ex filijs suis descendentibus possit innouare, *ò lasciare in alcun modo il domicilio di detta Città di Todi, e suo Territorio*: secundum, *che non s'intenda proibirli l'andare à qualche loro honesto spasso per qualche mese, & anno in altri luoghi, come in Roma, ò altroue*, subdens, *& anche per molte*

molte altre occcasioni, purche non mutino il domicilio, come sopra; ergo cum neque à primo, neque à secundo recedatur per filiorum in Vrbe educationem nihil opponi potest de contraria patris dispositione.

Nam siue Alexandri verba attendantur, siue Martij dispositio sequatur, nulla potest eorumdem voluntatis contrauentio colligi, cum de domicilij desertione loquantur, vt aliunde ad habitandum se transferant, quod quidem domicilium, si per accidens deseratur, dum
11 quis alio † se transfert studiorum causa, aut mercaturæ, aut dignitatis, & litis, aut melioris educationis non dicitur mutari, *text. est in l.assumptio, ff.ad municip. l.origine cum seq.C.de municip. & orig.lib. 10.l.pen.in fin.ff.de Senat.l.prouinciales, ff. de verbor.signif.Menoch.cons.329.num.37 Cæphal. cons.451. numer.125. Surd. alios referens cons.346. num.12. & consil. 313. num.71.* affirmans nunquam domicilio
12 originis censeri renunciatum, nisi † per expressam animi declarationem, aut longi temporis cursum, qui debet annos decem excedere, & ista conclusio per Martium fuit admissa, dum filiorum absentiã per menses, & annos permisit ex aliquo accidenti, & quoad locum nominando Vrbem, itaut educatio horum filiorum in Vrbe non contra, sed secundum volun-
13 tatem parentum † dici possit; quibus omnibus concomitatur Iudicis arbitrium modificans, & seu declarans indiscretam, quatenus opus sit, parentum voluntatem per l. *Quintus Mutius, ff.de ann. legat.* & alios pro hac parte ad supradicta adductos.

Et ita vtraque, &c.

☞* *Est infra in sequenti tomo decis.255. Et pariter infra in hac parte habetur altera decisio sub die 13. Martij 1637.coram eodem bon.mem. Pirouano, est decisio 604. & adsunt etiam aliæ, sed scilicet vna coram R.P.D. meo Carillo 1. Martij 1638. & altera coram Reuerendissimo P. D. meo Merlino Decano 3. Iunij 1639.*

EMININENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. MACHIAVELLO.

Viceñ Capellæ.

Die Veneris 2. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Appellatio, quando remaneat deserta, Episcopus Ecclesiam in sua Diœcesi existentem, & pro derelicta habitam, est in sua voluntate facere quid vult. Remissoria, quando non concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio remanet deserta, si in termino iuris per Iudicem dato ad redeundum pro Apostolis non fuit prosecuta, vel si infra dictum terminum causa non fuit commissa.*

2 *Causa debet committi infra decem dies, quando fuerunt obtenti reuerentiales.*

3 *Appellatio quando remanet deserta, sententia transit in iudicatum.*

4 *Appellatio, quando non fuit commissa intra terminum iuris, sententia transit in iudicatum, etiamsi in vltimo temporis interuallo commissio fuerit delata reuisori, & vt hoc obuietur, quid requiratur. num. 5.*

6 *Restitutio in integrum contra sententiam non datur, quando constat de eius iustitia, & validitate.*

7 *de Donantis potestate, quando constat de eius validitate hæsitari non potest.*

8 *Episcopus si in sua Diœcesi adsit aliqua Ecclesia, quæ non sit collatiua, ac dote, redditibus, & proprio Rectore careat, de ea disponere potest, tradendo eam Religiosis viris.*

9 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione rerum Ecclesiæ deseruit loco omnium solemnitatum.*

10 *Clausula, supplentes, posita in beneplacito Apostolico, impetrato super alienatione rerum Ecclesiæ, tollit omnes defectus iuris positiui.*

11 *Patres Societatis IESV laudantur.*

12 *Fundamentum intentionis suæ, quando quis probauit claris, & irrefragabilibus iuribus, illud non tollitur per quamcumque dubiam probationem.*

13 *Capitulo nullum ius competit super ea Ecclesia, quam aliquis Canonicus de proprijs bonis erexit.*

14 *Remissoria petita post diuturnæ litis euentilationem, & post semel, atque iterum examinatis testibus, & causa reducta in limine expeditionis, denegatur ob præsumptionem calumniæ.*

15 *Remissoria denegatur, si intendatur probari*

bari id, quod ex testibus iam examinatis, & per decisiones, verum esse non posse probatum fuerat.

DECISIO DXC.

CENSVIT Rota constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum. Et quoad primam resolutionis partem affirmatiuam, fundamentum consistit in eo, quòd appellatio pro parte Capituli interposita sub die 14. Iunij 1634. à Rotali sententia lata sub die 7. eiusdem mensis, omnimodo deserta remansit, cum nec prosequuta fuerit
1 in termino iuris per † Iudicem dato, redeundo pro Apostolis, vel committendo causam non obstante termino iuris, *Clem. quamuis, de appellat. vers. similiter*, & ibi *Abb. numer. 1. & cap. ab eo, de appell. in 6. Rota in Perusina de Vbaldis coram bo. me. Card. Hieronymo Pamphilio impress. per Marchesan. par. 2. de commiss. fol.* 13. nec commissa similiter
2 fuerit in spatio † decem dierum, post quam lapso iam termino iuris, ad huc obtenti fuerunt reuerentiales, *Cassad. decis. 4. de appell. Vestr. lib. 3. cap. 5. num. 4. & lib. 7. cap. vlt. sub num. 5. Lancellot. de attent. cap. 12. num. 66.* Vnde stante
3 simili desertione clarum est, † sententiam fecisse transitum in iudicatum, etiamsi in hoc vltimo temporis interuallo fuerit deinde pro parte eiusdem Capi-
4 tuli † appellantis delata commissio Reuisori: quoniam hæc non visa fuit diligentia sufficiens ad impediendum ortum ta-
5 lis rei iudicatæ, cum † debuisset ad hunc effectum, vel Eminentissimo Signaturæ Præfecto, vel Cancellariæ Regenti, dicta commissio præsentari, prout sensit *Rota coram Card. Verallo decis. 32. num. 3. par. 1. & in dicta Perusina de Vbaldis, impressa per Marchesan. & in vna Foroliuien. de Torellis coram Card. Marcomontio*, impressa pariter apud eumdem *d. par. 2. fol. 79.* & alibi sæpissimè.

Quo verò ad secundam partem negatiuam, moti sunt Domini ex validitate,
6 † ac iustitia sententiæ, aduersus quam sicuti de læsione dici non potest, ita nec etiam restitutio concedi solet, *Rota decis. 1. de resti. in integr. in nouis, & decis. 532. par. 1. & decis. 731. par. 2. recent. & coram Cardinali Seraphino decis. 1238. num. 1.* Validitas autem, prout indubitabilis, nullo modo controuertebatur, iustitia verò enitebat ex decisione, *coram R. P. D. meo Pirouano sub die 24. Maij 1634.* in hac causa emanata, & ex donatione istius Capellę facta per Reuerendissimum D. Episcopum Vicen. Reuerendis Patribus Venerabilis Societatis IESV, de quorum propterea bono iure satis luculenter apparet, cum de validitate talis donationis hæsitare non licet, concurren-
7 te in ea non solum ipsius † donantis potentia, verum etiam solemnitatibus necessarijs, atque mirabili Ecclesiæ vtilitate.

Et quantum attinet ad ipsium Reuerendiss. D. Episcopi facultatem, quod scilicet hanc Capellam dictis Patribus donare potuerit, desumitur euidenter ex
8 eo, quòd cùm talis Ecclesia † fines suæ Diœcesis existens collatiua non esset, ac dote, & redditibus, proprioque Rectore careret, ab eius libera dispositione dependebat, *cap. omnes Basilicæ. caus. 16. quæst. 7. & cap. conquærenti de officio Ordinarij*, ideoque potuit eam Religiosis viris dono dare, prout disponitur *in cap. consultationibus de donat.* Quod verò in simili donatione solemnitates necessariæ
9 non desiderentur, † manifestè conuincitur ex beneplacito Apostolico desuper impetrato, quod loco omnium solemnitatum deseruit, iuxta *Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Rota decis. 65. num. 1. par. 2. diuers. Card. Seraphin. decis. 1070. num. 3.*
10 maximè stante clausula, supplentes, † in eo apposita, ex qua tollitur omnis defectus iuris positiui, qualis in præsentia esset Capituli consensus, qui per talem clausulam suppletur. *Alexan. cons. 79. num. 7. lib. 1. Abb. cons. 62. item Papa lib. 1. Dec. cons. 341. num. 6. Menoch. cons. 104. sub num. 11. & cons. 747. num. 7.* Et quod denique ex hac donatione manifesta Ecclesiæ vtilitas resultauerit, clarè patet ex eo quod vbicunque horum Patrum opera versantur, videmus templa sacræ
11 supellectilis † ornatu, ac munditia enitescere, frequentibus sacrificijs aras imbui, Sacramenta piè distribui, Diuini Verbi præconijs erudiri pueritiam, ad Fidem inflammari, iuuentutem ad sapiētiam, ac honestatem, per omnemque denique ætatem omni virtutum genere Christianam pietatem fructuosissimè efflorescere.

Neque ex turbida possessione Capituli desumi potuit aliquod ius considerabile ad fauorem eiusdem, itaut exinde su-

12 subuerti aliquo modo † posset supradictum Collegij fundamentum, quod non obscuris probationibus, sed irrefragabilibus iuribus fulciri demonstratur. Nam, vt optimè responsum fuit coram R. P. D. meo Pirouano die 24. Maij 1634. Rota in discussione boni iuris similem possessionem paruipendet, cum ex ea non inferatur necessariò ad proprietatem, quæ in casu præsenti super Capella, de qua agitur, neque competere valet eidem Capitulo, ex eo quod talis Ecclesia fundata fuerit à quoquam Canonico: quoniam cum iste Canonicus esset Clericus Gerundensis, & sic haberet liberam facultatem testandi, ac dis-
13 ponendi de redditibus Ecclesiæ, † censeri debet eam erexisse de proprio: ideoque nullum potuit exinde Capitulo iuspatronatus acquiri, vt benè declarat. *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 594. ante finem vers. & cum in Hispania, & seqq.* cũ alijs adductis in supradicta huius causæ decisione.

Non obstat quòd cùm fuerit Capitulo denegata remissoria, saltem ex hoc capite concedi deberet restitutio. Nam vltra quod talis remissoria, tanquam petita post diuturnæ litis euentilationẽ, & postquam semel atque iterum examinatis testibus, causa tandem in vltimis audientijs, ac in limine expeditionis reperiebatur, ob non tenuem calumniæ suspicionem concedi non poterat. *Rota decis. 322. num. 3. diuers. & coram Card. Seraph. decis. 1460. num. 1. & coram Papa Gregor. XV. decis. 356. num.* 8. Accedit vlterius, quòd articuli pro ea exhibiti eam non merebantur, cum in ipsis intenderetur probari id, quod ex testibus iam examinatis ac rationibus per decisiones adductis, verum esse non posse probatum fuerat: in quibus terminis nusquam remissoria conceditur, prout dixit *Rota in d. decis. 1460. coram Card. Seraph. num. 1. & 3.* Ideoque aduersus tam iustissimam remissoriæ denegationẽ frustra petitur restitutio.

Reliqua quæ denuo replicabantur circa validitatẽ beneplaciti, & Capituli possessionem, adeò benè fuerunt in dicta R.P.D. mei Pirouani decisione sublata, vt alia responsione digna visa non fuerint.

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. CARILLO.

Oritana Decimæ Oliuæ.

Die Veneris 13. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Ex Oliuis an debeatur decima, in hac decisione discutitur. Et aliqua circa præscriotionem.

SVMMARIVM.

1 *Decima debetur de omnibus fructibus, & num. 11.*
2 *Oliuæ veniunt appellatione fructuum.*
3 *Quod procedit etiamsi oliuæ, sint subrogatæ in locum aliorum fructuum, & hoc in materia decimarum.*
4 *Decimas præscribens ex certis agris censetur præscripsisse eas non tantum quoad fructus consuetos colligi, sed etiam quoad nouiter plantatos.*
5 *Possessio in vna specie fructuum, quæ procedit ab vna radice, prodest etiam quoad alias quascunque fructuum species.*
6 *Præscriptio, quando est realis, debet fieri extensio præscriptionis ad particularitatem iuris apprehensi sub vnico iure vniuersali.*
7 *Iure diuerso, vna eademque res non debet censeri.*
8 *In Decimalibus prædijs, mutatio qualitatis seminis, non mutat obligationem prouenientem & num. 9.*
10 *In Colonorum potestate esse non debet mutando semina minuere, vel auferre decimas habentibus ius eas percipiendi. & num. 18.*
11 *De fructibus omnibus soluenda est decima, quod procedit etiam non solum de omnibus fructibus prædiorum, sed etiam arborum, num 12.*
13 *Decimæ, quando debeantur ex iure reali, & num. 14.*
15 *Seminis mutatione, non tollitur ius reale competens alicui in feudo decimabili.*
16 *Testes deponentes super negatiua non probant, si non remoueant sensum ab actu.*
17 *Testibus deponentibus super affirmatiua magis creditur, quàm deponentibus super negatiua.*
19 *Testes, qui sunt numero plures, & non patiuntur exceptiones, sunt præferendi alijs.*

 20 *Pre-*

20 *Præscriptio, quantumuis longissima sine possessione, vel quasi nunquam datur.*

21 *Præscriptione cuius initij memoria non extat, vna Ecclesia potest contra aliam præscribere decimas, & dicta præscriptio habet vim priuilegij Apostolici.*

22 *Præscriptio semel completa amplius non interrumpitur.*

23 *Decis. in causa Sabinen. Decimarum coram Cardin. Pamphilio, & similes, in quibus terminis loquantur.*

24 *Præscriptum tantum, quantum possessum.*

25 *Ecclesia, si non habeat curam animarũ, non dicitur habere intentionem fundatam in iure super perceptione decimarum.*

DECISIO DXCI.

Moniales Monasterij S. Barbati Ciuitatis Oritanæ existentes ab immemorabili tempore in possessione, seu quasi percipiendi decimas de omnibus fructibus nascentibus in terris feudi nũcupati de Potente, cuius directum dominium habebant, sum. num. 1. 2. & 3. Et recusantibus de anno 1636. Capitulo Collegiatæ Conuentus Sancti Francisci, alijsque particularibus terræ Francauillæ solitas decimas soluere de Oliuis plantatis, ac subrogatis in locum vinearum, existentibus in terris intra fines dicti feudi per eosque possessis, & commiserunt causam per speciale rescriptum Sanctissimi Archidiacono Brundosino, qui cũ voto Consultoris de anno 1549. ad fauorem Monialium pronunciauit, & post varias sententias ad fauorem vtriusque partis hinc inde prolatas coram diuersis Iudicibus à S. D. N. delegatis, denique causa mihi commissa, dubitaui, an de oliuis debeatur decima, & Domini affirmatiuè responderunt.

1 Quia decima debetur de † omnibus fructibus, *cap. non extat. cap. nuncios, cap. ex parte, de decimis Rebuff. in tract. de decim. quæst. 8. num. 13. cum seqq. Moneta de decim. cap. 4. lib. 2. & 3. Suarez. de relig. tom. 1. lib. 1. de diuino cultu cap.*
2 *34. num. 2.* fructuum † autem appellatione veniunt Oliuæ, *l. si eius fundi 78. leg. veluti si oliuæ, ff. de rei vend. Donel. lib 4. cap. 25. vbi Osuald. littera E.* quod
3 procedit etiam † si oliuæ fuerint subrogatæ, in locum aliorum fructuum authoritate textus in *cap. commissum 3. §. & sicut cap. cum in tua 3. §. fin. de decim. Rebuff. in tract. de decim. quæst. 14. num. 19. Moneta supra d. cap. 4. num. 9. Gutt. lib. 2. canonic. cap. 21. & 93. & 94. cum seqq.* & in puncto de Oliuis subrogatis in locum vinearum. *Rot. decis. 677. num. 3. par. 1. recent. & decis. 666. num. 1. par. 3. recent. & decis. 552. num. 2. par. 4. recent.* & fuit dictum in Conchen. decimarum delaxata 12. Decembris 1608. coram Iusto, & in alia Conchen. decimarum dell'Infantado 5. Decembris 1612. & 10. Maij 1613. coram R. P. D. meo Pirouano.

Quæ doctrina nititur claris, & naturalibus rationibus, quia † præscribens 4
decimas ex certis agris, censetur præscripsisse eas, non tantum quoad fructus consuetos colligi, & percipi, sed etiam quoad nouiter plantatos, & seminatos, possessio enim in vna specie fructuum, quæ procedit ab vna radice (nẽpe à iure decimandi) prodest etiam 5
quoad alias quascunque fructuum species, quæ eodem iure possunt vendicare, *Couarr. practic. cap. 37. num. 5.* maximè cum præscriptio sit realis, (vt in præsenti) in qua debet fieri extensio 6
præscriptionis ad Particularitatem iuris apprehensi sub vnico iure vniuersali, *d. cap. cum in tua 3. vbi Butr. & Anch.* ne vna, eademque † res diuerso iure 7
censeatur. *Gutt. super d. cap. 21. numer. 96.*

His accedit, quia licet Dominus fundi non habeat possessionem illius rei nouiter seminatæ, ex quo tamen habet possessionem totius prædij, censetur præscripsisse decimam fructuum illius fundi, etiam si solitus fuisset habere decimam frumenti, & terra frumenti mutetur in vineam, eodem modo percipiat decimã de vino, ac de frumento, cum illius ius sit reale fundatum super terris decimalibus, † mutatio enim qualitatis semi- 8
nis non mutat obligationem prouenientem ratione prædij, vt probatur in *d. cap. commissum §. sicut de decimis* ibi, & sicut etiam de pascuis olim decimæ persoluebantur, ita nunc de eiusdem ad fruguũ fertilitatem translatis decimas † volu- 9
mus absque diminutione persolui. *Rebuff. in tract. de decimis quest. 6. num. 35. & quæst. 14. num. 19. Acceued. in l. 2. num. 8. tit. 5. lib. 1. nouæ collectionis, Gutt. d. lib. 2. canonic. cap. 21. num. 6. cum seqq.* aliter enim esset in potestate colonorum

10 norum mutando † semina minuere, vel
auferre decimas habentibus ius eas per-
cipiendi. *Rot. d. decis.* 502. *nu.* 2. *par.* 2.
recent. & d. decis. 666. *par.* 2. *recent.*

Non obstant testes per parte Capituli
examinati deponentes, *che l'oliua è fran-*
ca, libera, e regina, e non paga decima,
quia ista exceptio aliquo iure non pro-
batur in oliuis, potius est regula in con-
11 trarium, † quòd de omnibus fructibus
decima seruatur, *vt in d. cap. ex parte*
21. *de decimis, vbi gloss. verb. de omni-*
bus notat id procedere non solum de
12 omnibus † fructibus prædiorum, sed
etiam arborum *cap ad Apostolicæ* 20. cum
concordantibus eodem titulo de deci-
mis; maximè cum decimæ debeantur
Monialibus de iure reali, nempe ratio-
ne feudi, vt probatur ex sententia, &
testibus summ. num. 1. qui deponunt
reddendo rationem, nedum de p. voce,
& fama, sed etiam, quia viderunt sem-
per soluere decimam de omnibus in di-
cto feudo perceptis, adeò vt nulla sit du-
13 bitatio, quin versemur in decimis †
debitis ex iure reali, quæ in casu isto vo-
cantur decime, quia debentur ratione
dominij terrarum, de quo deponunt di-
14 cti testes, & † ita sufficit fuisse posses-
sum tanquam feudale per spatium 30.
annorum. *Alexand. cons.* 136. *num.* 5.
vers. vel quia lib. 1. *Grammat. decis.* 77.
num. 7. & 8. vnde intrat conclusio re-
15 ceptissima, quòd † mutatione seminis
non tollitur ius reale competens alicui
in feudo decimabili, *Ancharan. in d.*
cap. cum in tua num. 4. *de decim. & alij*
supra allegati.

Minus releuant testes, cum depo-
16 nant † super negatiua non remouentes
sensum ab actu *Alexan. cons.* 24. *num.* 8.
& cons. 108. *num.* 10. *lib.* 2. *Dec. cons.*
101. *numer.* 1. *Roland. cons.* 53. *numer.*
7. *lib.* 4. Et testes Monialium melius in-
17 formati † deponunt super affirmatiua,
in quo casu illis magis credendum est
Felin. in cap. in nostra de testibus, lib. 4.
Cesar de Grass. decis. 18. *de præb. Greg. de-*
cis. 445. *num.* 3. præsertim quia ex ijs plus
deponunt de solutione in facto proprio,
& quod oliuæ fuerunt derogatæ in locũ
vinearum, de quibus decima soluebã-
tur, per quam subrogationem seminis
18 Coloni non poterant † præiudicare Mo-
nialibus, vt ponderat *Rot. in d. decis.* 666.
nu. 1. *in fin. par.* 3. *recent.* cum alijs supra
allegatis, & dum testes Monialium sunt
numero plures, & non patiuntur exce-
19 ptiones, † quas cæteri testes deponen-
tes de negatiua, vt in eodem *summ. nu.*
2. 3. & 4. *deducitur, meritò præferendi*
sunt, Gabr. conclus. 4. *num.* 5. *de testibus.*
Gregor. decis. 322. *num.* 6.

Hinc etiam tollitur præscriptio pro
parte Capituli opposita, quia cum non
benè probetur negatiua non soluendi
decimam ex oliuis cessat fundamentum
20 præscriptionis, † quæ quantumcumque
longissima, sine possessione, vel quasi
non datur. *Bart. in l. census, ff. de vsu*
cap. Paris. cons. 27. *num.* 101. *lib.* 1. *Do-*
ctor. in cap. sine poss. de reg. iur. in 6. tan-
to magis, quia cum constet ex eisdem
testibus Capituli oliuas de recenti fuisse
plantatas, non potuit interrumpi præscri-
ptio inducta ad fauorem Monialium, ex
tempore cuius initij memoria non extat;
21 † quæ præscriptio sufficit inter Ecclesias,
& habet vim priuilegij Apostolici, *Car-*
din. cons. 88. *num.* 2. *cum seqq. ad notata in*
cap. de qua, cap. ad aures de præscript. Et
22 semel completa † non interrumpitur.
Mantic. decis. 296. *num.* 5. *adden. ad Gre-*
gor. in d. decis. 51. *num.* 8.

Denique non obstant decisiones, quę
23 allegantur pro Capitulo, nempe † *Sabi-*
nen. decimarum coram Eminentiss. Cardin.
Pamphilio apud Marches. par. 1. *fol.*
681. *cum alijs adductis in Placentina deci-*
marum coram D. meo Merlino, quia non
applicantur, cum ibi agatur de decimis
debitis ex sola consuetudine, & ita ha-
24 bet locum regula tantum † prescriptum,
quantum possessum, nos autem versamur
in decimis debitis ex aliquo iure reali ra-
tione feudi, vnde licet Moniales non di-
cantur habere fundatam intentionem de
25 iure communi † ex eo, quod non ha-
beant curam animarum, *ex cap. cum cõ-*
tingat, ex cap. transmissa de decimis. Put.
decis. 361. *lib.* 1. cum alijs, satis est do-
cere de tit. reali ratione dominij directi,
de quo deponunt testes ab annis cen-
tum, & vltra dictas Moniales fuisse do-
minas dicti feudi, & per eas solitum fuis-
se infeudari cum annua responsione de-
cimarum ratione dominij. Vnde cum
non contrauertatur huiusmodi feudum
spectare ad Moniales, sed an decima de-
beatur de oliuis, dixerunt Domini pro-
bationes factas sufficere pro probatione
dominij, & vt eius vigore decimę ex oli-
uis debeantur ex rationibus supra addu-
ctis.

Et ita vtraque parte acerrimè informante decisum.

R.P.D. PANZIROLO.

Firmana Pecuniaria.

Die Lunæ 30. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Actio indebiti, quando statim oriatur. Fideiussionem siquis alicui fecerit pro certo, & determinato tempore, extra illud non est extendenda, & plura circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio respectu certi temporis non extenditur respectu alterius temporis.*

2 *Actio indebiti statim datur detecto indebito non sponte soluto, sed per vim extracto, ac ob intrusionem in carceres.*

3 *Indebiti repetitio, etiamsi aliàs non daretur, inducitur tamen, si in actu solutionis detur facultas soluenti retorquendi solutionem, contra quos de iure.*

4 *Soluens id, pro quo aliquis erat obligatus, succedit in locum illius, cui fuit solutum.*

5 *Quod multò magis procedit, si accedat cessio ab eo reportata.*

6 *Soluens Ciuitati pro alio, actio repetitionis contra illum transit in soluentem, etiam absque cessione.*

7 *Depositarius publicus tenetur de iure reddere computa, & si ea non reddat, quid præsumendum sit. num. 9. & 10.*

8 *Administrator quilibet de iure tenetur reddere rationes.*

11 *Assertio æquiuoca non attenditur.*

12 *Principalis per suam assertionem non potest præiudicare fideiussori, si ipse tantum ad certum quid, voluit esse obligatus.*

13 *Obligatio, sicut qualibet alia dispositio restringitur semper ad suam causam.*

14 *Solutio debet cedere in debitum magis antiquum, limita num. 15.*

16 *Compensatio de vna ratione non admittitur ad aliam, quando rationes sunt diuersæ respectu eiusdem personæ.*

17 *Solutio non debet cedere in debitum antiquius, quando est extrinsecum, & remotum, & nu. 18. & 19.*

20 *Consignationes, quæ fiunt per Depositarios, &c. cedere debent in causam illius anni currentis.*

21 *Solutio in quam causam sit facta, non tā inspiciēda descriptio, quàm ratio, & causa per quam fit.*

22 *Liberatio facta ex falsa causa non tenet, amplia n. 23.*

23 *Consignatio rei censetur facta iuxta præcedentem obligationem.*

24 *Expressio vnius rei excludit aliam.*

15 *Consignatio alicuius rei in dubio, qualiter censeatur facta.*

26 *Frumentum vetus prius distrahi, & erogari debet, & nouum conseruari.*

27 *Ad indebiti repitionem, quando quis agit, grauatur onere certissimæ, & concludentissimæ probationis.*

Ita vt sufficiat eum excludere per possibile.

DECISIO DXCII.

CONDVXERAT Leonardus Bentiuolus à Ciuitate Firmana depositariam frumentariam per annum incipien. à die 23. Augusti 1629. cum obligatione in fine computos reddendi, & reliquatū soluendi, sub fideiussione Gasparis Paccharoni. Huius anni conductione durante, Leonardus recepit à Ciuitate rubra frumenti 619. & salmas 486. & restituit rubra 247. & salmas 190. & sicremansit debitor in rubris 372. & salmis 296. vt in calculo.

Anno prædicto completo, computis non redditis, & reliquatu non soluto, idem Leonardus depositariam prædictam iterum à Ciuitate conduxit pro anno sequenti 1630. sub fideiussione Francisci Sauini, & tempore secundæ conductionis recepit rubra frumenti 257. & salmas 303. & restituit rubra 583. & salmas 518. & sic vltra recepta, in secunda conductione restituit rubra 326. & salmas 215. vt in eodem calculo.

Cum autem non obstante hac exuberanti consignatione frumenti facto hoc secundo anno, Leonardus adhuc debitor Ciuitatis appareret ob frumentum receptum in prima conductione, Sauinus fideiussor in secunda coactus fuit soluere prædictum debitum Leonardi in summa scut. 1814. cum facultate retorquendi exequtionem contra quos de iure, vnde prætendente Sauino se indebitè fuisse condemnatum; dubitaui, an illi competat repetitio, & contra quos, & resolutum fuit, Sauino competere repetitionem con-

contra Paccharonum, & contra Ciuitatem, quia cum Leonardus in secũda conductione plus restituerit, quàm habuerit, & Sauinus præcisè fideiusserit pro frumento cosignando tempore secundæ conductionis, non potuit molestari pro
1 tradito in prima. Ex quo promissio † fideiussoris respectu certi temporis non extenditur respectu alterius temporis. *l. non à Iudice, §. 1. ff. de iud. l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pactis, l. Lucius, la seconda, §. Paulus, ff. de administ. tut. vbi glos. verb. non teneri. Rom. cons. 210. num. 2. Soc. Sen. consil. 70. num. 5. vers. non promisit lib. 3. Honded. cons. 111. num. 75. 76. & seq. lib. 1. Rota decis. 567. num. 1. & par. 1. diu. & decis. 384. num. 2. par. 4. recent.*
Et ideò cum indebitè solutum per Sauinum cesserit in commodum annonæ Ciuitatis contra eandem habet repetenti
2 actionem, † quæ datur statim detecto indebito non spontè soluto, sed per vim extracto, ac ob detrusionem in carceres, vt est *text. in l. 2. §. grani, vbi Bart. & Alberic. ibid, §. quod de fundamentaria num. 1. vers. nota pro potestatibus, ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertinentium*, quæ quidem repetitio eo magis Sauino visa est competere, quo in actu solutionis fuit illi da-
3 ta facultas retorquendi † executionem contra quos de iure; per quam facultatẽ inducitur repetitio indebiti, etiamsi aliàs non daretur *per text. in l. 2. in princ. & ibi glos. in verb. locum habebit, ibique Bar. Bal. Odofred. Alber. Alex. Castrens. & Ias. per. tot. ac signanter num. 7. ff. de condit. indeb.*

Nec minus repetitio visa est competere contra Paccharonum, quia cum Sauinus soluerit Ciuitati debitum Leonardi contractum vigore prædictæ cũductionis, pro qua Paccharonus fideiussor teneba-
4 tur, successit Sauinus in locum † ipsius Ciuitatis, erga quam Paccharonus erat obstrictus *per text. in l. 2. ff. de cess. bon. & text. in l. 2. C. de iur. reipub. lib. 11. Surd. cons. 444. num. 9. & seq.* Accedente
5 præsertim † cessione ab ipsa Ciuitate reportata contra ipsum Leonardum, quæ comprehendit etiam Paccharonum fideiussorem. *Bart. in leg. cum per liberam num. 2. C. per quas personas nobis acq.* quæ opi-
6 nio de plano procedit in † soluente Ciuitati, quia talis actio in eum transit etiã absque cessione *d. l. 2. C. de iure reip. l. 11. cum alijs relat per Surd. d. cons. 444. nu. 9. vers. his tamen.*

Non obstat quod cũ in fine primi anni in manibus Leonardi remanserit residuum frumenti consignati de tempore primæ depositariæ, totum transfusum fuerit in secundam ad fauorem primæ etiam periculo Sauini fideiussoris, secundæ depositariæ, quia prætensa transfusio ad damnum, & periculum Sauini benè procederet, si Leonardus in fine primæ conductionis reddidisset computa, prout tenebatur, itaut constaret apud ipsum extare residuum frumenti, illiusque qualitatem, & quantitatem à Regulatoribus Ciuitatis recognosci, mensurari, ac de eo creari partitam ad creditum secundæ deposi-
7 tariæ, † prout dicta computa reddere expressè promiserat, & vti publicus depositarius de iure tenebatur, *iuxt. l. argentarius, vbi DD. ff. de eden. & trad. per Bart. in l. quædam num. 2, ff. eod. tit.* & facit quod, quilibet ad ministrator de iure
8 rationem † reddere tenetur *l. 1. §. officio, vbi Bald. ff. de tutor. Greg. decis. 30. num. 4.* sed cum nullum ex his fecerit, videtur posse præsumi nullum frumenti resi-
9 duum penes † ipsum extitisse, & potius illud in proprium vsum conuertisse, vt ponderat *Decian. cons. 11. num. 97. & seq. lib. 1.* vel saltem dicendum est illud pe-
10 nes eundem Leonardum † remansisse tanquam debitum primæ conductionis sub fideiussione Paccharoni iuxta disposita *in leg. opus 39. ff. locat. vbi gloss. verb. approbatur.*

Et cessat penitus difficultas ex ipsis partitis grani consignati in secunda depositaria, quę omnes cantant de frumento nouo, exceptis rubris centum, & tribus, quæ sunt de veteri, quibus etiam computatis, adhuc Leonardus in secundo anno maiorem quantitatem consignauit, quam receperit, itaut non sit ambigen. quin totum debitum spectet ad primam de positariam.

Nec releuat, quòd Leonardus in meliori porrecto Ciuitati expresserit se distribuisse *Grani mal conditionati, e vecchi.*
11 Quia dum exprimit dictum tempus, † assertio est æquiuoca, cum possit intelligi de distributione facta in prima conditione, & certè de ea debet omninò intelligi, vt colligitur ex dicta distributio-
12 ne secundi anni. Et quatenus etiam † Leonardus clarè locutus fuisset de secundo anno non potuisset nocerę fideiussori, qui solum teneri voluit de eo frumento, quod probatur fuisse effectiuè receptum in

in secunda depositaria *iuxta trad. per Surd. cons.326.num6. vers. his tamen non mouentibus*, *& per totum*, & facit quia obligatio, prout quælibet alia dipositio
13 restringitur † semper ad suam causam, *l.ita§. ex hoc edicto,ff.naut. Caup. Stabul. Surd. dict. cons. 326. num. 13. vers. quia responde*, *& num. 14.*

Nec subsistit, quòd consignationes frumentorũ factæ à Leonardo de tempo-
14 re secundæ † depositariæ cedere debeant in extinctionẽ debiti primæ depositariæ, cum sit antiquius *per regul. l. 1.ff.de solut.* Quia cum depositariæ sint duæ distinctæ, & separatæ consignationis,proficiscentes
15 à secũda† nullo modo referri possunt ad primam, vt est *text. in d. l. 2. §. fin. aut frumentaria pecunia*, *ff. de administr.rer. ad Ciuit. pertinen. Ripa de peste tit. de remed. ad conseruand. Vbert. num. 33. & seqq. Munoz. de ratiocinijs cap. 36. num. 5. vers. & loquendo in administratore. Rota coram Mantic. dec.77. num. 4.* ex-
16 emplo compensationis, † quæ de vna ratione non admittitur ad aliam, quando rationes sunt diuersæ respectu eiusdem personæ. *Bald. & Salicet. in l. eius num. 3.C.de compens. Rot.Ian.decis.26.num.30. Seraph. decis.1214. Magon. dec. Lucen.1. per tot. & signanter num. 21. & 24. Caual.decis.38.num. 4. Greg. decis.366.num. 4. vers. vltra quod & n. 7. vers. &ideo.* Atque hæc vllo dubio videntur procedere in terminis, de quibus agitur,dũvigore quarti Capituli Leonardus tenebatur tradere illud idem frumentum, quod sibi fuerat consignatum in secunda depositariæ, & propterea cosignatio facta
17 hoc anno nullo modo potest referri † in debitum primæ, licet antiquius, quod erat extrinsecum, & remotum *ad text. in l. si fide commissum §. tractatum ibi*, *quid tamen fortè si certis oneribus destinatum sit*, *cum alijs notat. per Bart. & scribent. ff. de iudic. Bald. consil. 115. num.5. & per tot.lib.3. Bursat. cons.28. num.66. lib.1.* & hic intellectus declaratur ex ipsis ordinibus Grasseriorum sub hac forma. *Per farli buon à suoi conti*, quod non po-
18 test intelligi nisi de computis tempore † secundi anni concurrentibus,quę ab alijs anni pręcedentis vti diuersa retinebantur, *vt per Alex. cons. 85.num.5. lib.3. & faciunt tradita per Surd. in terminis fideiussionis cons.460.num.63.vers. per prædicta*, *& num. 64. & 73.*

Nec videtur attendendum, quod consignationes frumentorum factæ à Leonardo in secundo anno, cum sint contrapositæ debito primi, cedere debeant in huius extinctionem. Quia non subsistit in facto quod consignationes secundi anni fuerint contrapositæ debito primi, sed solum verum est, quod ratio integra dati, & accepti tam primi, quam secundi anni fuit,absque vlla separatione calculata ad debitum ipsius Sauini, ac si vna tantum fuisset locatio pro duobus annis, quæ calculatio tanquam erronea non potest alteri nocere, & quatenus etiã istæ partitæ debeant considerari vti reda-
19 ctæ in vnũ corpus † omnes solutionis debent cedere in causam secundę depositarię, vt ponderat *Alex. in cons.85.num.5. vers. & tanto magis procederent lib.3.* vbi dicit hoc sine difficultate procedere
20 quando extat consuetudo, quod † consignationes, quæ fiunt per Depositarios cedant in causam illus anni currentis, de qua quidem consuetudine in casu nostro non potest ambigi, tam ex præscripto Bullæ Sacræ Congregationis super bono regimine, sub cuius forma huiusmodi locationes fiunt, quàm etiam ex tenore Capitulorum vniformium in qualibet locatione, vt sunt verba bannimentorum ibi, *si fa intendere à chi volesse attendere alla depositaria de' grani dell' abbondanza da farsi nella corrente stagione*, *venga con sue offerte, che con l' osseruanza della Bolla sopra il bon gouerno delle Communità, e con l' infrascritti Capitoli si delibererà.* Vltra quod ista prætensa contrapositio clarè etiam excluditur, ex quo cum singulæ partitæ sint descriptæ cum sua data, & relatione ad receputas, & mandata, quando etiam indefinitè loquantur *dell' Abbondanza* intelligen. omninò sunt de ea, quæ extabat non autem, de præcedenti, quæ iam desierat esse, & fuerat resoluta in reliquatũ, ad agnoscen. enim
21 in quam causam † fuerit facta solutio, non tam inspicienda est descriptio, quàm ratio, & causa, proter quam fuit factum mandatum, & in illius exequutionẽ consignatio, *iuxt.l. priuilegia ff.de. priuileg. cred. & trad. Castr. 285. num.3. vers. in casu autem proposito lib.1.*

Nec obstat, quod Sauinus, qui fuit Grasserius primi anni neglexerit exigere rationem, ac reliquatum à Leonardo, quia ex dispositione statuti clarè patet hoc officium non ad Grasserium spectare, sed ad Regulatores, inter quos erat ipse

ipse Paccharonus, & sic potius argumentum retorquetur contra ipsum.

Nec aliquid refragatur, quòd Paccharonus remanserit liberatus per quietantiam, & propterea contra illum nulla competat actio Sauino ad solutum repetendum, quia vt supra dictum est, Paccharonus in asserta solidatione computorum ad se exonerandum vniri fecit in vnum tam computa primæ, quàm secundæ depositariæ, vt in folio, quod datur non obstante, quòd notarius in redditione rationis illas distinxisset per hæc verba, *qui sentra sicurtà il Signor Francesco Sauino*, & sic tum depositariæ sint duæ, nec ratio reddita, nec liberatio suffragatur. Præterea ista prætensa liberatio Paccharoni emanauit post Sauini carcerationem, cum expressione, quod Leonardus, & rationem reddidisset, & reli-
22 quatum soluisset, & sic † ex falsa causa, quæ eandem liberationem vitiat, *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. C. de Cond. indeb. Decian. cons. 19. num. 74. lib. 3. Greg. decis. 496. numer. 11. & seq.* vltra quod est etiam ipso iure nulla, quia cum ipse Paccharonus esset de ma-
23 gistratu, & † ageretur de suo proprio interesse, non poterat officio durãte de aliqua ipsius liberatione in consilio tractare, stante prohibitione statuti *in rubr. 3. de auctor. prior. lib. 2.* Nec minus alia manifesta nullitate laborat, ex quo liberatio emanauit à duobus tantum officialibus, cæteris reluctantibus, qui sciebant actus nullitatem, vt in *summ. num. 16.* cum tamen ad hunc effectum omnes de magistratu interuenire debuissent, & ex eis saltem quinque consentire, & propterea non obstante quacunque asserta liberatone, aduc visum est, quod Paccharonus obligatus remanserit.

Et sic fuit decisum parte vtraque.

ANNOTATIO.

¶ *Infra in eadem causa coram eodem Reuerendiss. Patriarcha habentur duæ aliæ decisiones sub diebus 30. Martij 1637. & 25. Iunij eiusdem anni, sunt decisiones 606. & 612. Et duæ aliæ adsunt coram Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano 28. Iunij 1638. & 29. Nouembris 1639. & ista est moderatoria aliarum decisionum, & hæ duæ non adsunt in præsenti tomo, sed in alio edendo*. Et ea potissimum de causa Rota mota fuit ad moderationem dictarum decisionum, scilicet, quod fideiussor Sauinus non indebitè, sed iustè persoluerit, & ideò non esse locum repetitioni, de qua hìc, quia ex nouis iuribus pro Communitate productis, apparebat liquidò, quod de mense Maij 1630. & sic durante adhuc prima depositaria fuit initus contractus, & conuentio inter Communitatem, & præsente eodem Sauino fideiussore tanquam Grasserio, & stipulante, & inter tres pistores, nempe Io. Andream de Alexandro, Petrum Grassum, & Recinum, vt de illo frumẽto primæ depositariæ, vnusquisque ex dictis pistoribus reciperet rubra 250. & per totum mensem Augusti 1630. recepissent, & habuissent vt dicitur, per spacciati, cum verò distulissent pistores recipere dictum frumentum, postquam superuenit secunda depositaria, fuerunt coacti illud recipere, & secuta fuit consignatio, quæ propterea cum sit facta in executionem instrumenti de tempore primæ depositariæ, ad eandem primam depositariam debet referri creditum istius grani consignati, eo quod consigna-
23 tio censetur † facta in executionem antecendentis obligationis, & sic censeri etiam facta de grano veteri *ad l. si duo ff. de acquired. hæred. & ad not. per Bart. in l. cum seruus num. 4. ff. de verb. oblig. Abb. in cap. penult. num. 7. & seq. de conuers. coniug. & cons. 116. in fine vers. & semper ad intellectum stipulationis lib. 2. Ancharan. cons. 28. num. 3. vers. quando autem Alexand. in cons. 90. in fin. & cons. 94. num. 1. lib. 3. cons. 52. num. 24. lib. 4. Castrens. cons. 74. sub num. 4. vers. debet ergo lib. 2. Crouett. cons. 231. num. 12. ad med. & cons. 135. num. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. num. 9. Card. Mant. de tacit lib. 2. tit. 5. num. 3. Surd. decis. 93. num. 25. & decis. 212. n. 15. Rota decis. 285. num. 6. par. 4. & supra in hac parte decis. 197. num. 25. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 285. num. 48.*

Et prædicta corroborantur, quia ex verbis præcepti iudicialis facti ijdem pistoribus, dum protrahebant exequi eorum obligationem, Iudex iussit, vt acci-
24 perent granum vetus, & sic † excludit granum nouum *Ruin. consil. 112. num. 3. lib. 5. Soccin. cons. 97. num. 2. lib. 1. Decc. cons. 74. num. 32. lib. 1.* Et secutis deinde consignationibus tanquam prouenientibus ex dicto præcepto, seu decreto iu-

to iudiciali ab eodem illæ receperunt interpretationem vt scilicet intelligantur
25 factæ † dictæ consignationes de grano veteri *ex l. tutor datus ibi, debiti causa respicienda ff. de fideiuss. ex gloss. in cap. quatuor 12. quæst. 2. ibi causa probari per effectum ex Bal. in l. ex placito num. 4. C. de rer. permut. Soccin. Sen. cons. 105. num. 2. vers. confirmatur lib. 1. Crauett. cons. 131. num. 15. & cons. 144. num. 1. & 145. num. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 236. num. 18. Grat. discept. for. cap. 642. num. 10. Osasch. decis. 521. num. 3. Rota coram bon. mem. Card. Mant. decis. 70. num. 1. & coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 511. num. 3. & decis. 521. num. 7.* quibus etiam accedit dis-
26 positio † iuris communis, cum semper vetus frumentum prius distrahi, & erogari debeat, & conseruari nouum *l. 1. C. de condit. in publ. horr. lib. 10. vbi Io. de Plat. num. 2. Bart. num. 1. Petr. Bellon. de re milit. lib. 6. num. 2.*

Et tandem sufficiebat Communitati, quod sit æquiuoca relatio istius consignationis, cum hoc casu aderant plures obligationes, itaut sufficiat, quod dubia
27 sit, † & non concludentissima probatio aduersarij, quando agitur de repetitione indebiti, in qua materia quis grauatur certissima probatione, quæ pernecesse concludat, & præcipuè, (prout est casus præsens) si debitum iam fuerit agnitum, per realem solutionem. *l. cum de indebito, §. si vero, & ibi Bart. num. 4. ff. de probat. cap. 15. qui conqueritur, & ibi Abb. num. 1. & 2. de solut. Feder. de sen. cons. 82. num. 1. lib. 1. Ciriac. controuers. 263. num. 7. & 11. controuers. 264. num. 5. & 7. & controuers. 486. num. 23. & 24. Rot. coram bon. mem. Coccino. decis. 64. num. 2. & coram bon. mem. Card. Sacrato in Romana computorum 7. Maij 1604. & coram eodem Reuerendiss. P. D. meo Merlino in Romana repetitionis indebiti 29. Aprilis 1622.* Præsumptio enim stat, vt nemo
28 præsumatur † voluisse soluere id, quod non debet. *text. est in d. cap. is qui conqueritur cum alijs adductis à Rota in Panormitana Cambiorum 8. Ianuarij 1627. coram Eminentiss. & Reuerendiss. Card. Vbaldo, & coram bon. mem. Pirouano in Romana Pecuniaria 14. Ianuarij 1628. & antea coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Pamphil. in Romana repetitionis indebiti 4. Martij 1616. & magis in his terminis corã bo. me. Card. Virili in Narnien. seu Romana fructuum dotis 8. Februarij 1627. vers. & sufficit per possibile excludere auctorem agentem, & coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Verospio in Romana Pecuniaria 31. Martij 1634. &c.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. COCCINO.

Toletana Iurispatronatus de Grinnoñ

Die Lunæ 2. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Patronus quando fundauit iuspatronatus, & in eo leges, & conditiones apposuit, non potest ex interuallo nouum quid apponere, etiam cum consensu Ordinarij, si addita sint contra ius. Iuspatronatus, quando possit competere in Ecclesia Regulari.

SVMMARIVM.

1 *Patrono non licet ex interuallo mutare tenorem fundationis, & nouam legem, & conditionem imponere.*

2 *Patronus non potest facere, quod Capellania à se fundata possit retinere simul cũ alia sub eodem tecto.*

3 *Patronus potest, cum consensu Episcopi, ex interuallo mutare tenorem suæ fundationis.*

4 *Patronus, nec cum consensu Episcopi conditiones in fundatione iurispatronatus apponere potest, quæ sint contra ius.*

5 *Episcopi consensus tunc suffragatur patrono circa appositionem nouarum conditionum, quando dictæ conditiones non sunt contra ius.*

6 *Iuspatronatus in Ecclesia Regulari acquiri non potest, nisi ex priuilegio Apostolico, quod requiritur in limine fundationis.*

7 *Donatio, quando est perfecta, illam non potest postmodum donator alterare per actum subsequentem.*

8 *Verbum, omnis, est vniuersale.*

9 *Donatio si sit facta sub conditione, tunc donatarius aut conditionem implere debet, aut restituere bona accepta.*

DE-

DECISIO DXCIII.

SVB die 3. Decembr. superioris anni fuerunt declaratæ decisiones super hoc articulo facte & dictum, quod Moniales tenentur obseruare conditiones secundæ donationis, aliàs ipsas teneri restituere bona recepta vigore dictæ secundæ donationis. Hodie reproposita causa, fuit resolutum Moniales non teneri ad seruandas conditiones secundæ donationis, de anno 1540. cum nihil ex ea rece-
1 perint, † sed totum id, quod receperunt fuit ex prima donatione, & ideo non licuit patrono ex interuallo, mutare tenorem prædictæ fundationis, & imponere nouam legem, vel conditionem. *glos. in cap. cum dilectus, verbo constitutio ad finem, vbi Imol. sub num. 21. & Abb. num. 5. de consuetud. idem Abb. in cap. præterea num. 1. de iurepatr. Felin. in cap. significauit, sub num. 2. de testib. & in tract. quando literæ Apostolicæ col. 2. circa fin. vers. & inter alia Bald. in l. vnica in fin. C. de rei vxor. action. Io. Monach. in cap. vnico num. 1. vbi Prob. in addit. Io. Andr. num. 5. vers. conferendum, & Gemin. num. 10. de iurepatr. in 6. Card. in clem. quia contingit, §. vbi autem in 3. notabili de relig. dom. Rocchus. in verb. pro eo, quæst. 13. vers. in contrarium de iurepatr. Lambert. eodem tract. lib. 1. par. 2. quæst. 4. art. 4. n. 2.* & fuit dictum in *causa Toletana Capellaniæ 15. Februar. 1591.*
2 *coram bo. me. Hieronymo Card. Pamphilio* Vbi quod patronus non † potest facere, quod Capellania à se fundata possit retinere simul cum alia sub eodem tecto.

3 Neque obstat, quod ex interuallo de † consensu Episcopi potuerunt apponi nouæ leges, & conditiones, quia in hoc casu nullibi probatur consensus Episco-
4 pi, & si probaretur, neque sufficeret cum † conditiones, vel multæ illarum videantur contra ius, *glos. Imol. & Abb. ind. cap. cum dilectus, de consuetud. Felin. in cap. significauit sub num. 2. de testib. Rocchus vers. pro eo, dict. quæst. 13. circa fin. Lambertin. lib. 1. par. 1. quæst. 9. art. 1. num. 51. & 90. & par. 2. quæst. 4. art. 4. col. 2.* Quia tunc demum suffragatur consensus
5 † Episcopi, quando conditiones non sunt contra ius. *Calder. cons. 19. de iurepatr. Rocchus vers. pro eo, dict. quæst. 13. in fin.* vbi quod est de mente Abbatis, & aliorum in *cap. cum dilectus de consuetud. Lambert. dict. lib. 1. p. 1. quæst. 19. art. 1. num. 51. vers. dominus Rocchus, & num. 90. ad fin. & par. 2. d quæst. 4. art. 4. num. 2. & col. 2. vers. sed omissis, Card. in d. clem. quia contingit in 11. notab. de relig. domib. & fuit resolutum in causa Vlixbonen. Prioratus 14. Decembr. 1601. coram Seraph. qua est decis. in impressis 1414.*

Non obstat, quod non applicentur prædicta, cum hic non agatur de iurepatronat. nam agitur de Monasterio Mo-
9 nialium, in quo non acquiritur † iuspatronat. nisi ex priuilegio Apostolico, quod requiritur in limine fundationis, *cap. nobis, §. cæterum de iurepatronat. & ibi Abb. num. 9. & alij*, & fuit dictum in *causa Albanen. Prioratus S. Pauli 26. Nouembris 1598. coram Orano*, & aliàs sæpissimè, quia non agitur hic de iurepatr. ad effectum præsentandi, quo casu procedunt supradicta, sed de iurepatronat. honorifico, & quatenus, neque age-
7 retur de iurepatronat. honorifico, sed † de simplici donatione, illa non potuit postmodum alterari per actum subsequentem. *l. perfectam C. de donat. vbi DD. communiter, Clarus in §. donatio quæst 1. num. 3. Surd. decis. 206. num. 5. & cons. 145. num. 35.* & fuit dictum in *causa Romana de Castellanis, 23. Iunij 1631. coram me.*

Quod autem Moniales nihil receperit ex secunda donatione, sed tantum ex prima; satis patet ex lectura secundæ donationis, in qua narratur, quod Rodoricus obtinerat licentiam ab Ordinario de cõstruendo Monasterium in suis domibus, & successiuè introduxerat in illud Moniales, & demum in executionem donationis, quam fecerat, dixit se tradere possessionem bonorum ibi: *Et quia parum prodesset me spoliasse meis bonis, & non reducere ad effectum illud, quod ego desiderabam, maiori diligentia, qua potui, procuraui licentiam Archiepiscopi Toletani ad faciendum de prædictis meis domibus Monasterium, &c. Et posui in prædicta domo Venerabilem matrem Franciscam*, & infra ibi *Ad dandum vobis donationem, quam feci, volo quod vos prædicta mater, & socia nomine reliquarum futurarum recipiatis bonorum possessionem, &c.* Et sic hæc non fuit propriè donatio, sed sequela, & executio alterius præcedentis oblationis, & donationis, & quamuis replicetur, quod hæc executio non continet con-

consignationem omnium bonorum præsentium, & futurum : attamen est facienda vis in oblatione, & expoliatione, quã Rodericus se fecisse asseruit in mense Martij precedentis, quæ quidem oblatio, & expoliatio comprehendit bona presentia, & futura ex signo vniuersali
8 † *omnibus*, & adiectione tituli vniuersalis, nempe institutionis ibi, *omnibus bonis meis, &c. faciens meos hæredes*. *Bar. in l. si ita n.4. vers. aut in testamento ff. de aur. & arg. legat.*

Et eessat omnis difficultas ex verbis illius in secũdo instrumento de dicto anno 1540, appositis, videlicet, „*Bona quæ hucusque dedi vobis, & nunc do* &c. & *reseruo mihi administrationem prædictorum bonorum, sicut reseruaui*; ex quibus colligitur nihil de nouo fuisse datum in dicta secunda donatione, præsertim cum in illius instrumento non legantur alia territoria bonorum, quàm illa quatuor descripta in instrumento de anno 1525. Nempè de Seranillos, Batres, Moralessas, & de Grinnon, & in vtroque instrumento bona in genere, non autem per corpora cum designatione confinium descripta fuerunt.

Et ita conclusio vtraq. parte informante.

ANNOTATIO.

Supra in hac parte in eadem causa habentur duæ decisiones sub diebus 11. Februarij & 17. Nouembris 1628 sunt in ordine decisiones 147. & 210. & Rota sub die 21. Maij 1638. tandem in hac causa recedendo à decisis sub die 2. Iunij 1636. quæ est præsens decisio permansit in resolutis sub die 3. Decembris 1635. scilicet quod Moniales tenerentur vel obseruare conditiones, vel restituere bona iu-
9 xta formam ipsorum conditionum, † quas Rodericus fundator apposuit in secundo instrumento donationis vt in puncto *est tex. in cap. verum 4. & ibi glos. in verb. conditione & in verb. debeat reuocari, vbi communiter Canonistæ & præsertim Præpositus numer. 6. de condit. apposit. Abbas in cap. cum dilecti ante, num. 3. in 3. notab. vbi etiam Imol. in 4. de donat. Bald. in l. dictam sub num. 5. vers. ego dixi de condit. ob causam Castr. qui loquitur in terminis cons. 69. num. 2. lib. 1. Felin. in cap. cum. venerabilis num. 39. vers. nota tertio de exception. Anchar. cons. 197. numer. 5. Lambert. de iurepatr. part. 1. lib. 1. quæst. 9. art. 4. num. 3. vers. tertio vero casu Ripa in fin. quæst. 38. num. 132. C. de reuocan. donat. Tiraquell. de retract. lignag. §. fin. nu. 14. & 15. Corsett. in singularib. in verb. contractus 15. Rota decis. 695. num. 3. part. 1. diuers. & resoluit in Lucana Bonorum 5. Decembris 1603. coram bon. me. Card. Pamphilio Seniore & supradicta decisio Coccini fuit deinde canonizata & melius roborata in eadem sub die 18. Maij 1639. coram Reuerendissimo D. meo Merlino Decano.*

Paulus Rubeus.

DECISIO DXCIV.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 9. Iunij 1636.

Est Impressa Apud Merlinum Decis. 714.

R. P. D. GHISILERIO.

Meleuitana Pensionis.

Die Lunæ 9. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Magnus Magister tantum, vel habentes causam à Concilio generali possunt reseruare pensiones, & super commendis &c. & ideo si alius eas reseruet, in tantum annullatur d. reseruatio, vt nec à Magno Magistro possit conualidari.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis reseruatio, vt sit valida, quid requiratur.*
2 *Magnus Magister tantum habet potestatem reseruandi pensiones super commendis Religionis Hierosolymitanæ, & numero 6.*
3 *Pensio si sit reseruata ab eo, qui non habet talem reseruandi potestatem, corruit.*
4 *Pensionis reseruatio si fuerit nulla ex defectu potestatis, non potest conualidari.*
5 *Pensionum reseruationes nulliter ab Ordinarijs factæ, non confirmantur à Papa.*
7 *Magnus Magister, vel habentes causam à Capitulo generali possunt pensiones reseruare super commendis &c.*
8 *Statuta si sint confimata à Papa, non possunt*

sunt sine eiusdem auctoritate reuocari, & nu. 14.
10 *Transumpto exemplato lite pendente sine citatione partis, & sine auctoritate Iudicis, non creditur.*
11 *Enunciatiua assertio non releuat.*
12 *Pensio, quando est apposita sine consensu titularis, & sine facultate imponentis, non est de ea vlterius agendum.*
13 *Prioris Religionis Hierosolymitanæ, non habent facultatem reseruandi pensiones, cum hoc sit tantum concessum Magno Magistro.*
15 *Pensionis reseruatio &c. facta alicui equiti Hierosolymitano non tenet, si d. eques sit absens.*

DECISIO DXCV.

ATtentis nouiter deductis recesserũt Domini à decisione in hac causa facta 10. Martij præteriti & resoluerunt pensionem, de qua agitur, esse nullam. Primò ex defectu potestatis reseruantis,
1 Secundò ex incapacitate † reseruatarij, quæ sunt necessaria in hac materia, vt in simili fuit dictum in alia *Meleuitana pensionis coram me* 18. *Februarij preteriti*, deinde confirmata 21. *Maij currentis anni*.

Nam quoad primũ non subsistit quod
2 pensio fuerit reseruata à Magno † Magistro qui solus habet potestatem reseruandi vt firmatur in decisione, sed fuit reseruata à Procuratore Prioris, vt in ipsa reseruatione dicitur, ibi gratuita voluntate dedit, & assignauit &c. nec fit vlla mentio Magni Magistri, quinimo in Bulla dictæ pensionis reseruatæ idem Magnus Magister attestatur hanc pensionem fuisse constitutam, & assignatam à prædicto Priore dum viueret ibi, cum igitur aliàs &c. F. Balthasar Marsilia Commendatarius tamquam tunc temporis procurator ad hoc legitimè deputatus q. Nicolai Cottoner. Prioratus nostri Cathaloniæ dum viueret Prioris de eiusdem Ordine iuxta ordinationem Capitularem tibi dederit, constituerit, & assignauerit super fructibus, & redditibus dicti Prioratus &c pensionem annuam &c. libr. 400. &c.
3 & † cum non constet Priores hanc facultatem habere, certum est pensionis impositionem corruere, *cap. cum pridem de pact. c. constitutus, &c. super, de transact. Gig. de pens. quæst.* 85. *num.* 12. *Garz. de benf. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 332. *vers. atque ex his concluditur*; Vnde cum huiusmodi
4 † pensio fuerit nulla à principio ex defectu potestatis, non potuit conualidari per bullam Magni Magistri, sicuti non
5 confirmantur à Papa reseruationes † pensionum nulliter factę ab Ordinarijs *Gonzal. de mensibus alternatiuis, gloss.* 3. §. 5. *num.* 31. *vers. si non tenet maximè in præiudicium successoris in beneficio grauato Cassad. dec.* 4. *num.* 5. *de pens. Rot. in rec. decis.* 356. *num.* 2. *par.* 3. Et quod Priores
6 non habeant † facultatem imponendi pensiones sed solus Magnus Magister patet ex statutis 49. & 59. de Commendis, in quibus disponitur quod soli Magno Magistro, & habentibus facultatem
7 à † Capitulo generali, liceat has pensiones reseruare, & ita fuit resolutum in dicta *Meleuitana pensionis corã me* 21. *Maij*
8 *præteriti*, quibus statutis † confirmatis à Sede Apostolica sine auctoritate eiusdem Sedis derogari non potest, *Seraph. decis.* 538. *in princ.*

Nec censuerunt Domini subsistere, prout in decisione firmatur, quod constaret de consensu Titularis Prioratus super quo fuit imposita pensio ex mandato Prioris in in personam Equitis Balthasaris Marsilia ad constituen. assignan. & imponen. pensionem, de qua agitur, quia non constat de tali mandato nisi ex quadam attestatione Ioannis Tolosenti Notarij Meliten. cui non creditur circa fa-
9 cultatem datam dicto Procuratori in † quodam memoriali Idiomate Hispano scripto & subscripto vt in puncto *Ferett. cons.* 105. *num.* 3. *Rota in recent. decis.* 485. *num.* 2. *par.* 4. maximè cum versemur in
10 transumpto exemplato † lite pendente sine citatione partis, & sine Iudicis auctoritate, *cap. fin. vbi Innoc. & alij de fid. Instr. l. exemplo. C. de probat. Marescott. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 1. & 2. nec fides dicti transumpti suppleri potest ex assertione Magni Magistri facta in narratiua Bullæ, vbi supra in illis verbis tamquam tunc temporis procurator adhoc
11 legitimè deputatus &c. quia talis † assertio tamquam enunciatiua non releuat.

Quare cum pensio fuerit imposita sine
12 consensu titularis & sine facultate † imponentis, non est vlterius agendum.

Semper enim subsistit quod aut hæc pensio prætenditur valida tamquam reseruata à Magno Magistro, & hoc est falsum, quia post reseruationem factam interuenit facultas Magni Magistri vt fuit

 dictum

dictum supra, aut prætenditur valida ex reseruatione facta per Priorem, & non potest sustineri, quia Prioribus denegatur
13 † hęc facultas concessa tantum Magno Magistro ex supradictis & alijs in allegata *decisione* 21. *Maij præteriti coram me* in alia causa Meleuitana pensionis cum quibus Domini transierunt, nihil enim faciunt ea, quæ dicuntur de ordinatione 13. de Commendis facta in sequen. Ca-
14 pitulo generali cum † non fuerit à Sede Apostolica confirmata vt in terminis in dicta Meleuitana.

Quo verò ad incapacitatem Reseruatarij inductam ex absentia Eq. Raphaelis Cottoner, ad cuius fauorem fuit reseruata pensio, de qua agitur satisfaciunt tot Rotales decisiones in hac materia factæ, in quibus fuit resolutum ordinationem
15 prædictam de Commendis † inducere incapacitatem pensionarij etiamsi aliter Prior potuisset pensionem reseruare.

Et ita vtraque parte informante decisio in hac causa facta 10. Martij præteriti fuit reuocata.

EMININENTISS. ET REERENDISS. D. CARD. MACHIAVELLO.

Gerunden. Iuris Fabricandi.

Die Veneris 13. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Ius prohibendi alicui nè ædificet in aliquo loco, si quis prætendat habere, qualiter, & quomodo illud ius probare debet.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutem allegans tenetur eam euidenter probare per demonstrationes concludentissimas.*

2 *Res propria nemini seruit, & ideo si Dominus fundi seruientis acquirat fundum dominantem, extinguitur seruitus.*

3 *Seruitutes sunt stricti iuris, & veniunt strictè interpretrandæ.*

4 *Instrumentorum verba dubia interpretanda sunt contra stipulantem, qui dum poterat apertius legem dicere, sibi imputare debet si id non fecit.*

5 *Verba interpretanda sunt secundam subiectam materiam, & secundum qualitatem, & naturam præcedentium.*

6 *Præiudicij omnis suspicio erga aliquem locum, in eo, qui vult ædificare, & altius tollere domum suam, quando cesset.*

DECISIO DXCVI.

HOdie quoque existimarunt DD. prohiberi nullo modo posse quin Patres Societatis ædificent in proprio solo, cum vniuersa iura in hoc ipsis faueant: atque ità responsum fuit standum esse in decisis coram me die 23. Februarij præteriti. *

Ratiocinata enim est Rota, quod vel ex pluribus coniecturis, & præsertim ex contiguitate in Instrumentis promissæ seruitutis enunciata, quæ verificari non potest super loco controuersiæ, qui semper via publica intercedēte fuit à Monasterio Prædicatorum omnino distinctus, satis turbida redduntur indicia connotantia eamdem esse humi superficiem, quam formauerant iam tenimenta seruituti obnoxia, & in qua nonum erigitur domicilium, & ità adhuc subsisteret fundamentum in alia decisione latè deductum, quod nimirum Patres Prædicatores deficiant in suis probationibus: quia cum ipsi contra Iuris Regulas velint ex capite seruitutis fabricam Patrum So-
1 cietatis impedire, tenebantur † talem seruitutem euidenter probare per demonstrationes cōcludentissimas ex *Text. in l. si in rem. 6. ff. de rei vendic. Corn. cons. 91. num. 14. lib. 1. Cephal. cons. 533. nu. 16. cum reliquis cumulat. in alia huius causæ decisione.*

Vel si verum est, Patres Dominicanos propè locum, in quo Patres Societatis ædificant, vnum possedisse iàm tenimentum à corpore Monasterij eiusdem viæ spatio seiunctum; cui tenimento benè adaptetur contiguitas supradicta, Itaut exindè probata remaneat identitatis situs, de quo disputatur, nec controuerti amplius possit, quin fundamenta noui ædificij occupauerint spacia seruitutis; adhuc non licere ijsdem Patribus Dominicanis similem fabricam impedire sub prætextu seruitutis, quæ promissa non fuit fauore eorum Monasterij satis distātis, sed fauore huius tenimenti nouo ædificio contingui, ac à dicto Monasterio penitus segregati; Cum enim hoc teni-
2 mentum reperiatur † modò in dominio Pa-

Patrum Societatis, seruitus ei fauorabilis dici debet confusa, vel extincta, ex *Text in l.1.ff.quemadmod.seruit. amit. & l.quicquid in fine ff.communia prædior. & Cepoll. de Seruit. Vrban. Præd. capit.24. num.1.*

6 Quod autem seruitus fuerit solummodo promissa fauore illius tenimenti, non autem Monasterij, patet ex inspectione vtriusque Instrumenti cum Macellario atque Ardito celebrati, vbi ne verbum quidem legitur de Monasterio; Vnde nec ad illud debet ipsa referri, cum ser-
3 uitutes † sint stricti Iuris, veniantque strictè interpretandæ, & non extendendæ, ad *l. non modos, C. de seruit, & aqu. Paris. cons. 116. num. 4. & 6. lib. 1. Surd. cons.27. num. 7. & 8. Cyriac. Nig. controuers. forens. cap. 310. num. 149. & 150.* regulariter enim verba instrumentum interpretantur potius contra stipulantem,
4 † qui dum poterat apertius legem dicere, sibi imputare debet, si non fecit, *l. veterib. vbi glos. & Bart. ff. de pact.* & in terminis seruitutis firmat *Surd. cons. 27. num. 12.*

Neque obstat quod dum in tenimentis, de quibus est quæstio, nec arbores plantare, nec aliud construere promissum fuit, ex quo aliquod inferri posset præiudicium tenimento supradicto; vel ad ipsum pateret ascensus, apposita etiam fuerint alia verba in contractu, in quorum generalitate videatur posse Monasterium quoque comprehendi. Nam placuit responsio, quod similia verba inter-
5 pretanda sint secundum subiectam † materiam, & secundum qualitatem, & naturam præcedentium & subsequentium vltimo, vt loquantur de eo loco, ad quem per nouam ædificationem facile potuisset ascendi, vel per rborum plantationes aliquod præiudicium induci, iuxta tradita per *Crauett. cons.202. num.38. & cons.674. num.31. Rota decis.232. num.4. par.1. diuers. & coram Seraph. decis.860. num. 5.* hæc autem conuenire non posse Monasterio in superiori Collis parte reposito, ac per amplam viæ publicæ latitudinem separato, iàm in alia decis. licet ad alium finem latè, fuit ostensum vers. sed. vlterius.

Quibus sic stantibus multo minus visum fuit licere posse DD. Iuratis ac Vniuersitati Gerunden. hanc eamdem fabricam prohibere, sub prætextu quod ab eius altitudine aliquod inferatur præiudicium Turri Gerundellæ. Nam fauore istius Turris nulla somniari vnquam potest seruitus, tantaque est distantia inter ipsam in sublimi collis parte surgentem, ac nouum ædificium in humiliori loco constructum, vt ex inspectione plantæ, quæ data fuit impressa, † omnis præiudicij suspicio sublata remanserit, & etiam in similibus terminis benè applicantur deducta per *Honded. cons. 81. per totum lib.1.*

Et ità vtraque parte informante conclusum fuit.

☞ * *Est decisio supra in hac parte 187. vbi alias decisiones in hac causa annotaui.*

DECISIO DXCVII.

Romana de Catalani.

Die Lunæ 16. Iunij 1636.

Est Impressa Apud Merlinum Deciss. 716.

ANNOTATIO.

Et fuit etiam id latè firmatum coram eodem Reuerendiss. P. D. meo Decano in celebri illa causa *Bononien. Aggregationis ad Collegium 11. Februarij 1639.* vbi etiam dicitur, quod dispositio *d. l. similes. §. defuncto.* est in fauorem filij, quatenus per illam præsumptionẽ magis est consultum pudori, & emolumento
19 † filij, vt sit legitimus, non autem ex illegitimo complexu susceptus. Vnde si expediat filio se esse illegitimum, & talem ipse se profiteatur, tunc licet deflectere aliquantulum à rigorosa illa probatione requisita *in d. l. miles. §. defuncto*, vt ex illis verbis, quod mulieri obijcitur infanti præiudicat, arguunt *Gozad. cons. 13. num. 48. vers. præterea, & ille text. Decian. respons. 1. num. 128. lib. 3. Rim. iun. cons. 611. numer. 47. confertq. Neuiz. in Sylu. nupt. lib. 6. num. 47. vers. item in iudicio iudicamus, quod est vtilius &c. Trentacinq. variar. resolut. par. 1. titul. de filiat. sub num. 11. sub vers. si quis tenere vellet.*

Vltra quod presumptio *d. l. miles §. defuncto.* non intrat, quod negatur filium
20 fuisse natum † ex muliere coniugata, cum honestati proximior capienda sit interpreta-

pretatio, vt potius quis sit natus ex so-
21 luta, semperque † pro re minus turpi propensiores esse debemus, *can. quod Dauid, & can. si aliqid 22. distinct. can. duo mala 23. distinct. arg. l. penult. vbi glos. C. de fideiuss. Abb. in cap. intelleximus, de adult.* bene faciunt tradita per *bo. me. Cardinal Paleot. de noth. & spur. cap. 17. & cap. 20. & per Menoch. de arbitr. cas. 94. num. 32. lib. 2.* In qua etiam decisione impropriare quæruntur veeba patris naturalis filij, de quo ibi, qui pater licet aliàs fassus fuerit d. filium suscepisse ex muliere soluta, nihilominus deinde in testamento asseruit, se eundem suscepisse, dum erat vxoratus à muliere vxorata cum alio, quia vt turpitudo duplicis a-
22 dulterij † recijciatur, dicta verba aliquantulum possunt impropriari, & accipi de muliere vxorata tempore testamenti, non autem de tempore conceptionis, *ex traditis per Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunc. Roland. cons. 1. num. 36. & 37. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. num. 7. & 21. & præsumpt. 23. num. 11. eodem lib. ac præsumpt. 39. num. 44. lib. 4. Rot. par. 2. diuers. 166. num. 2. &c.* in eadem etiam causa *Bononien. Aggregationis ad Collegium adsunt aliæ duæ decisiones coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, quæ quidem egregiæ, & magistrales sunt, prima est sub die 23. Martij 1640, altera verò die 13. Nouemb. 1641.*

Paulus Rubeus

DECISIO DXCVIII.

Vlixbonen. Iuris conferendi Habitum.

Die Lunæ 23. Iunij 1636.

Est impressa Apud Merlinum Decis. 520.

☞ * *Idest coram bon. mem. Reuerendiss. Pirouano, & in hac causa duæ fuerunt extensæ decisiones, prima sub die 25. Maij 1635. & altera 17. Decembris eiusdem anni, sunt supra in hac parte decisiones 577. & 54. & infra adest altera sub die 11. Decemb. 1637. coram R. P. D. meo Roias est decisio 618. & adhuc causa ista pendet in Rota.*

REVERENDISS. COCCINO.

Gerunden. altiùs non tollendi.

Die Lunæ 24. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Aedificium suum quis de iure vsque ad Cœlum extollere potest, dummodo seruitus in contrarium ad æmulationem, vt vicino damnum inferatur, quæ res in dubio non præsumitur, & plura circa hoc.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare vsque ad Cœlum, quisque potest in solo proprio.*

2 *Aedificium suum, qui amplius extollere non potest, si sit constituta seruitus altius non tollendi.*

3 *Aedificium suum, quis amplius extollere non potest, si id vellet facere ad æmulationem.*

4 *Seruitutem altius non tollendi, qui habet, dicitur habere ius prohibendi, ne altius tollatur ædificium, in quo adest talis seruitus.*

5 *Intellige tamen hoc, si dicta seruitus sit probata.*

6 *Verba intelligenda sunt, secundum qualitatem ei adiectam. & n. 7.*

8 *Significatio etiam propria vnius verbi restringitur ex adiectione aliorum verborum.*

9 *Qualitas adiecta vni verbo, illud qualificat, & actum in diuersa specie reponit.*

10 *Verba intelligenda sunt secundum subiectam materiam.*

11 *Verba non possunt trahi vltra limites subiectæ materiæ.*

12 *Libris mercatorum, si ex statuto credatur, intelligi debet, quoad res, quæ ad mercaturam spectant, non quoad alias.*

13 *Statutum permittens, quod filij familias possint se obligare, intelligitur quando se obligantur ratione artis.*

14 *Aedificium altius tollere ad æmulationem non licet.*

15 *Aemulatio non præsumitur, cum in dubio quilibet præsumatur ædificare ad sui principaliter vtilitatem, non vt alteri noceat.*

16 *Aedificium, quod quis faciat ad æmulationem, si quis hoc asserat, ei incumbit onus probandi.*

17 *Aemu-*

17 *Aemulatio in ædificando etiam præsumitur, si magnum damnum vicino inferatur, & parua vtilitas proueniat ædificanti, sed hoc debet probari. n. 19.*
18 *Aemulationis præsumptio, vt excludatur, non sufficit modica vtilitas ædificare volenti.*
20 *Aedificium vnum, quando alteri non impediat Solem.*
21 *Muta decis. 18. num. 8. loquitur de Monasterio Monialium.*
22 *Aedificare ad æmulationem, quis non censetur, licet aliquod damnum inferat vicino.*
23 *In agro suo fodiens, si vicini fontem auertat, non tenetur de dolo si non animo nocendi vicino, sed vt agrum suum meliorem faciendi, id faciat.*
24 *Aquæ venas, qui in fundo suo incidit, ita vt aqua desinat peruenire in alium fundum, vbi erumpebat, non dicitur is vim facere, dummodo in hoc nulla seruitus constituta sit.*
25 *In ædificando tunc æmulatio intrat, quando constructio fit iniuria alterius, & animo nocendi, non necessitatis, aut vtilitatis propriæ causa.*
26 *Et quando constructio non prodest ædificanti, & alteri nocet.*
27 *In ædificando quando concurrit vtilitas ædificantis, licet vicino damnificetur, excluditur æmulatio, & præsumptio oritur, quod ratione propriæ vtilitatis, quis ædificare velit.*
28 *Vtilitas modica sufficit ad hoc, vt dicatur ædificantem non ædificare ad æmulationem. contrarium n. 29.*
30 *Parum, & nihil æquiparantur.*
31 *Alciat. in reg. 3. præsumpt. ;3. qualiter procedat.*
32 *Aedificantis modica vtilitas si adsit, & magnũ damnum inferatur vicino, tunc non excluditur æmulatio.*
33 *Sed hoc intellige, dum cum modica vtilitate concurrit etiam inimicitia.*
34 *Patres Iesuitæ obseruantissimi sunt omnibus alijs Regularibus, & hoc expressè profitentur.*
25 *Verisimile, quod non est, non venit attendendum.*
Patres Iesuitæ sunt viri religiosissimi. numer. 35.
36 *Aedificium priuatum altiùs tolli prohibetur, quando ex eo discooperirentur Religiosi, vel Religiosæ intra proprium Monasterium.*
37 *Sed hoc intellige, quotiescunque ex nouo ædificio grauissimum immineret Monasterio præiudicium, etiamsi non fiat ad æmulationem, vide n. 39. & n. 40*
38 *Aedificium, quando nocet Ecclesiæ, vel Monasterio, compelli potest dominus ædificij vendere seruitutem altius non tollendi.*

DECISIO DXCIX.

FVIT resolutum sententiam Rotalem, in qua extitit pronunciatum, Patribus Dominicanis non competere ius prohibendi Patribus Iesuitis, ne altius tollant eorum ædificium, esse confirmandam, cum de eius iustitia constet, ex quo quisque in solo proprio potest ædificare vsque ad Cœlum *l. cum eo. l. Imperatoris,*
1 *ff. de seruit. vrban. prædior. l. altius, l. in ædibus C. de seruit. l. Proculus, ff. de damn. infect. Berous cons. 134. num. 1. lib. 3. Vincent. de Franch. decis. 223. Anton. Gomez in l. 49. Tauri num. 6. Menoch. de arbitr. cas. 156. num. 3. & cons. 298. num. 24. Gail. obseru. 69. num. 1. lib. 2. & ibi Greueus pariter num.* 1. qui alios referunt.

Neque obstat, quod Patres Domini-
2 cani prætendant habere seruitutem, † & sic ius prohibendi, quo casu non intrat regula prædicta: scilicet quod quisque in suo solo ædificare ad libitum possit, prout dicta regula non intrat ex alio capite,
3 † nempe quando fabrica fit ad æmulationem. Nam responderur quoad pri-
4 mum, quod licet verum sit, eum, † qui habet seruitutem, habere ius prohibendi. *d. l. cum eo. ff. de seruitut. vrban. prædior. l. si meo fundo, ff. de aqua pluuiali arcenda, l. si quis, C. de seruit & aquæduct. d. l. altius. & d. l. in ædibus, C. de seruit.* Attamen Patres Dominicani non
5 probant hanc seruitutem † respectu sui Monasterij: nam etsi de anno 1260. quidam Macellarius conuenerit cum Patribus Dominicanis prædictis per infrascripta verba, *Promittens, quod nullo vnquam tempere nec ipse, nec sui plantabunt in suo tenedone, hoc est tenuta arbores, nec facient aliquid aliud, vnde possit haberi prospectus per aliquem modum ad locum vestrum, scilicet Dominicanorum, vel vnde possit haberi ascensus, siue aditus, vel possit vobis aliquo modo, vel loco vestro vnquam damnum, siue præiudicium aliqud generari*; nihilominus fuit responsum, quod ista verba intelliguntur respectu dicti tene-

do-

donis Patrum Prædicatorum, vicini, & propè tenedonem Macellarij, non autem respectu Monasterij, quia etsi verba sint satis generalia, videlicet, *loco vestro*, & apta comprehendere etiã Monasterium, attamen illa verba declarantur ex qualitate adiecta, ibi, *vel vnde possit haberi ascensus, siue aditus*; quæ verba non possunt verificari in Monasterio, cum adsit via intermedia, & propterea huiusmodi
6 verba, & qualitates † adiunctæ expressè ostendunt, quod non fuit intellectum de Monasterio, sed de alio tenedone vicino, ad quem poterat dari accessus,
7 & aditus, cum propter dictã † viam intermediam non possit dari aditus, neque accessus ad Monasterium. *Bart. in l. liberorum, n.13. ff. de verb. signif., Bald. in l. precibus. num.43. C. de impuberib. Gabr. cons. 132. num. 38 vol. 1.* qui alios con-
8 gerit, & probat † significationem etiam propriam vnius verbi restringi ex adiectione verborum, & ratio est quia qua-
9 litas adiecta restringit, † & actum in diuersa specie reponit, *Bart. in l. si quis posthumo, §. si filius, vbi Ias. num. 51. ff. de liber. & posthum Surd. cons 179. nu.40. lib. 1. & cons. 315, nu.26. & cons. 441. nu.24. & 25. lib. 3.*

Nec officiunt illa verba sequentia, videlicet, *vel possit aliquo modo loco vestro vnquam damnum siue præiudicium aliquod generari*. Quia hæc verba sunt intelligenda respectu ipsius tenedonis Patrum Prædicatorum, de quo in dicto instrumento solum agebatur, non autem quod simpliciter non fieret præiudicium Patribus Prædicatoribus, & proprius sensus illorum verborum, attenta tota serie, est in tenedone suo Macellarius non plantabit arbores, vel faciet aliquid aliud, vnde possit haberi prospectus aliquo modo ad locum vestrum, scilicet tenedonem Frat. Prædicatorum, vel vnde possit haberi ascensus, siue aditus ad illum, neq; faciet aliquid quod vobis, vel loco vestro, scilicet dicto tenedoni vestro, damnum, siue præiudicium generare possit, & propterea illa verba, vel possit vobis aliquo modo præiudicium generare, sunt intelligenda in ordine ad ipsnm solum tenedonem Fratrum, non autem simpliciter, cum de ipso solo te-
10 nedone ageretur, † & verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam. *l. Proculus, ff. de usufruct. l. Insulam ff. de præscriptis uerbis. Neuizan. cons. 92. num. 15. & 17.* itaut non possint trahi
11 vltra limites † subiectæ materiæ, *glos. 1. in cap. cum. ordinem, de rescript. ibi, Super alia re. Ias. in l. sæpe num.4. C. de transact.* vbi si ex statuto credatur libris mer-
12 catorum, intelligi debet, quoad res, † quæ ad mercaturam spectant, non quoad alias *Cald. in l. fin. C. ad Macedonianum*, vbi quod statutũ permittens, quod
13 filij familias possint se obligare † intelligitur quando se obligant ratione artis, & plura deducit *Felin. in cap. cũ ordinem num.4. de rescript Bec. cons. 5. nu. 14. Surd. cons. 453. num. 53. vsque ad fin. lib. 3.*

Quantum verò attinet ad æmulationem respondetur, quod etsi verum etiam
14 sit, non † licere ad æmulationem altius tollere fabricam. *l. opus nouum. ff. de operib. public. cap. Pisanis de restit. spol. Roman. cons. 52. num. 4. Gail. vbi supra num. 17. Thesaur. decis. 19. num. 10. Sigard. cons. feudal. 9. num. 15. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 156. num. 3. & præsum. 29. num. 28. lib. 6. Viuius decis. 306. vers. contrarium verò, & decis. 403. vbi num. 6.* quod ita iudicatum fuit, prout etiam dicit *Clarus in §. feudum. quæst. 30. vers. & superioribus annis, cum quidam Honded. cons. 80. num. 7. & 35. lib. 1.* vbi etiam de communi; tamen æmulatio non præ-
15 sumitur, quia quilibet in dubio præsumitur ædificare ad sui vtilitatem principaliter, & non ad æmulationem alterius. *glos. in l. fluminum, §. fin vbi Bartol. & alij, ff. de damn. infect. Ias. in repetit. leg. quominus num. 23. ff. de fluminibus, & in l. ex hoc iure, num. 11. ff. de iustitia, & iure. Bald. in l. item lapilli, n.4. circa med. ff. de rer. diuis. Gail. allegata obseruatione 69. n. 30. & ibi Greueus n.6. Honded. dict. cons. 80. n.34. vol. 1. Missing. decade 11. cons. 2. num.7. Viuius d. decis. 306. num. 5.* Vnde Patribus Dominicanis incumbit onus
16 † probandi, quod Patres Iesuitæ altius tollant ad æmulationem. *Gail. vbi supra numer. 31.* cum ædificans in suo habeat regulam pro se, *l. generaliter, §. si petitur in fine, ff. de fideicomm. libert. l. siue possidetis, C. de probat. Decius cons. 400. nu. 8. & cons. 175. num. 5. Cepoll. cons. 138. num. 16. cum seqq. vol. 1.* Maximè quod in hoc casu excluditur etiam æmulatio ex testibus datis in Summario Patrum Iesuitarum n. 16.

Neque facit quod æmulatio satis probetur, ex quo magnum damnum proue-
17 nit Patribus Dominicanis, † parua autem

tem vtilitas Patribus Iesuitis. *Cephal.*
cons. 130. *numer.* 15. qui etiam subdit,
nec modicam vtilitatem ædificare vo-
lentis sufficere ad excludendam hanc præ-
18 sumptionem † æmulationis, quod vo-
luit etiam *Anton. Padilla in d. l. altius nu.*
22. *vers. quod quidem*, vbi post Crauet-
tum testatur de communi *l. 3. ff. de operi-*
bus public. vbi Alberic. Gomez ad l. Tauri
46. *num.* 8. *DD. in d. l. altius, Marsil.*
singul. 154. *Decius in l. nullus, & in l. do-*
mum, ff. de reg. iur Ias. cons. 32. *lib.* 1. *&*
in l. quominus quæst. 1. *ff. de fluminib. Ro-*
man. cons. 52. *dub.* 2. *Muta in Capitulis*
Regni 116. *n.* 110. *& decis.* 8. *n.* 5.

Quia huic fundamento fuit responsũ,
19 non probari, quod parua vtilitas † resul-
tet Patribus Iesuitis, magnum autem da-
mnum Patribus Dominicanis: imò eis
nullum affertur damnum circa aeris be-
nignitatem: ædificium enim istud non
impedit Solem, quia Monasterium Pa-
20 trum Dominicanorũ † est in parte orien-
tali, & prius habet Solem, quàm Colle-
giun Patrum Iesuitarum, nec etiam im-
pedit ventum occidentalem, quia Patres
Iesuitæ sunt in depressiori loco, in emi-
nentiori verò Dominicani, itaut ipsis non
impediatur Fauonius, neque ventus Au-
stralis, qui est perniciosus, impeditur à
dicto ædificio, quia murus tendit ab ipso
Meridie ad Septentrionem; minus im-
peditur ventus Aquilonaris, qui liberè
perflat cœnobium Patrum Prædicato-
rum, vt benè dignoscitur ex planta, &
21 sic cessat, † quod dicit *Muta in dict.*
decis. 8. *num.* 8. qui etiam loquitur de
Monasterio Monialium.

Vltra quod si aliquod damnum infer-
retur Patribus Dominicanis, quod verè
22 non infertur ex prædictis, † adhuc non
intraret æmulatio. *l. Proculus, l. flumi-*
num, §. fin. ff. de damno infect. l. si in
ædibus, & l. cum eo, ff. de seruit. vrb. præ-
diorum, quia qui vtitur iure suo, nemini
facit iniuriam, *l. nullus videtur, vbi De-*
cius num. 1. *Cagnol. num.* 4. *ff. de reg. iur.*
d. l. fluminum, §. fin. ff. de aqua pluuia ar-
23 *cend.* vbi qui in agro suo fodiens, † vi-
cino fontem auertit, de dolo non tene-
tur, si non animo nocendi vicino, sed
agrum suum meliorem faciendi, id facit,
l. si in meo fundo ff. eod. tit. vbi dicitur,
24 quod is vim non facit, qui venas † aquæ
in suo fundo incidit, itaut ob id aqua de-
sinat peruenire in alium fundum, vbi
erumpebat, dummodo seruitus eo no-
mine, ei in cuius fundo aqua erumpebat,
nulla constituta sit, *Gail. d. obser.* 69. *num.*
11. *& num.* 28. dicit, quod æmulatio in-
25 trat, † quando constructio fit iniuria al-
terius, & animo nocendi, non necessi-
26 tatis, aut vtilitatis propriæ causa, † &
quando constructio non prodest ædifi-
canti, & alteri nocet, & ita loquuntur
DD. qui in contrarium possent allegari,
vt considerat *Honded. in d. cons.* 80. *num.*
35. *vol.* 1. At quando concurrit etiam
27 vtilitas ædificantis, † licet vicinus dam-
nificetur, excluditur æmulatio, & præ-
sumptio exoritur, quod ratione propriæ
vtilitatis, quis ædificare velit. *Castr. in*
d. l. cum eo, ff. de seruit. vrban. prædiorum
Marsil. d. singul. 154. *in fine Alciat in*
reg. 3. *præsumpt.* 23. asserens etiam mo-
28 dicam vtilitatẽ volentis ædificare suffi-
cere.

Nec officit quòd *Padilla in d. l. altius*
29 *num.* 22. asserat modicam † vtilitatem
non excludere præsumptionem æmula-
30 tionis, & parum & † nihil æquiparari,
quia hic non sumus in istis terminis, nam
vtilitas est considerabilis non parua res-
pectu volentium ędificare, licet sit modi-
ca inspecto dam no vicini, & in hoc casu
31 benè † procedit opinio Alciati, vt dicit
Honded. d. cons. 8. *num.* 35. *vol.* 1. & ea-
dem ratione respondetur consilio Ce-
phali 130. cum ipse post Cepollam, quem
32 allegat, asserat modicam † vtilitatem
ædificantis, si adsit magnum damnum vi-
cini, non excludere æmulationem, quia,
vt dictum est, ista modica vtilitas non
concurrit in casu nostro, & in omnem
33 casum Cephalus loquitur, quando † cũ
modica vtilitate concurrit inimicitia, in
qua principaliter se fundat: hic autem
nulla adest inimicitia: imò Patres Iesui-
34 tæ obseruantissimi † sunt omnibus alijs
Regularibus, & hoc expressè profiten-
tur, & nugæ sunt dicere, quod quidam
nobilis instituit hoc ædificium in odium
Patrum Prædicatorum, cum quibus ha-
buit litem occasione cuiusdam pontis,
35 quia nec † est verisimile, nec Patres
Iesuitæ viri Religiosissimi hoc pateren-
tur.

Non obstat, quòd priuatum ædificium
36 altius tolli prohibeatur, quandò † ex eo
discooperirentur Religiosi, vel Religio-
sæ intra proprium Monasterium. *Cinus in*
d. l. altius. Couarr. lib. 3. *var. cap.* 4. *num.*
8. *Marsil.* 154. vbi admittit opinionem
37 Cini, quotiescumquę † ex nouo ædificio

grauissimum immineret monasterio præ-
iudicium, etiamsi non fiat ad æmulatio-
nem, & hoc propter publicam vtilitatē,
quæ à Religiosis domibus prouenit. *An-
ton. Gomez ad ll. 49. Tauri num. 6, vbi
num. 9.* ait, quod vbi ædificium nocet Ec-
38 clesiæ, aut Monasterio, † compelli po-
test dominus ædificij vendere seruitutem
altius non tollendi. *Cabedus decis.* 152.
num. 1. *&* 2. quod etiam post alios di-
cit *Muta d. decis.* 8. *num.* 6. *&* 7.

Nam huic fundamento fuit respon-
sum per Dominos, quod Couar. & alij
39 prædicti loquuntur, quando priuatus †
vult altius tollere in præiudicium Ec-
clesiæ, & Religiosorum, vel etiam in
casu, quo Religiosi vellent altius tol-
lere ædificium in præiudicium Ecclesiæ
Monialium: sed quando agitur, prout
in casu nostro inter duo Monasteria vi-
40 rorum; † quia tunc illi, qui volunt al-
tius tollere, habent priuilegium à iure id
faciendi, dummodo non faciant ad
æmulationem, vel alia pars non habeat
seruitutem, ideò non possunt impediri,
quominus iure proprio vtantur, ex *Co-
uarr. in reg. iur. in 6. num. 4. per tot. vers.
quod verò diximus.*

Et ita conclusum vtraque parte in-
formante.

¶ *Vide supra in hac parte ad decisionem 587. quæ est in eadem causa, vbi annotaui alias decisiones in hac causa.*

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.

Lucana Diuisionis.

Die Lunæ 15. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

In diuisione bonorum hæreditariorum, si fuerit erratum, cum contractus sit bonæ fidei, agi potest ad rescissionem. Diuisio hæreditatis patrui inter nepotes, alio patruo non existente, qualiter sit facienda.

SVMMARIVM.

1 *In diuisione, quando alicui tributa est maior pars quàm de iure ei debetur, procul dubio venit rescindenda.*

2 *In diuisione bonorum paternorum si per errorem plus ad vnum, quàm ad alterum peruenerit, rescinditur diuisio.*

3 *In contractibus bonæ fidei, si quid inæqualiter factum esse constiterit, in melius reformatur.*

Quod procedit etiam si sit erratum in iure, num. 3.

4 *Pactum de non petendo, &c. appositum in contractu, cum sit accessorium, annullato contractu, d. pactum nihil operatur.*

5 *Diuisio hæreditatis patrui inter eius nepotes, nullo alio existente patruo, est facienda non in stirpes, sed in capita.*

6 *Et hanc opinionem omnes Curiæ in iudicando approbarunt.*

7 *Atque omnes testantur, ita fuisse in suis Tribunalibus obseruatum, & Rota semper se subscripsit huic opinioni.*

8 *Itaut hodie non sine magna temeritatis nota contrariam opinionem sequeretur.*

9 *Opiniones, quando in aliquo articulo sunt variæ, illam, quæ habet pro se opinionem magis receptam, dicitur continere ius clarum.*

10 *Adeo vt contraria opinio sub prætextu dubietatis iuris suffragari non possit.*

11 *De actis, ea, quæ non sunt, non attenduntur.*

12 *Testator, eo ipso, quod non curauit facere testamentum cum debitis solemnitatibus censetur sibi voluisse succedere ab intestato.*

13 *Testamentum absque debita forma confectum deseruire quidem potest ad declarandum voluntatem testatoris circa legata, non autem, quoad hæreditatem.*

14 *Statut. Lucan. sub rub. de success. ab intest. cap. 9. lib. 2. declaratur.*

15 *Filijs fratrum si statutum tribuat successionem in stirpes intelligitur, quando cum patruis concurrunt, secus autem quando sunt soli inter se.*

16 *Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, vbi verbis claris, & apertis illud non corrigunt, quàm sit possibile.*

17 *Clausula in stirpes interpretationem recipere à iure communi.*

18 *Intellectum absurdum omnino euitare debemus.*

19 *Casus à statuto omissus remanet in dispositione iuris communis.*

21 *Statuti vna pars alteram declarat.*

23 *Dictio, &, significat ordinem.*

24 *Dictio, &, de sui natura copulat, & im-*

importat coniunctionem.

25 *Inter copulam, &, dictionem, cum, nulla differentia est.*

26 *Statutum videtur omnino superfluum, si idem disponat, quàm ius commune.*

27 *Statutum, licet disponat id, quod disponit ius commune, non dicitur superfluum, si tollat aliquam dubietatem.*

28 *Superfluum non dicitur id, quod tollit aliquod dubium.*

29 *Ius commune, vt minus corrigatur sæpè etiam superfluitas toleratur.*

30 *Angel. in cons. 221. declaratur.*

31 *Fratres germani si excludant sororem, filij eorum pariter excludunt sororem.*

32 *A Doctorum verbis non licet arguere, sicuti à verbis legis, sed attenditur id, quod dicitur verbis claris.*

33 *Statuta Lucen. fuerunt reformata à maximis viris, Paul. Castr. & Imol.*

35 *Statuti verba intelligenda sunt secundum mentem statuentium, & non reuisorum.*

36 *Statuentes censentur minus voluisse corrigere ius commune, quàm sit possibile.*

37 *Statuentes censentur potius voluisse adhærere opinioni magis receptæ, quæ habet vim legis.*

38 *Renunciare iuri suo nemo censetur, quod ignorat.*

39 *Præscriptione, quis non potest iuuari, stante mala fide.*

40 *Ignorantia iuris non suffragatur in acquirendis.*

DECISIO DC.

Decessit ab intestato Carolus Galganettus Lucensis, superstitibus sibi septem nepotibus ex duobus fratribus prædefunctis, quinque scilicet ex Paulo, & duobus ex Nicolao. Cum autem isti nepotes determinassent ad huius hæreditatis diuisionem inter se deuenire, credentes, quod de iure diuisio fieri deberet in stirpes, non autem in capita (prout in instrumento expresse asseruerũt) medietas fuit assignata filijs Pauli, altera verò filijs Nicolai, pacto inuicem adiecto de aliquid vlterius occasione dictę hæreditatis non petendo. Verum cum Domini Iacobus, Philippus, & Thomas eiusdem Pauli filij animaduertissent, diuisionem fuisse erroneam, ac indiscretam, cum potius fieri deberet in capita, non autem in stirpes, tam proprio, quàm cessionario nomine aliorum duorum fratrum, conuentis Diminis Francisco, ac Vincentio filijs dicti Nicolai, de illius nullitate dixerunt coram Vicario Lucensi, qui pronunciauit dictis actoribus obstare pactum de vlterius non petendo, aliasque clausulas in instrumento appositas; sed cum isti ab hac sententia appellassent, causa ad Rotam delata. Dubitaui, an prædictis obstet pactum supradictum. Et negatiuè responsum fuit, quia quotiescumque diuisio apparet erroneè facta, prout in casu isto, tribuendo Dominis † Francisco, & Vincentio maiorem partem, quam de iure illis competeret, proculdubio venit rescindenda, vt est *text. in l. cum putarem ff. famil. hercisc. l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignor. l. si soror. C. de collat.* vbi quòd si in diuisione paternorum
2 per errorem plus ad vnum, † quàm ad alterum peruenerit, rescinditur, & clarius in *l. maioribus C. comm. vtriusque Iudic.* vbi quod maioribus etiam per fraudem, vel dolum, vel perperam fa-
3 ctis † diuisionibus solet subueniri, quia in bonæ fidei iudicijs, quod inæqualiter factum esse constiterit, in melius reformatur, idque etiam si erratum fuerit in iure, ita diuidendo, vt tenent *Bald. cons. 386. circa fin. lib. 1. Castr. consil. 377. num. 1. in fin. vers. concluditur nono, & num. 2. lib. 2. Dec. cons. 408. par. 1. 5. 6. Ruin. cons. 127. num. 13. & seqq. lib. 3. Soccin. Iun. cons. 50. num. 27. & seqq. lib. 4. Couar. cons. 188. num. 10. Bursatt. cons. 170. num. 56. latè Bertaz. ciu. cons. 88. num. 46. & seqq. Menoch. cons. 91. num. 26. & seqq. Becc. cons. 90. num. 9. & seqq. Peregr. cons. 130. per tot. lib. 5.* Et hoc non obstante pacto de non pe-
4 tendo, quia † cum sit accessorium ad contractum principalem annullato contractu ex falsitate causæ, pactum nihil potest operari, vt terminis pactorum de non contraueniendo, & non molestando cum amplissima renunciatione. *Castr. in l. fin. §. item quæsitum num. 2. ff. de cond. indeb. & cons. 377. num. 2. lib. 2. Dec. cons. 475. num. 29. & seqq. cons. 525. sub num. 5. & 6. Menoch. d. cons. 91. num. 54. Becc. dict. cons. 90. num. 20. vers. non obstat quartum.*

Quod autem diuisio fuerit patenter
5 erronea † Domini non dubitarunt, quia vel ea nititur in re communi, vel potius dispositioni statuti Lucensis sub *rubr. de suc-*

successs. ab intest. cap. 9. lib. 2. & à nullo ex his potest accipere firmitatem. Non quidem ex iure communi, quia licet fuerit excitata controuersia inter Accursium, & Azonem, an diuisio hæreditatis in his casibus debeat fieri in stirpes, vel potius pro virili; attamen hæc
6 postrema † opinio videtur clarioribus auctoritatibus, ac rationibus suffulta, cum pro ea sit textus apertus apud *Vulpian. in l. 2. §. hæreditas, ff. de suis, & legitim. leg. si quando ff. de leg. 1. Azo. in summ. C. de legitim. hæred. nu. 7. vers. illud dubitari*, quem sequuti sunt *Castr. in l. fin. C. de impub. & alijs substit. & in l. interdum num. 2. ff. de hæred. instit. Ias. in l. reconiuncti num. 43. ff. de leg. 3. Ruin. cons. 163. num. 7. lib. 2.* Et quod hodie hanc opinionem omnes Curiæ in iudicando approbauerint, omissis cæteris, latè prosequitur *Morott. cons. 1. sub num. 9.* qui etiam docet auctoritates, & rationes discutit. *Caball. consil. 114. sub num. 30. & seqq. lib. 2. Anton. Faber. in C. lib. 6. tit. 31. defini 1. Mart. de successs. par. 1. quæst. 2. art. 2. & 6. & seqq. Minsinger. centur. 3. obseru. 94. Grat. discept. 709. num. 30. & seqq. Thesaur. dec. 162. per tot. Io. Griuell. decis. Dolan. 130. num. 12. & per tot.* Omnesque at-
7 testantur † in suis tribunalibus ita fuisse iudicatum, & Rota semper se subscripsit huic opinioni, & signanter *decis. 391. & 392. per tot. par. 4. diuers. & in recent. decis. 27. par. 1. & par. 4. decis. 196. & post Merlinum de legitima decis. 24. nu. 1.* & fuit etiam dictum *in Collen. hæreditatis 18. Februarij 1633. & 12. Maij 1634. coram R. P. D. meo Merlino in eadem coram me, 2. Iunij 1636.* & sic in alijs quamplurimis, itaut hodie contra-
8 riam † opinionem non sine magna temeritatis nota sequi possit; licet enim in
9 aliquo articulo sint variæ † opiniones, attamen illa, quæ habet pro se opinionem magis receptam, dicitur continere ius clarum, vt dixit. *Put. decis. 232. post. med. vers. Item & secundo lib. 3. in correct.* adeò vt contraria opinio sub prætextu
10 † dubietatis iuris suffragari non possit.

Nec visa est attendenda simplex schedula defuncti, in qua instituebat nepotes
11 in stirpes, non autem in capita, tum † quia non est de actis. *Castrens. in l. ait Prætor §. si Iudex, vers. & pro hoc, ff. de re iud.* tum etiam quia eo ipso, quod defunctus non curauit facere testamentum cum debitis solemnitatibus, cense-
12 tur voluisse succedi ab intestato, † prout de iure, & sic in capita, iuxta *text. in l. conficiuntur, 8. in fin. vers. sed ideo, ff. de iur. codicill. Curt. Iun. cons. 4. sub num. 15. vers. ex præmissis.* Et quod testamentum absque debita forma con-
13 fectum deseruire † quidem possit ad declarandam voluntatem testatoris circa legata, non autem quoad hæreditatem tradit *Bald. in l. fin. num. 17. vers. & ideo C. de fideicomm.* quem sequuti sunt *Simon de Pret. de intepret. vlt. vol. lib. 1. interpret. 1. dub. 3. solut. 4. num. 54. post princ. fol. 19. Mart. de successs. par. 4. quæst. 1. art. 7. num. 11.*

14 Respectu verò dicti statuti † Domini multo minus putarunt diuisionem sic in stirpem factam posse substineri; in statuto enim disponitur, quod non obstantibus descendentibus, succedant fratres defunctæ personæ ex vtroque parente coniuncti, siue ex patre tantum, & similium fratrum filij masculi in stirpem, & non in capita; quare statutum ibi tantum loquitur, quando patruus concurrit cum nepotibus ad hæreditatem alterius patrui, inter quos propter gradus inæqualitatem ex vi repræsentatio-
15 nis, † gradus reducuntur ad æqualitatem, & consequenter successio fit in stirpes, prout in terminis similis statuti, siue consuetudinis tribuentis successionem in stirpes filijs fratrum, quod intelligatur quando cum patruis concurrãt, non autem quando sunt soli inter se, *Io Griuell. d. decis. Dolan. 130. sub n. 12.* qui in fine litt. C. subiungit ita fuisse iudicatum. Secus verò dicendum est, quando cessat necessitas repræsentationis, prout est in casu nostro, in quo concurrunt filij diuersorum fratrum tantum, & de qua successione statutum nullo
16 modo loquitur. † Et ratio est, quia statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, vbi verbis claris, & apertis illud expresè non corrigunt, vt minus corrigant, quàm sit possibile, iuxta commun. de qua per *Surd. decis. 17. num. 16. & 17. Honded. cons. 24. num. 22. lib. 1. Rot. diuers. decis. 724. num. 16. part. 1. & in recent. decis. 46. num. 4. par.*
17 *2.* & in specie, quod clausula in stirpes, † interpretationem recipiat à iure commun. *Paris. cons. 40. num. 33. & seqq. lib. 2. Decian. cons. 1. num. 394. lib. 1. Bursatt. cons. 170. nu. 48.* vbi de comm.

Barz.

Barz. Bonon. decis. 93. num. 21.

Et quod in dictis verbis statuti decidatur solus casus, in quo concurrunt patruus, & nepotes vigore repræsentationis, non autem duo casus ordine successiuo, manifestè deducitur ex vnico verbo, (succedant) quod si pernecessè non determinaret vnicum tantum casum, sequeretur, quod etiam fratres superstites deberent succedere fratri per repræsentationem, quem intellectum vti
18 absurdum euitare omninò † debemus iuxta *cons. Crauett.* 867. *num.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 8. *Rot. diuers. decis.* 724. *num.* 11. *par.* 1. Et propterea in casu præsenti stirpium consideratio fit solum respectu nepotum concurrentium inter se, qui ideò repræsentando stipitem paternum, constituunt plures ordines succedendi pro numero fratrum, qui supersunt patruo defuncto, de cuius
19 successione agitur. Qui † casus vti à statuto omissus relictus fuit dispositioni iuris comminis. *Bald. cons.* 325. *num.* 4. *vers. tertio, & vltimo, lib.* 3. *Angel. cons.* 72. *num.* 2. *Alexand. cons.* 80. *in princip. lib.* 1. *& cons.* 123. *num.* 21. *lib.* 4.

Præterea id etiam facilius suadetur, ponderando, quod statutum in alijs casibus, in quibus cessat repræsentatio, ad-
20 misit pariter successionem in capite, † non autem in stirpes, nimirum vbi agitur de succedendo patri; præsertim inter filios diuersarum matrum. Quod scilicet patri omnes succedant in capita; prout etiam in fine §. quibus non extantibus, vbi deficientibus ascendentibus, descendentibus, patruis, ac filijs matrum, mandauit alios agnatos masculos transuersales debere succedere in capita, non autem in stirpes. Ea manifesta ratione, quia cessat ratio repræsentationis, propter quam admittitur successio in stirpes.
21 Ex vna † enim parte statuti altera declaratur *Soccin. cons.* 9. *num.* 8. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 201. *num.* 5. *lib.* 1. *Surd. decis.* 43. *num.* 14. *Rot. diuers. decis.* 853. *num.* 6. *par.* 4.

Quibus non obstat, quod quando statuentes in sequenti versiculo voluerunt admittere concursum amitarum cum filiabus fratrum præmortuorum, eas simul
22 vocarunt † cum dictione completiua (vnà cum) superius autem vsi sunt simpliciter coniunctiua (&) signum euidens, quod in casu præsenti voluerunt vocare filios fratrum præmortuorum, ordine tantum successiuo, cum dictio (&)
23 † significat ordinem ex *not. in leg. Gallus.* §. 1. *ff. de liber. & posthum.* Quia hæc coniectura visa est admodum debilis,
24 cum dictio (&) de † sui natura copulet, & importet coniunctionem *l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. oblig. l. si hæred. plures, ff. de cond. instr. Paris. de resign. tom.* 2. *lib.* 11. *q.* 11. *num.* 25. itaut ex ea nullatenus deduci possit, quod statuentes voluerint vocare ordine successiuo, & non coniunctim, tollitur omnis scrupulus, cum etiam ex mente Doctorum
25 nulla sit differentia inter † copulam (cum) & copulam (&) quando, vt in casu nostro, ponuntur inter personas. *Soccin. cons.* 40. *num.* 1. *lib.* 1. *Aret cons.* 1. *num.* 12. *post. med. vers. sed ista differentia*.

Nec releuat, quod nisi statutum discretiuè, ac ordine successiuo concipiatur, vt scilicet, prius loquatur de successione patrui cum nepotibus, & postea nepotum inter se, videatur omninò su-
26 perfluum, † ex quo nihil penitus disponeret vltra ius commune. Quia satis visum est operari, cum sit aptum tollere
27 controuersiam aliquorum asserentium † in statuto exclusiuo fœminarum non dari repræsentationem, vt voluit *Rauden. consil.* 142. *num.* 29. *vers. tertium requiritur, & num.* 40. *lib.* 2. *inter cons. diuers. vltim.*
28 *volunt.* Et superfluum non dicitur, † quod aliquam dubietatem tollit, *Crauett. cons.* 70. *num.* 29. *Rot. decis.* 490. *num.* 8. *par.* 4. *diuers.* Præterquamquod sæpè etiam superfluitas toleratur, vt minus re-
29 cedatur † à dispositione iur. commun. quàm sit possibile. *Cephal. cons.* 171. *num.* 29. *Honded. cons.* 15. *num.* 43. *lib.* 2.

Nec Angelus pro altera parte allega-
30 tus † in cons. 221. loquitur in terminis huius statuti, videtur aliquid statuere in
31 contrarium. Quia solum dicit, † quòd quando Germani excludunt sororem, filij eorũ pariter excludunt sororem, sed non valet argumentum à statuto loquente, quando fratres diuisim concurrunt ad successionem sororis, ad casum, in quo
32 concurrunt inter se. Præter quod ex † verbis Doctorum non licet arguere, sicut fit ex verbis legum, sed attenditur tantum, quòd dicunt verbis claris, & apertis. *Surd. cons.* 400. *num.* 22. *Rot. impress. per Giouagnon. cons.* 72. *num.* 74. *lib.* 1.

Nec visa est suffragari coniectura illa, in

in qua informantes pro Dominis Francisco, & Vincentio fecerunt magnam vim, quod scilicet cum teste, *Magon. decis. Lucen.* 15. *num.* 25. hæc statuta fuerint
33 † reformata à maximis viris Paul. Castrens. & Imol. sicut isti opinionem Accursij secuti sunt, ita etiam credendum sit, successionem in stirpes, non autem in capita disposuisse; Fuit enim ponderatum, quod, & ipse Accurs. variauit, vt rectè aduertit *Morot. d. cons.* 1. *num.* 10. *& seqq. vbi num.* 18. infert consequen-
34 ter cessare † auctoritates aliorum, qui illum profitentur sequi, & *Castr. in auth. cum cessante, C. de legit. hæred.* refert simpliciter opinionem Accurs. sed non est ausus eam firmare, vt ponderat idem *Morot. d. cons.* 1. *num.* 2. *post med. vers. licet idem Castren.* Imol. vero simpliciter refert Io. de Lignan. dicentem Accurs. fortè non sensisse contrarium, & sic pariter non figit pedem. Sed hoc motiuum penitus visum est cessare, quia verba statutorum intelligenda sunt non secundū
35 mentem † Reuisorum, sed potius statuentium, quibus censendum est, reuisores accommodasse proprium sensum,
36 statuentes † autem censentur minimè voluisse corrigere ius commune, quàm sit possibile, & potius inhærere opinioni
37 magis receptæ, quæ habet vim † legis, secundum *Bero. consil.* 92 *num.* 17. *lib.* 2. *Tiber. Decian. cons.* 111. *num.* 17. *post med. lib.* 3.

Nec obstat, quod diuisio fuerit obseruata spatio 11. annorum, per quam obseruantiam videtur, quod fuerit renunciatum successioni in capita, quia ad hoc, vt dicta conclusio procedat, necesse est probare, quod Domini Iacobus, & fratres scirent, successionem esse deferendam in capita, & tamen voluisse diuidere in stirpes, sed cum hæc scientia
38 non probetur, † succedit regula, quod nemo censetur renunciare iuri, quod ignorat habere, *Bart. & Doctor. in l. si de certa, C. de transact. Fulg. in l.* 2. *num.* 5. *C. de rescind. vend. cons.* 530. *num.* 11. *& seqq. Alex. cons.* 14. *lib.* 2. *Riminal. sen. cons.* 29. *num.* 7. *lib.* 1. *Aret cons.* 35. *num.* 9. *Neuiz. cons.* 91. *num.* 25. *Cephal. cons.* 222. *num.* 10. *& cons.* 218. *num.* 18. *lib.* 2. *Gramm. decis.* 47. *num.* 8.

Vltra quod DD. ponderarunt, quod aut Franciscus, & Vincentius sciuerunt
39 † diuisionem de iure faciendam esse in capita, & fuerunt in mala fide, nec possunt iuuari dicto temporis spacio, *cap. fin. de præscript. & cap. possessor de reg. iur.*
40 *in* 6. Aut ignorarunt, & ignorantia † iuris non suffragatur in acquirendis, vt in terminis diuisionis per decem annos effectuatæ tradunt *Soccin. iun. cons.* 60. *nu.* 35. *ad fin. & seqq. lib.* 4. *Becc. cons.* 90. *num.* 20. *in fin. & seqq.*

Et sic parte vtraque informante, &c.

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO, Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Concordiæ.

Die Lunæ 15. *Decembris* 1636.

ARGVMENTVM.

Clausula, constituti, quid operetur, & quando sit nullius considerationis. Promittens tradere, & effectualiter soluere certam summam pecuniarum, vt dicatur adimpleuisse, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vera regulariter transfertur vigore clausulæ constituti, in constitutarium.*
2 *Remedium manutentionis competit vigore clausulæ, constituti.*
3 *Mandatum de associando, competit etiam vigore clausulæ, constituti.*
4 *Clausulæ, constituti, priuilegio, quis iuuari non potest, si ea fuit apposita in contractu, cuius adimplementum non ostendit.*
5 *Exceptiones omnes, quæ admittuntur contra contractum principalem, admittuntur etiam contra clausulam, constituti, in eodem contractu appositam.*
6 *Constitutum est accessorium ad contractum, & ideo eius naturam sequitur, & ab eo regulatur.*
7 *Exceptionis non adimplementum admittitur contra constitutum, tanquam accessorium ad contractum.*
8 *Obligans se tradere, & effectualiter soluere certam summam pecuniarium debet ita soluere, vt solutio sit inauocabilis.*
9 *Promittens tradere, & soluere certam summam pecuniarum, ista solutio debet remanere libera, & exempta ab omni onere debitorum soluentis.*
10 *Promittens liberè soluere, non dicitur obser-*

obseruare promissionem, si tradat censum, ex quibus fructibus est faciendum aliquod multiplicum.

11 *Verba, pertineant, & spectent, videntur importare dominium, & possessionem.*

12 *Promittens soluere liberè, non satis fit promissioni, si tradat censum obnoxium euictionibus.*

14 *Instrumenti una pars ab altera declaratur.*

15 *Ex scientia facti alicuius rei puta census, non resultat scientia, qualitatis illius, & vinculorum.*

16 *Scientia ad effectum euictionis, quando alicui non noceat.*

17 *Promissionis vigore aliquid dans alicui, asserens illud ad eum spectare, id obseruare debet, &c.*

18 *Consensus limitatus, cum sua limitatione intelligendus est.*

19 *Effectus non debet esse potior sua causa contra principia naturalia.*

20 *Soluere se aliquid promittens, quatenus de iure debeatur, non tenetur soluere, nisi quatenus per Iudicem id declaretur.*

21 *Reseruatio facta in concordia, non est ad alia trahenda, seu amplianda.*

22 *Qualitas adiecta respectu vnius rei, non est referenda ad aliam.*

23 *Dotis cõsignatio debet præcedere quamcumque consignationem.*

24 *Renunciatio, quæ debet fieri per sororem de bonis paternis ad fauorem fratris dotantis, debet fieri post solutionem dotis.*

25 *In contractibus correspectiuis, ille qui prius agit, adimplere debet.*

26 *Contrauentio in quibus casibus adest, non est inspiciendum quis primo contrauenerit, sed quis prius egerit.*

27 *Verbum, all'incontro, demonstrat mutuam correspectiuitatem.*

28 *Correspectiua dicuntur ea, quorum vnũ fit contemplatione alterius.*

29 *Exceptio non adimplementi non admittitur in iudicio summariissimo manutentionis.*

30 *Et hoc procedit, quãdo quis nititur actuali possessione ante propositam exceptionem.*

31 *Vel quando constat de possessione acquisita per exactionem annuæ præstationis.*

Decis. 364. num. 2. in fin. coram Gregor. XV. & Gratian. discept. 113. num. 28. declarantur num. 30. & 31.

32 *Ex contractu, in quo quis promissa non adimpleuit, non debet commodum reportare.*

33 *Exceptio non adimplementi retardat executionem obligationis Cameralis, quando fuit apposita in contractibus correspectiuis.*

DECISIO DCI.

AD dirimendam antiquam litem inter Dominos Alexandrum, & Christophorum de Caetanis ex vna, & Dominos Fabium à Cornea, & Magdalenam Caetanam coniuges ex altera, super Castro Rochæ Gurghæ, & alijs iuribus, quæ D. Magdalena vti dotalia sibi deberi, à Dominis verò de Caetanis prætendebantur subiecta fideicommisso suorum maiorum iam ad eorum fauorem purificato per obitum Prosperi, inita fuit concordia de anno præterito, in qua Domini de Caetanis pro dote, & quarto dotali D. Drusillæ Capranicæ vxoris eiusdem Prosperi, & pro supplemento congruæ dotis D. Magdalenæ prædictorum Prosperi, & Drusillæ communis filiæ, & denique pro quacumque prætensione, aut actione, quam D. Magdalena habere posset contra eosdem Dominos de Caetanis, promiserũt illi per hæc præcisa verba, tradere, soluere, ac effectualiter exbursare scuta 29700. monetæ in hanc formam, scilicet scuta tria millia ex fructibus census illorum de Peruschis vsque in illam diem decursis, & non solutis, talia tamen qualia sunt, & pro ea quantitate, quæ reperietur.

Secundò voluerunt, quod in hac solutione scutorum 29700. imputarentur scuta duo millia, & quingenta habita à D. Fabio in censu maioris summæ, cuius erat debitor dictus Prosper, & pro qua pariter quantitate D. Fabius recognouerat bonam fidem.

Tertiò cesserunt illi censum in sorte scutorum trium millium septingentorum cum d. de Peruschis, talem tamen qualis est, sed cum promissione expressa, eum liberandi à molestijs, & quibuscumque prætensionibus D. Petri Rapaccioli occasione venditionis dicti census eidem factæ à d. Prospero, ita, & taliter, quod onus dictæ liberationis omnino spectet, & pertineat ad Dominos de Caetanis.

Quartò cesserunt ei alium censum in sor-

sortē scutorum vigintimillium, & quingentorum emptum à D. Duce Sancti Gemini, ac alijs obligatis, taliter, quod in futurum transeat in dominium Dominorum Fabij, & Magdalenæ.

Nec non vltra prædicta Domini de Caetanis promiserunt soluere æs alienū Prosperi, quatenus solutio ad illos pertineat, & de iure ad id cogi possint, ita, & taliter, vt supradictæ partitæ assignatæ in summa scut. 29700. remaneant exemptæ ab omni, & quocumque onere, aut grauamine debitorum relictorum à Prospero de tempore sui obitus.

E conuerso autem D. Fabius, tam proprio, quam nomine D. Magdalenæ, pro qua promisit de rato, cessit Dominis de Caetanis Castrum Rochæ Gurghæ, nec non inuestimentum pretij Castri Normę, & quæcumque alia iura sibi competentia, cum clausula constituti, alijsque necessarijs, & opportunis.

Verum cum post celebrationem instrumenti prætenderent Domini de Caetanis capere realem possessionem dicti Castri, & ad hunc effectum adiuissent A. C. contra verò obstaret D. Fabius, donec antea sibi promissa in concordia adimplerentur, habito recursu ad Signaturam Iustitiæ, & per eam causa mihi commissa, dubitaui, an ad instantiam Dominorum de Caetanis, an, & cui sit dandum mandatum de manutenendo, seu potius de associando, & fuit resolutum nullum ex his remedijs competere Dominis de Caetanis, quia licet vigore
1 clausulæ † constituti, regulariter transferatur vera possessio in constitutarium, vt per *DD. in l. quoties C. de rei vendic. & in l. quod meo ff. de acquir. possess. latè Tiraq. de iure constit. par. 1. num. 2. & par. 2. ampliat. 1. num. 2.* Ita vt ea mediante
2 competat † tam remedium manutentionis. *Pedemont. decis. 133. num. 7. Gregor. decis. 437. num. 6. cum alijs relat. per Modern. in tract. de manuten. obseru. 20. num.*
3 18. quàm etiam mandatū † de associando. *Bart. in l. 3. sub. num. 25. vers. sed pone quod debitor C. de pignor Tiraq. vbi supra par. 1. num. 43. Menoch. de adipisc. remed. 5. num. 140. 147. cum seqq. & tenuit Rot. apud. Modern. in d. tract. de manutenen. decis. 149. & 150.* & aliàs passim.

Attamen visum est, Dominos de Caetanis hac regula iuuari minimè posse, dū
4 ipsi se fundant in † contractu, cuius adimplementum non ostendunt *Corn. cons. 101. sub num. 3. in fin. lib. 1. Nau. cons. 226. num. 2. & seqq. Seraph. dec. 673. num. 2. Mant. decis. 1. num. 8. Rota par. 5. recent. decis. 215. num. 1. & dec. 192. num.*
5 12. Omnes enim exceptiones, quæ admittuntur contra principalem contractum, † admittuntur etiam contra clausulam constituti in eodem contractu appositum *Bald. in l. emptione quæst. vlt. C. plus valere quod agitur Ias. in l. 1. §. si vir. num. 18. ff. de acqu. poss. Alciat. in l. quod meo num. 5. eodem tit. Paris. cons. 55. num. 22. cum seqq. lib. 1. Tiraq. de iure constit. par. 3. lim. 8. Curt. Iun. cons. 13. num. 12. vers. quandoquidem.* vbi de communi *Magon. dec. Lucen. 31. num. 34. & seqq. Rota dec. 644. sub num. 9. par. 1. recent. Caual. decis. 5. num. 6.* Et fuit resolutum in Sutrina bonorū 13. Iunij 1695. coram bon. mem Hieronymo Cardinali Pamphilio, & in Narnien. bonorum 14. Ianuarij 1628. coram R.P.D. meo Piro-
6 uano: & ratio est quia constitutum † est accessorium ad contractum, & ideo eius naturam sequitur, & ab ea regulatur *Honded. cons. 18. num. 54. lib. 2. Menoch. cons. 733. numer. 12. late Tiraq. vbi supra part. 3. limit 7. num. 16.* vbi testatur de frequentiori *Lamberteng. de contract. gloss. 1. num. 38. & 83. & 8. ad fin. Surd. dec. 157. num. 4. in fin. & num. 5.* Et in terminis exceptionis non adimplementi,
7 quod admittantur † etiam contra constitutum tanquam accessorium ad contractum tradunt *Crau. cons. 299. num. 2. in fin. & num. 3. Tiber. Decia. cons. 1. num. 59. in fin. cum seqq. lib. 3. Grat. discept. 411. sub. num. 9.*

Quod autem constet de non adimplemento per Dominos de Caetanis, visum fuit indubitatum, quia cum ipsi expresse promiserint liberare censum in sorte scutorum 3700. ab omnibus molestijs, Iuribus, & prætensionibus D. Rappaccioli, tantum abest, quod id fecerint, quod imo eidem D. Rapacciolo census fuerit auuocatus ab anterioribus creditoribus ipsius Prosperi, quarum molestiarum occasionem Rapacciolus obtinuit poni sub hasta portionem dicti census scutor. 20500. in hac assignatione vt supra comprehensum. Vltra quod ostensum fuit contra hæc eadem bona assignata, fuisse relaxata plura mandata à diuersis creditoribus Prosperi vsque in summam scutorum quatuordecim milium

Et

Et ideo cum Domini de Caetanis premiserint, & se obligauerint tradere, & effe-
8 ctualiter soluere † scuta 29700. debent ita adimplere vt assignationes factæ, sint inauocabiles à Dominis Fabio, & Magdalena, vt bene cõprobat *Bero cons.* 158. *num.* 30. *ad fin. & seqq. lib.* 1. *Rot. post Cinc. de cens. dec.* 198. *num.* 5.

Nec minus inobseruantia ex eo etiam visa est clarè probari, quod cum fuerit expresse promissum d. scuta 29700. re-
9 manere debere libera, † & exempta ab omni, & quocumque onere debitorum Prosperi, detegitur quod Census scutorum 20500. pro summa scut. 12. millia subiacet multiplico ordinato pro euictione Terræ Normæ venditæ bon. mem. Cardinali Burghesio. Ita vt cessio census quod d. scuta 12. milia reddatur inutilis multiplico pendente, tamquam subtracta, remaneat commoditas perci-
10 piendi fructus † illius ad sustentanda onera matri monij, per ea quæ ponderat *Mant. decis.* 152. *sub num.* 4.

Quinimo addebant aliqui ex Dominis, quod cum vlterius detegatur, totum, & integrum hunc Censum reperiri subiectum perpetuæ euictioni Castri Normæ vt in *summ. num.* 2. tenentur Domini de Caetanis eum liberare iuxta pactum expressum concordiæ, ibi *In modo tale, che il predetto Censo spetti, sia, & appartenghi à detti Signori Fabio, e Ma-
11 dalena, &c.* verba enim illa, spectet, † & pertineat, videntur importare dominium, & possessionem *Felin. in rubr. de rescript. num.* 7. *vers.* 51. *diceretur spectat. Purpur. cons.* 560. *num.* 7. *Rebuff., in l. verbum illud sui vers. ita sicut ff. de verb. signif. Menoch. cons.* 21. *num.* 4. *&* 26.

Quod tamen verificari non posset si
12 † census reperiretur obnoxius euictionibus dicti Castri Normæ, & per consequens amouocabilis. Cui quidem periculo ne subiaceret dos vxoris, videtur, quod d. Fabius curauerit apponi verba prædicta importantia liberum dominium. Idq; videbatur clarius suaderi tum ex eo, quod dato etiam, quod dictus Fabius succumberet liti respectu Castri Rocchæ Gurghæ, nihilominus à fideicommisso descendentis debebat extrahi
13 dos, † quæ propterea cum debuisset tradi libera, non obstantibus quibuscunque debitis Prosperi, cuius culpa non potuit nocere dictæ Magdalenæ, *vt dixit Rota in Anconitana fideicommissi de Rinaldinis*, 5. *Decembris* 1584. *coram bon. mem. Card. Blanchetto.* Non est verisimile, quod dictus Fabius absque vlla necessitate voluerit eam subij cere vinculis perpetuæ euictionis. Tum etiam, quia sicut respectu illarum assignationum, quas Domini de Caetanis noluerunt liberè tradere, eas assignarunt pro talibus, quales sunt, ita id etiam fecissent, quando actum fuit de hoc censu scut. 20500. quem tamen liberè promiserunt, & voluerunt, quod spectet, sit, & pertineat ad DD. Fabium, & Mag-
14 dalenam: vna pars autem † instrumenti ab alia declaratur, *l. si seruus plurium* §. *fin. & l. qui filiabus ff. de leg.* 1. *& l.* 3. §. *sed etiam inter duos ff. de liber. & posthum. Rota decis.* 327. *num.* 1. *par.* 71. *diu. Vinc. de Franc. dec.* 223. *num.* 57.

Nec visum est obstare, quod cum D. Fabius ante concordiam haberet plenam scientiam omnium vinculorum dicti census, ex quo illũ possedit, ac fructus exegit, non possit hodie hanc exceptionẽ allegare. Quia cum possessio census, & fructuũ exactio fuerit ex causa dotis, ex
15 scientia respectu † facti, non resultat scientia qualitatis illius, & vinculorum, glos. communiter recepta in *c. concertationi d. appell. in* 6. *Put. decis.* 397. *num.* 2. *& seq. lib.* 2. *in antiq.* Sed admissa etiã hac sententia, argumentum potius retorquetur contra Dominos de Caetanis, quia dum ea non obstante D. Fabius voluit censum ad eum spectare, & pertine-
16 re, scientia † non potest illi nocere, *vt trad. Doct. in leg.* 51. *fundum sciens C. de euictio. vbi glos. in verbo conuenit. Aymon. cons.* 64. *num.* 4. *Gomes. var. resol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 42. Attento præsertim, quòd DD. de Caetanis de qualitatibus
17 dicti census non † minus informati illius pertinentiam Dominis Fabio, & Magdalenæ expressè promiserunt. *Castren. in l. emptorem.* §. *qui autem, num.* 2. *ff. de act. empt. Rip. in l.* 2. §. *voluntatem, num.* 21. *ff. sol. matr. Rota decis.* 586. *num.* 3. *part.* 1. *diuersor. Seraph. decis.* 321. *num.* 4. *& seq. & decis.* 723. *num.* 3.

Nec releuat, quod respectu census D. Rapaccioli adsit consensus, & sic cessent molestiæ, quia fuit responsum dictum
18 consensum fuisse † limitatè præstitum, vt scilicet operari debeat tunc, & quando DD. de Caetanis habeant actualem possessionem d. Castri, vnde si DD. de Cae-

Caetanis non possunt obtinere Castrum,
nisi post liberationem d. molestiarum,
sequitur, quod dictus consensus non
possit esse causa liberationis, quia aliàs
19 effectus † esset prior sua causa contra
principia naturalia.

Nec obstat, quod D. de Caetanis in
tantum se obligarunt soluere debita
Prosperi, in quantum de iure teneren-
20 tur, & ideo donec id per Iudicem de-
claretur ad eorum solutionem non tene-
ri, quia vltra quod obiectum solum per-
cutit debita Prosperi, pro quibus tamen
animaduersum fuit, quod iam multi ex
creditoribus obtinuerunt mandata exe-
quutiua, & sequestra. Respondetur
21 prædictam † reseruationem factam in
concordia respectu debitorum non esse
trahendam, seu ampliandam, quoad
censum D. Rapaccioli, nec quoad alium
scutorum 20500. qui fuerunt expressè
assignati, & super quibus non cadit re-
seruatio, qualitas enim adiecta respectu
22 vnius rei non est referenda ad aliam
text. in l. 3. §. filius, & ibi Bart. in princ. & num. 2. ff. de lib. & posth.

Nec facit, quod dictus Fabius non
posset dare de non implemento, dum nec
etiam ipse pro parte sua adimpleuit re-
portando ratificationem concordiæ ab
vxore, vt promiserat. Quia visum est
Dominos de Caetanis prius teneri
adimplere, tum quia traditio dotis de-
bet præcedere quamcunque consigna-
23 tionem faciendam à d. Fabio, per ea,
quæ tradit *Rot. diuers. decis. 277. num. 6. & 7. part. 2.* vbi cum quæreretur an re-
24 nunciatio, & quietantia, quæ † debe-
bat fieri per sororem, de bonis ad fauo-
rem fratris dotantis, deberet fieri post,
vel ante solutionem dotis, Rota respon-
dit deberi prius solui dotem, & postea
subsequi quietantiam & renunciationẽ,
tum quia id suadet ordo scripturæ, in
qua obligationes Dominorum de Cae-
tanis præcedunt, tum etiam quia ipsi
25 fuerunt primi † in agendo, & pe-
tendo ab A. C. mandatum de associan-
do, itaut intret recepta conclusio, quod
in contractibus correspectiuis ille, qui
prius agit, adimplere debeat. *Neuis. cons. 87. num. 17. & seqq. latè Roland. cons. 69. num. 6. & seqq. lib. 4. Becc. cons. 45. num. 6. Gratian. discept. 455. num. 4. Cyriac. controuers. 247. num. 40. Rot. decis. 810. num. 4. part. 1. diuers.* Adeout
26 non inspiciatur quis primò † contraue-
nerit, in casibus in quibus adest con-
trauentio, sed quis prius egerit. *Rot. diuers. decis. 271. num. 5. par. 4. Mant. decis. 1. sub num. 8. vers. neque inspici- tur.* Et fuit resolutum in Romana, seu
Terracinen. affictus 27. Ianuarij 1627.
coram R. P. D. meo Pirouano. Quod
autem versemur in correspectiuis pro in-
dubitato fuit admissum. Tum quia post
obligationes DD. de Caetanis subiun-
gitur, *all'incontro il predetto Signor Fa-*
27 *bio*, quod verbum *all'incontro* † mutuam
correspectiuitatẽ demonstrat *iuxt. text. in l. penult. ff. de præscript. Rot. decis. 405. ante num. 1. par. 4. diuers.* Tum
etiam quia correspectiua absque diffi-
28 cultate ea † dicuntur, quorum vnum fit
contemplatione alterius. *Dec. cons. 35. num. 31. lib. 2. Surd. consil. 217. num. 19. ante med. lib. 2. Cap. decis. 255. in princip. par. 1.*

Nec denique obstat, quod exceptio
non adimplementi non admittatur in
29 iudicio † summarijssimo manutentio-
nis, vt dixit *Rot. apud Greg. decis. 364. num. 2. in fin.* quia loquitur in eo, qui
ante propositam exceptionem niteba-
30 tur † actuali possessione corporaliter
capta, vt patet legenti. *Et Gratian. discept. 113. num. 28. & 39. num. 2. &*
3. loquitur de possessione acquisita per
31 exactionem † annuæ præstationis, vnde
prædicti casus, ac alij allegati à scriben-
tibus pro Dominis de Caetanis, nil
habent commune cum præsenti, in quo
prædicti Domini de Caetanis propriam
possessionem metiuntur solum à clausula
constituti adiecta contractu ab eis non
adimpleto, ex quo clarè visum est eos
32 non posse † aliquod commodum repor-
tare, vt supra probatum fuit. Quod fa-
cilius admitti debet in clausula consti-
tuti, apposita in contractu correspecti-
uo, dum videmus, quod huiusmodi ex-
33 ceptio † non implementi retardat etiã
executionem obligationis cameralis,
quando fuit apposita in correspectiuis.
Rot. decis. 491. num. 1. par. 1. diuers. Caputaq. decis. 127. num. 2. & decis. 313. num. 1. par. 3.

Et sic decisum parte vtraque &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Valentina Coadiutoriæ.

Die Lunæ 12. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Coadiuto mortuo, beneficium debetur coadiutori, si coadiutoria fuerit data cum futura successione, non obstante, quod aliàs d. coadiuto fuerit datus alius coadiutor, si iste fuerit effectus inhabilis ad beneficia obtinenda, puta cęcus.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutoria datur in fauorem Ecclesiæ, vt cultus diuinus debitis non fraudetur seruitijs.*

2 *Coadiutoria datur, vt ea seruitia, quæ à coadiuto præstari non possunt, à coadiutore præstentur.*

3 *Coadiutor semel datus expirat eius officium, si efficiatur inhabilis.*

4 *Coadiuti officium expirat per eius mortem, vel translationem, nisi coadiutor habeat futuram successionem.*

Coadiutor, si efficiatur impotens, non est, qui coadiuuet, num. 4.

5 *Coadiutus, si moriatur, vel transferatur, non est qui coadiuuetur.*

6 *A Tutela, vel cura licitum est arguere ad coadiutoriam.*

7 *Tutela, vel cura, expirat, si tutor, vel curator efficiatur inhabilis, puta mutus, surdus, vel cæcus.*

8 *Coadiutor, si non deseruiat Ecclesiæ, & ei debita seruitia non præstet, coadiutus potest petere nouum coadiutorem.*

9 *Papa de iure potest coadiutorem dare cum futura successione.*

10 *S. Augustinus successit in Ecclesia Hypponensi de consensu possessoris.*

11 *Coadiutoria solum tribuit coadiutori exercitium, & non ius, cum illud remaneat penes coadiutum.*

12 *Res, quando deuenit ad statum, à quo incipere non potest, non attenditur.*

13 *Dictio, enim, iuncta verbo futuri temporis importat conditionem.*

14 *Irregularitas incurritur propter cæcitatem.*

15 *Cæcus efficitur inhabilis ad beneficia obtinenda.*

16 *Cæcus, nec beneficia optare potest.*

17 *Legatarius solum post obitum testantis plenum ius acquirit in legato.*

18 *A Legatis ad beneficium licitum est arguere.*

In Legato, & beneficio dicitur esse donatio num. 18.

19 *Prouisus sub conditione, eius habilitas requiritur de tẽpore purificatæ conditionis.*

20 *Coadiutor, si de tempore vacationis sit effectus cæcus, cum sit irregularis, & sic inhabilis, non potest prætendere successionem.*

21 *Defunctus superueniens post purificatam conditionem, non vitiat actum.*

22 *Clausula, ex nunc, prout ex tunc, denotat inchoationem temporis.*

23 *In Actu conditionali primum locum obtinet voluntas disponentis.*

24 *Clausula, ex nunc, & prout ex tunc, adiecta actui conditionali sumit robur à die euentus conditionis.*

25 *Retrotractio non habet locum, quando deuenit ad statum, à quo incipere non potest. & num. 26.*

27 *Actus conditionalis, vt eueniente condiditione à principio incipere possit debet esse in tali statu de tempore purificationis conditionis, vt tunc posset inchoari.*

28 *Abb. in cons. 47. num. 2. & seqq. volum. 1. declaratur.*

29 *Actus legitimi non recipiunt neque diem, neque conditionem.*

30 *Cæcus potest succedere patri Baroni, vel habenti iurisdictionem, licet de nouo talis dignitas cæco conferri non possit.*

31 *Quasi satis sit, quod fuerit habilis tempore, quo spem habuit succedendi, & superueniens cæcitas non priuat illum tali spe.*

32 *Bart. in l. cæcus ff. de iudic. declaratur.*

33 *L. cæcus ff. de iud. procedit in cæcitate superueniente, postquam qui est Iudex.*

34 *L. cum Prætor ff. de iud. procedit in cæcitate, quæ venit antequam quis sit factus Iudex.*

Doctores loquentes in rebus prophanis, non sunt trahendi in rebus, quæ habent ordinem sacrum annexum num. 34.

36 *Beneficij acquisitio impeditur propter cæcitatem.*

37 *Papa, si disponat, quod moriente, vel cedente coadiuto, Canonicatus non possit inpetrari, quia vult, vt pertineat ad coadiutorem qualiter ista dispositio intelligatur.*

38 *Gratia conditionalis, non obstante decreto*

to irritanti, non purificata conditione decretum non operatur.

39 *Coadiuto mortuo, coadiutori habeoti successionem, non requiritur alli collatio.*

40 *Clausula, ex nunc, prout, ex tunc, quando non operetur.*

DECISIO DCII.

Hieronymus de Torres Canonicus Valentinus obtinuit sibi dari Coadiutorem cum futura successione Franciscum Vincentium, quo, vt supponitur ad cœcitatem redacto, dubitaui de ordine Datariæ, An sit concedenda gratia nouæ coadiutoriæ, & Domini responderunt esse concedendam, & cum futura successione. Quantum enim attinet ad coadiutoriam res visa fuit clara,
1 quia coadiutoria datur † in fauorem Ecclesiæ, vt cultus diuinus debitis non fraudetur seruitijs, & vt ea seruitia, quę à coadiuto ob senectutem, & infirmita-
2 tem præstari non possunt, à coadiutore præstentur, *c. ex parte de cleric. ægrot. c. 1. eod. tit. in 6. Put. decis. 225. num. 17. lib. 3. in correct. & disponitur à Sacro Sancto Concilio Trid. sess. 25. cap. 7. de reformat.*

Neque obstat quod semel fuit datus
3 coadiutor, quia † cum sit effectus inhabilis ad seruiendum, expirauit illius officium, prout cessat per mortem Coa-
4 diuti, vel translationem illius, nisi coadiutor habeat futuram successionem, & ratio vtriusque casus eadem est; quia si coadiutor efficitur impotens, non est
5 qui coadiuet, si verò † coadiutus moritur, vel transfertur, non est qui coadiuuetur. Vnde cessat coadiutoria ex adductis per *Io. Andr. in c. fin. num. 10. vers. probat hoc deriuatio nominis*, & ibi *Cardin. num. 19. vers. per hoc facit deriuatio nominis de Cleric. ægrot. & Io. Andr. & Cardin.* etiam concludunt licitum
6 esse arguere à † tutela, & cura ad coa-
7 diutoriam, sed tutela, & cura expirat tutore vel curatore inhabili effecto, puta si efficiatur mutus, surdus, vel cœcus *Bart. in l. 1. §. mutus num. 3. ff. de tutel.* & in nostris terminis *Rot.* resoluit in causa *Tirasonen. Coadiutoriæ 14. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Dionisio Card. Marcom.* ita pariter si coadiutor non
8 deseruiat Ecclesiæ, † nec ei debita seruitia prętare possit coadiutus, potest patere vt sibi detur nouus coadiutor.

Quantum vero attinet ad futuram successionem, videlicet quod possit dari, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, res etiam visa fuit clara, quia Sum-
9 mus Pontifex de † iure potest coadiutorem cum futura successione deputare *c. sicut vir. §. ecce his auctoritatibus 7. quæst. 1. & in cap. incipiente, non autem eadem quæst. 1.* vbi Sanctus Augustinus
10 successit † in Ecclesia Hypponensi de consensu possessoris *Put. d. decis. 225. nu. 20. lib. 3. in correct.*

Nec in hoc casu obstat ius Francisci ex coadiutoria prius illi concessa cum futura successione, non quidem ius quod oritur ex coadiutoria, cum illa tribuat
11 coadiutori solum exercitium, ius autem remaneat penes coadiutum *Hostien. in c. de Rectoribus in verb. animarum, de Cleric. ægrot. vbi etiam Io. Andr. num. 1. in vers. causam habeant. Card. num. 1. Anania num. 2. Anchar. num. 3. Abb. in fin. Boich. in c. consultationibus num. 8. eod. tit. Anchar. in c. grandi, num. 5. vers. nam ius, de supplen. negl. Prælat. in 6. glos. in d. c. grandi. Garz. de benef. par. 4. cap. 5. num. 75. & fuit dictum in causa Hispalen. Præeminentiarum. 20. Februarij 1617. coram bon. mem. Martino Andrea.*

Non etiam obstat ius ex futura successione, quia cum propter cœcitatem
12 res † venerit ad casum, à quo incipere non potuit, vitiatur *l. si à me & l. si alteri aliàs incipit Iulian. ff. de iudic. Oldr. cons. 53. num. 3.* & pro maiori etiam dilucidatione huius articuli præmittendũ est, Primò quod gratia futuræ successionis in casu isto non est pura ex verbis illis. Supplicatur Sanctitati Vestræ &c. Cum primum per cessum vel decessum vacare contigerit ex nunc prout ex tunc è contra etiam si tempore vacationis officium coadiutoris exercere non inceperit, aut per illũ steterit quo minus exer-
13 cuerit conferre &c. dictio enim, cũ, † iuncta verbo futuri temporis, videlicet, cum primum per cessum vel decessum vacare contigerit, inportat conditionem *l. huiusmodi & l. quodcumque §. fin. ff. de verb. oblig. Cuman. cons. 61. Petr. Hæres num. 3. vers. ad secundum Bart. in l. 1. vers. 2. quæro ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. ex his C. quando dies legat. cedat. num. 1.* & talis conditio dicitur expressa secundum *Bald. in rubr. de institut. & substitut. num. 4. vers. quidam autem dicunt.*

dicunt, *Dec. conſ.* 401. *num.* 1. *tom.* 2. *Grat. conſ.* 1. *num.* 94. *& conſ.* 138. *num.* 11. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 17. *num.* 25. *lib.* 1.

Secundò præmittendum eſt, quod
14 cum propter dictam † cæcitatem ſit incurſa irregularitas, Franciſcus coadiu-
15 tor effectus fuit inhabilis † ad beneficia obtinenda, vt probant *DD*, *per tex. in c. hinc etenim* 49. *diſtinct. Adden. ad Simonet. de reſeruat. quæſt.* 45. *littera* A,
16 vbi quod nec † optare poteſt *Gonz. gloſ.* 34. *num.* 60. *&* 73. *Pariſ. de reſig. lib.* 5. *quæſt.* 6. *numer.* 36. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 42. *num.* 27. *lib.* 2. *& in tract. iur. Eccleſiæ vniuerſ. lib.* 1. *c.* 33. *num.* 140. & latè poſt alios *Menoch. de arbitr. caſ.* 226. & fuit dictum in cauſa *Salamantina Portionis* 24. *Aprilis* 1582. *coram ſanct. mem. Clem. vij.*

Tertiò præmittendum eſt, quod tunc Franciſcus dicebatur conſequi Canonicatum, quando Canonicatus vacaſſet per obitum, vel ceſſionem coadiuti, cũ ſub dicta condictione fuerit conceſſa fu-
17 tura ſucceſſio ad inſtar † legatarij, qui in ſuo legato poſt obitum ſolum teſtantis plenum ius acquirit *l. in tempus ff. de hæred. inſtitut. Goffred. in l. Pater filium* §. *fundum, num.* 1. *& ibi Alciat. num.* 1. *ff. de legat.* 3. *Bart. conſ.* 76. *incipiente Pater filio, col.* 2. *verſ. me tamen non monet, libr.* 1. *Alex. conſ.* 14. *num.* 4. *lib.* 1. *Brun. de ſtat. tit. quod ſtan. maſcul. art.* 6. *num.* 225. *verſ. quod autem Fenuc. de moment. tempor. cap.* 5. *num.* 26. *Peregr. de fideicommiſ. art.* 40. *num.* 62. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 549. *num.* 10. *Theſaur. deciſ.* 209. *num.* 2. *Rauden. de analog. cap.* 27. *numer.* 30.

Neque dicatur præfatos DD. loqui in legatis, & non in beneficijs, quia eadẽ
18 eſt ratio in beneficijs, cum liceat † argueret à legatis ad beneficium, quia in vtroque dicitur eſſe donatio, *l. legatum ff. de legat.* 2. *c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend. c. illum ne ſede vacante Oldrad. conſ.* 58. *num.* 2.

Ex quibus cum prouiſio Franciſci eſſet conditionalis ſicut quando Canonicatus vacauerit per obitum vel ceſſum Hieronymi, & de illo tempore gratia eſſet purificanda ſequitur, quod habilitas Franciſci requirebatur, & erat neceſſaria de tempore vacationis, & ſic de tem-
19 pore purificatæ † conditionis *cap. ei cui de præben. in* 6. *l. interuenit ff. de legat. præſtan. Oldrad. d. conſ.* 58. *num.* 2. *verſ. contrarium videtur, & num.* 5. *Anchar. in Clem. vnica concl.* 8. *verſ. quid dicendum, de conceſſ. præbend. Caſſad. deciſ.* 3. *ſub num.* 6. *verſ. non obſtat & num.* 15. *verſ. taliter quod terminus conditionis de præben. Creſcent. deciſ.* 10. *num.* 9. *de priuil. Nauar. in c. ſi quando except.* 10. *nu.* 7. *& ſeqq. de reſcript.* Vnde cum de dicto tempore vacationis Franciſcus ſit
20 effectus cœcus † & ſit irregularis, & incapax beneficiorum, res eſt redacta ad eum caſum à quo incipere non poteſt, & futura ſucceſſio corruit licet ſecus eſſet ſi cœcitas ſuperueniſſet poſt pu-
21 rificatam conditionem, † & ſic poſt actum conſumatum vt diſtinguendo dicit *Oldrad. in d. conſ.* 58. *num.* 4.

Non obſtat clauſula ex nunc pro vt tunc, & è contra quæ denotat inchoatio-
22 nem † temporis quaſi videatur fieri ſeu factam fuiſſe gratiam tempore Datæ, & ex ea arguatur mens Papæ, quæ etiam
23 in actu conditionali † primum locum obtinere debet, vt aliàs dicebant inſignes Aduocati Curiæ, vt refert *Caſſad. d. deciſ.* 3. *numer.* 15. *in princ. de præbend.*

Huic enim fundamento fuit per Dominos reſponſum, quod hæc clauſula
24 ex nunc prout † ex tunc adiecta actui conditionali ſumit robur à die Datæ, ad quam non retrotrahitur quando alteri medio tempore fuit ius quæſitum, *Caſſad. dicta deciſ.* 3. *num.* 15. *de præben. Mohed. deciſ.* 21. *num.* 4. *eod. tit. Put. deciſ.* 186. *lib.* 2. *in correct. Achill. deciſ.* 14. *num.* 7. *de appell. Cott. deciſ.* 19. *gloſ. in Clem. vnica verſ. ex tunc. vbi Cardin. num.* 9. *Ancharan. num.* 6. *Imo. num.* 10. *Vitalin. num.* 17. *& ſeqq. de conceſſ. præbend. addit. ad Rot deciſ.* 2. *de conceſſ. præbend. in nou. Pariſ. conſ.* 82. *num.* 17. *lib.* 4. *Gabr. conſ.* 185. *num.* 6. *& conſ.* 186. *nu.* 19. *lib.* 1. *& alios congerit Tiraquell. de retract. conuent.* §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 87. & fuit dictum in cauſa *Mediolanen. præceptoriæ* 16. *Martij* 1590. *coram Bubalo*, & in cauſa *Valliſoletana Decanatus* 11. *Decembris* 1600. *coram bon. mem. Card. Millino*, neque etiam poteſt retrotrahi quando ante purificatam conditionem
25 rs † deuenit ad caſum, à quo incipere non poteſt, paria enim ſunt quod retrotractio in actu conditionali non poſſit fieri in præiudicium iuris medio tem-
26 pore † tertio acquiſiti, & quod ante purificatam conditionem ſuperueniat inçapa-

capacitas, & inhabilitas prouisi, quia hoc casu etiam extremum à quo non est habile de tempore purificatæ conditionis, vt latè per *Cost. de retract. cap. 7. num. 7.* qui dicit quod res debet esse in
27 tali statu † de tempore purificatæ conditionis, vt tunc posset inchoari, & allegat. Bart. Castr. & alios.

28 Neque prædictis obstat † *Abb. in cons. 47. num. 2. & seqq. volum. 1.* quia loquitur de cæcitate, quæ superuenit post electionem, & sic post actum consumatum; & propterea dicta electio non vi-
29 tiabatur, quia actus † legitimi non recipiunt neque diem, neque conditionẽ *cap. actus legitimi, de reg. iur. l. in ambig. §. 1. ff. eod. tit. Oldr. d. cons. 58. num. 4.*

Et quamuis Abb. alleget inter alia *Bart. in l. cæcus, ff. de iudic.* qui num. 1.
30 tenet cœcum † posse succedere Patri Baroni, vel habenti iurisdictionem, licet de nouo talis dignitas cœco conferri non possit, quasi satis sit quod fuerit ha-
31 bilis † tempore, quo habuit spem succedendi, & superueniens cœcitas non priuet illum tali spe.

Huic tamen fundamento respondetur,
32 quod Bart. potius † fauet casui nostro, nã explicando *dictam l. cæcus* opponit de *vers. non autem, ff. eod. tit. de Iudicijs*, textu *in l. cũ Prætor* & postea soluit obie-
33 ctum, scilicet vt dicta † *l. cæcus* procedat in cœcitate superueniente postquam est Iudex, textus autem in dicta *l. cũ Prætor*
34 procedat in † cœcitate, quæ venit antequam esset factus Iudex; & vltra quod Bartol. loquitur in profanis, & non sumus in casu, in quo agitur de Canonicatu habente annexum ordinem sacrum, ad
35 quem cæcus tamquam † irregularis est inhabilis, loquitur in filio Baronis, qui habebat fundatam spem super iure certo præsenti, sed in casu nostro cœcitas superuenit ante purificatam gratiã coadiutoriæ, & sic antequam fuit acquisitum plenum Ius; quare non agitur de
36 retentione Canonicatus, sed de † illius acquisitione, quæ impeditur propter cœcitatem ex supra deductis.

Non obstat quod Papa disponat, quod moriente, vel cedente coadiuto Canonicatus non possit impetrari, quia hoc est intelligendum si conditio purificetur; & nõ superueniat impedimentum Cano-
37 nicum, † interuenit in casu isto impedimentum cœcitatis, *Mobed. d. decis.*
38 *21. num. 4. de præben.* vbi quod non † obstante decreto irritanti si gratia est conditionalis prout in casu isto ex superius deductis, non purificata conditione decretum non operatur, & pari modo respodetur ad id quod deducebatur, vi-
39 delicet, quod mortuo † coadiuto non requiritur alia collatio, vt in causa *Tirasonen. Coaditutoriæ 8. Aprilis 1599. coram bo. mem. Penia.* quæ habetur apud *Marches. de commiss. par. 1. fol. 466. & apud. Garz de benef. par. 4. cap. 5. num. 138. Gonz. ad reg. 8. glos. 5. §. 9. num. 79. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 25. nu. 45.* quia hoc prouenit ex clausula, ex nunc
40 † prout ex tunc, & è contra, quæ non operatur in casu isto, ex quo tempore purificatæ conditionis coadiutor cui fuerat concessa futura successio, erat inhabilis ad Canonicatum propter cæcitatẽ, vt supra deductum fuit.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Hispalen. Sponsalium.

Die Veneris 6. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Sponsalia contracta inter coniunctos, sub conditione, si Papa dispensauerit, an secuta dispensatione, validentur dicta sponsalia sic contracta, vel potius sit necessarium, quod interueniat nouus consensus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum per verba de præsenti, si non valet vti matrimonium puta ex defectu ætatis, iuris interpretatione resoluitur in sponsalia.*

Et hoc quamuis ex conceptis verbis matrimonium censendum foret, num. 1.

2 *Sub Matrimonij contractu, etiam sponsalium conuentio compræhenditur, & num. 3. & 4.*

4 *Inter Matrimonia, & sponsalia æquiparatio non est noua, sed elicita ex Doctoribus.*

5 *Matrimonium contractum sub conditione, si Papa dispensauerit, quidam credunt valere, & quid an sponsalia.*

7 *Sponsalia an valeant inter coniunctos, contracta sub conditione, si Papa dispensauerit.*

8 Spon-

8 Sponsalia contracta inter coniunctos cum conditione, si Papa dispensauerit, secuta dispensatione tenet absque alio consensu, vide rationem num. 9. & 11. & plures DD. circa hoc habes, nu. 18.

10 Electio nulliter facta ex defectu personæ inhabilis, ratificatur, si postea superueniat dispensatio, & num. 53. 54. & 55.

12 Rem suam, quis non potest purè stipulari, tamen si stipulatur sub conditione, & tempore, euenientis conditionis non reperiatur sua, cum sit sublatum impedimentum, valebit stipulatio.

13 Sine Principis permissu opus publicum est permissum facere minime à priuato, si tamen mandat priuatum fieri opus, Principe postea annuente valebit.

14 Legatum relictum à testatore, & sub conditione, si aliquis ex meis hæredibus, vel amicis restitutionem mihi impetrauerit & antea decessero, quàm ei gratias egerim, volo eidem dari centum.

Si modo vnus ex eis restitutionem impetrauerit, & antequam sciret testator, ille decessit, nihilominus legatum debetur, num. 14.

15 Institutio filij spurij valet, si sit facta sub conditione, si Princeps dispensauerit, & num. 47.

16 Incapaci quod possit legari, vel eum instituere hæredem, sub conditione cum capax erit, hoc potius de benignitate, quàm de rigore iuris est receptum, & num. 50.

17 De Beneficio aliquo, si inter duos sit lis, licet illis inter se pacisci, & promittere pensionem, si Papa dispensauerit.

18 Cum Infideli contrahens sub conditione, si conuertatur ad fidem, validus erit contractus.

20 Sponsalia sunt nulla, stante impedimento consanguinitatis inter contrahentes, etiam si sint contracta sub conditione, si Papa dispensauerit.

Et non suffragatur obtenta dispensatio, nisi postea interuenerit nouus consensus, num. 20. plures DD. circa hoc vide num. 43.

21 Sponsalia inter consanguineos perpetuò ius prohibet, & ideo nec sub conditione contrahi possunt.

22 Res quando à commercio si eximatur, si super ea contrahatur obligatio, non tenet, nec reuiuiscit impedimēto cessante.

23 Stipulatio contracta super rebus, quæ sub commercio hominum non sunt, non tenet, licet sit conditionalis, & num. 24.

25 Ius mutari potest, & quod impossibile nunc est, postea fit possibile.

26 Stipulatio æstimari debet non secundum futuri temporis ius, sed secundum præsentis.

27 Dispensationis euentus ad effectum contrahendi sponsalia inter coniunctos, non facit, vt potuerit contrahi super illicito, sed requiritur nouus consensus.

28 Sponsalia inter coniunctos dicuntur contracta sub conditione impossibili si dispensatio per solum Principem fieri posit.

29 L. inter stipulantem §. sacrum ff. de verb. obligat. loquitur de re, quæ non erat in commercio, nec esse poterat.

30 Matrionium inter coniunctos esse potest, stante dispensatione.

31 Conditio dicitur impossibilis, quando pendet à voluntate Principis in his, quæ Princeps concedere non solet, sed secus in solitis concedi dispensatiuè.

32 A Principis voluntate dependentia reputantur impossibilia, quando ea concedere non solet, secus si solet.

33 Res publica sublato impedimento per publicam potestatem, potest vendi, priuato, & valebit stipulatio antea facta.

34 L. apud Iulianum §. fin. de legat. 1. loquitur in omnibus, in quibus sine licentia Principis non est commercium.

35 A Principe, id, quod petitur, si pendeat à mera gratia, reputatur impossibile.

36 A Principe id, quod petitur, si pendeat à Iustitia, tunc dicitur possibile obtinere.

37 Dispensatio in secundo gradu, ad effectum contrahendi matrimonium, numquam conceditur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

38 Papa, aliquando solet dispensare in secundo gradu etiam inter inferiores, & hoc fit ex mera gratia.

39 Actus, vt retro extendatur oportet, quod potuerit intercedere à principio.

40 Matrimonia, & sponsalia contracta inter coniunctos, non valent à principio temporis, quo fuerunt inita, ergo obtenta dispensatione non possunt retrotrahi.

41 Obligatio nulla oriri potest ex facto à iure reprobato.

42 In Contractu conditionali sola spes est in obligatione, & propter illam spem contractus retrotrahitur.

44 Consensus impeditorum cotrahere matri-

trimonium per se non valet, & Papa dispensando non validat illum, sed solum dat facultatem contrahendi, non autem ratum habendi, quod illicitè gestum est.

45 *Matrimonium contractum in gradu prohibito deficiunt materia, & forma, & ideo obtenta dispensatione requiritur nouus consensus.*

46 *Alienatio bonorum Ecclesiæ non valide facta, habet implicitum statum validitatis, Ecclesia non reclamante.*

47 *Legitimandi spurios potestas pendet à sola voluntate Principis.*

48 *Impossibilitas dupliciter potest considerari, vel de natura, vel de iure stipulandi.*

49 *Spurij ad hoc, vt legitimentur, non adest impossibilitas, nec de natura, nec de iure stipulandi.*

51 *Electio nulliter facta ex defectu personæ inhabilis, ratificatur si postea superueniat dispensatio.*

52 *Matrimonium, si fuit simpliciter contractum inter inhabiles, quamuis postea cesset inhabilitas, & impedimentum, non ratificatur ex priori consensu, sed ex nouo.*

53 *In Electionis materia est speciale, quod si fiat de inhabili, ratificetur ex secuta dispensatione, & hoc ne Ecclesiæ diutius vacent, & prouisio fiat celerior.*

54 *Et hoc intellige, quando inhabilitas erat occulta.*

55 *Persona electa quando ipso iure est à principio inhabilis, per dispensationem subsequentem, non ratificatur.*

56 *In Consequentiam non sunt trahenda ea, quæ Iuris regulas sunt contra.*

57 *Matrimonium inter coniunctos, si purè contrahatur, quod secuta dispensatione ratificetur, hoc nullus dicit.*

DECISIO DCIII.

FRANCISCVS Antonius contraxit sponsalia, cum Barbara eius consanguinea, in secundo gradu, sub conditione, si Papa dispensauerit, vt constat ex testibus in causa examinatis; Quare dubitaui, An ex talibus sponsalibus, Franciscus possit cogi contrahere, cum fuerit obtenta à Sãctissimo Domino Nostro dispensatio. Et quia pro vtraquè parte adsunt Doctores, quorum multi loquuntur de matrimonio ante Concilium Tridentinum, quod solo consensu contrahebatur, absq; præsentia Parochi, & duorum testium, & dubitant dicti Doctores, An illud valeat sub illa conditione, si Papa dispensauerit, itaut non requiratur nouus consensus, & alij tenent affirmatiuam, alij negatiuam, sunt tamen in eo concordes, quod matrimonium contractum per verba de præsenti,
1 si non † valet vti matrimonium, puta ex defectu ætatis, iuris interpretatione resoluitur in sponsalia, quamuis ex conceptis verbis matrimonium censendum foret *cap. vnico, §. 1. de desponsat. impub. in 6.* & idem probatur *in c. à nobis secundum Præpositum ibi num. 4. & in c. attestationes, & in c. fin. eod. tit.* & quamuis in alijs contractibus hæc conclusio posset habere aliquam difficultatem, tamen se-
2 cus est in matrimonio, † quia sub contractu matrimonij etiam sponsalium conuentio comprehenditur, latè *Couar. in epitome de sponsal. par. 1. c. 3. per tot.* vbi ità concludit, *& par. 2. c. 3. num. 7.* Propterea nos videbimus, an vera sit opinio, quod matrimonium ante Concilium Tridentinum post dispensationem substi-
3 nebatur absque alio consensu, † nàm substinebuntur etiam sponsalia si verò non substinebatur, nec etiam sponsalia hodie substinebuntur absque nouo con-
4 sensu, Et ista æquiparatio † inter matrimonium & sponsalia non est noua, sed elicita ex DD. vt patet ex *Innoc. in c. super eo 5. in princ. de condit. apposit.* in quit enim, si quis contraxit matrimonium sub
5 conditione si Papa dispensauerit, † quidam credunt valere, subdit tamen, quod alij dicunt non tenere, sponsalia, ex quo requirebatur dispensatio. *Alex. de Neuo ibidem num. 3.* Et sic apparet DD.
6 † eamdem rationem considerare in matrimonio, & in sponsalibus, idem sensit *Sanchez de matrim. lib. 5. disput. 4. num. 5. vers. hanc sententiam & num. 12. vers. & ideò hanc sententiam*, vbi quærens, an valeant sponsalia inter coniunctos contracta cum † conditione, si Papa dispensauerit, allegat sine distinctone DD. loquentes de matrimonio ante Concilium Tridentinum.

8 Hoc prænotato, quod ista sponsalia † valeant, sequuta dispensatione absque alio consensu tenet *Butr. in dicto cap. super eo, num. 8. de condit. apposit.* Mouetur quia hoc commercium non est prohibi-
9 tum, † sed solum finis contractus, confertur in conditionem euentus possibilis, & ideò

& ideò valet, allegat notata *in cap. nisi*
cum pridem de renunciat. vbi Innocent.
10 dicit, quod electio nulliter facta † ex
defectu personæ inhabilis ratificatur, si
postea superueniat dispensatio *DD. ple-*
nius in c. innotuit, de elect. & idem Butr. in
cap. at si Clerici, §. 1. de iudic. & in cap. in
11 *causis de elect.* dicit, quod talis † actus
respectu potentiæ disponendi habet ali-
quod esse à sui principio, & hoc dictum
sequitur *Gaspar de Calderin. & dicit Præ-*
positus in dicto cap. super eo, num. 5. circa
medium, vers. tamen opinio Domini An-
tonij, referens rationes huius partis, li-
cet ipse postea relinquat cogitandum,
quod hæc opinio potest sustineri per
text. in simili in l. si rem meam 31. ff. de
verbor. obligat. vbi licet quis non possit
rem sua stipulari purè, *l. nemo rem 82. ff.*
12 *eodem. tit.* † tamen si stipulatur sub con-
ditione, & tempore venientis conditio-
nis non reperiatur sua, cum esset impe-
dimentum sublatum, valebit stipulatio,
ergo si per dispensationem cesset impedi-
mentum, valebit matrimonium, & sub-
dit, quod facit *l. 4. iuncta l. fin. de opere*
publico, Nàm opus publicum sine permi-
13 missu † Principis est prohibitum fieri à
priuato, & tamen si mandat priuatum fie-
ri opus, Principe postea annuente vale-
bit. Multa alia exempla deducit *Pontius*
de Leon. de matrim. l. 3. cap. 15. num. 4. vi-
delicet text. in l. quidam relegatus, ff. de
rebus dubijs, vbi legatum relictum a te-
statore in hunc modum: si aliquis ex meis
14 hæredibus, vel amicis restitutionem †
mihi impetra uerit, & ante decesse-
ro, quàm ei gratias egerim, volo eidem
dari centum, impetrauit vnus ex eis re-
stitutionem prædictam, & antequam sci-
ret testator, ille decessit, respondit T. C.
legatum deberi, & tamen relictum de-
pendebat à conditione, quæ erat in vo-
luntate Principis. Et prædicta compro-
15 bantur, primo, quia † valet institutio
filij spurij sub ea conditione, si Princeps
legitimauerit, vt per DD. in *l. Gallus. §.*
vt institutus. ff. de liber. & posthum. late
Couar. in epitome de sponsalib. par. 2. cap.
8. §. 2. num. 17. & est textus *in l. in tem-*
pus 62. in princ. vbi Angel. de Perusio. ff.
de hæredib. instit. vbi de benignitate ma-
16 gis quàm de rigore iuris potest † legari
incapaci, vel potest institui, cum capax
erit, & tamen potest esse incapacitas,
quæ pendet à sola voluntate Principis,
prout est casus noster. Comprobantur
etiam secundo, quia quando inter duos
17 † de aliquo beneficio lis est, licet illis
inter se pacisci, & promittere pensionem,
si Papa dispensauerit, qnod sine illa con-
ditione illicitum esset. Tertiò compro-
bantur, quia si quis contrahat cum infi-
deli sub conditione † si conuertatur ad
fidem, validus erit contractus, vt habe-
tur in *l. 4. partitar. tit. 4.* & docent So-
to, & alij, vt notat Pontius loco præcita-
to.

19 Et hanc sententiam ponderando †
prędictas rationes, tenēt vltra Butr. Cal-
derin. & Pont. quamplures alij DD. quos
allegat *Sanchez de matrim. l. 5. disput. 5.*
videlicet Angel. in verb. matrimonium
tertio, impedim 3. num. 4. Dec. in l. ea,
quæ ratione 24. ff. de regul. iur. Zaccha-
rias ad Abbatem in cap. super eo, in verb.
dispensauerit de condit. apposit. Viuius
commun. opin. par. 2. opin. 487. num. 3.
vers. in contrarium sub nomine Gabrielis
allegatus à Sanchez. Et quod hæc opinio
de consuetudine seruetur, dicit *Beor. dec.*
263. num. 26. Couar. in epitom. de spon-
sal. 2. par. cap. 3. num. 8. Nauar. lib. 4.
tit. de sponsal. 1. par. cap. 3. num. 8. Na-
uar. lib. 4. tit. de sponsal. cons. 25. num.
2. vers. tertius casus in prima editione,
quod est in secunda editione cons. 5. num.
3. de consanguinit. Clar. recept. sent. lib. 5.
verb. incestus vers. sed quid Tabien. in
verb. sponsalia, quæst. 8. num. 9. Armill.
num. 11. & ex Theolog. Adrianus Sextus
in 4. sententiarum, de sacram. matrim.
quæst. 3. dub. 10. Filiarch. summ.
paru. de offic. sacerd. cap. de sponsal. Ve-
racrux. appendic. ad specul. coniung. su-
per art. 19. de condit. Petr. de Ledesm. de
matrim. q. 47. art. 5. dub. 2. conclus.
3. Ludouic. Lopez 2. par. instruct. Sacerd.
cap. 42. de matrim. Angles floribus prima
par. quæst. 2. de matrim, condition. artic.
vnic. dub. 3. Bartolom. de Ledesma de
matrim. dub. 25. & in hanc sententiam
videtur inclinare, *Ias. in l. apud Iulianum*
alias incipit Aphricanus §. constat. num.
11. ff. de leg. primo, & nouissimè illam
sequitur *Petr. de Ochagauia de Sacram.*
tract. de sacram. matrim. par. 19. nu-
mer. 7.

His tamen non obstantibus DD. cen-
suerunt sponsalia fuisse nulla stante dicto
20 impedimento † consanguinitatis inter
contrahentes, etiam quod fuerint con-
tracta sub conditione, si Papa dispensa-
uerit, nec posse suffragari dispensationē

obtentam, cum post illam, & illius exequutionem non interuenerit nouus con-
21 sensus, & ratio est, quia ius † perpetuo prohibet dicta sponsalia, propterea, nec sub conditione contrahi potuerunt, *l. inter stipulantem* 82. §. *sacram. ff. de verb. oblig.* vbi si res à commercio eximatur,
22 super † ea obligatio non contrahitur, & contracta extinguitur, hæc reuiuiscit impedimento cessante, *l. continuus* 137. §. *cum quis ff. eodem tit.* vbi cum quis
23 sub hac conditione stipulatus sit, si rem sacram, aut religiosam Titius vendiderit, vel forum, aut Basilicam, & huiusmodi res, quæ publicis vsibus in perpetuum relicta sint, vbi omninò conditio iure impleri non potest, & si velit facere, ei non liceat, nullius momenti fore stipulationem, perinde ac si ea conditio, quæ natura impossibilis est, inserta esset. Nec
24 ad rem pertinet, quod ius † mutari possit, & quod nunc impossibile est, postea sit possibile fieri. Non enim secundùm
25 futuri temporis ius, sed secundum † præsentis æstimari debet stipulatio, & notat ibi *glos. in verb. natura*, quod intereſt siue de natura, siue de iure impossibilitas proueniat, *l. si stipulor. ff. de verb. oblig. Siluestr. in verb. matrim.* 3. *num.* 9. *in fin.* & ista est ratio *Innocent. in dicto cap. super eo in princ. de condit. apposit.* quem alij DD. ibi communiter sequuntur, & *Card. ibid. num.* 2. *quæro*, assignat rationem dicti ab Innocent.
26 nempè quia euentus † dispensationis non habet facere, vt liceat contrahere super illicito, vt est matrimonium inter coniunctos, & ita dicit se contulisse, & benè, quia de hoc habetur in eius *cons.* 57. *num.* 2. vbi dicit, quod sponsalia
27 sunt † contracta sub conditione impossibili cum dispensatio per solum Principem fieri possit *d. l. apud Iulianum* 45. §. *fin. ff. de legat. primo Anchar. in dicto cap. super eo, num.* 7. *Prob. ad Monach. in cap. vnico num.* 11. *de sponsal. in* 6.

Et quamuis *summa Angelica in dicto verb. matrimonium* 3. *impedimento* 3. *n.* 4. dicat quod textus in *d.* §. *sacram* lo-
28 quitur de re, † quæ non erat in commercio, nec esse poterat, quod non est in matrimonio sublato impedimento
29 per dispensationem, & ad rationem Cardinalis ex d. l. apud Iulianum respondeat, eam debere intelligi, quod
30 conditio sit † impossibilis, quando pendet à voluntate Principis in his, quæ Princeps concedere non solet, secus in solitis concedi dispensatiuè, vt est *text. in l. intercedit. ff. de condit. & demonstr.* & allegans cateruam Doctorum dicit *Sanchez de matrim. lib.* 5. *disput.* 5. *num.* 12. vbi quod pendens à voluntate Prin-
31 cipis † reputatur impossibile, quando Princeps id concedere non solet; secus quando solet, attamen summæ Angelicæ respondet *Siluestr. in summ. in verb. matrimonium* 3. *quæst.* 9. *num.* 9. nempè rationem differentiæ deductam inter *text. in d.* §. *sacram.* & matrimonium, de quo nos agimus, non tollere obie-
32 ctum † quia etiam res publica sublato impedimento per publicam potestatem potest vendi priuato, valebit stipulatio, & ad secundum motiuum eiusdem summæ Angelicæ respondet, quod dicta lex
33 apud Iulianum † loquatur in omnibus, in quibus sine consensu Principis non est commercium, & subdit, quod hæc est ratio omnium exemplorum, quæ ibi ponuntur vt patet in fine. Posset etiam dari alia responsio, videlicet, quod id
35 quod † petitur à Principe, si pendet à mera gratia reputatur impossibile, *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 32. *nu.* 59.
36 si autem dependet à iustitia, † tunc dicitur possibile, idem *Tiraq. ibid. num.* 63. & est de mente Probi ad *Monac. in dicto cap. vnico, num.* 11. *de sponsal. in* 6. sed nos versamur in dispensatione con-
37 cedenda † in secundo gradu, in quo iuxta dispositionem *Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 5. *de reformat. matrimo.* disponitur quod numquam in secundo gradu dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, *Enriquez in summ. lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 6. *in Comment. littera X. Guttier. de matrim. cap.* 128. *num.* 14. *Sanchez de matrim. lib.* 8. *disput.* 19. *num.* 5. & licet Summi
38 Pontifices possint, † & soleant aliquando dispensare inter inferiores, *Zerol. in prax. Episcopal. par.* 1. *verb. dispensatio.* §. *secundo*, hoc fit ex mera gratia, & propterea non cessat ratio impossibilitatis, vt modo dictum fuit.

Alias rationes assignat *Abbas in dict. cap. super eo, num.* 8. videlicet, vt actus
39 retro † extendatur, oportere, quod potuerit intercedere à principio, *l. si is, qui pro emptore ff. de vsu cap.* sed matrimonium, & sponsalia non potuerunt
40 esse à principio temporis, † quo fuerunt inita, obstante impedimento, erbo non po-

potuerunt retrotrahi. Secundam affert rationem quod ex facto à iure improba-
41 to non potest † oriri aliqua obligatio *l. cum lex ff. de fideiussor.* sed in contractu conditionali sola spes est in obligatione,
42 & propter illam spem contractus retrotrahitur, sed in nostris terminis nulla fuit obligatio ratione prædicta, ergo opus est nouo consensu.

Et istam sententiam, vltra Innoc. Cardinalem Abbatem, Anchar. ad Monach. & Siluestrum supra allegatos te-
43 nuerunt † *Io. Andr. in d. cap. super eo, in verb. assensum. Hostien. num. 1. Alex. de Neuo num. 13. vsque ad 18. Henrich. Boich. in cap. fin. num. 2. vers. aut est talis, eod. tit. de condit. apposit. Franc. Aretin. in l. cum seruus nu. 11. post princ. vers. & ad materiam*, vbi testatur opinionem *Innocentij in dicto cap. super eo esse communem, idem Franc. Aret. in cons. 142. à num. 1. vsque ad quartum Addit. ad Dec. in l. ea quæ, num. 64. in littera A. ff. de reg. iur. Loazes de matrim. dub. 12. in princ. Rosell. in verb. matrimoniũ 5. quæst. vltima Asten. in summa lib. 8. tit. 3. de mod. contrahen. sponsalia. Cucch. instit. maior. lib. 5. tit. 11. de sacram. matrim. num. 56. Villalob. in verb. matrimonium num. 40. & 41. Tell. ad l. 22. Thauri. num. 17. Mazient. lib. 5. recopilat. tit. 6. lib. 6. glos. 5. num. 2. & ex Theologis Victoria summa de matrim. nu. 258. Soto super 4. dist. 29. quæst. 2. art. 1. Ledesma secunda quartæ. quæst. 45. art. 1. col. 3. Veracrux prima parte. Specul. art. 19. vers. quod si quæris, Henriq. lib. 12. de matrim. cap. 10. num. 4. Viuald. in Candelabro de sacram. matrim. par. 1. num. 55.* & hanc sententiam esse probabilem, dicunt *Petr. de Ledesma de matrimon. quæst. 47. num. 5. dub. 2. & Vega in summ. lib. 2. cap. 334.* & esse probabilem dicit *Sanchez de matrim. d. lib. 5. disput. 5. num. 5. in fin.* & hanc sententiam tenet *Rota vt in decis. Seraph. 1156.* vbi reddit rationem, quia consensus im-
44 peditorum † per se non valet, & Papa dispensando non validat actum, sed solum dat facultatem contrahendi, quod illicitè gestum est, & prius dixit eadem *Rota in causa Taurinen. sponsalium 2. Decemb. 1594. coram bon. mem. Petro Francisco Gyptio, Card. Mantic. decis. 201. num. 4. san. mem. Greg. decis. 410. vbi Add. & fuit resolutum in causa Vlixbonen. matrimonij 21. Iunij 1613. coram bon. mem. Card. Sacrato, & in causa Colimbrien. sponsalium 26. Octobris 1616. coram bon. mem. Buratto, & in Bonon. transactionis 5. Decemb. 1607. coram me, quæ est decisio impressa 374. num. 6. & 7.*
45 vbi quod stante † gradu prohibito deficiunt materia, & forma, & propterea requiritur nouus consensus, quod non est in alienatione rerum Ecclesię, quia ex eo non requiritur nouus consensus,
46 quod † alienatio habet implicitum statum validitatis Ecclesia non reclamante.

Non obstant in contrarium adducta, & præcipuè illud, quod potest fieri institutio de filio spurio sub conditione si
47 legitimabitur, † quæ potestas legimandi pendet à sola voluntate Principis, & ideo impossibilitas, quæ oritur ex dispensatione obtinenda à Principe, non causat impossibilitatem; huic namq. fundamento respondetur, quod impossibili-
48 tas † dupliciter potest considerari, vel per naturam, vel de iure stipulandi, vt aduertit, licet ad alium propositum, *Siluester in d. verbo matrimon 3. num. 9. in fin.* In casu institutionis spurij si legiti-
48 mabitur, & in similibus casibus, † non adest impossibilitas natura, nec de iure stipulandi, quia ex *d. l. in tempus, in princ. de hæred. instit.* de benignitate magis quàm de iuris rigore potest legari inca-
50 paci, † & potest etiam institui, cum capax erit, & sic non adest incapacitas de iure, prout est in matrimonio, vt aduertit *Syluest. loco præcitato dicto nu. 9. in fin.* & patet ex prædictis *Franc. Aret.* dat alias solutiones *in d. cons. 142 num. 3.* quæ poterunt videri, licet visæ fuerint DD. satis subtiles, & ex hac responsione tolluntur alia similia deducta in obiecto.

Non obstat, quod erectio nulliter fa-
51 cta ex † defectu personæ inhabilis ratificetur, si postea superueniat dispensatio, quia respondetur, quod in matimonio carnali nulliter contracto, & in sponsalibus nulliter conrractis reperitur aliter
52 dispositum † quia si matrimonium fuit simpliciter contractum inter inhabiles, quamuis postea cesset inhabilitas, & impedimentum, non ratificatur ex priori consensu, sed ex nouo, propterea, quod nouum matrimoniũ contrahatur, & ita probatur *cap. penultimo de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ*, tenent *glos. & DD. in cap. 1. eod. tit.* & potest
53 esse speciale in causa electionis, † ne Ecclesiæ diutius vacent, & prouisio fiat ce-

lerior, ita respondet *Franc. Aret. in d. cons. 142. num. 1. vers. item electio*, & insuper Butr. ipse, vt aduertit *Aretin. n. loco prædicto in d. cap. innotuit de elect. num. 11.* intelligit prædicta habere locũ,
54 † quando causa nullitatis, vel inhabilitatis erat occulta, & contra conclusionem firmatam à *Butrio in d. c. super eo, est regula,* quod quando persona est ipso iure inhabilis à principio, quo geritur actus
55 habilitas † postea superueniens, non ratificat actum, *l. 1. §. si filius*, & ibi per *Bart. & alios. ff. de legat. 3., & in c. dudum de elect. & in c. si eo tempore*, & ibi notatur *de rescript. in 6.* Propterea, quæ dicuntur de electione non sunt tra-
56 henda in consequentiam, † quatenus sunt contra iuris regulas, alioquin etiam dici posset, quod si matrimonium, & sic sponsalia purè contraherentur, & postea
57 obtineretur † dispensatio, ratificaretur matrimonium, quod nullus dicit, vt aduertit *Aretin loco citato num. 2.* & est verum, quod probat *Sanchez de matrim. d. lib. 5. alleg. disput. 5. num. 26.*

Ex quibus, & ex alijs supra deductis cum sint sublata obiecta, fuit conclusum non constare de talibus sponsalibus, itaut Franciscus Antonius sit cogendus ad cotrahendum matrimonium.

¶ *In eadem causa habetur altera decisio coram Reuerendiss. P.D. Patriarcha Panzirolo, sub die 11. Februarij 1639. sed non adest in præsenti tomo.*

REVERENDISSIMO PIROVANO.

Romana, seu Tudertina Educationis.

Die Lunæ 13. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Pupillus vbi educandus sit, id totum residet in religione, & æquitate iudicantis, quod procedit etiam si super hoc adsit patris dispositio expressa, quia si Iudex videat, id non expediri pupillo, potest arbitrari, vt penes alios educetur.

SVMMARIVM.

1 *Relationis virtus, quæ sit.*
2 *Iudex, quando arbitratur, vbi pupillus educandus, quid aduertere debeat.*
3 *Pupillus, vbi educandus sit, si super hoc constet de voluntate patris, ea seruanda venit.*
4 *Decisio facta in causa, in noua disputatione, de stylo Rotæ, semper præsupponitur.*
5 *A Patris voluntate, vbi filius est educandus, est recedendum, si Iudex ita arbitretur expedire filijs, & num. 13.*
6 *Pupillus, vbi educandus sit, id totum est relictum religioni, & æquitati Iudicis.*
7 *Pupillus non est educandus penes eos, qui sunt ei successuri, vt inde remoueatur maligna spes succedendi, amplia num. 8.*
10 *Testatoris voluntas post testamentum, vt releuet, debet transire in dispositionem.*
11 *Testatoris voluntas, suum esse recipit non ex discursu, sed ex conclusione per scripturam coram testibus rogatam.*
12 *Per Testatorem ea, quæ dicta fuere, & à Notario omissa, quasi minus scriptũ, & plus nuncupatum, possunt per testes probari.*
14 *Iuris peritus, si quis non sit, potest ignorare ea, quæ à iure sunt disposita.*
16 *Testator potest prouidere, ne aliquis sit tutor eius filiorum.*
17 *Voluntas à potestate metienda est.*
18 *Filiorum educatio legalis totaliter est distincta ab ipsa tutela, & bonorum administratione.*
19 *Declaratio versatur circa aliquod verbum dubium.*
20 *Tutela, & educatio sunt inter se diuersa.*
21 *Testatoris noua dispositio probari non potest minori numero testium, quàm septem.*
22 *Voluntatis testatoris declaratio probari potest minori numero, quàm septem.*
23 *Maternus affectus sollicitus de salute filiorum omnibus præponderat.*
24 *Mater pro filiolis suis semper capit bonũ consilium ad illos incolumes conseruandos.*

DECISIO DCIV.

PRo facultate educandi pupillos in Vrbe iam fuit resolutum sub die 14. Aprilis præteriti, * causa postmodum super ijsdem repropositâ placuit DD. decernere remissoriam tutoribus de Sciugatroscijs pro noua probatione facienda respectu voluntatis patris, quibus completis & datis in hac noua repropo-

propositione, censuerunt standum esse
in decisis dicta die 14. Aprilis præte-
riti.

Circumscripta namq; noua probatio-
ne fundamenta decisionis inconcussa re-
manent, dum de contraria voluntate
Alexandri patris, neque Martij aui pu-
pillorum educandi illos in Vrbe non
constat, quin potius conueniat testa-
mentaria dispositio Martij, quæ vna &
eadem dicenda est cũ dispositione Ale-
1 xandri patris, propter † virtutem rela-
tionis, qua vsus est, referendo se in hac
parte ad disposita per eius patrem,& pu-
pillorum auum, quo casu si cessat con-
traria, & expressa patris dispositio, nul-
li dubium, quod semper intrat Iudicis
arbitrium, nedum in decernenda edu-
catione, sed etiam respectu loci, con-
templata pupillorum vtilitate, quæ mo-
2 uere debet animum Iudicis † in arbitrã-
do loco educationis, *l. vtilitatem ff. de*
confir. tut. l. 1. & vlt. ff. vbi pupill. educ.
deb. cum alijs allegatis in supradicta
decis. 14. Aprilis.

Neque obstat quod de expressa vo-
luntate Alexandri patris constet, voluis-
se filios suos educari penes Matthæum
3 fratrem suum carnalem, † vnde ab ea
non sit recedendum circa huiusmodi
educationem per *l. 1. ff. vbi pup. educ.*
deb. l. 1. §. quod natum erit. ff. de vent.
inspic. l. Quintus Mutius § itaque ff. de
ann. leg. Ioseph Ramon. cons. 4. num. 19.
Fab. de Anna cons. 33. cum alleg.

Quia iam resolutum fuit sub die 13.
Ian. 1634. matri decernendam esse edu-
4 cationem filiorum, † quæ decisio secun-
dum stylum Tribunalis semper in noua
disputatione præsupponitur, dum quæ-
ritur de loco educationis, non autem de
persona, penes quam sint filij educandi,
5 & nihilominus ab eadem voluntate † te-
statoris & patris permissum est recede-
re, si ita Iudex arbitreretur expedire pu-
pillis per *l. pen. ff. vbi pup. educ. deb. ibi,*
si disceptetur, vbi morari vel educari
pupillum oporteat, id Præsidem statuere
oportebit, per eundem textum ita respõ-
derunt *Bald. cons.* 472. *vol.* 5. aliàs 487.
6 dicens id † totum relictum esse Iudicis
religioni & æquitati, *Castr. cons.* 127.
num. 3. par. 1. & plenius fuit firmatum
in eadem decisione 13. Ian. in qua fuit
ponderata causa recedendi ab ipsa pa-
tris voluntate & dispositione propter
proximam causam succedendi pupillis,
quam habebant Matthæus & illius soro-
res, itaut bene Iudex fecerit in decer-
7 nendo educationem matri, vt inde † re-
moueretur maligna spes succedendi,
quæ causa exprimitur in *l. fin. C. vbi pu-*
pill. educ. deb. & l. 1. ff. eod. tit. & Va-
8 *lenz. cons. 36. num.* 35. dicens † militare
eandem contra patruum, & quoscunque
agnatos spem succedendi habentes.

Si verò de noua probatione ex proce-
ssu remissoriali agatur, adhuc visum fuit
deficere in concludenda patris voluntate
pro educatione filiorum suorum in Ciui-
tate Tudertina; nam in testamento Ale-
xandri nulla legitur prohibitio, sed po-
9 tius permissio † propter relationem quã
habuit ad testamentum Martij eius pa-
tris, vt in dicta decisione sub die 14. Apri-
lis fuit firmatum.

Et testes qui dantur, nempe Notarius
de testamento Alexandri rogatus, & alij
tres testamentarij, nihil deponunt de pa-
10 tris voluntate post testamentum, † quæ
transiuerit in dispositionem circa loci
educationem, prout necessarium est, *l.*
hæredes palam §. in testamentis. ff. de hæ-
red. instit Bald. in l. cum proponebatur
num. 5. ff. de leg. 2. Ias in l. errore. num. 7.
C. de testam. Bald. cons. 12. *num.* 3. *lib.* 2.
Card. Mantic. de vlt. vol. lib. 12. tit. 16. n.
13. Cæsar Manent. decis. 59. n. 20. & seqq.
& quæ asserũtur per testes audiuisse ante
rogitum testamenti, seu in actu testandi,
nihil conferunt, nisi in testamento coram
testibus in sufficienti numero publicato
legantur, quandoquiduem omnia præsu-
mantur enunciata per testatorem ad præ-
ordinandam non autem ad perficiendam
11 di spositionem, † quæ suum esse recipit
non ex discursu, sed ex conclusione per
scripturam coram testibus rogatam, *Ol-*
drad. cons. 119. num. 1. Io. Andr. in addit.
ad speculat. de instr. edit. §. compendiosè
num. 31. in verb. ex parte vers. sed fuit
quæstio de facto, Alber. in l. hac consultis-
sima §. si quis autem num. 9. C. de testam.
Castr. cons. 307. num. 3. lib. 1. Dec. cons.
159. num. 3. Ruin. cons. 15. num. 18. lib.
2. & idem resoluit *Rota coram Seraph.*
decis. 1357. num. 9. & 11.

12 Neque obstat posse ea quæ † à testa-
tore dicta fuere, & à Notario omissa,
quasi minus scriptum, & plus nuncupa-
tum, per testes probari *l. quoties §. 1. ff.*
de hæred. instit. l. cum auus ff. de cond. &
demonstr. l. errore C. de testam. Mantic.
de coniect. lib. 12. tit. 16. num. 1. Seraph.
decis.

decis. 1302. *num.* 3. *&* 5. *cum alijs alleg.*

Quoniam si testator intellexisset differentiam educandi filios penes alios, quã ipsos tutores in testamento nominatos, obiectum posset habere colorem, verum testator non percepit quod per legem prouisum fuerit vtilitati & indemnita-
13 ti minorum etiam contra † voluntatem parentum, ne educarentur apud eos, contra quos vrget maligna spes succedendi, nec ipse Notarius hoc intellexisse fatetur, & alij testes ad interrogatoria respondentes ignorant hanc differentiam, optimam rationem reddentes
14 ipsos † non esse iuris peritos; vnde cum voluntas testatoris præcisa esset substantialis, vt deponit Notarius rogatus ibi, *omninamente voglio che li miei figli siano appresso mia madre, fratello, & sorelle, & non appresso Signori Lotterij & madre, mentre non stà in casa mia con la detta madre mia*, & prædicta neque disponere
15 aut obtinere possit in † præiudicium filiorum pupillorum propter malignam spem succedendi, inde bene sequitur testatorem voluisse omni meliori modo prouidere, ne Lettorij essent tutores,
16 quod † potius testator, nec controuertitur tutela; cæterum quod voluerit id quod non intellexit nec potuit, non possunt dici omissa à Notario, tanquam vltra, & præter voluntatem testatoris,
17 quæ † à potestate solet desumi, *Bald. in rubr. num.* 11. *C. de contr. empt. Crauett. cons.* 112. *num.* 11. *Card. Mantic. de contrac. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 33. *Rot. decis.* 555. *num.* 6. *par.* 2. *recent.*

Præterea si cum voluntate concurreret etiam potestas testatoris, cum lega-
18 lis educatio † sit totaliter distincta ab ipsa tutela, & bonorum administratione Lotterijs interdicta, in qua Alexander dixit, *auuertite che questa è la mia mente*, loquens de tutela, & bonorum administratione, probatio hæc noua ex processu remissoriali substineri non potest per viam declarationis, sed ex noua dispositione, dum continet quid penitus distinctum & separatum à dispositis in testamento, quod quidem repugnat naturæ
19 declarationis, † quæ versatur circa aliquod verbum dubium, si autem circa id, quod non erat dubium de iure, prout in
20 præsenti de tutela ad educationem, † quæ inter se sunt diuersa, *Peregrin. decis.* 28. *num.* 5. *Morot. cons.* 74. *num.* 13. & tunc super vim habet nouæ dispositionis, *Castr. in l. hæredes palam.* §. *si quid post num.* 4. *ff. de testam. Becc. cons.* 3. *n.* 44. *Surd. cons.* 129. *num.* 29. *Honded. cons.* 51. *num.* 74. *lib.* 2. *Caputaq. decis.* 246. *par.* 1. quæ noua disposito proba-
21 ri † non potest minori numero testium in testamentis adhiberi solito, *l. hæredes palam.* §. *si quid post. ff. de testam. vbi glos.* distinguit de numero testium respectu declarationis, & nouæ dispositionis,
22 vt hoc postremo casu † requiratur idem numerus, qui adhibetur in testamentis, & cum *gloss.* transeunt *Bart. ibid. num.* 4. *Bero. cons.* 127. *num.* 1. *lib.* 2. *Surd. eod. cons.* 129. *num.* 29. *& cons.* 147. *nu.* 11. *Honded. cons.* 51. *num.* 76. *lib.* 2. *Bellon. iun. cons.* 7. *num.* 1. *Gratian. discept.* 650. *num.* 14. *&* 15.

Denique cessante probatione expressæ vuluntatis Alexandri patris, cætera quæ dicuntur de intemperie aeris, & periculi bonæ valetudinis pupillorum visa fuerunt leuia, & sublata ex decisione 14. Aprilis quæ reuidetur, & sem-
23 per † præponderat maternus effectus sollicitus de salute filiorum, cum mater semper pro filiolis sus capiat bonum
24 † consilium ad illos incolumes † conseruandos maximè in tam breui distantia, quæ tamen consideratione digna habita non fuere in casibus relatis per *Valenz. in suprad. con.* 36. Et ita &c.

☞ * *Est supra in hac parte decisio* 589. *vbi alias decisiones in hac causa annotaui.*

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Officij Mandatariatus.

Die Lunæ 13. *Martij* 1637.

ARGVMENTVM.

Resignatio Officij venalis facta ab eo, qui illud obtinebat, quando non dicatur valida, itaut non substineatur &c.

SVMMARIVM.

1 *Possessor de tempore motæ litis est manutenendus.*

2 *Possessio alicuius probari potest ex testibus.*

3 *Testis*

3 *Testis vnicus in iudicio manutentionis est sufficiens, & 18.*

4 *Manutentio facilius conceditur, quando possessio est titulata.*

5 *Ius personale cum morte personæ extinguitur.*

6 *Locatio alicuius rei, quæ sub periculo vitæ alicuius manet, eo mortuo expirat locatio.*

7 *Possessio nulla alicuius, tertio non suffragatur.*

8 *Possessio regalium sine titulo numquam acquiritur in præiudicium superioris.*

9 *In Manutentionis summarijssimo iudicio admittuntur etiam ea, quæ respiciunt petitorium, si perimant ipsam possessionem.*

10 *Possessionem omnem dicitur, quis amittere, si per integrum quatriennium tacuerit.*

11 *Prætensionem aliquam si quis habebat, si diu tacuerit, censendum est, quod putauerit se posse repelli.*

12 *Notarij simplex assertio sine testibus non probat.*

13 *Officiorum resignationes, quæ ad aliquẽ spectant, non tenent si careant, consensu illius.*

14 *Officia aliqua venalia, licet sint de sui natura alienabilia, ea tamen obtinentes non possunt de illis liberè disponere.*

15 *Nisi accedente consensu, & placito Domini directi.*

16 *In Fraudem alicuius aliquid non est perpetrandum.*

17 *Admissio non est necessaria ad euitandam vacationem per obitum.*

18 *Testis vnicus tunc probat in iudicio manutentionis, quando non adsunt alij testes contraria deponentes.*

19 *Exceptiones contra personas testium in iudicio manutentionis non admittuntur.*

20 *Sed hoc est verum, quando non sunt probatæ, nec adsunt contrarietates, secus vero quando sunt incontinenti probatæ, & agitur de probatione priuilegiata.*

DECISIO DCV.

EMPTO ab Antonio Cicognola de anno 1622. Mandatariatus officio Curiæ Eminentissimi Cardinalis Vicarij Vrbis, & resignatione obtenta declarauit se non habuisse, nec habere in eo, nisi nudum nomen, sed illud spectare ad D. Equitem Iosephum de Arpinis, qua sequuta declaratione, reseruatis sibi dominio, & possessione, dictus Eques eidem Cicognolæ eiusdem officij emolumenta pro scutis septem singulis mensibus soluendis locauit. Verum de anno 1626. Cicognola ab Vrbe recedente supradictus Eques eadem emolumenta Francisco Margano sublocauit, in cuius etiam fauorem reseruato D. Cardinalis consensu, dictum officium se resignaturum promisit, sed cum per D. Cardinalem admissio resignationis fuerit denegata, ob controuersam superuiuentiæ fidem, ad remouendam omnẽ difficultatem Cicognola, Equite instante, è Neapoli ad Vrbem redijt æstiuo tempore, vnde incidit in morbum, & proinde cognito vitæ periculo per D. Equitem, fuit vocatus Notarius ad se rogandum, tàm de superuiuentia, quã de officij resignatione absque aliquo consensu Cardinalis, & paucis exinde diebus, Cicognola ex hac vita migrauit; cum autem D. Cardinalis prætenderet, officium ad sui fauorem vacasse, in illius administrationem eundẽ Marganum subrogauit, qui à die obitus Cicognolæ anni 1626. vsque ad annum 1628. officij emolumenta dicto Cardinali, nemine reclamante persoluit, de quo officio ab eodem Cardinali fuit postea prouisus Benedictus Ruggerius, qui illud vsque ad annum 1630. pacificè possedit. Verum Eques resignationem officij validam prætendens iudiciũ super manutentione introduxit coram R. P. D. Celso, qui D. Equiti mandatum de manutenendo concessit, declarauitque per suam sententiam diffinitiuam, concessionem Cardinalis Margano factam esse inualidam, sed appellatione interposita placuit dubitari, cui non esset dandum mandatum de manu-
1 tenendo; & Domini † responderunt Ruggerio possessori de tempore motæ litis, §. *text. in §. retinen. instit. de interd. Couar. pract. quæst. cap.* 17. *nu.* 3. *Greg. decis.* 582. *num.* 1. *Rot. decis.* 270. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* de illius autem posses-
2 sione visum est constare, † tàm ex testibus examinatis, *l. stipulatio ista. §. hæc quoque ff. de verb. oblig. Dec. cons.* 56. *n.* 4. *Cæs. de Graff. decis.* 10. *num.* 13. *de caus. propr. & posses. Rota decis.* 131. *nu.* 2. & 4. & *decis.* 307. *num.* 1. & 6. *par.* 1. *recent.* & *decis.* 220. *num.* 2. & *decis.*
3 408. *num.* 4. *par.* 5. licet vnicus † testis ad

ad hunc effectum sufficiat, * *Rota apud Greg. decis. 160. num. 3. & decis. 438. num. 2. Gratian. discept. 425. num. 56.* Quam etiam ex litteris patentibus dicti D. Cardinalis per *text. in l. 1. vbi gloss. vers. & traditis Angel. num. 1. Alber. & Salic. num. 3. C. de donat. Couar. var. lib. 3. cap. 16. num. 12. Soccin. cons. 55. num. 5. & 8. lib. 1.* Ex quibus etiam litteris Ruggerij possessio titulata ostendi-
4 tur † quo casu facilius conceditur manutentio, *cap. licet causam, vbi Felyn. num. 9. de probat. Caputaq. decis. 336. par. 2.*

Non obstat prætensa anterior possessio dicti D. Equitis in exigendo emolumenta dicti officij tàm ex persona ipsius Cicognolæ, quàm ex persona Margani, quia cum officium fuerit emptum in personam Cicognolæ cum decreto ad fauorem dicti Equitis, vita functo Cicognola, expirauit cum eo omne etiam ius ipsius Margani dicti officij simplicis cō-
5 ductoris, † cum ius ipsorum esset personale ad text. *in l. hæres ff. de acquir. hæredit. l. 4. cum ibi not. & l. si quis domum. §. 1. ff. locat.* clarum est enim, quod Marganus solummodo poterat exercere officium vigore locationis d. Equitis,
6 quatenus † Cicognola cuius existeret iuxta tradita *in cap. olim. vbi gloss. verb. ea conditione, & verb. traditam. de restit. spoliat.* per quę iura possessio Margani nullo modo potuit suffragari ipsi Equiti aduersus Cardinalem directum Domi-
7 num, † cui officium iam fuerat liberè acquisitum per ipsius Cicognolæ obitū, *Castrac. de societat. offic. cap. 2. num. 2. & seqq. Gratian. discept. 276. num. 63. Seraph. decis. 468. Rota decis. 543. num. 1. par. 2. recent.* Et certum est, quod apud D. Equitem nulla vnquam fuit dicti officij possessio, ex quo à D. Cardi-
8 nali non habuit titulum, sine † quo possessio regalium nunquam acquiritur in præiudicium superioris, *Luc. de Penna num. 2. C. de fundo limetrop. lib. 11. Mohed. de Magistrat. lib. 1. cap. 11.* & de possessione officij, *Capic. decis. 77. Boer. decis. 150. num. 10.*

Nec releuat, quod ista videantur res-
9 picere petitorium, quia cum perimant † ipsam possessionem visa sunt posse, etiam opponi in iudicio summarijssimo manutentionis, vt benè per *Bald. in cons. 141. num. 3. lib. 1.* Accedente præsertim, quod cum Eques postea sciuerit officium prædictum post obitum Cicognolæ non solum fuisse à D. Cardinali, Margano locatum, sed etiam postea venditum Benedicto Ruggerio, & per integrum quatriennium tacuerit, videtur agnouisse bonam
10 fidem † ac omnem, si quam habuisset possessionem amisisse, *l. 3. §. in admittenda. l. si id quod §. fin. ff. de acquir. possess. Crauet. cons. 522. num. 15. in fine, & num. seq. Menoch. de retin. remed. 3. num. 34. vers. declaratur. Rot. decis. 17. num. 13. & decis. 28. num. 2. & decis. 581. num. 1. par. 1. & decis. 712. num. 4. par. 4. diuers. Caual. decis. 625. num. 12.* Censendum
11 est enim, † quod dictus Eques sic acquiescendo putauerit se posse repelli, *Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti. num. 3. vers. secundo modo ff. vti possidetis, Rota apud Mant. decis. 95. num. 5.*

Non obstat asserta resignatio Cicognolæ ad fauorem Margani; tum quia
12 non iustificatur, † nisi ex simplici Notarij assertione sine testibus, quæ non probat *Put. decis. 5. lib. 3. in correct. Rota decis. 624. num. 10. par. 1. recent.* tum etiam, quia caret decreto, & præsentia
13 † dicti Cardinalis Vicarij prout de iure requiritur *Beor. decis. 149.* nam licet verum sit, quod huiusmodi officia sint de
14 sui natura † alienabilia, ea tamen obtinentes non possunt de illis liberè disponere ad text. *in l. ex pluribus, vbi Bart. num. 1. ff. de adim. & peric. tut. Gozad. cons. 58. num. 2. & fuit resolutum in Conchen. officij 1634. coram bo. mem. Litta,*
15 sed tantum accedente consensu, † & placito Domini directi, quod potest ex iusta, & rationabili causa denegare, vt quia fiat alienatio in fraudem imminentis vacationis, prout euenit in casu præsenti ad text. *in cap. 2. vbi Franch. num. 2. de renunciat. in 6. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 6. §. 11. num. 23. & 24. Castrac. de societat. cap. 40. n. 43. & 44. Seraph. dec. 1294. nu. 5. & fuit resolutum in alleg. Conchen. Notariatus 26. Nouemb. 1604. coram bo. me. Litta.*

Nec releuant testes super instantia admissionis asserentes se audiuisse ab Odoardo Tibaldesco, quod D. Cardinalis ordinauerat, vt darentur litteræ patentes, constito de superuiuentia Cicognolæ, quia quando etiam hoc esset verum, reperto quod Cicognola de eo tempore erat infirmus, vel etiam de imminenti infirmitate probabili suspectus, vt ex fide

Paro-

Parochi, & Aromatarij summ. num. 4. & 5. suspensa fuit admissio, ac etiam expeditio litterarum, & quidem meritò quia
16 aliàs id factum fuisset † in fraudem manifestam D. Cardinalis, vt postea euentus docuit, ex quo Cicognola attenta aeris mutatione, & insalubritate infra paucos dies de eo morbo decessit, late *Zacch. quæst. Meduo. legal. lib. 5. cap. 4. q. 5.*
17 nec autem † admissio erat necessaria ad euitandam vacationem per obitum, *Mastr. de Magistr. lib. 1. cap. 13. num. 10 & seqq. Azor. instit. moral. par. 3. lib. 8. cap. 7. quæst. 4. vers. ipsis vero Canch. cons. moral. lib. 2. c. 1. lib. 38. n. 7. Seraph. decis. 389. num. 3.*

Et ita vtraque parte &c.

¶ *Infra in hac parte habetur altera decisio in eadem causa sub die 1. Iulij 1637. corā eodem Reuerendiss. Panzirolo, est decisio 615.*

ANNOTATIO.

* Tunc enim hæc conclusio, quod vnicus testis sufficiat in iudicio manutentio-
18 nis, sibi vsurpat locum quando in † contrariū non adsunt alij testes, secùs verò si adsint diuersa deponentes, quia tunc testi vnico non est credendum, neque in summarijssimo possessorio, *vt ex Io. Andr. in cap. auditis. nu. 3. & Innocent. ibid num. 4. de præscript. firmauit Rota coram bon. mem. Buratt. decis. 591. num. 4. & 5.* & nuper respondit *coram R.P.D. meo Cerro* mihi mirum in modum caro ob eius summam virtutem, ac ingenuitatem incomparabilem &c. *in causa Bononien. Bonorum 17. Iunij 1641. §. nec releuat, quod in iudicio manutentionis sufficiat vnicus testis &c.* Vbi etiam respondetur ad illam
19 aliam conclusionem † in hac materia, quod exceptiones contra personas testiū in iudicio manutentionis non admittuntur, *Rota coram bo. me. Card. Seraph. dec. 392. num. 2.* quia hoc est verum, quando non sunt probatæ, nec adsunt contrarietates, vt notat *Gemin. in cap. 2. §. fin. de*
20 *testib. vbi omnes*, † sed secus est, quando incontinenti probantur, & agitur de probatione priuilegiata facienda per vnicum testem, tunc enim proculdubio veniunt admittendæ exceptiones etiam in iudicio manutentionis, requiritur enim, quod nihil releuans deducatur, vt egregiè distinguendo *firmauit Rota in Boian. pensionis 17. Octobris 1600. coram bon. mem. Reuerendiss. Penia olim Rotæ Decano, que decisio erit inter eius à me in dies imprimendas 687. & si iam impressam desideras est apud Marches. de commiss. tom. 1. tit. de commiss. appellat. in caus. pens. par. 1. §. 2. num. 5. fol. 618. quam refert, & sequitur idem Marches. loc. cit. fol. 590. num. 88.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. PANZIROLO, Patriarcha Constantinopolitano.

Firmana Pecuniaria.

Die Lunæ 30. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur ad probandum id, quod aliter potest probari, & nec conceditur ad probandum id, quod postquam est probatum, non releuat &c.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non datur ad probandum id, quod postea probatum non releuat, & num. 14.*
2 *Probatio per testes id non eget, si illud statuto cautum reperiatur.*
3 *Debitor soluens non de proprijs pecunijs, an possit soluere pro ea causa, quæ magis ei placuerit, ista materia est valde dubitabilis.*
4 *Per Testes non est opus id probare, quod constat ex scripturis.*
5 *Remissoria non est opus ad probanda computa prout iacent in libris iam in actis exhibitis.*
6 *Remissoria denegatur, si petatur ad euitanda fundamenta decisionum in causa factarum.*
7 *Ad Iudicem, & non ad testes spectat iudicare.*
9 *Operari, quisque præsumitur secundum rectam rationem, & citra culpam.*
10 *Articuli reiciuntur, & remissoria denegatur stante inuerisimilitudine, & num. 9.*
11 *Remissoria non conceditur ad probandum, id quod pars aduersa non negat, sed admittit.*
12 *Scripturis aliquibus an sit adhibenda fides, hoc spectat determinare ad Iudicem,*

dicem, & non ad testes.

13 Libris aliquibus, vtrum sit credendum non pendet à depositione testium, sed à Iudice.

15 Ex Scripturis ea, quæ patent non egent probatione testium.

16 Fideiussor non tenetur vltra ea, pro quibus fideiussit.

17 Articulus irreleuans non admittitur.

18 Fama non potest præualere veritati.

19 Prohibitum aliquid si sit alicui, ex hoc necessario non sequitur quod id, ille minimè fecerit.

20 Remissoria semper denegatur, quando solum petitur ad defatigandum aduersarium non dato fumo pro exclusione calumniæ.

21 Remissoria non denegatur ex solo capite euitandi motiua decisionum in causa factarum.

22 Remissoria conceditur etiam in gradu restitutionis post sententias Rotales præuijs decisionibus emanatis.

23 Remissoria tunc non conceditur ex causa euitandi motiua decisionum, quando non datur fumus pro exclusione calumniæ, vel adest inuerisimilitudo, vel quid simile.

24 Remissoria, quando petitur, tunc suspicio calumniæ ex conceptione articulorum augetur, si concepti ad euitanda motiua decisionum in causa factarum.

25 Lites non debent esse immortales.

26 Remissoria non debet peti ad magis defatigandum aduersarium.

27 Remissoriæ petitionem Rota non audit, quando petitur, ad efficiendam litem immortalem, & vt pars defatigetur.

28 Remissoria non conceditur, quando eam petens potuit iam viam sternere veritati.

29 Testium examen iuxta secundum indulgetur, & ideo multo minus tertium, vel quartum, num. 30.

31 Remissoriæ iterata petitio tũc est penitus frustratoria, quando noui articuli continent idem, quod erat expressum in alijs.

32 Et hoc procedit quamuis noui articuli continent idem, quod erat expressum in alijs.

33 Remissoriæ petitionem Rota aliquando solet reijcere, ex eo quia iam semel fuit concessa, & hoc quamuis simus in prophanis.

Calumnia præsumitur, quando quis iteratam petit remissoriam. num. 33.

34 Remissoria nullatenus conceditur ob suspicionem calumniæ, & hoc maximè si sit vehemens.

35 Et hoc procedit siue simus in causa prophana, siue ecclesiastica, & in quacunque instantia.

36 Articuli, quando sunt releuantes ex sola præsumptione calumniæ non denegatur remissoria.

37 Calumniæ præsumptio in petitione remissoriæ cessat ex vnico tantum articulo releuanti.

38 In Remissoriæ petitione tunc cessat præsumptio calumniæ ex articulis, seu articulo releuanti, quando datur etiam aliquis fumus pro d. calumniæ exclusione.

39 Remissoria, tunc ex vnico articulo releuanti conceditur, quando illle est valens ad obtinendam victoriam causæ.

40 Remissoria in materia beneficiali vt cõcedatur, quid sit necesse remissiuè.

41 Articuli, quando non sunt releuantes pro victoria causæ non admittuntur.

42 Probatio, quæ non est profutura, si admitteretur potius dispendium, quam commodum afferet.

43 Probatio ea non est admittenda, quæ probatum non releuat.

44 In iudicijs quidquam frustratorium non est admittendum.

45 Remissoria si concederetur, quando articuli non sunt releuantes, nihil aliud fieret, nisi quod tempus contereretur.

Et miseri litigantes, tædio, & expensis vexarentur, dum ad inanes probationes conuerterentur.

46 Remissoriam Rota ex inueterato stylo nunquam solet concedere, quando aliquid alia possibili via potest probari.

47 Et hoc vt parcatur laboribus, & maximis sumptibus, quæ fiunt in eis prosequendis, & ne lites fiant immortales.

48 Remissoria nunquam conceditur, quando aliquid per testes probari potest.

49 Cæsar. de Crass. decis. 1. num. 8. & 9. de dilat. qualiter veniat intelligenda, & num. 38. & 49.

50 Remissoriam in casu probationis faciendæ per scripturam, tunc Rota solet concedere, quando scriptura est deperdita.

Vel agitur de coadiuuandis probationibus iam in causa factis.

52 Remissoria non solet denegari, quando aliquid partim per scripturas, & partim per testes doceri potest.

53 Pro-

53 *Probationes non sunt coangustandæ ad scripturas.*

54 *Rota solet esse procliuior in concedendis remissorijs, quando causæ reperiuntur commissæ cum clausula appellatione remota.*

Et hoc propter præiudicium, quod fieret parti, si eæ probationes denegarentur.

55 *In Remissorijs concedendis licet Rota non soleat multiplicare in disputationibus, tamen secus obseruatur, si causa reperiatur commissa, appellatione remota.*

56 *In Remissionis petitione an adsit calumnia, nec ne in hoc plurimum pollet religio iudicantis, qui omnibus bene pensatis, & sic concipere eam, vel nō concipere.*

DECISIO DCVI.

Domini resoluerunt, non esse dandam remissoriam propter articulorum irreleuantiam, cum receptissima sit conclusio, quod remissoria non conceditur
1 tur † ad probandum, id quod postea probatum non releuat, *l. ad probationem. C. de probat. Cassad. decis. 2. de dilat. Verall. decis. 66. part. 3. Mohed. decis. 5. num. 5. de probat. Seraphin. decis. 1364. num. 2.* & aliàs passim.

Et discutiendo singulos articulos, primus est visus omninò irreleuans, quia dum Ciuitas Firmana, seu Paccaronus intendunt probare solitum eligendi regulatores, qui præsunt redditibus Ciuitatis, & modum, quem tenent debitores in soluendo pro liberatione obtinenda; totum hoc admittitur à Sauino, &
2 non eget probatione † testium, cum circa modum eligendi dictos regulatores extet statutum Ciuitatis lib. 2. rubr. 2. & quod ad ipsorum officium reperiatur dispositum d. lib. 2. rubr. 19. & circa officium Cancellarij in adnotatione solutionum, reperiatur dispositum in eodem lib. sub. rubr. 9. ad tradita per *Rot. decis. 314. sub. num. 1. vers. prout etiam part. 1. recent.*

In secundo articulo continetur, quod quando depositarij sunt debitores ex pluribus, & diuersis causis, soliti sunt soluere in eam, quæ magis ipsis placuerit; sed quicquid dicendum sit in debitore soluente de proprijs pecunijs, materia
3 visa † est admodum dubitabilis in casu præsenti, in quo non solum agitur de præiudicio Bentiuoli conductoris, sed etiam Sauini fideiussoris, cui frumentum proueniens ex depositaria secundi anni, videtur specialiter affectum. Etenim hoc etiam semoto Domini ponderarũt, quod cum singulę partitæ reperiantur descriptæ in libris cum sua data, & relatione ad receptas, & ad ordines Grasserio-
4 rum, non est † opus probare per testes, quod constat ex scripturis, *Felin. in ca. 1. num. 4. de probat. Aegid. decis. 9. & decis. 384. Rota decis. 6. de probat. & decis. 10. num. 6. de offic. deleg. in nouis, & in recent. decis. 271. num. 2. part. 5.* & alibi passim.

Et propter hanc etiam rationem redditur irreleuans tertius articulus continens modum factæ descriptionis in libris Regulariæ super solutionibus à Leonardo factis, qui modus non indiget re-
5 missoria, dum computa † prout iacent in libris iam in actis exhibita reperiuntur, & quamuis in hoc articulo prætendatur rationes dati, & accepti fuisse descriptas de consensu Bentiuoli conductoris; attamen cum extent regulatorum ordines, & descriptio reperiatur facta in ipsorum executionem, ac ab officiali, ad hoc etiam munus deputato, clarè visum est articulum fuisse confictum
6 solum ad euitanda † fundamenta decisionis, quo casu remissoria venit denegand a, * *Gregor. decis. 211.* vbi alias resolutiones Rotales allegat *Rot. decis. 325. num. 22. lib. 5. recent. & fuit resolutum in Mediolanen. bonorum 9. Maij 1597. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio.*

Quartus verò, quod Leonardus magis dilexerit Sauinum, quàm Paccaro-
7 num, visus est spectare ad Iudicem, † non ad testes, qui non debent iudicare, *Frac. Curt. de testib. num. 100. Farinac. cons. 40. num. 32. lib. 2. Rot. decis. 233. num. 6. in fin. part. 3.* ad effectum denegandi remissoriam, & *Rot. d. decis. 593. num. 1. & 3. part. 4. recent.*

Vltra, quod articulus continet inuere-
8 risimilitudinem, † dum in eo dicitur, quod Bentiuolus ob maiorem dilectionem erga Paccaronum, voluerit potius consignare frumentum in causam primæ conductionis ad eius liberationẽ, quàm in causam secundæ, pro qua Sauinus fi-
9 deiusserat, præsumendum est enim, † quod vnusquisque operatur secundum rectam rationem, & citra culpam ad trad. per *Bald. in cons. 112. num. 1. post med. vers. item, quod ista dispositio lib. 3.*

& stante inuerisimilitudine reijciuntur
10 articuli, † & denegatur remissoria, *cap. quia verisimile. de præsumpt. Rot. decis. 23. de testib. in antiq. & coram Gregor. decis. 414. num. 3.*

In quinto articulo prætenditur probare, quinam fuerunt Cancellarij, & Regulatores de anno 1629. 1630. & 1631. & quod illi fuerint electi, & ipsorum scripturis præstita semper fides, quod to-
11 tum pro parte Sauini, † non controuertitur, sed admittitur, & cum de supradicta electione, & de ipsorum scripturis clarè constet, non pertinet ad te-
12 stes, sed ad Iudices determinare † quæ fides sit illis adhibenda per iura superius allegata.

Et sic pariter tollitur sextus articulus, qui continet fidem dandam libris Regulariæ, quæ à Sauino nullatenus impu-
13 gnantur, præterquam quod,† nec etiam pendet à depositione testium, an libris sit fides adhibenda, sed à Iudice.

In septimo, & octauo prætenditur probari quantitas frumenti, quæ dicitur remansisse in prima depositaria, sed hoc
14 licet probatum, † non releuaret, etenim ad effectum, vt dictum residuum frumenti diceretur transfusum de prima in secundam Depositariam, damno, & periculo Sauini fideiussoris, necesse esset, quod Bentiuolus in fine primæ conductionis reddidisset computa, prout tenebatur ad hoc, vt constito de dicti residui quantitate, & qualitate, posset illud postea à Regularibus Ciuitatis recognosci, mensurari, ac de eo partita creari ad creditum secundæ depositariæ, quod tamen adimpletum non fuit, vt iam Rota firmauit.

Nonus articulus continet bannimenta & manifestationes frumentorum factas in vim dictorum bannimentorum, quæ
15 omnia cum pateant ex scripturis, † non egent probatione testium, vt supra probatum fuit, vltra quod materia huius articuli visa est nihil conferre ad causam, quia quæcumque manifestatio frumenti primæ depositariæ facta à Bentiuolo, non fuisset apta nocere Sauino fideiusso-
16 ri, qui solum teneri voluit de eo † frumento; quod probatur fuisse effectiuè consignatum in secunda depositaria per ea, quæ tradit *Surd. cons. 326. num. 6. vers. his tamen non obstan. & per tot.*

Deputatio vero Sauini in Grasserium de anno 1629. quæ continetur in decimo articulo, constat etiam ex scripturis nec pariter ab ipso Sauino controuertitur, & quatenus ex hac deputatione prætendatur probari scientiam quantitatis frumenti veteris in Sauino, articulus
17 fuit † habitus irreleuans, ex quo exactio rationum, ac computorum, non ad Grasserios, sed ex dispositione statuti spectat ad Regulatores, inter quos de dicto anno 1629. erat ipse Paccaronus, vt iam Rota firmauit.

Bona fama Bentiuoli in fine primæ conductionis, de qua loquitur decimus
18 articulus, † non potest præualere veritati *iuxta l. 3. §. si Titij, & ibi notat. per Bald. ff. de negot. gest. Greg. decis. 279. num. 14.* Præsertim, cum de d. anno non reddiderit rationem, & postea repertus fuerit debitor occasione primæ administrationis.

Articulus duodecimus visus est, quod nihil conferat ad causam, dum continet, quod frumenta asseruantur in foueis, & ex illis non amouentur, nisi de ordine Grasseriorum, & pro beneficio publico, ad effectum ea distribuendi; ex quo enim aderat prohibitio non amouendi,
19 † non sequitur necessariò, quod clam frumentum à Bentiuolo non potuerit amoueri, ac amotum in particulares vsus consumi, contra ordinationes Ciuitatis, prout dicendum est fuisse consumptum, dum de ipsius deficientia constat; nec ex quo prohibita erat illius amotio à foueis, licet inferri ad transfusionem residui primi anni in secundum, cum pro hoc debuisset præcedere mensuratio, ac recognitio qualitatis à Regularibus facienda, vt supradictum est in septimo, & octauo articulo.

Vltimus denique articulus, in quo continetur Bentiuolum decoxisse de tempore secundæ conductionis, visus est pariter non releuare, nam quatenus prætendatur decoctionem prouenisse ex debito secundæ conductionis redditur apertè falsum, quia cum vigore dictæ secundæ conductionis non teneretur tradere, nisi frumentum in ea receptum, vt clarè patet ex partitis, sequitur manifestè, quod decoctio sit adscribenda debito primæ depositariæ, non autem secundæ; & sic de primo ad vltimum visum est, quod
20 materia † articulata sit calumniosa, & solum ad Sauinum defatigandum, quo casu remissoria semper denegatur, non dato fumo pro exclusione calumniæ.

Cas-

Caſſad. deciſ. 3. num. 1. de dilat. Caputaq. deciſ. 56. num. 3. part. 5. quos refert, & ſequitur *Rot. d. deciſ. 594. ſub num. 5. verſ. & licet p. 4. rec.* Et ſic parte vtraque, &c.

ANNOTATIO.

Prædictam tamen concluſionem intellige, quod ex ſolo capite tollendi motiua
21 † Deciſionum in cauſa factarum, niſi aliud concurrat, nullatenus ſolet denegari remiſſoria, *vt coram bon. mem. Reuerendiſs. Coccino firmauit Rota in cauſa Terdonen. Præpoſituræ (Decemb. 1600. & coram eodem in Portugallien. penſionis 23. Martij 1607. ſunt inter eius impreſſ. deciſ. 10. num. 7. & 338. num. 2. & 3. & recentius reſpondit coram eodem Reuerendiſſ. D. Patriarcha Panzirolo in cauſa Valentina iuris ſedendi 15. Martij 1638. §. nec releuat, quod remiſſoria tendat ad tollenda motiua deciſionum in hac cauſa factarum, quoniam ex hac ſola ſuſpicione non ſolet denegari remiſſoria, &c.*

Non eſſet enim res noua aſſerere, quod remiſſoria concedatur etiam in gradu re-
22 ſtitutionis † in integrum poſt ſententias Rotales præuijs deciſionibus emanatis, *Caputaquen. deciſ. 67. part. 3. Simonett. deciſ. 76. incip. An petenti lib. 1. & fuit dictũ in vna Caurien. iuriſdictionis 26. Febr. 1587. coram bon. mem. Reuerendiſſ. Oriolen. & in Bononien. ſimulationis contractus 4. Februar. 1602. coram bon. mem. Card. Mellino, & in Firmana fideiuſſionis 4. Februarij 1611. coram bon. mem. Card. Caualerio, eſt inter eius impreſſ. deciſ. 70. num. 2.* & iſtæ eſt ſtylus Rotæ, vt teſtatur D. Theodoſius Rubeus Pater meus in ſuis Singular. *Rot. Roman. part. 2. circa Styl. & Obſeruat. in verb. Remiſſoria. §. 4.*

Sed quando vltra dictum caput euitandi ſcilicet motiua deciſionum in cauſa
23 factarum, † concurrit aliud, prout in caſu præſentis deciſionis Reuerendiſſ. D. Patriarchæ veluti quia non datur fumus pro excluſione calumniæ vel quia adeſt inueriſimilitudo, nam in his terminis materiæ præſumuntur imaginariæ, ad euitanda dicta motiua, quo caſu remiſſoriæ probatio nullatenus indulgenda eſt, vt perpendit *Rota coram bon. mem. Card. Pamphil. in Mediolanen. bonorum 9. Maij 1597. & coram bon. mem. Card. Lancellott. in Vlixbonen. iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram bon. mem. Coccino in cauſa Vicen. Collegij 13. Februarij 1634. vbi plures deciſiones allegantur, & nuper fuit dictum coram R. P. D. meo Ghiſilerio in cauſa Calaritana Primatus 14. Iunij 1638. §. inueriſimile enim eſt verſ. nullus datur fumus, & quando articuli ad euitandas rationes Deciſionum Rotalium, &c. & coram Reuerendiſs. P. D. meo Merlino Decano in cauſa Corduben. decimarum de Lucena 13. Maij 1639. §. concurrit, quod in partibus verſ. & iſtos articulos modo produxerunt ad elidenda motiua tot deciſionum, &c.* cum alijs ibi adductis, & deinde ita etiam fuit reſponſum *coram Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Card. Veroſpio in celebri cauſa Toletana decimarum de Capilla 4. Iulij 1640. §. ſed plura viſa fuerunt verſ. & poterat in his nouis articulis conſiderari etiam ſuſpicio calumniæ, dum illi fuerunt dati poſt editam deciſionem, &c.*

Eſt etiam animaduertendum, quod ſuſpicio calumniæ ad effectum impedien-
24 di cauſæ † expeditionem augetur ex ipſa conceptione articulorum facta ad euitanda fundaměta deciſionum Rotalium, nam hoc caſu cum meritò dubitari poſſit quod remiſſoriæ petitio cum talibus articulis ſit facta non ad alium finem, quam
25 ad † litem immortalem faciendam contra *l. properandum eſt ne lites fiant immortales. C. de iudic.* & ad aduerſarium
26 † vlterius defatigandum, vt optimè ratiocinatum habetur *coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 462. num. 3. & ſeq.* tunc enim Rota tanquam ſurda non audit ta-
27 lem † iniuſtam petitionem, & maximè
28 ſi ſimus in vltima inſtantia, & iam † dudum pars facilè potuit viam ſternere veritati, *prout in his terminis aduertit Caputaquen. d. deciſ. 63 num. 3. part. 3. Put. deciſ. 195. lib. 1. in correct. & fuit dictum coram bon. mem. Card. Mantic. dec. 61. numer. 5. & coram bon. mem. Coccino in Aſtoricen. reſidentiæ 6. Iunij 1616. & coram eodem in Cæſarauguſt. diſtribut. eſt ſupra in hac parte dec. 235. num. 9.* Et nuper *coram Reuerendiſſ. D. Patriarcha Panzirolo in cauſa Cæſarauguſtana Diſtributionum 10. Februarij 1640. in fin. verſ. non tendere ad alium finem, quàm ad litem immortalem faciendam, &c.* & magis in his terminis *coram R. P. D. meo Bicho in cauſa Feretrana alimẽtorum 19. Nouemb. 1639. & coram R. P. D. meo Garrillo in Corduben. decimarum 5. Iulij 1638. verſ. quæ ſuſpicio augetur ex conceptione articulorum ad euitanda fundamenta Deciſionum &c.*

&c. & curam eodem in Hispalen. decimarum de Almonte 28. Iunij 1641. vers. materiam articulatam esse omninò imaginariam, cum saltem indirectè tendat ad infrigenda fundamenta Decisionum in causa factarum &c. & coram eodem R. P. D. Bicho in causa Camerinen. pensionis 4. Maij 1640. vers. eo minus post emanatas decisiones ad quarum fundamenta euitanda, & causam in longum protrahendam &c. Vbi etiam dicitur, quod dicta conclusio proculdubio procedit, quando pluries atque pluries fuit
29 etiam † concessum testium examen, cũ regulariter vix secundum concedatur, *Seuer. de remissor. cap. 6. num. 2. Boccac. eodem tractat. cap. 3. num. 27. & fuit dictum coram san. mem. Greg. XV. decis. 367. num. 2. & coram Coccino supra in dicta decis. 235. num. 1. & coram bon. mem. Francisco Vbaldo in Turritana palatij 28. Iunij 1613. & antea coram eodem in Firmana Altaris 15. Iunij 1612. & coram Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano in Verulana fideicommissi 20. Nouemb. 1634.*

30 Vnde multò minus tertium, † vel quartum examen indulgendum venit *Io. Monach. in cap. cupientes. num. 58. de elect. in 6. Oldrad. cons. 311. in princ. & in fin. Card. in clem. sæpe, vers. & quia notab. 13. de verb. signif. Rota decis. 16. de testib. in nou. Caputaquen. decis. 162. par. 1. & decis. 50. par. 3. & fuit resolutum coram bon. mem. Bubalo in Ragusina matrimonij 10. Martij 1578. & coram bon. mem. Card. Platto in causa Veneta Illegitimitatis 23. Iunij 1589. & coram bo. me. Orano in Pampilonen. decimarum 15. Iunij 1598. & coram bo. me. Reuerendiss. Penia in causa Caputaquen. Vnionis 20. Maij 1594.* in quibus casibus licet causæ ad effectum remissoriæ essent prophanæ; nihilominus propter remissoriam aliàs concessam, fuit denegata eius iteratio.

Et hoc præcipuè procedit, quando noui articuli continerent idem, quod erat expressum in antiquis, tunc enim
31 est † penitus frustratoria petitio secundæ remissoriæ propter rationem *text. in auth. atqui semel. C. de probat. & notant ibi Doctores, & in cap. fraternitatis ext. de testib. vbi Abb. num. 8. Innoc. num. 2. Io. Andr. num. 9. Felin. num. 12. Anchar. in clem. 2. num. 10. eod. titul. de testib. & ibi etiam Vitalin. num. 122.* & id habet locum, quamuis noui articuli vi-
32 derentur aliquid † continere, quod inspecta prima significatione verborum apparerent diuersi à primis, dũmodo in substantia, & effectu ab illis nõ differant, & voluit *Abb. in d. cap. fraternitatis nu. 9. Vitalin. in d. clem. 2. num. 129. Oldrad. cons. 144. num. 14. Gabr. de testib. conclus. 21. num. 17. & solidè fuit ponderatum coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Verospio Iun. in causa Toletana decimarum de Capilla 4. Iunij 1640. & deinde coram Reuerendiss. P. D. meo Patriarcha Panzirolo in causa S. Angeli Lombardorum iurisdictionis 26. Aprilis 1641. vers. maior specificatio, & distinctio consistit in solo cortice verborum, & articuli noui idem continent quàm in antiquis &c.* Et ratio est, quia præsumi-
33 tur calumnia, † *Vestr. in prax. lib. 6. cap. vltim. num. 4. cum alijs relatis supra in d. decis. 235. num. 2.* Et quando in-
34 trat talis præsumptio, & maximè † si sit vehemens, desperari potest de tali concessione, *Cassador. dec. 3. num. 1. de*
35 *dilat.* & hoc procedit, siue † simus in causa prophana, siue Ecclesiastica, & in quacumque instantia, *Felin. in cap. fraternitatis, num. 3. de probat. & in cap. de cætero num. 12. de re iudic. Roman. cons. 273. in fin. & dixit Rota in Virdunen. Canonicatus 9. Iunij 1597. coram bon. mem. Reuerendiss. Pacen. & in Iudens. beneficij 9. Iunij 1595. coram Cordub. est decis. 620. num. 3. par. 4. diuers. & in recent. decis. 571. sub num. 2. par. 2. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 414. num. 8.* Et predicta conclusio in tantum amplia, vt procedat etiamsi articuli sint releuantes, *vt fuit resolutum coram bon. mem. Robusterio in causa Caurien. iurisdictionis 26. Februarij 1587. & coram bon. mem. Card. Seraph. in causa Cæsaraugustana Cabimentorum 14. Martij 1603. est decis. 1460. num. 1. inter eius impress. & nuper coram R. P. D. meo Bicho in d. Camerinen. pensionis 4. Maij 1640. post princip. vers. etiamsi articuli sint releuantes.*

Nec quidquam facit, si replicetur,
36 quod quando articuli sunt releuantes † ex sola præsumptione calumniæ remissoria non denegatur *Bellam. decis. 624. & fuit dictum coram bon. mem. Card. Lancellott. in Virdunen. fructuum 16.*

No-

Nouembr. 1605. *& coram bon. me. Card. Verosp. sen. in Elboren. fructuum* 28. *Iunij* 1618. *& recentius coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Verospio Iun. in Tarentina Vigesimæ* 5. *Iulij* 1638. *§. vltim. vers. cum satis esse non possit sola præsumptio, seu suspicio &c.* Immo, quod petitæ remissoriæ cesset præsum-
37 ptio calumniæ † ex vnico tantum articulo releuanti, itaut ea veniat concedenda, habetur apud *Cassador. decis.* 5. *de sequestrat. poss. & fruct. & fuit dictũ coram bon. mem. Dunozetto in Toletana decimarum* 4. *Decemb.* 1615. *§. & eo magis visa fuit concedenda &c. & coram bon. mem. Card. Virili in Meleuitana Prioratus Nauarræ* 11. *Ianuarij* 1627. *est supra in hac. part. decis.* 473. *num.* 3. *& coram bon. mem. Card. Verospio decis.* 740. *num.* 1. *par.* 3. *recent. & coram bo. mem. Andrea decis.* 38. *num.* 4. *& corã R.P.D. Queipo decis.* 18. *num.* 1. *in seq. part. & coram bon. mem. Motmanno dec.* 177. *num.* 1. *ead. part. cum alijs infinitis, & recentius fuit resolutum coram R.P.D. meo Carillo in causa Brixinen. seu nullius iurisdictionis* 19. *Nouemb.* 1638. *§. & licet fuerit replicatum. vers. & propterea intrat vulgaris conclusio, quam Rota semper sequitur, vt data releuantia vnius articuli detur remissoria, quoad omnes.*

Quia dicta conclusio non est ita sim-
38 pliciter vera, sed ita demùm quando † cum ipsa releuantia articulorum, datur etiam aliquis fumus pro exclusione calumniæ, aliàs secus, *Cassador. d. decis.* 3. *num.* 12. *de dilat. Verall. decis.* 56. *n.* 3. *par.* 3. *& fuit dictum coram bon. mem. Martin. Andrea in causa Hispalen. praeeminentiarum* 15. *Decemb.* 1617. *est dec.* 593. *num.* 5. *par.* 4. *recent. & coram bo. mem. Reuerendiss. Ottembergo in causa Burgen. Sepulturæ* 21. *Aprilis* 1600. *& coram bon. mem. Coccino in Auersana funeralium* 30. *Aprilis* 1635. *est decisio* 574. *num.* 7. *supra in hac part. & coram eodem in causa Cremonen. pensionis* 4. *Maij* 1635. *est decisio* 41. *num.* 40. *infra par.* 3. *à me select. & bene colligitur ex præsenti decisione in fin. & recentius corã R. P. D. meo Ghisilerio in causa Calaritana primatus* 14. *Iunij* 1638. *§. supradictis accedit. vers. eoq. magis, cum nullus detur fumus, quo casu denegatur remissoria etiamsi calumnia non sit vehemens, & quod articuli sint releuantes &c.*

Et id, quod est dictum vt ex vnico tantũm articulo releuanti Rota solita sit concedere remissoriam quo ad omnes, hoc est intelligendum, præter requisitum fumi pro exclusione calumniæ, vt
39 dictus articulus † sit talis, & adeo potens, vt sit sufficiens ad obtinendam palmam parti, *& ita tenet Rota, & fuit resolutum in pluribus causis, & presertim coram bo. mem. Card. Pamphil. in Veronen. exemptionis* 4. *Maij* 1594. *& coram bon. mem. Card. Mantic. in Papien. matrimonij* 27. *Februarij* 1595. *est decis.* 312. *num.* 2. *inter eius impress. quæ est replicata in par.* 4. *diuers. decis.* 726. *num.* 1. *& coram. R.P.D. meo Ghisilerio in Bononien. dismembrationis* 11. *Decemb.* 1634 *est decisio* 315. *num.* 2. *infra in seq. par. & coram bon. mem. Reuerendiss. Coccino in Hispalen. dimidiæ portionis* 17. *Decemb.* 1635. *&* 14. *Ianuar.* 1636. vbi
40 etiam plura fuerunt † deducta in terminis concessionis remissoriæ in materia beneficiali, *est decisio* 585. *supra in hac part. à num.* 3. *vsq. ad* 12. *&c. & in his terminis videatur coram eodem Coccino in causa Sipontina pensionis* 5. *Iulij* 1638. *§. Neque est admittendus. vers. quia etsi sufficiat vnicum articulum esse releuantem, vt detur remissoria, tamen hoc est verum, si articulus concluderet ad victoriam causæ &c.*

Eo enim ipso, quod articulus, seu
41 articuli non concludunt ad † victoriam causæ, solet resisti petitioni remissoriæ *l. ad probationem. C. de probat. l.* 1. *ff. de in offic. testam. cap. cum contingat. vbi glos. & Bald. num.* 1. *de offic. de legat. Rota coram bon. mem. Motman. in Cæsaraugustana Cathedralitatis* 14. *Februar.* 1633 & quia talis concessio potius dis-
42 pendium, † quàm commodum afferret litigantibus, *Mohed. decis.* 5. *num.* 6. *de probat. Cassador. decis.* 2. *num.* 1. *de dilat. Caputaquen. decis.* 54. *num.* 3. *& decis.* 66. *num.* 3. *par.* 3. *& fuit dictum coram Reuendiss. P.D. meo Merlino Decano in Romana seu Spoletana successionis* 30. *Maij* 1631. *& coram R. P. D. meo Ghisilerio in causa Valentina iuris sedendi* 6. *Martij* 1635. Dilatio enim frustra datur
43 ad probandum id quod probatum † nõ releuat, vt in his terminis denegationis remissoriæ, habetur hic in decisione nu. 1. *& fuit dictum coram Coccino in Auersana funeralium* 30. *Aprilis* 1635. Ab-
44 sit † semper, quod in iudicijs quidquã frustratorium admittatur.

Et

Et vlterius si hoc casu remissoriç probatio indulgeretur, nihil aliud fieret, ni-
45 si quod contereretur † tempus, & miseri litigantes vexarentur tædio, & expensis, dum ad inanes probationes conuerterentur, *vt perbellè pluribus relatis ratiocinatur Rota coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano in causa Gerunden. Scribaniæ 27. Nouemb. 1637. est infra part. 3. alias 7. recent. decis. 252. n. 6.*

Quare nota, continuus, & ineuitabilis
46 stylus Rotę nunquam † concedendi remissoriam, quando id, quod prętenditur doceri, potest probari alia possibili via, & ratio est, vt parcatur laboribus, & maximis sumptibus, quę fiunt in re-
47 missorijs † prosequendis, & ne lites fiant immortales, *secundum Aegid. decis. 9. vers. ecce enim verisimile est vbi aliæ etiã adducuntur rationes, quas Rota pluries magni fecit, & præsertim coram bon. mem. Gyps. in Beneuentana Abbatiæ 25. Februar. 1590. cum alijs vulgar. & videatur corã bon. mem. Coccino in Meleuitana Antianitatis 16. Nouembr. 1635.*

Vnde si aliquid probari potest per scri-
48 pturam, dato † quod petatur remissoria, procul dubio Rota denegabit talem admissionem, & ita sæpè sæpius, ac sæpissimè resolutum habemus in diuersis causis, quas vsque ad nauseam adducere possem, si vellem.

Nec aliquem mouere debet *decisio Cæsaris de Grass. 1. num. 8. & 9. de dilat.* vbi Rota annuit petitioni remissoriæ, licet ibi probatio facienda erat per scri-
49 pturam, † quia audacter respondetur, quod in casu prædictæ decisionis agebatur de concedenda remissoria Communitati Turritæ ad probandas nonnullas præsentationes adnotatas in libris, qui præsupponebantur lacerati, vt videre est *num. 7. vers. maximè quia*. Et ideo non est mirandum, si Rota ex hoc capite di-
50 ctæ † Communitati concesserit remissoriam, *iuxta doctrinam Bart. in l. testium. vers. item nota, quod in casibus. C. de fin. instrum. & ita etiam dictæ decisioni respondit Rota coram Reuerendiss. P. D. meo Patriarcha Panzirolo in causa Cæsaraugustana distributionum 15. Iunij. 1640. §. nec obstat quod Rota soleat, &c.*

Ea de causa etiam in casu decisionis
51 Cæsaris † de Grassis fuit concessa remissoria, quia examen testium tendebat ad coadiuuandas probationes factas pro existentia iurispatronatus, *iuxta doctrinam Bald. in cap. 1. in princ. de fid. instrum. Dec. in auth. si quis in aliquo, num. 3. C. de edend. Cæs. de Grass. decis. 20. num. 11. de probat. Rota coram Blanchetto decis. 435. num. 4. part. 1. diuers. & coram bon. mem. Vbald. in Casalen. domus 13. Ianuar. 1612. & coram eodem in Meliuitana Pecuniaria 15. Maij 1620. & làtius cor. Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano in causa Bituntina damnorum, & interesse 18. Aprilis 1633.* Et insolitum non esset as-
52 serere, quod quotiescunque aliquid † probari potest partim per testes, & partim per scripturas, tunc non solet dene-
53 gari remissoria, & hoc ea ratione, † quia probationes non sunt coagustandæ, ad scripturas, *vt in terminis concessionis remissoriæ fuit dictum coram bon. memor. Montmanno in Romana cambiorum 4. Iulij 1631. est decisio 70. num. 7. infra in seq. part. & coram Vbaldo in Turritana bonorum 23. Februar. 1615.* & præcipuè prædicta locum habent, quando causa reperitur commissa cum clausula, *appella-*
54 *tione remota*, † & hoc propter præiudicium, quod fieret parti, si eæ probationes denegarentur, vt pluribus relatis considerauit *Rota coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Verospio Iun in Tarentina Vigesimæ 5. Iulij 1638.* Vnde & vidThe demus, quòd licet Rota non soleat mul-
55 tiplicare † in disputationibus super remissorijs, attamen quando agitur in causa commissa, *appellatione remota*, solet iudulgere, vt quis sæpius audiatur, *ita animaduersum fuit coram Reuerendiss. P. D. meo Decano in causa Gerunden. Scribaniæ 26. Februarij 1638. §. 1. vers. Quamuis Rota non soleat multiplicare in disputationibus, tamen &c.*

Tandem quamuis plures, atque plures ampliationes, & limitationes adducere possem ad superius dicta, & maximè in materia, quando ex sola præsumptione, seu suspicione calumniæ remissoria non denegetur, & quando ea sola sufficiat ad eam reijciendam, & hoc casu an qualis, & quantus fumus sufficiat, & alia plura, tamen ea silentij velo tego, tum quia nimis longum esset, tum quia quid certi affirmare non est possibile,
56 cum totum id pendeat † à religione, & ab arbitrio Iudicis, qui attentè perpendere, & considerare debet, an calumnia vehemens sit, & vtrum fumus sit sufficiens, & ex varijs causis, necnon personis concipere, vel non concipere calum-

lumniam, & informare animum, an fumus sit valens ad concedendam, vel denegandam remissoriam. *l. Iudices*, & *Auth. apud elegantissimum C.de fid.instrument.* Et prudenter pluries considerauit Rota, & præsertim *coram bon.mem.Reuerendiss.Oriolen. in causa Regien. S. Thomæ* 10. *Decembr.* 1576. *vers. dicebant diuersas esse rationes, & coram bon.mem.Card. Mant.dec.*312.*num.*10.*& coram Reuerendiss.Vrgellen. in Meliuitana Antianitatis* 2.*Iunij.* 1634. *& in eadem causa coram bon. mem. Coccino sub die* 16. *Nouembr.* 1635. *vers.in iudicanda enim calumnia plurimum pollet religio iudicantis, &c. & antea coram eodem Coccino in Auersana* 30. *Apr.*1635. *est supra in hac parte decis.* 574.*num.* 3. & egregiè *coram R P.D.meo Ghisilerio in d. Calaritana Primatus* 14. *Iunij* 1638. §. *supradictis accedit vehemens calumnia, vers. & pendet ab arbitrio Iudicis iudicare an calumnia vehemens sit.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO. Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Beneficiatus Sanctę Marię Maioris.

Die Lunæ 30. *Martij* 1637.

ARGVMENTVM.

Vnus ex collitigantibus super aliquo beneficio si decedat, altero superstite, si modo concurrant necessaria requisita, est subrogandus in dicto beneficio, & quæ requisita ad hoc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium primum non vacat per assecutionem secundi, si primum residentiam non requirat.*

2 *Subrogatio in beneficium non est deneganda concurrentibus requisitis, ne superueniente nouo titulo, lites fiant immortales, quando vnus ex collitigantibus mortuus est.*

3 *In beneficijs etiam de iurepatronatus, si vnus ex collitigantibus moriatur, patronus non potest alium præsentare, sed collitigans viuus est instituendus.*

4 *Patronus, lite pendente inter præsentantes, nec etiam cumulando potest variare.*

5 *Litis existentia ex quibus actibus deducatur.*

6 *Pro lite inducenda ad effectum subrogationis gratiosæ vnica etiam citatio legitimè executa est sufficiens.*

7 *Iudex, si habeat facultatem procedendi summariè, simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta, tunc coram eo nullæ iuris ciuilis solemnitates, nullaque forma iudiciaria, vel terminorum substantialium obseruatio est necessaria.*

8 *Lis ad effectum subrogationis in beneficio ob mortem collitigantis, non releuat, si non sit super titulo beneficij.*

9 *Lis super titulo beneficij dicitur adesse, si à parte expressè datum fuerit de nullitate permutationis, & tituli prætendentis beneficium, ad effectum obtinendi institutionem.*

10 *Subrogatio gratiosa, ad hoc vt intret in beneficio de iurepatronatus, non est necessè, vt lis sit inducta super titulo.*

11 *Lis calumniosa non suffragatur ad effectum subrogationis gratiosæ.*

12 *Clericus quilibet beneficiatus in qualibet Patriarchali, seu Collegiata Ecclesia tenetur residere.*

13 *Clerici beneficiati in qualibet Ecclesia Collegiata ratione residentiæ, dicuntur à iure Assisii.*

14 *Concil.Trid.sess.*7.*cap.* 4. *habet locum in omnibus beneficijs residentiam requirentibus etiam simplicibus, & non curatis.*

16 *Beneficium collitigans, superstes, ad hoc, vt non dicatur collitigans improbus, sufficit, vt eius ius possit melius, & plenius iustificari.*

17 *Ad subrogationem gratiosam obtinendam propter obitum collitigantis non est opus docere de bono iure, & iustitia causæ, sed sufficit litem non esse notoriè iniustam, & adesse aliquam coloratam, vel probabilem causam litigandi*

18 *Præsentatio facta de absente, potius dicitur nominatio, quàm præsentatio, nec tribuit ius in beneficio, nec ad beneficium.*

19 *Præsentatio facta de absente est valida, si præsentatus sit cognitus debenti eum instituere.*

20 *Præsentatio facta de absente, etiam non cognito, debenti eum instituere, quando sit valida.*

21 *Possessio instrumentalis capta alio non existente in possessionem, valida est.*

22 *Possessio semel validè capta præsumitur*

 con-

continuata vsque ad obitum.

23 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

24 *Præsentatus cumulatiuè cum alio, stante illius incapacitate, præsentatio conditionaliter de eo facta remanet pura.*

DECISIO DCVII.

IOannes Ludouicus Iseus, possidens Beneficiatum in Basilica Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, ex presentatione de ipsius persona facta per D. Tiberium de Molaria, aliud è Sede Apostolica Beneficiatum in Ecclesia Cathedrali Parmen. obtinuit, tertia Hebdomadaria nuncupatum, post cuius adeptam pacificam possessionem, ac fructuum perceptionem. Primò dictum Beneficiatum cum Laurentio Schinderio, receptis tribus beneficijs simplicibus auctoritate Apostolica permutauit. Quocirca dictus D. Tiberius patronus ad beneficiatum Basilicę prędictæ, vti iam vacans per assecutionem secundi incompatibilis, Petrum Paulum de Pace presentauit, dummodo intra tempus legitimum dispensationem Apostolicam ratione ętatis impetraret, ex quo Beneficiatum, Subdiaconatus, & Diaconatus ordines haberet annexos, & in euentum, in quem Petrus Paulus prędictus dispensationem nō obtinuisset, ex tunc nominauit, & presentauit Ioannem Dominicum de Pace instando dictam presentationem, seu presentationes admitti, & presentatos, vt supra institui. Cum igitur pro parte Petri Pauli porrecta fuisset supplicatio Sanctissimo pro dispensatione ętatis obtinenda, opposuit se Schinderius allegando non fuisse locum presentationi, quia
1 cum beneficiatum Parmense personalem residentiam non requireret, non dabatur vacatio primi.

Orta ergo contrauersia inter prędictos, & sic indecisa manente decessit Schinderius, vnde dictus Tiberius patronus ad beneficiatum prędictum, presentauit Basilium Ferrum, à quo cum instaretur pro institutione obtinenda, & è conuerso obstarent Petrus Paulus, & Ioannes Dominicus de Pace, ex quo cum eorum presentatio ab Eminentissimo Archipresbytero iam antea admissa fuisset, beneficiatum per mortem Schinderij non dicebatur vacare, & in omni casu vnus ex illis in locum demortui collitigantis gratiosè subrogari debebat; idcirco demandatum fuit, vt in Rota dubitarem, An Petro Paulo, seu Ioanni Dominico esset danda subrogatio; Et fuit responsum dandam esse Ioanni Dominico, quia constat de lite, de obitu Schinderij in possessione, & de ipsius Ioannis Domi-
2 nici clericatu, quibus requisitis † concurrentibus, subrogatio nunquam denegatur, ne superueniente nouo collitigante, lites fiant immortales, *per text. in cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Mandos. in reg. de subrogant. quæst. 2. per tot.* vbi sub numer. 5. grauat conscientiam denegantis subrogationem, prout aduertit etiam *Seraph. decis. 1165. num. 1. Greg. decis. 27. num. 1. & decis. 125. num. 1. part. 2. & dec. 416. part. 4. & apud. Reuerendiss. D. meum Coccinum Decanum decis. 350. n. 2.* Quæ conclusio etiam locum habet in benefi-
3 cijs de iurepatronatus, † ità vt vno ex collitigantibus defuncto patronus non possit alium præsentare. *Calder. cons. 1. de iurepatr. Lapus alleg. 22. num. 3. Rocch. de iurepat. verb. honorificum. quæst. 23. Sarnen. in regul. de subrogan. quæst. 13. Cassad. decis. 3. num. 5. vt lit. pend. Seraphin. decis. 990. num. 6. Rota decis. 306. in princ. part. 1. & decis. 336. num. 3. part. 3. recent.*
4 Immo quod pendente lite patronus † nec etiam cumulando possit variare, tradit *Aym. cons. 63. num. 3. in fin. Lancellott. de attentat. p. 2. cap. 4. in præfat. num. 583. Crescent. num. 10. de iurepatronat. Rot. decis. 442. num. 6. part. 1. diuers.*

5 Existentia verò litis deducebatur, † ex pluribus citationibus, protestationibus, comparitionibus, ac productione iurium, tam nomine D. Tiberij Patroni, ac Petri Pauli, & Ioannis Dominici coram Eminentiss. D. Cardinali Archipresbytero, quàm etiam pro parte ipsius Schinderij, ad cuius instantiam tam Petrus Paulus, quàm Ioannes Dominicus fuerunt citati ad vidēdum illis præfigi terminum ad probandum quicquid vellent, & possent per omne genus probationis, quo elapso, & nihil quod releuet docto, ipse Schinderius ab impetitis absolui deberet, cuius citationis vigore Iudex præfixit illis terminum vnius mensis, ex quibus actibus Domini non dubitarunt in-
6 ductam fuisse litem † cum aliàs pro ea inducenda ad effectum subrogationis, vnica etiam citatio legitimè exequuta sit sufficiens. *iuxt. text. in clem. 1. vt lit. pend. Cassad. decis. 1. num. 4. tit. eod. Greg. decis.*

27. *num.*

27.*num.*2.& multò magis ſtantibus ampliſſimis facultatibus Eminentiſſimi Cardinalis Archipresbyteri procedendi ſum-
7 mariè ſimpliciter, † & de plano ſola facti veritate inſpecta, itaut nullæ iuris ciuilis ſolemnitates, nullaque forma iudiciaria, vel terminorum ſubſtantialium obſeruatio fuerit neceſſaria. *Menoch. conſ.* 180. *num.7.in fine Valaſc.de iure emphyt.quæſt.* 6.*num.*12.*& conſult.*145.*nu.*10.*Marant. de ordine iudic.part.4.diſtinct.9.num.*17. *&* 22.*Guttier. pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 100.*num.*2.

8 Nec releuat dicere, quod lis non † ſuffragetur, quia non fuit inducta ſuper titulo beneficij, vt aduertit *Gregor. deciſ.* 335. *num.* 1. *& ſeqq.* Ea etenim ſatis viſa eſt inducta ſuper titulo, dum pro parte Petri Pauli, & Ioannis Dominici ex-
9 preſſe † datum fuit de nullitate permutationis, & tituli ipſius Schinderij, ad effectum obtinendi inſtitutionem *ad text. in cap.* 1. *de præb. in* 6. *vbi gloſſ. in verb. diſpendijs. Archidiac. ſuper verb. litigantibus. Innoc. in cap. cum M. Ferrarien. ſub num.* 9. *verſ. ſecus autem de conſtit. Bald. in auth. litigioſa num.*1. *verſ. dicit Innoc. C. de litig. Calder. conſ.*1.*vt lit. pend. vbi quod diſpoſitio cap.* 1. *vt lit. pend. in ſexto* quod loquitur in electione, habeat etiam locum in præſentatione. *Sarnen. in reg. de ſubrogand. quæſt.* 13. *Loter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 2. *& ſeqq. & præcipuè num.* 34. 35. *& ſeqq. Seraph. deciſ.* 990. *num.*3.*Rota dec.* 306. *num.* 1. *ante medium par.* 1. *recent. adden. ad Gregor. deciſ.* 305. *ſub num.* 8. *verſ. & hinc etiam videmus.* Præter
10 quod cum verſemur in beneficio † de iurepatronatus, non autem liberæ collationis, non eſt neceſsè, quod ad effectum concedendæ ſubrogationis inducta fuerit lis ſuper titulo per *text. in cap.* 1. *vbi gloſ. verb. diſpendijs, vt lit. pend. in ſexto*, & latè diſtinxit *Rota in Veronen. Beneficij 2. Iunij* 1634.*coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.*

Nec obſtat, quod Petro Paulo, & Ioanni Dominico nullum competebat ius vigore præſentationis de illis factæ à patrono, & per conſequens lis ab eo
11 introducta, † vti calumnioſa nullum potuit parere effectum, quia de bono iure ſupradictorum ſatis viſum eſt conſtare, ex quo Ioannes Ludouicus Iſeus, vti obtinens beneficiatum in Eccleſia Parmen. tenebatur reſidere, ſicut in om-
12 ni † Patriarchali, ſeu Collegiata reſidere tenetur quilibet crelicus beneficiatus,
13 cum iſti ratione reſidentiæ à † iure vocentur Aſſiſij, vt dici *text. in cap. penult. de cleric. non reſid.*& firmauit *Rota in Romana Anniuerſariorum* 22. *Iunij* 1635. *coram R. P. D. meo Merlino.* Vnde †
14 beneficiatum vacauit ipſo iure ex diſpoſitione *Sacri Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 4.
15 quæ † indiſtinctè locum habet in omnibus beneficijs reſidentiam requirentibus, etiam ſimplicibus, & non curatis, vt pluries cenſuit *Sacra Congregatio Cōcilij Trident. & refert Graz. de benef. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 81. *& ſeqq.* vbi etiam refert plures Rotæ deciſiones, quod magis indubitanter videbatur dicendum in caſu præſenti, dum Ioanni Ludouico in actu poſſeſſionis adipiſcendæ, aſſignatum fuit ſtallum, & locus in Choro Cathedralis, & clarè conſtet ipſum effectualiter reſediſſe, & de quotidianis diſtributionibus ratione reſidentiæ participaſſe, abſenteſque ſolitos eſſe punctari.

Ex quibus quatenus etiam ſufficienter probatum non remaneret, quod beneficiatum requirat perſonalem reſidendentiam, attamen ad effectum vt Petrus
16 Paulus, & Ioannes Dominicus † non dicerentur improbi, ſufficit, vt eorum ius poſſent melius, ac plenius iuſtificare. *Aegid. deciſ.* 103. *Seraph. deciſ.* 1165. *n.* 9. *Gregor. deciſ.* 27. *num.* 7.*& deciſ.*125. *num.* 4. Et quod ad effectum obtinendi
17 ſubrogationem † non ſit opus docere de bono iure, & iuſtitia cauſæ, ſed ſufficiat litem non eſſe notoriè iniuſtam, & adeſſe aliquam coloratam, vel probabilem cauſam litigandi. *Franc. in cap.* 1. *num.* 5. *verſ. cogita tamen, vt lib. pend. Rebuff. ſub reg. de ſubrogand. gloſ.* 7. *nu.* 3. *Put. deciſ.* 80. *num.* 2. *lib.* 3. *Seraphin. deciſ.* 1165. *num.* 9. *&* 10. *Rota deciſ.*342. *num.* 7. *par.* 1. *& deciſ.* 336. *num.*3.*par.* 3. *& deciſ.* 426. *num.* 6. *par.* 4. *recent. Gregor. deciſ.* 27. *num.* 7. *&* 8. *& deciſ.* 125.*num.*5.*&* 6.*& deciſ.*426.*vbi adden. num.* 11.

Non obſtat, quod præſentatio facta de Petro Paulo, & Ioanne Dominico abſentibus, potius dicatur nominatio,
18 quàm † præſentatio, nec tribuat ius in beneficio, nec ad beneficium. *c. cum clerici de iurepatr. Sarnen. in regul. de nō tollen. iur. quæſ. quæſt.* 1. *num.* 14. *Rot. deciſ.* 3. *de iurepat. in nouis.*

19 Quia cum præsentati essent † cogniti Archipresbytero, præsentatio visa fuit valida. *Abb. in cons. 76. cap. 2. Rota decis. 185. ad fin. par. 2. diuers.* & post alios tradit *Garz. de benef. par. 4. cap. 1. num. 16. & 23.* Et in omnem casum cum infra quadrimestre præsentationis, instrumentum coram Eminentissimo Cardinali
20 Archipresbytero exhibuerint, † ipsaque præsentatio fuerit per eum admissa, vtique illa tenuit, & valida fuit, etiamsi præsentati noti non fuissent, vt docet *Abb. in dict. cons. 76. sub. num. 2. par. 2. Rocch. de iurepatr in verb. beneficium, quæst. 6. num. 27. vers. item aduerte. Garz. de benef. d. par. 4. cap. 1. num. 18. 19. & 25. Rot. decis. 152. num. 22. & seq. & decis. 190. num. 13. ad fin. par. 5. recent.*

Probata autem lite, non fuit locus dubitationi respectu probationis obitus Schinderij in possessione, tum quia hoc tanquam indubitatum à Bablio Ferro
21 admissum fuit, tum etiam, quia cum † doceatur de ipsius Schinderij instrumentali possessione capta post permutationem, alio in ea non existente *l. prædia, vbi Bart. ff. de acquir. possess. Caputaq. decis. 339. num. 5. part. 2. decis. 56. num. 1. vers. de possessione, par 2. recent.* illa
22 præsumitur † continuata vsque ad obitum, nisi contrarium probetur per *text. per cap. elim de restit. spoliat. Ioan. Andr. in cap. cum ad sedem, tit. eod. leg. 3. §. in admittenda, ff. de Procuratoribus, Natt. cons. 400. num. 6. Menoch. lib. 6. præsumpt. 63. Rot. decis. 4. de probat. in nou. & in recent. decis. 691. num. 2. par. 2.* De clericatu verò Ioannis Dominici cla-
23 rè † constiterit ex litteris patentibus Eminentiss. Vicarij Vrbis. *Rot. decis. 605. num. 2. & decis. 401. num. 4. in fin. & decis. 699. num. 1. par. 2. rec.*

Quo circa cum dictus Ioannes Dominicus fuerit cumulatiuè præsentatus cũ Petro Paulo eius filio, stante supradicti incapacitate ob non obtentam dispen-
24 sationem, † præsentatio conditionaliter de eo facta remansit pura, vt benè aduertit *Seraph. decis. 1173. sub num. 1. & 2.* & ideò Domini putarunt ipsum, non autem Petrum Paulum esse subrogandum.

Et sic vtraque &c.

REVERENDISSIMO PIROVANO.

Ferrarieñ Præbendæ,

Die Lunæ 11. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Subrogatus, quando quis est gratiosè, quibus probatis, ei denegari non potest immissio. Beneficia Prothonotariorum, & Subcollectorum, &c. sunt reseruata. Legitimus contradictor ad impediendam immissionem gratiosam, quando quis non sit.

SVMMARIVM.

1 *Immissio gratiosa, quibus concurrentibus non possit denegari.*

2 *Possessio beneficiati, vsque ad obitum benè probatur, si ambo litigantes veniant ex eadem vacatione.*

3 *Clericatus probari potest ex literis patentibus Ordinarij.*

4 *Possessio doceri potest, per instrumentum acceptæ possessionis.*

5 *Reseruatio beneficiorum Prothonotariorũ venit vigore extrauag. ad regimen de præben. super quo est fundata regul. Cancell.*

6 *Beneficia subcollectorum spoliorum sunt reseruata vigore regul. 5. Cancellar.*

7 *De validitate alicuius rei, si sit cognoscendum, non potest dici, quod de ea clarè, & notoriè constet.*

8 *Possessio sola, non facit possessorem legitimum contradictorem ad impediendam immissionem vigore subrogationis gratiosæ.*

9 *Super immissione vigore subrogationis gratiosæ proceditur executiuè, non autem ordinariè.*

10 *Optionis titulum, si quis habeat, non releuat ad impediendam immissionem subrogato gratiosæ, cum dictæ optiones sint sublatæ per regulas Cancellariæ.*

11 *Inferior non potest statuere in præiudicium superioris.*

12 *Statutum alicuius Ecclesiæ præsumitur confirmatum à Sede Apostolica stante lapsu plusquam longissimo tempore.*

13 *Obseruantia non releuat, nisi in casu proprio.*

14 *Confirmationis præsumptio non est sumenda ab actu momentaneo, & vltimo,*

mo, ac remoto, sed à proximo, & continuato.

15 *Statutum non habet locum, in casu ab eo non expresso.*

16 *Capitula carent iurisdictione disponendi directè super reseruationibus Apostolicis, sine approbatione Papæ, & sic nec indirectè possunt contra illas disponere.*

17 *Assertioni partis in actu probibito non statur.*

18 *De possessione vna ad aliam inferri non potest.*

19 *Intrusio cessat, si quis nunquam accepit possessionem.*

DECISIO DCVIII.

QVæsitum fuit an D. Canonico Valemanno sit danda immissio in possessionem præbendæ, de qua agitur, & affirmatiuè Domini responderunt.

Quoniam fuit à Sanctissimo Domino Nostro gratiosè subrogatus in ius, & ad possessiomem Prouensalis literisque suæ prouisionis expeditis, & productis, clericatum, obitum eiusdem Prouensalis in possessionem præbendæ, & reserua-
1 tionem probauit, † quibus concurrentibus non solet denegari petita immissio. *Put. decis.* 495. *& Mohed. decis.* 11. *vt lit. pend. Rot. decis.* 32. 103. 306. 394. *coram Papa Gregor. XV.* in quibus antiquæ decisiones referuntur.

De Clericatu Vallemanni non fuit hæsitatum, neque de possessione Prouensalis, cum vterque tam ille, quàm
2 Perinellus † veniat ex eadem vacatione, & nihilominus iustificauit Clericatum
3 per litteras patentes, † quibus semper ad hunc effectum fides adhibetur, *iuxta dec. Grammatici* 80. *nu.* 4. & possessionem probat per instrumentum adeptæ pos-
4 sessionis per Prouensalem, † quod per solum sufficit *Seraph. decis.* 322. *num.* 3. *Rot. decis.* 268. *num.* 11. *coram Papa Greg. XV.* & inde continuata præsumitur vsque ad illius obitum. *l. prædia ff. de acquir. possess. Menoch. de retin.* 3. *num.* 575. *& præsumpt.* 64. *num.* 1. *lib.* 6. *Surd. cons.* 60. *num.* 1. & item fuit dictum in *Tridentina Decanatus* 5. *Iunij* 1632. *coram D. meo Decano, & in Ianuen. Paorchialis* 12. *Nouembris* 1632. *coram Domino meo Verospio.*

Reseruatio etiam visa fuit preniffimè probata, tam ex capite Prothonotariatu, quàm Subcollectoriæ spoliorum ipsius Prouensalis: prima namque vigore
5 extrauagantis ad † regimen, de præben. super qua fundatur *reg.* 1. *Cancell. & Rot. sequitur coram Seraph. decis.* 1251. *&* 407. *num.* 1. *par.* 1. *recent. &* 100. *n.* 2. *coram bon. mem. Andrea, &* 14. *num.* 2. *coram Episcopo Vrgellen.* Secunda verò desumitur ex litteris Thesaurarij Generalis, in quibus Prouensalis deputatur subcollector spoliorum in Ciuitate, & Diœcesi Ferrariensi, cum subsequuta acceptatione, & inde intrat regula quin-
6 ta Cancellariæ reseruans † beneficia similium personarum, quæ semper seruatur. *Mandos. ad eandem regulam quæst.* 4. *Simonet. de reseruat. quæst.* 33. *num.* 8. *Caputaq. decis.* 141. *num.* 2. *par.* 1. *&* 385. *num.* 2. *&* 3. *par.* 5. *diuers.*

Non obstat, quòd Canonicus Perinellus sit in possessione præbendæ controuersæ, & cum titulo optionis vigore statuti eiusdem Ecclesiæ excludentis omnes reseruationes, præterquam ex vacatione apud Sedem, interim autem dum cognoscitur de validitate optio-
7 nis dici † non posse constare de clara, notoria, & indubitata reseruatione, prout requiritur ad hunc effectum. *Rota decis.* 523. *num.* 4. *par.* 2. *recent. &* 379. *num.* 4. *coram Papa Gregorio XV.*

8 Quia sola possessio † non facit possessorem, legitimum contradictorem ad impediendam immissionem vigore gratiosę subrogationis, nec tituli allegatio, nisi sit releuans, aliquid operatur ad eundem effectum, sed tantummodo, vt audiatur possessor, quod si titulus (vt in præsenti) omninò reperiatur irreleuans
9 executiuè † proceditur ad immissionem, non autem ordinariè, *cap. si à sede de præb. in* 6. *Put. decis.* 20. *lib.* 1. *in nou.* & idem fuit firmatum in *Cæsaraugust. Paroch. impress. per Viuian. post suum tract. de iurepatron. in ordine* 47. *num.* 16. De releuantia igitur tituli optionis est quæ-
10 stio, † quę absolutè excluditur per reseruationes supradictas. *Mohed. decis.* 27. *de præb. Put. decis. lib.* 2. *in correct. Rot. decis.* 642. *num.* 2. *par.* 4. *diu.* 378. *num.* 2. *&* 5. *coram Papa Greg. XV.* 142. *num.* 4. *par.* 2. 336. *num.* 1. *par.* 4. *recent.* & idem fuit conclusum in *Mediolan. Canonicatus coram D. meo Ghisilerio* 4. *Iulij* 1636.

Nec iuuari potest Perinellus ex ipsa statuti expressa dispositione de optando pre-

præbendas etiam reseruatas præterquam ex vacatione apud Sedem, quoniam 11 semper corruit ✝ defectu potestatis inferioris statuendi ad præiudicium superioris absque expressa confirmatione.

Nec obstat quod prędictum statutum Ecclesiæ Ferrarien. præsumatur confir- 12 matum per Sedem Apostolicam ✝ stante obseruantia 200. annorum, & vltra cũ immemorabili enunciata. *Gabr. consil.* 80. *num.* 12. *lib.* 2. *Seraph. decis.* 1042. *num.* 2. *Gonz. ad reg.* 8. *glos.* 12. *num.* 78. & de qua testatur *Card. cons.* 103. & *Felin. in cap. cum in nostra num.* 26. *de prescript. quibus Rota adhæruit in Ferrarien. Canonicatus* 26. *Aprilis* 1624. *coram me*.

Quia ex optionibus datis in summario ab anno 1430. vsque ad annum 1625. quo contigit obitus Sinibaldi prætensi Prothonotarij, & Collectoris, probatur quidem optiones esse factas, & effectuatas, & de hac obseruantia non est quæstio, sed de præbendis reseruatis ex 13 personis ✝ habentibus Prothonotariatum, vel officium Collectoris, de quibus nec Cardinalis, nec Felinus, nec Decisio Ferrarien. Canonicatus, nec optiones datæ loquuntur: vltima verò de anno 1625. ad probandam obseruantiam supra triginta annos, & eo minus supra 200. non meretur allegari, etiamsi verificentur qualitates in Sinibaldo, tã Prothonotariatus, quàm Collectoris, 14 quoniam præsumptio ✝ confirmationis non est sumenda ab actu momentaneo, & vltimo, ac remoto, sed à proximo, & continuato. *Seraph. decis.* 1410. *num.* 7. & 37. *num.* 35. *part.* 2. *diuers.* 136. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* quo casu obseruantia nec etiam per decẽ annos esset probata, & parum refert, quod statutum in corpore disponat, licere antiquori Canonico præbendam maiorem, aut pinguiorem, vel æqualem, & quouis modo reseruata, & affectam præterquam ex vacatione illius apud Sedem Apostolicam in proemio exordiatur ab antiqua consuetudine, cuius initij memoria hominum contraria non existit, quia statutum seipsum declarat, de qua antiqua consuetudine loquatur, subdens per quã inter Canonicos eiusdem Ecclesiæ locus fuit, & est de hac (vt dicebatur) consuetudine optandi non est quæstio, sed de qualificata optandi præbendas reseruatas in quartum approbatione statutũ 15 absolutè ✝ non loquitur, sed conditionaliter, (saluis derogationibus Apostolicis,) quæ amplissimè quoad statuta Ecclesiæ Ferrarien. loquuntur in litteris Vallemanni.

Et nihilominus enunciatiua statuentium circa consuetudinem immemorabilem optandi præbendas reseruatas præterquam ex vacatione apud Sedem deseruire non potest Perinello, tanquam 16 emanata ✝ à Capitulo carente iurisdictione disponendi directè super reseruationibus Apostolicis sine approbatione Papæ, & multo minus per indirectum remouendo easdem per assertionem priuilegij immemorabilis de iure prohibi- 17 tam in concernentibus ✝ proprium cõmodum, & vtilitatem. *Crauett. cons.* 175. *num.* 2. *Rot. decis.* 160. *num.* 4. *part.* 2. *diuersor. Ioseph. Ludou. conclus.* 14. *vers. fertur* 119.

Quæ autem opponebantur de attentatis, & intrusione ad impediendam petitam immissionem ex facto cessare videbantur, quia Vallemannus nunquam appræhendit possessionem præbendæ cõtrouersæ, & si quæ instrumentalis pos- 18 sessio exhibeatur de Canonicatu ✝ tantum legitur possessio, de qua ad præbẽdam inferri nõ potest *glos. in l.* 3. *in princ. vbi etiam Bart. num.* 4. *ff. de acquiren. possess. Neuiz. cons.* 80. *num.* 31. *Gail. obseru.* 129. *num.* 6. & *seqq. lib.* 2. *Paris. cons.* 37. *num.* 14. *lib.* 3. Remota au- 19 tem possessione cessat ✝ intrusio, & attentatum ex parte Vallemanni, & decretum exequutoris de immittendo purgatum sufficienter remanet ex mandato de manutenendo per Iudicem ad quem relaxato, & exequuto ad fauorem Perinelli. Et ita &c.

R. P. D. CARRILLO.

Abulen. Iurispatronatus.

Die Lunæ 8. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Hæres, potest apponere inscriptionem in Capella fundata à testatore, & quare Vniuersitas non acquirit iuspatronatus, si aliqua Capella sit constructa, vel dotata ex eleemosynis piorum, vti singulorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filiorum corpora tumulare in sepulchris parentum, est consuetudo religiosa antiquorum.*

2 *Hæredes fundatoris iurispatronatus possunt apponere inscriptionem in Capella fundata in præmium liberalitatis, & munificentiæ fundatoris.*

3 *Et eis etiam licitum est, armorum insignia gentilitia stemmata, fumosasque maiorum imagines afficere, & triumphales, seu marmoreas statuas sculpere ad posteritatem conseruandam in familia morientium in signum eorum nobilitatis.*

4 *Et in memoriam eorum, qui gloriosè vixerant, & honores gesserunt.*

5 *Inscriptio in Cappella fundata apponi etiam potest, vt constet de iurepatronatus ad effectum præsentationum, & de iure sepulchri acquisito omnibus de familia.*

6 *Dotatio est vna ex causis, per quam acquiritur iuspatronatus.*

7 *Dotans aliquam Cappellam sibi, & suis acquirit iuspatronatus, licet illud non reseruauerit, dummodo expressè non remiserit.*

8 *Ciuitas, Populus, seu Vniuersitas acquirit iuspatronatus in Ecclesia, seu Cappella fundata, vel dotata nomine Vniuersitatis, aut Communitatis.*

9 *Iuspatronatus, quando fundatur ex eorum eleemosynis, & oblationum particularium per singulares de Vniuersitate, hoc casu patronatus ad vniuersitatem non pertinet neque ad singulos, sed Ecclesia remanet libera.*

10 *In Cappellæ fundatione ex piorum eleemosynis, non excluditur iuspatronatus ratione fundationis.*

11 *Restitutio in integrum competit aduersus sententiam iniustam.*

12 *Contradictor legitimus, quis non potest dici, si nullum habeat ius ad contradicendum, vel interesse.*

DECISIO DCIX.

BOnæ memoriæ Didacus Cardinalis de Espinosa memor humanæ conditionis sepulchrum viuens sibi elegit in Cappella maiori Parochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Barco oppidi de Martimuñoz delas possadas Abulen. Diœcesi, vbi eius maiores humati erant, imitatus religiosam antiquorum consuetudi-
1 nem tumulandi † corpora filiorum in sepulchris parentum, *ex cap. 1. de sepultur. cap. vnaquæque 3. §. Item Ioseph. 13. quæst. 2. Diu. Gregor. l. 2. Dialog. cap. 34. Zech. de repub. Eccles. cap. 18. num. 17.* pro cuius Cappellæ constructione dedit fabricæ scuta mille, eidemque Cappellæ donauit plura ornamenta preciosa, & supellectilia aurea, & argentea pro diuino cultu necessaria, assignando pro illorum reparatione 60500. morapetinos annuos, & mandauit, vt alia duo millia scuta donarentur pro dotatione ipsius Cappellæ, & quod in ea erigerentur nouem Capellaniæ ad augumentum ministrorum diuini cultus, quibus proprios redditus assignare voluit facta suppressione Rectoriæ, & duorum beneficiorum tunc in dicta Ecclesia existentium, reseruando sibi, & successoribus de familia iuspatronatus, & sepulchrorum iura, priuatiuè quoad alios. Quæ omnia exequuta fuisse constat latius ex litteris fact. mem. Greg. XIII. impetratis ad instantiam Philippi Secundi Hispaniarum Regis Catholici, summario num. 1. & 2.

Postea hæredes voluntate Cardinalis executioni mandata circa dotationem Cappellæ, & fundationem Capellaniarum ad conseruandam eius memoriam, & magnificentiam splendoremque familiæ affixerunt in dicta Cappella armorum insignia, fumosaque stemmata maiorum sequenti apposita inscriptione in marmoreo lapide iuxta sepulchrum grati animi monumentum.

Didacus de Espinosa Episcopus Seguntinus Cardinalis Præsidens Consilij Regis, & Inquisitionis dotauit istam Cappellam cum nouem Cappellanijs.

Verum cum ex alio latere ipsius Cappellæ instaret alia inscriptio, in qua legitur illam Cappellam maiorem fuisse fundatam ex piorum eleemosynis, orta fuit lis pro reformanda inscriptione Cardinalis inter eius hæredes, & incolas dicti Oppidi prætendentes dictam inscriptionem non esse ita concipiendam, vt Cardinali attribueretur dotatio illius Cappellæ, cum nouem Cappellanijs, sed quod in illa Cappella dotauit nouem Cappellanias, supponendo Cappellam maiorem non fuisse dotatam à d. Cardinali,

nali, nec in ea habuisse iuspatronatus,
super qua re post varias sententias coram
diuersis Iudicibus ad fauorem vtriusque
partis hinc inde prolatas, fuit causa in
Rota introducta coram Domino meo De-
cano, qui pro reformanda inscriptione
sententiam protulit, à qua interposita
appellatione, & causa mihi commissa,
dubitaui an constet de causis restitutio-
nis in integrum, & Domini affirmatiuè
responderunt.

Quia certum est, quod hæredes Car-
2 dinalis potuerunt apponere † dictam in-
scriptionem non solum in præmium suæ
liberalitatis, & munificentiæ *ex l.libera-
litate ff. de oper. public. leg. legatum 4 ff.
de admin.rer. ad ciu. pertin. Anchar. cons.
113.num. 3.& 4. Lambert. de iurepatr.lib.
3. art.4. quæst. 5.num. 1.* Armorum insi-
gnia, gentilitia, stemmata, fumosasque
maiorum imagines affigere, & triumpha-
les seu marmoreas statuas sculpere ad
posteritatem conseruandam in familia
morientium in signum eorum nobilita-
tis. *Sigon.de antiq.Roman. lib.1.cap. 20.
Iust.lyps.lib.2.elect.cap.29.Plin.lib.35.ca-
pit.2.Plutarch.lib.1. annalium. Tiraquell.*
4 *de nobilitate cap.6.num.16.*& in † memo-
riam illorum, qui gloriosè vixerant, &
honores gesserant. *l.1.C.de stat.& de ima-
ginib.l. Quintus 7.§. Pomponius ff. de ann.
legat.Sarnen.lib.1. select. cap. 15. num. 2.
Molin.de Hispan. primogen. lib.2. cap.14.
num.6.*

Sed etiam tamquam veri patroni pro-
pter pecuniarum dotationem, seu eroga-
tionem factam à Cardinale, tam pro
Cappella maiori materiali, & nouem
alijs Cappellanijs, quàm pro iurepatro-
5 natus, † circa earum præsentationem, &
iura sepulchrorum acquisita omnibus de-
scendentibus ex eadem familia, ratione
dotationis, & adiudicationis concessæ
per Pontificem, vt clarè patet ex verbis
litterarum Gregorij XIII. summar. num.
1.& 2.*vers.dotasse dictam Cappellam ma-
iorem, & vers.dotauit Cappellam, & de-
dit fabricæ scuta duo millia, & clarius
vers.quod Cappella dictæ Ecclesiæ de Mar-
timunoz nouiter ædificata maneat perpe-
tuò adiudicata dicto Didaco Cardinali,
tanquam suo fundatori pro illius sepultura
ratione duorum millia ducatorum, qui ex
eisdem Didaci Cardinalis, bonis pro ipsius
Cappellæ fabrica dati fuerunt, &c.* quæ
6 dotatio sufficit pro acquisitione † iuris-
patronatus Cappellæ, cum sit vna causa
ex assignatis à iure acquirendi iuspatro-
natus, tam de iure communi, *cap.nobis de
iurepatr. cap. filijs 16. quæst. 7.* quam ex
*Trid.sess.25.de reformat.cap. 9. Lambert.
eod.tract.part.1.lib.1.quæst. 3.art. 1. San-
chez tom.1.moral.lib.2.cap.3.dubit.48.nu-
mer. 3.& 4. dubit. 70. Rota coram Caua-
ler..decis.265. num.2.& decis. 106.coram
D.meo Decano.* Quæ doctrina procedit,
non solum quando in dotatione adest
expressa reseruatio iurispatronatus, prout
7 in præsenti, sed etiam † non expressa re-
seruatione, dummodo fundans, vel do-
tans illud non remiserit, vt tenet com-
munis. *Lambertin.eodem tract. lib.1.par.
1.quæst.2. art. 4. Rota decis. 167. num. 4.
part.2.diuers.& decis. 568. num.4.& 5.
part.4.rec.*

Nec obstat, quod hæc Cappella fue-
rit fundata ex piorum eleemosynis, vt
alia inscriptione in ea apposita notatur,
8 quia licet verum sit, quod † Ciuitas, Po-
pulus, seu Vniuersitas acquirat iuspatro-
natus in Ecclesia, seu Cappella fundata,
constructa, vel dotata nomine Vniuersi-
tatis, aut Communitatis, hoc tamen
non procedit in dotatione, seu funda-
tione facta ex piorum eleemosynis, &
oblationum particularium per singulares
9 de Vniuersitate, † quia in hoc casu pa-
tronatus non pertinet ad Vniuersitates,
neque ad singulos, sed Ecclesia remanet
libera. *Lambert. de iurepatronat. lib. 1.
part.1.quæst.7.art. 15. num. 8. & 9. San-
chez moral.lib.2.cap.3.dubit. 70. num. 6.
Rota coram D.meo Decano dec.106.n.2 &
7.Crescent.decis.1. de iurepatr. num. 3.* ex
quo rectè potuit Cardinalis mediante
dotatione, seu erogatione ducator. 2000.
pro constructione fabricæ, & medianti-
bus dictis 60500. marapetinis annuis
pro illusreparatione assignatis, & con-
cessione Pontificis ei facta de huiusmodi
patronatu acquirere illud in dicta Cap-
10 pella maiori, maximè, quia † fundatio-
ne ex piorum eleemosynis etiam stante
non excluditur iuspatronatus ratione
dotationis. *Viuian.1.part. lib. 2. cap. 2.
num.2.Couar.lib.2.var.cap.18.n. 8. Greg.
Lopez in l.1.tit.15.part.1.Spino.de testam.
glos.4.princip.num.28.*

Ex quibus corruit fundamentum de-
cisionis, quę reuidetur, & sententia Ro-
talis remanet notoriè iniusta, quia ne-
gauit Cardinali dotationē Cappellę ma-
ioris, & iuspatronatus non solum in ea,
sed etiam circa alias Cappellanias iuben-
do

doinscriptionem informari, quapropter 11 aduersus dictam † sententiam competere in integrum restitutionem dixerunt Domini, quæ datur, vbi sententia est iniusta, ex qua oritur lęsio. *Moil. in em. por.tit.5. de in integr. restit. quæst. 3. Rot. decis.1.in integr. de restit. in nou. & decis. 532.num 2.part. 1. & decis. 329. num. 1. part.2.recent.* Tanto magis, quia incolę non habent ius prohibendi dictam inscriptionem, nec populus dicitur legiti-
12 mus contradictor, † cum nullum ius habeat, aut interesse, ex quo non sunt admittendi ad defendendum ius honorificum ratione fundationis, *glos.magistralis, verb.quos causa in l.de vnoquoque, ff. de re iud.l. ex contractu 44. l. sæpe 63. ff. eod.c.cum inter. 16.de elect. Ant. Gom.in l. 40.Tauri num. 73.Couarr.pract. cap. 13. num.6.Molin.de hisp.primog. lib. 4. cap.8. num.3.Lambert.de iurepatr.art.4.quæst.5. lib.3.*

Et ita resolutum fuit, causa bis proposita, & acerrimè discussa per Dominos, informantibus tantum hæredibus Cardinalis, &c.

¶ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 21.Iunij.1637. coram R. P. D. meo Carrillo, est decisio 614.*

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO.
Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Pecuniaria, seu inuestimenti.

Die Veneris 13.Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac decisione, quando clausulæ positæ in fine alicuius dispositionis, non referantur ad omnia, & singula, quę habentur in dicta dispositione.

SVMMARIVM.

1 *Emptor, dum non soluit pretium rei emptæ tenetur ex quadam æquitate soluere venditori certam summam pecuniarum.*
2 *Pars non debet vllo pacto audiri, nisi obtenta prius oris aperitione, si ei obstat decretum irritans, cum clausula sublata, aut alijs similibus clausulis.*
3 *Contrahentium mens ex proœmio instrumenti desumi solet.*
4 *Clausulæ in fine positæ debent referri ad id, quod principaliter fuit dispositum, non autem ad ea, quæ enunciatiuè, & incidenter fuerunt narrata.*
5 *Clausula in fine posita refertur ad omnia, quæ principaliter fuerunt expressa in oratione, non autem causa demonstrationis.*
6 *Clausula in fine posita non semper concernit omnia præcedentia.*
7 *Census sub alia forma factos, esse fœneratitios, licet hoc dicatur in Bulla B. Pij V. super creatione censuum, attamen ista verba referri tantum debent ad ea, quæ sunt de substantia, non autem ad alia accidentalia.*
8 *Verba quantumuis amplissima, & quantumuis effrenata recipere debent interpretationem à iure.*
9 *Papa in confirmatione alicuius contractus non est præsumendum, quod voluerit tollere remedia rescissoria prouenientia ex læsione, excessiua taxatione, & similibus alijs causis.*
10 *Aperitio oris, non est necessaria ad probandam læsionem venditionis à Papa confirmatæ cum clausula, sublata, decreto irritanti, & similibus.*
11 *Confirmatio facta à Papa in forma communi, non potest referri ad ea, de quibus Papa nullam habuit notitiam.*
12 *Et sic multo minus potest referi super quibus contigit dubitari, an sint à iure reprobata.*
13 *Papæ mens, si fuerit directa ad remouenda obstacula pro validitate alicuius contractus, licet adsit clausula sublata, cum decreto irritanti &c. ex hoc quis non impeditur, quin possit dari de non comprehensione alicuius casus.*
14 *Clausulæ, quæcumque reputantur accessoriæ ad contractum principalem, & propterea non se extenduntur vltra illius limites.*
15 *Vtile per inutile non vitiatur.*
16 *Confirmatio si sit petita à Papa quo ad aliquam derogationem, tantum ad abũdantiorem cautelam, & cum præseruatiua cuiuscumque præiudicij debet reputari ac si non emanasset. num. 17.*
18 *Remedium subsidiarium non potest tollere principale.*
19 *Remedio subsidiario est tantummodo locus, quando cessat principale.*

DECISIO DCX.

PRætendens D. Marchio Bentiuolus, quod annua scuta 2900. spatio decem, & octo annorum per ipsum soluta, tam bon. mem. Io. Angelo, quàm Moderno C. Duci ab Altemps pro fructibus recompensatiuis occasione Palatij à se empti in Monte Quirinali, longè excedant
1 annuam illam quantitatem, quæ † regulariter ab emptore ex quadam Iuris æquitate, venditori solui permittitur, iuxta disposit. *l. curabit C. de act. empt.* conuenit dictum Modernum Ducem, ac petijt se admitti ad probandum d. Palatij statum de tempore factæ emptionis, ad effectum, vt constito quantum potuisset tunc locari, totum illud plus, quod sub nomine fructuum recompensatiuorum solutum fuit, in sortem imputetur, & consequenter inuestiatur pro ipsius D. Marchionis securitate iuxta pactum in instrumento expresse conuentum.

Verùm huic petitioni se opposuit D. Dux allegando D. Marchionem non posse, nec debere aliquo pacto audiri, nisi
2 obtenta priùs oris apertione † ex quo illi obstat motus proprius fel. rec. Pauli V. clausula sublata, decreto irritanti, alijsque similibus clausulis roboratis *iuxt. decis. Caput. 134. num. 4. part. 3. Seraph. decis. 1020. in princ. & num. 3. Rot. in recent. decis. 77. num. 9. part. 5. & alibi passim.* Vnde hodiè dubitaui an D. Marchioni probare volenti, obstent clausulæ, decreta in dicto motu proprio contenta, & Domini absque vlla prorsus difficultate responderunt non obstare, quia attenta causa finali, ac mente contrahentium,
3 quæ † ex proemio motus proprij, ac instrumenti desumi solet *l. 1. ff. ad Maced. Bart. in l. fin. ff. de Hæred. Instit. Caput. decis. 215. num. 5. lib. 3. Gregor. decis. 531. num. 5.* clarè percipitur clausulas, ac decreta prædicta licet in fine posita, referri solum ad derogationem fideicommissorum bonæ mem. Cardinalis Sitici ab Altemps, & ipsius Primogenituræ, de quibus in motu proprio principaliter agebatur, tam ad pœnas euitandas, & ad tuendum emptorem, ac venditorem à molestijs vocatorum in dictis fideicommissis, ac primogenitura; quam etiam, vt dictus Dux Io. Angelus palatium prædictum in partem legitimæ computare
4 posset, non autem influere debent † ad confirmationem pactorum particularium, de quibus enunciatiuè, & incidenter actum fuit *l. defensor §. qui interrogatus ff. de interrogat. act. Bart. in l. fin. §. Titia num. 3. ff. de libert. legat.* vbi dicit quod clausula in fine posita refertur ad omnia
5 quæ fuerunt principaliter † in oratione expressa, non autem causa demonstrationis. *Felin. in cap. causamque sub n. 8. limit. 4. de rescript. Paris. cons. 3. num. 56. & cons. 108. num. 20. lib. 4. Roder. Suar. quæst. regul. tom. 3. quæst. 54. col. 4. vers. probatur, Beia respons. casuum conscient. p. 4. casu 18. col. 3. vers. tamen quia, Rot. diuers. decis. 84. num. 2. & 3. part. 2. & in recent. decis. 64. num. 19. part. 5.* Idque videtur optimè comprobari ex dicto *Abb. in cap. Ecclesia vestra 57. num. 5. de elect.* vbi sic ait, ex hoc textu singulariter nota, quod
6 † clausula in fine posita, non semper concernit omnia præcedentia, nam in *cap. quia propter in fine* ponitur illa clausula, Electio alteri facta non valet, & tamen non concernit omnia præcedentia. Et in censibus quotidiana praxis nos
7 docet, quod licet † in bulla B. Pij Quinti dicatur census sub alia forma factos, esse fæneratitios, attamen ista verba referri tantum ad ea, quæ sunt de substantia, non autem ad alia accidentalia *Felician. de cens. lib. 1. c. 10. n. 20. Duard. eod. tract. tom. 2. §. 6. quæst. 15. num. 23. Modern. Perusin. de censib. part. 2. quæst. 1. art. 4. num. 10.* & firmauit *Rot. apud eundem dec. 116. num. 5. & decis. 146. num. 1. & 2. & dec. 147. num. 6.*

Non obstat, quod Papa motu proprio, non solum derogauerit primogenituræ, alijsque vinculis, sed dederit etiam facultatem contrahendi cum pactis, & conuentionibus desuper concordatis, seu concordantis, & ex tunc omnem alienationem huiusmodi, necnon instrumentum desuper celebrandum, & omnia in eo contenta quæcumque, ac si illorum tenores expressi forent, perpetuò approbauerit, & confirmauerit, supplens omnes defectus, si qui principaliter vel accessoriè, antea, vel postea, seu in ipso actu, vel quomodolibet interuenirent, etiam si specialis, & indiuidua mentio & confessio habenda foret, &c. Hæc enim
8 verba licet amplissima, † & quodammodo effrenata, recipiunt, interpretationem à iure, vt scilicet intelligantur respectu substantiæ venditionis, non autem aliorum pactorum particularium, ne forte dicatur,

catur, quod Papa confirmando voluit ap-
9 probare, si aliquid mal ageretur, † & tollere remedia rescissoria prouenientia ex læsione, excessiua taxatione, aut alijs similibus causis, quatenus adessent *Molin. de Primogen. Hypan.lib. 4.c.9.n. 32. & seqq.Peregr. de fideicommissis, art. 52. num.29. Fusar. de substit.quæst.562.nu.1. Maresc.Varresol.lib.2.cap.37. Bellam.decis.502.Grammat.decis.66.num. 5.* & fuit resolutum *in Sabien.CastriVacunæ 13.Iunij 1619.coram R. P. D. meo Dunozetto,*
10 vbi dicitur, oris aperitionem, non esse necessariam ad probādam læsionem venditionis confirmatæ cum dd. clausulis à Summo Pontifice.

Vltra quod Domini dicebant, quod dum Papa confirmauit pacta concordata, seu concordanda, confirmatio dici-
11 tur facta in forma communi, & sic ab ea non potest inferri ad pacta, de quibus, Papa nullam habuit notitiam, *Dec. cons. 142.n.6.& in fin.& num.7.Ferett.cons.38 num.5.& 6.Mantic.decis.222.num.1.* vbi in specie, quando habet relationem ad Instrumentum, & num.3. in fine, & mul-
12 tò minus ad pacta † super quibus contingit dubitare an sint à Iure reprobata *Alex.cons.59.num.9.lib.1.Curt.cons. 194. num.38.Grat.discept.9.num.9.Cassad. decis.Vnic.num.2.de confirmat.util. vel inutil.Rota in rec.decis.21.num.3.part.2.*

Et ex his patet respōsio ad aliud obiectum, quod Papa voluerit partes nullo vnquam tempore teneri ad iustificandas causas, ob quas prædicta emanauerint, etiam ex eo, quod ex non iusta, seu minus legitima causa gesta sunt, siue etiam ex Capite enormis, & enormissimæ læsionis, aut alio quocumque prætextu, quantumuis iusto & rationabili,& tali, qui ad effectum validitatis venditionis, necessariò foret exprimendus, cum clausula quorum tenores, & quod de obreptione dari non possit, & quod annuus valord. Palatij, & Viridarij habeatur pro expresso, volens Instrumentum, & alia indè sequenda quæcunque semper valida, & efficacia fore, & esse, sicque, & non aliàs in præmissis omnibus, & singulis, &c. sublata quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Quia ex tenore dictorum verborum euidentius
13 etiam patet mentem Papæ solum † dirigi ad remouenda obstacula pro validitate alienationis, & sic non impedit, quin D. Marchio possit hodiè dare non comprehensione casus controuersi, *Ruiz. cons. 135.num.10.lib.2.Maresc.Var.resol.lib. 2. cap.37.num.29.Cassad.d.10.num.4. super regul.Achil.d. 3. num. 4. qui fil. sint legit. Rota diuers.d.300.in fin. lib.3. p. 3. & in recent.d.569.num.9.p. 2.* Quæcūque enim
14 clausulæ reputantur† accessoriæ ad contractum principalem, & propterea non se extendunt vltra limites illius, *gloss. in c.cum ordinem, vbi Felin.num. 4. & 5.de rescript.l. 2.ff. de seru. asport.l. cum seruo ff.de contrahen. emp.Caput.decis.25.par.1. Gonzal.super reg.8.gloss.36. nu. 30. Garz. de benef.par.6.cap.3.num. 84. cum duobus seqq.late Maresc.var.lib.2.cap.37.nu.32. & seqq.*

Verum ex alio etiam, ac penitus diuerso fundamento videbatur tolli omnis difficultas, quia beneplacitum Papæ, & derogatio fideicommissario, non fuit à contrahentibus obtenta principaliter, & absolutè, sed solum in subsidium, & quatenus opus esset, & sine præiudicio
15 legitimæ. Ita † vt vtile per inutile non vitietur, vt expresè legitur in principio Instrumenti, & in beneplacito Apostolico etiam dicitur, licet Dux Io. Angelus credat se Palatium ratione suæ legitimæ, & alterius cuiuscunque portionis sibi obueniendæ super bonis eiusdem Cardinalis ab Altemps, non obstantibus dictis Primogenituris, fideicommissis, & alijs dispositionibus liberè, & licitè alienare posse, & præmissa omnia eidem non obstare; Nihilominus ne prætextu Primogenituræ, fideicommissorum, & aliorum dispositorum de validitate venditionis Palatij dubitari contingat, conceditur derogatio fideicommissorum & licentia alienādi cum expressa præseruatiua,quod possit valere etiam respectu suę legitimæ, & alterius cuiuscumque portionis & aliàs omni mel.modo &c. Ex hac enim narratiua visum est inferri quod cum Palatiū, de quo agitur, cesserit in portionem legitimæ D. Ducis prout aliàs Rota firmauit *die 6. Febr.1616.coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio, quæ est decis. 45. post Merlin.de legitim.* Sustineatur venditio nulla habita ratione ad derogationem
16 Papæ, † quæ tamen petita fuit ad abundantiorem cautelam, vt dictum est, & cum præseruatiua cuiuscumque præiudicij *Castr.cons.312.num.4.lib.1.Paris.cons. 23.n.143.lib.1.&cons.70.n.18.lib.3. Put. decis.197num.23. lib. 1.* debet reputari,
17 † ac si non emanasset *Bald.in repet. legis* adi-

Hhh 2

aditæ C. de eden. Gemin. in cap. præsenti n. 4. Franch. num. 1. vers. 3. nota de Offic. delegat. Rot. d. 88. num. 2. & 3. part. 4. diuers. & d. 23. n. 24. & seqq. part. 5. rec. Reuerendissimus D. M. Coccinus Decanus d. 355. n. 2. Accedente præsertim clausula omni meliori modo, quæ operatur vt si actus possit valere sinè beneplacito, sine eo sustineatur. *Felin. in cap. cum super n. 11. de offic. deleg. Soccin. cons. 142. n. 4. lib. 1. Dec. cons. 4. n. 3.* Vndè cum motus proprius emanauerit in subsidium, & quatenus venditio aliter de iure non subsisteret, videbatur dicen-
18 dum, quod huiusmodi† remedium subsidiarium non possit tollere principale, cum ei sit locus tantummodo, quando
19 †non potest locus principalis ex *Menoch. cons. 193. num. 6.*

Et ita fuit decisum parte vtraque informante, &c.

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO. Patriarcha Constantinopolitano.

Gerunden. Altius non tollendi.

Die Lunæ 15. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Domum suam, cum quis possit extollere vsque ad Cælum, ideò si vicinus ei se opponat; debet plenè, & concludenter probare seruitutem altius non tollendi, aliàs illum non potest impedire, & quando d. seruitus non dicatur probata.

SVMMARIVM.

1 *Aedes suas, quis vsque ad Cœlum de iure extollere potest.*

2 *Seruitutis prætextu, si quis prætendat impedire vicinum, ne altius tollat domum suam, tenetur dictam seruitutem concludenter probare.*

3 *Libera quælibet res est, ex præsumptione Iuris, ita vt si extollenti domum suam, quis obijciat ac esse seruitutem, sufficit, quod extollens neget illud ius seruitutis non competere Aduersario. Actionis negatoriæ natura, quæ sit, n. 3.*

4 *Seruitutes debent restringi, non autem augeri.*

5 *Interpretatio aliena à recta ratione reijcienda est.*

6 *In Contractibus multum attenditur verisimilitudo.*

7 *Aedificium, si sit constructum in aliquo loco eminentiori, si inferius aliquid aliud construatur ædificium, hoc illi nullo modo potest nocere quo ad salubritatem aeris, si omnes venti circa illud euagentur, & n. 18.*

Aditus de vno ædificio ad aliud cessat, si inter vtrumque adsit via publica, lata, & spaciosa n. 7.

8 *Aditus datur de vno loco ad alium contiguum, & n. 10.*

9 *Aditus non datur ad locum decisionum.*

11 *Verba sunt intelligenda secundum naturam actus, super quo imponuntur.*

12 *Verba debent strictè interpretari.*

13 *Aedificantes ad æmulationem tenentur omninò desistere.*

14 *Aedificare ad æmulationem, quis non dicitur, si ædificet ad proprium commodum, & vtilitatem, etiam quod secundariò vicino noceat.*

Quod procedit, etiamsi commoditatem, vel vtilitatem vicino auferat. numer. 14.

15 *In Fundo suo, quis potest fodere, vel aliud facere animo meliorandi fundum, licet faciat desiccare fontem positum in fundo vicini.*

16 *Aedificare, quis in dubio præsumitur ad propriam vtilitatem, & non vt alteri noceat.*

17 *In Aedificante excluditur animus æmulationis ex magna vtilitate ædificij.*

18 *In Aedificante an constet de æmulatione, si ex altitudine fabricæ possit interiorem partem domus vicini inspicere.*

20 *Altitudo operatur quominus visus distinctè feratur in obiectum visibile.*

21 *Aemulationis materia plurimum pendet ab arbitrio Iudicis.*

22 *Causæ duæ, quando concurrunt in eadem dispositione pro magis fauorabili facienda est interpretatio.*

Interpretatio pro salute animæ semper est facienda, n. 22.

Iactare suum nemo præsumitur, n. 22.

Immemor salutis æternæ nemo est præsumendus n. 22.

13 *Ad Aemulationem, si quis asserat, aliquem ædificare, tenetur id concludenter probare, cum simus in materia obiectiua.*

In Obiectiua materia requiritur concludens probatio, n. 23.

24 *Liberalitatem maiorem suorum, piam erga aliquam Religionem, si quis imitetur,*

tetur, non potest dici, quod id faciat malo animo, & ad emulationem.

DECISIO DCXI.

Responderunt DD. pro cofirmatione sententiarum Rotalium latarū ad fauorem Collegij Societatis Iesu cū de illarum validitate, nec etiam à Patribus Dominicanis, & Iuratis aliquid adducatur, & de iustitia visum sit indubitanter constare, tàm ex decisionibus in prima instantia emanatis coram R. P. D. meo Machiauello, quàm in secunda coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Etenim cum Patres Iesuitæ in proprio situ ædes pro eorum habitatione con-
1 struere intendant, † prout de Iure vnusquisque potest eas vsque ad cœlum tollere *l. fin. in princ. ff. de seruit. l. altius l. in ædibus C. eod. tit. l. Proculus ff. de damn. infec.* Honded. *cons.* 80. *num.* 14. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 298. *num.* 24. *& de Arbitrar. cas.* 556. *num.* 3. si Patres Dominicani, opus impedire intendunt sub
2 prætextu seruitutis † tenentur eam concludenter probare. *l. si in rem, ff. de vendit. Menoch. cons.* 21. *num.* 34. *Roland. cons.* 67. *num.* 4. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 30. *n.* 7. *lib.* 1. Nam cum ex præsumptione
3 iuris res sit libera, sufficit actori † etiam non possidenti negari illud ius seruitutis competere aduersario; idque ex natura actionis negatoriæ, vt post Alex. *in l. si prius num.* 7. *ff. d. nou. oper. nunc.* dixit Rota apud Seraph. *decis.* 1422. *sub. nu.* 13.

Neque obstat obiectum pro Patribus Dominicanis, & iuratis allegatum, quod scilicet in situ, in quo hodie ædificatur erat quædam Tenedo Vincentij Macellarij, & Petri Arditi, qui de ann. 1260. mediante publico instrumento conuenerunt cum fratre Raymundo Priore fratrum Prædicatorum Gerundę, & cum omnibus fratribus presentibus, & futuris per hæc verba: *Quod ego, vel mei non ædificabimus vllo tempore in illa mea tenedone, quam habeo contiguam tenedoni vestræ, nec faciemus aliquid aliud vnde possit haberi prospectus per aliquem modum ad locum vestrum, vel inde possit haberi ascensus, siue aditus, vel possit vobis aliquo modo, vel loco vestro vnquam damnum, siue præiudicium aliquod generari.* Ex quibus verbis prætenditur à Patribus Dominicanis probari seruitus Patruum Societatis Iesu, non ædificandi, quia fuit responsum verba dictorum instrumentorum apertè loqui de seruitute respectu tenedonis ipsorum Fratrum, quæ erat contigua tenedoni ipsius Vincentij, & Petri Arditi, non autem res-
4 pectu Conuentus, † de quo non agebatur; seruitus autem debet potius restringi, quàm augeri, *l. eo modo l. is, qui duo, ff. de seruit. rustic. præd. l. non modus, vbi Bald. num.* 1. *C. de seruit. & acq. Paris. cons.* 116. *num.* 4. *lib.* 1. *Bero, cons.* 133. *num.* 18. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 43. *num.* 1. *Surd. cons.* 27. *num.* 7 *& seq.*

Nec facit, quod seruitus respectu cōuentus probetur per illa verba, ibi, *Vnde possit haberi prospectus ad locum vestrum, &c.* & inferius, ibi, *Vobis, vel loco vestro, &c.* Quia hæc interpretatio
5 visa est omnino † aliena à recta ratione; tum quia si Patres Dominicani sub nomine loci intellexissent loqui de conuentu verisimiliter id expressissent; nam dum contrahentes in instrumento locuti sint de tenedone, de qua principaliter agebatur, dum postea fecerunt mentionem de loco, dicendum est intellexisse de eadem tenedone, quæ commodè locus vocari poterat, non autem de conuentu, super quo si fuisset controuersia,
6 de † eo principaliter, tamquā de re magis digna, fuisset facta specifica mentio, nō autem de tenedone, quę erat minus digna; tum etiam quæ cum Conuentus Dominicanorum reperiretur constructus in eminentiori parte Ciuitatis, suis parietibus clausus, certum est, quod ædi-
7 ficium, † seu plantatio arborum, quæ fieri poterat à personis priuatis in loco depressiori, non poterat aliquo pacto ei officere, & multò minus ad ipsum, aliquem aditum habere, cum inter Conuentum, & ipsas tenedones Vincentij, & Pætri via publica satis lata, & spatio-
8 sa intercederet, ascensus † autem datur ab vno loco ad alium contiguum, non autem ad locum discontiguum cum via
9 intermedia, & multò minus datur † aditus. Vnde nil mirum si in concordia, solum fuit facta mentio de duabus tantum tenedonibus contiguis, ex quibus
10 reuera poterat † haberi ascensus, & aditus, *glos. in c.* 1. *verb. contigua de reliq. & Vener sanct. in6. Ioan. Andr. in cap. vnic. de consecr. Eccles. in* 6. *vers. in glos. Menoch. de arbitr. cas.* 222. *num.* 28. Idque & magis suadetur, quo in

dicta

dicta concordia sit mentio de pariete ædificando inter vtranque tenedonem, quod esse non potest vbi via est intermedia, verba † autem sunt intelligenda, secundum naturam actus super quo interponuntur, vt per *Ruin. in cons.* 109. *num.* 4. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 541. *sub n.* 6.
12 & strictè † debent interpretari, *c. cum dilectus de except. l. quidquid astringendæ ff. de verb. obligat. Alex. cons.* 12. *nu.* 14. cum alijs latè deductis in hac causa 13. *Iun.* 1636. *coram R. P. D. meo Macchiauello.* & 24. *Nouembris eiusdem anni coram Reuerendiss. D. meo Decano in vers. nec officiunt illa verba.*

Minus obstat, quod cum Patres Iesui-
13 tæ † ædificent ad æmulationem, teneantur omninò desistere, quia cum d. Patres principaliter ædificent ad proprium cō-
14 modum, & vtilitatem, etiam † quod Fratribus Dominicanis secundariò nocerent, non tamen dicerentur ædificare ad æmulationem, *l. loci corpus*, §. *competit l. sicuti* §. *Arist.* & *ibi glos. ff. de seruit. vend. l. Proculus*, & *l. fluminum ff. de damn. infect. Imol. in l. si meo, num.* 3. *vers. vel fortè ff. de aqua plu. arcen. Ias. in l. quominus num.* 23. *Ripa num.* 20. *vers. quod ego ff. de flumin. Angel. Aret. cons.* 44. *in Princ.* vbi dicit licere, etiam si commoditatem, vel vtilitatem vicino
15 auferat, & paulò inferius dicit † posse aliquem in fundo suo fodere, vel aliud facere animo meliorandi fundum, licet faciat desiccare fontem positum in fundo vicini. *Alex. cons.* 74. *num.* 4. *vers. sed si nullam*, & *num.* 5. *vers. vel si incidens venas lib.* 2. *consil.* 32. *num.* 2. *lib.* 1. *Dec. cons.* 373. *sub num.* 3. *Marsil. sing.* 145. *in fine Cepoll. de seruit. verb. prædia cap.* 62. *de fenestra vers. in dubio tamen. Beer. dec.* 320. *num.* 8. *ad fin. vers. vel secundum Ludouicum.* Quod verò in du-
16 bio † quis præsumatur facere ad propriam vtilitatem, & non vt alteri noceat, *glos. in verb. fluminum. vers. non teneri ff. de damn. infect. Bart. in l. item lapilli vers. illud autem est notandum ff. de re iud. Imola in l. si in meo in glos. fin. ff. de aq. plu. arcen. Dec. cons.* 373. *sub. num.* 3. *vers. in dubio. Honded. cons.* 80. *num.* 34. *lib.* 1. *Gaill. d. obser.* 69. *num.* 30.

Præterea non solum visa est tolli o-
17 mnis † æmulationis præsumptio ex maxima vtilitate, quæ Patribus Societatis ex dicta fabrica prouenire, probant testes per ipsos examinati, sed etiam ex eo, quod testes inducti ab ipsis Patribus Dominicanis deponant se nullo modo credere, quod Patres Societatis ędificent ad æmulationem, vel ad causandū damnum Dominicanis. Vltra quod attentè considerata planta, quæ concorditer ab vtraque parte data fuit, Domini aduerterunt ex nouo opere nullum prorsus damnum posse inferri Conuen-
18 tui Dominicanorum, † cum ille reperiatur positus versus Orientem in subliminori loco Ciuitatis, vt dictum est, ita vt salubritas aeris impediri nullo modo possit, cum omnes venti circa illum liberè euagentur, vt fuit optimè ponderatum coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.

Neque obstat, quod constet de æmulatione, ex quo Patres Iesuitæ ad tan-
19 tam † altitudinem fabricam extollunt, vt ex ea interiorem partem Conuentus Prædicatorum inspicere possit; quia hoc etiam obiectum fuit benè sublatum *in d. decis. coram D. meo Decano.* Vltra quod si ex sola altitudine operis, Patres Societatis poterunt introspicere Conuentū Dominicanorum, ipsa etiam altitudo
20 impediet † quominus visus distinctè feratur in obiectum visibile, & sic ista inspectio non apparet aliquo pacto considerabilis, attenta præsertim via intermedia, hęc autem materia æmulatio-
21 nis † plurimum pendet ab arbitrio Iudicis *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 156. *ante fin. Rot. decis.* 475. *sub num.* 9. *par.* 4. *diuers.*

Denique non obstat, quòd fabrica sit facta ad æmulationem sumptibus D. Martini ex nobili familia de Agullana cum prędictus multa verba protulerit contra Dominicanos, quia cum possint concurrere duæ causæ, scilicet eleemosyna pro salute animę, & æmulatio,
22 semper † fieri debet interpretatio, vt fiat pro salute animæ, cum nemo pręsumatur iactare suum *ad l. cum de indebito ff. de probat. Bald. in l. fin. C. de dot. promiss. cum similib.* nec esse immemor
23 salutis ęternæ, ideoque, qui † prætendit opus fieri ad æmulationem, tenetur id concludenter probare, cum versemur in materia obiectiua. *Rot. decis.* 8. & 9. *de except. in nou. Cassad. super reg. num.* 3. *Paris. cons.* 104. *in princ. lib.* 4. Et penitus cessat obiectum, ex quo Collegiū Societatis ex insignibus, & armis apparet fundatum ab antenatis dicti D. Martini,

tini, itaut mirum non sit, quod hodie ipse maiorum suorum piam erga Patres Societatis liberalitatem imitetur.

Reliqua verò, quæ à Patribus Dominicanis, & iuratis fuerunt deducta, vel visa sunt abundè sublata fuisse in alijs decisionibus, vel non egere responsione.

Et ita parte vtraque informante, &c.

☞ * *Idest sub diebus 23. Februarij 1636. & 13. Iunij eiusdem anni, & 24. Nouemb. pariter eiusdem anni, sunt supra in hac parte decisiones 587. 596. & 599.*

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO, Patriarcha Constantinopolitano.

Firmana Pecuniaria.

Die Lunæ 15. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Conductiones duæ, si quis successiuè fecerit, sed distinctè, & separatè, & vnaquæque conductio habuit suum fideiussorem separatum, tunc solutio facta in secunda conductione non potest referri ad primam.

SVMMARIVM.

1 *Soluere, si quis sit coactus id, quod alius soluere tenetur, ei competit repetitio tam contra soluere debentem, quàm cõtra illum, qui ex solutione commodum sensit.*

2 *Quod multò magis procedit, quando in actu solutionis soluens reportauit facultatem retorquendi solutionem contra quos de iure.*

3 *Fideiussoris obligatio expirat, si principalis adimpleuerit id, quod promisit.*

4 *Crediti transfusio de vno in aliud, quãdo cesset. vide num. 5.*

6 *Solutio non debet cedere ad computum debiti iam expirati, &c.*

7 *Conductiones, quando sunt diuersæ, & inter se omninò distinctæ, & separatæ, tunc solutiones proficiscentes à secunda, nullo modo potest referri ad primam.*

8 *Verba posita demonstratiuè non restringunt dispositionem.*

9 *Compensatio, de vna ratione ad aliam non admittitur, quando rationes sunt inter se diuersæ.*

10 *Solutio debet cedere in extinctionem debiti anterioris, & durioris, limita n. 11.*

12 *Calculationis nullitate, & errore stante, pro ea declaranda competit officium Iudicis.*

13 *Debita, quæ iam sunt compensata, non sunt habenda in consideratione.*

DECISIO DCXII.

Placuerunt Dominis fundamenta decisionis emanatæ in hac causa, ☞ die 30. Maij 1636. * in qua resolutum fuit D. Francisco Sauino, qui per detẽtionem carceres coactus fuit soluere de proprio Annonæ Ciuitatis Firmanæ scuta 1814. cum tamen ad ea non teneretur, competere repetitionem, tam contra D. Gasparem Paccaronum, † qui
1 verè ea soluere tenebatur, quàm contra ipsam Ciuitatem, quæ ex solutione Sauini commodum sensit, iuxta textum in *l. 2. §. grani, vbi Bart. Alberic. & §. quod de frumentaria, num. 1. vers. Nota pro potestatibus, ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertin.* Præsertim cum in actu so-
2 lutionis † Sauinus reportauerit facultatem retorquendi executionem contra quos de iure, *l. 2. in princ. vbi gloss. verb. locum habebit*, ibique *Bart. & Doctor. omnes, ff. de cess. bonorum, & l. 2. C. de iur. reip. lib. 11. Surd. cons. 444. num. 9. vers. his tamen.*

Nec obstat, quod Leonardus Bentiuolus conduxerit depositariam frumentariam de anno 1629. sub fideiussione Gasparis Paccaroni, & postea de anno 1630. eam reconduxerit sub fideiussione Francisci Sauini, & ideo cum Leonardus conductor pro seruitio secundæ depositariæ tradiderit frumentum, quod habuit in prima, solutionem pretij dicti frumenti ad Sauinum fideiussorem in secunda, non autem ad Paccaronum fideiussorem in prima spectare, quia hæc obiectio non afficit Sauinum, si quidem ex partitis extractis à libris Ciuitatis, certũ est in secunda conductione à Leonardo plus grani fuisse consignatum, si-
3 ue restitutum, quàm receptum † & consequenter obligatio Sauini, qui fideiussit pro hac secunda conductione omninò expirauit, *glos. fin. in l. cum plures in fin. de euict. cum vulgat.*

Nec dicatur, quod frumentum primæ depositariæ fuit transfusum in secundã, & sic Leonardum in secunda distribuisse frumentum receptum in prima. Quia præ-

prætensa transfusio frumenti de prima in secundam depositariam, tunc posset admitti in præiudicium Sauini fideiussoris secundæ, si Leonardus in fine primæ conductionis reddidisset computa prout tenebatur, ad hoc vt constito de dicti residui quantitate, & qualitate, posset illud postea à regulatoribus Ciuitatis recognosci, mensurari, ac de eo partita creari ad creditum secundæ de-
4 positariæ, sed † cum nullum ex his fecerit, transfusio penitus tollitur ad not. *in leg. 1. C. de canon. frum. Vrb. Rom. & in l. 2. C. de frum. Vrbis Constantinop. lib. 11.* quia aliàs præsumendum est Leonardum conuertisse frumentum in proprium vsum, vt iam Rota firmauit in hac causa ponderando doctrinam *Tiber. Decia. in cons. 11. sub nu. 97. & 98. lib. 1.*
5 vel saltem † dicendum est illud penes eundem Leonardum remansisse tamquã debitum primæ conductionis sub fideiussione Paccaroni, iuxta *disposit. in l. opus 39. ff. locat. vbi glos. verb. approbetur in decis. allegat.*

Nec dicatur quòd partitæ frumenti restituti per Leonardum in secunda depositaria sint contrapositæ debito primæ, & sic cedere debeant in illius extinctionem, quia cum singulæ partitæ sint cum sua data, & relatione ad mandata Grasseriorum, & directa Leonardo, vti depositario Abundantiæ, debent cedere ad computum secundæ depositariæ,
6 quæ † extabat, non autem ad creditum primæ, quæ iam expirauerat, & fuit resoluta in simplicem reliquarum ad trad. *per Bart. & scriben. in l. 1. C. de eden.* Etenim cum istæ conductiones fuerint diuersæ & inter se omninò distinctæ, & separatæ, consignationes proficiscentes
7 à † secunda, nullo modo potuerunt referri ad primam, per text. in *d. l. 2. §. fin. ff. de administr. rerum ad Ciuit. pertinen. l. 1. ff. & C. de solut. Munoz de ratiocin. cap. 36. num. 5. vers. & loquendo, Mant. decis. 77. num. 4.* Idque procederet etiã quod Leonardus tam in prima, quàm in secunda soluisset ad bonum compu-
8 tum, † hæc enim verba tanquam posita demonstratiuè, non alterarent dispositionem iuris, nempè quod compensatio de
9 vna ratione, non admittitur ad † aliam quando rationes sunt diuersę, vt benè vltra *Doctores allegat. in decis. trad. Gabr. cons. 48. sub num. 4. lib. 2.*

Et ex his tollitur, quod granum solutum in secunda depositaria, debet ce-
10 dere in extinctionem primi, † tanquam in causam antiquiorem, & duriorem, quia hoc esset verum, nisi istę duę depositarię essent diuersę, & separatæ, nam hoc stante cum vnaquęque depositaria
11 habeat suum fideiussorem distinctum, † consignationes factæ in secunda non possunt referri ad primam, per text. in *d. l. 2. §. fin. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertinen.*

Nec obstat, quod Leonardus permiserit, quòd computa vtriusque depositariæ calcularentur, tanquam vnius depositariæ ad debitum Sauini, quia adhuc Sauinus potest dare de nullitate, & er-
12 rore d. calculationis, pro † qua nullitate declaranda competit officium Iudicis, vt latè fuit ponderatum in decisione, quæ reuidetur, *vers. nec videtur attendendum*, vt benè notat *Castrens. in cons. 285. num. 3. vers. aliter esset lib. 1.* & facit doctrina *Corn. cons. 111. num. 4. & 5. lib. 4. Gerius Spin. cons. 23. num. 16. & seqq.*

Nec facit, quòd Sauinus agnouerit hoc debitum ad se spectare, dum in diminutionem illius exegit à Bentiuolo scuta 400. vt Summ. Ciuitatis num. 6. quia d. exactio, & alia ex aduerso opposita processerunt de tempore, quo computa, nedum non erant visa, sed denegabantur, & denegata fuerunt, donec Ciuitati fuit integrè satisfactum, & proinde cum adhuc sciri non posset an debitum caderet in secunda depositaria non censetur Sauinus per illam exactionem, aut alios actus voluisse agnoscere debitum, quod ad ipsum non spectabat.

Nec videtur habenda ratio de dictis scutis 400. & alijs, quæ asseruntur per Sauinum exacta ex effectibus Leonardi vsque ad summam scutorum 1090. quia
13 fuerunt † iam compensata, cum solutio facta per Sauinum importet scuta 2905. & hodie solum repetat 1814. pro residuo soluta de proprijs pecunijs.

Reliqua verò fuerunt abundè sublata in decisione. Et ita parte vtraque &c.

☞ *Est supra in hac parte decisio 592. vbi alias decisiones in hac causa annotaui.*

RE-

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO. Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Stagni.

Die Lunæ 19. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Dominium ad effectum recognitionis ex quibus benè, & plusquam concludenter dicatur probatum. Error, vel ignorantia quando, & ex quibus casibus non sit alleganda.

SVMMARIVM.

1 *Dantis iure resoluto, ius pariter accipientis remanet extinctum.*

2 *Dominium ad effectum recognitionis, vt probetur, sufficiunt leuiores probationes. & num. 12.*

3 *Et caducitatis acceptatione, illius remissione facta à directo Domino, cum concessione nouæ inuestituræ, tanquam de re emphyteutica, probatur illius dominium.*

4 *Confessio non solum est apta nocere confitenti, sed etiam suis successoribus in actione personali.*

5 *In feudum quis potest rem propriam recognoscere, & sibi præiudicat.*

6 *Dominium directum probari potest ex promissione emphyteutæ soluendi tam canones decursos, quàm decurrendos.*

7 *Ex locationibus successiuis factis alicui inferri potest ad eius directum dominium.*

8 *Solutiones plures Canonis sunt sufficientes ad probandum dominium etiam contra tertium.*

9 *Solutiones Canonis, benè probari possunt ex confessione iudiciali partis soluentis.*

10 *Solutiones tres postremæ sunt sufficientes ad probandum, quòd totum decursum fuerit integrè solutum.*

11 *Dominium non probatur ex instrumentis locationum, solutionibus, confessionibus, & alijs similibus adminiculis.*

13 *Dominium non probatur ex recognitionibus, quando in recognitionibus non fit mentio dominij, quia illæ possunt fieri ex causa census.*

Dominium ex recognitionibus non probatur, quando agitur de vendicanda re num. 13.

14 *Dominium, quando sufficienter probetur ex instrumentis locationum, solutionibus, confessionibus, & alijs adminiculis.*

15 *Dominij negatiua in præiudicium domini directi ex aliqua gneralitate non dicitur probata, amplia num. 17.*

16 *De actu negatiuo non conficitur instrumentum.*

18 *Errorem, vel ignorantiam nemo potest allegare, iu his, quæ fiunt matura deliberatione.*

19 *Error excluditur stante continuatione actuum.*

20 *Rei propriæ nemo præsumitur ignarus.*

21 *Emphyteuta, si vocetur Dominus, & possessor rei, ista verba sunt referenda ad dominium vtile, & naturale.*

22 *Instrumentum vnum ab alio declaratur.*

23 *Ratificasse id, quis est dicendum, si constituerit procuratorem ad illud ratificandum.*

24 *Successores singulares possunt facere de bonis suis, quicquid eorum antecessores facere poterant.*

25 *Recognitio matris, vti tutricis, & curatricis nocet filio, amplia num. 26. scilicet si filius effectus maior id ratificauerit.*

26 *Instrumenti approbatio inducitur, si illud quis producat in actis, & eo vtatur.*

27 *In venditionibus bonorum emphyteuticorum debetur laudemium Domino directo.*

28 *Laudemium soluitur ad hoc, vt Dominus directus alienationem approbet.*

29 *Laudemium nuncupandum est laudatitium, quia dominus contractum laudat, suum præstando assensum.*

30 *Emphyteuta, quando vult alienare rem emphyteuticam, tunc dominus directus habet prælationem volentibus eam acquirere.*

31 *Text. in l. si quis conductionis. C. locat. quid disponat.*

32 *L. si quis conductionis C. locati propriè loquitur inter locatorem, & conductorem.*

33 *Et ideò multi Doctores affirmant nullatenus posse extendi ad contractum emphyteuticum, feudalem, aut ad alium dissimilem à contractu locationis.*

34 *Conductor non sibi, sed Domino possidet, & ideò si finita locatione neget rem conductam restituere dicitur spoliare.*

35 *Sed non sic est in emphytheuta, cum possideat naturaliter.*

36 *In emphyteutico contractu habet etiam locum remedium l.si quis conductionis, C.locat.*

37 *Et hæc est verior opinio, & hoc est valde notandum, cum sit valde proficuum.*

38 *Dominij probatio est omnium probationum difficillima.*

39 *Dominij probatio aliquando est tam difficilis, vt reputetur impossibilis.*

40 *Iure suo quis non debet priuari ob rigorem probationum.*

41 *Locupletari quis non debet cum aliena iactura.*

42 *Dominium sicuti per plures actus se extendit, ita ex eisdem potest inferri ad illius probationem etiam ad effectum deuolutionis.*

DECISIO DCXIII.

CLaræ mem. Cardinalis Baronius vti Abbas S.Gregorij de anno 1602. acceptauit deuolutionem Stagni, de quo agitur ad fauorem dictæ Ecclesiæ, ex quo ab emphyteutis per nouennium cessatum fuerat in solutione annui canonis scutorum 15. sed postea benignius agengo, idem stagnum sub eodem annuo canone iure emphytheutico eisdem iterum concessit, & Ioannes Baptista Catalanus vnus ex inuestitis, tam proprio, quàm aliorum participantium nomine directum Ecclesiæ dominium agnoscens, in instrumento expresè confessus est; hoc stagnum sibi ipsis, ac suorum authorum filijs legitimis, & naturalibus, ac descendentibus masculis tantum, ac de legitimo matrimonio procreatis, durante linea masculina, in perpetuum iure emphyteutico fuisse concessum; promittens vlterius omnes inuestitos illud ab inde citra ad instar rei emphytheuticæ retenturos, ac durantibus lineis prædictis, non solum futuros canones, verum etiam decursos soluturos preuia cessione nominis debitoris pro scutis 135. Pacto insuper adiecto, quod si aliquis ex dictis participantibus hoc instrumentum ratificare recusasset, aut illud impugnasset, tunc remissio caducitatis sic recusanti, aut repugnanti non prodesset, sed illius rata ad d. Cardinalem directum dominum deuolueretur, qui eam in gratiam non contrauenientium concedere posset, prout in istrumento, summario num. 1. Et hæc quidem recognitio, vti nomine omnium participantium facta, ita equaliter ab omnibus ratificata fuit, ac successiuè ab omnibus singulæ eorum partes locatæ fuerunt, cum expressa assertione eiusdem iuris Ecclesiæ sum. num. 2. & 3.

Euenit, quod de anno 1615. ad instantiam Hospitalis S.Sixti Francisco Piccino, tanquam vltimo, & maiori oblatori, fuit subhastata, & deliberata portio, quam in hoc stagno Marcus Aurelius Catalanus retinebat pro scutis 750. reseruato consensu rec. mem. Scipionis Card. Burghesij tunc Abbatis Proprietarij, qui de anno 1631. consensit, & condonauit laudemium Victorio prædicti Francisci emptoris filio, qui promisit soluere canonem in futurum, & seruare pacta emphyteutica, aliaque contenta in supradicto instrumento Card. Baronij, vt in sum. num. 5.

Cum autem de ann. 1627. D. Augustinus Theulus, alijq; participantes prætenderent, quod sequuta morte d. Marci Aurelij, portio illius vendita d. Piccino per ius accrescendi ad ipsos spectaret,
1 (quasi quod resoluto † iure datoris, ius pariter emptoris dissolutum remaneret) illum coram A.C. interpellarunt ad sibi ipsis soluendum in futurum affictus pro rata à se empta. Verùm cum ad instantiam d. Hospitalis S. Sixti, causa coram suo Iudice reassumpta fuisset, aduertens Dominus Card. Scipio hanc litem in sui præiudicium intentari, ac prætendens, quod portiones sic decedentium directo Domino, non autem participantibus acquiri deberent, obtinuit admitti ad causam pro omni suo iure, & interesse, & post litem prosequutam vsque ad annum 1633. DD. Paulus de Quinque, & Augustinus Theulus negare ceperunt Ecclesiæ dominium, quapropter cum post obitum dicti Card. Scipionis, de eadem Abbatia fuerit prouisus Eminentiss. D. Petrus Maria Cardinalis Burghesius, placuit ad illius instantiam inquirere, an constet de dominio Ecclesiæ ad effectum recognitionis, & Domini de eo constare responderunt ex probationibus illud ne-
2 cessariò inserentibus † quamuis aliàs in hac materia sufficerent leuiores, *l. indicia. C. de rei vendic. Bart. in l. audiam n.4. ff. de condit. instit. Rip. in l. rem, quæ nobis num. 52. ff. de acquir. possess. Paris. cons. 104. n. 103. lib. 1. Boer. decis. 42. num. 2. & seqq.* & fuit resolutum in *Lauden. deuolutionis*

tionis 26. Iunij 1596. coram bon. mem. Corduba, & in Romana proprietatis 18. Iunij 1601. coram bon. mem. Card. Pamphilio.

Prima igitur probatio deducebatur ex acceptatione caducitatis, illiusque remissione postea facta à Cardin. Baronio
3 † cum concessione nouę inuestituræ tanquam de re emphyteutica. *l. censualis, vbi Bald. C. de donat. Bart. in l. rura, C. de agr. desert. lib. 11. Natt. cons. 26. n. 6. Siluan. cons. 57. in princ.* & fuit in terminis resolutum in *d. Lauden. deuolutionis 21. Aprilis 1597. coram bon. mem. Corduba.*

Secunda, ex quo inuestiti expresse asseruerunt quod stagnum iam antea erat de directo dominio, & proprietate Ab-
4 batiæ, † quæ assertio non solùm est apta nocere confitentibus, sed etiam eorum successoribus in actione personali. *Rip. in l. si aliquam rem 28. n. 39. vers. & iterum subdistingue, ff. de acquir. possess. Ruin. cons. 50. n. 11. & seqq. lib. 1. Surd. cons. 449.*
5 *num. 38.* vbi quod quis potest etiam † rem propriam in feudum recognoscere, & sibi præiudicat. *Valasc. de iur. emphyth. quæst. 9. n. 18. post med. vers. cæterum. Rot. decis. 693. n. 2. & decis. 776. n. 1. part. 1. diuers. & in recent. decis. 249. num. 3. & dec. 290. num. 2. part. 1. & dec. 193. n. 2. vers. & quod magis part. 2. & decis. 359. n. 12. vers. Quarto concurrit, & num. seqq. par. 5. & fuit dictum in Romana deuolutionis 28. Maij 1631. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Nouarien bonorum 15. Decembris 1632. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

Tertia, ex promissione soluendi canones decursos, & in futurum decurrendos
6 † durantibus lineis masculorum promittentium. *Rot. decis. 400. n. 6. & tribus seqq. & decis. 249. n. 3. part. 1. recent. Gratian. discept. 912. n. 33. vers. præterea.*

Quarta ex successiuis locationibus factis à Participantibus cum pacto, quòd locatione durante conductor teneretur
7 annuatim soluere † Abbati ratã canonis eorum quemlibet tangentis *ad tex. in l. fin. C. de iur. emphyt. Fel. in cap. cum causam, n. 4. vers. est verum de probat. Gozad. cons. 94. n. 57. in fin. Siluan. cons. 57. n. 10. cum duob. seqq. Bursat. cons. 27. n. 4. & seqq. Gabriel. de locat. conclus. 4. n. 17. Rot. in recentior. part. 5. decis. 359. num. 12.* & fuit ponderatum *in Nouarien. bonorum 9. Iun. 1610. cor. bon. mem. Card. Lancell.*

Quinta, ex continuatis solutionibus dicti canonis vltra spacium 30. annorum.
8 quæ † quidem solutiones de per se videntur sufficere ad probandum dominium contra tertium. *Specul. tit. de emphyt. §. nunc aliqua, n. 67. vers. quinquagesimo tertio. Felin. in cap. cum Bertoldus n. 28. de re iudic. Castrens. in l. sicuti. § sed si quæratur, n. 8. vers. & per prædicta, ff. de seruit. vendic. Alexand. cons. 8. vers. præterea vol. 7. Aym. cons. 434. n. 5. & seqq. & signanter num. 12. Seraphin. decis. 869. n. 3. Guido d. 272. sub. n. 2. in fin. vers. sed præmissis non obstantibus,* vbi, quod ita seruat stylus, & consuetudo Curiarum, & quod vidit super hoc articulo tempore suo vltra centum sententias. *Caputaq. decis. 292. lib. 4. Rot. decis. 290. n. 4. part. 1. recent. Caualer decis. 291. n. 4. vers. dabantur etiam, & decis. 654. num. 2. & seqq.*

De solutionibus autem visum est constare tum ex responsionibus Aemilij Teu-
9 li ad articulos, in quibus † fatetur à toto tempore sui recordatus fuisse solutos canones. *Dec. in rubr. extr. de probat. numer. 27. & seqq. Gregor. XV. decis. 92. n. 1.* Tum etiam ex ordinibus directis Banco D. Bonanni ex libris ipsius nouiter extractis cantantibus in causam canonis, & ex solutionibus pro octo postremis annis
10 † licet tres vltimæ sufficerent ad probandum, quod totum decursum fuerit integrè solutum, *l. quicumque C. de apoc. publ. lib. 10. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de emphyt. §. 1. n. 38. vers. pro tribus annis. Ias. in le. 2. n. 135. C. de iur. emphyt. Gabr. conclus. 11. de præsumpt. n. 2. & seqq. Rot. decis. 3. de locat. in nouis.* & fuit resolutum iu *Bononien. de Cardinalibus 11. Ianuarij 1602. coram bon. mem. Hieronymo Card. Pamphilio.*

Nec obstat *Caputaq. decis. 282. part. 1.* in qua dicitur, quod ex instrumentis lo-
11 cationum, † solutionibus, confessionibus, ac alijs similibus adminiculis non probetur dominium, quia vltra quod
12 quando agitur de eo † probando ad effectum recognitionis tantum, omnes admittunt sufficere leuiores probationes, ex supra citatis, nec Caputaq. contradicit,
13 † fuit responsum ipsius opinionem habere locum, quando in recognitione non fit mentio dominij, quia tunc potuit fieri ex causa census, vt declarat *Rot. decis. 420. n. 3. part. 3. recent.* vel quando agitur de vendicanda re, & potest esse dubium, quod bona ab alio, quàm ab Ecclesia in emphyteutam peruenerint, quia aliàs

remotâ hac dubitatione, instrumenta,
14 † locationum, solutiones, ac confessiones sufficienter probant dominium. *Rot. in recent.d.decis.290.n.6. & seq.& d. decis.409.n.6.part.1.* prout etiam cōciliando decisiones hucusque emanatas, apertius distinxit *Rot. in alleg. Nouar. onor. 15.Dec.1632. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

Nec pro exclusione dicti dominij visum est aliquid releuare instrumentum concordiæ celebratum de anno 1573. inter Commendatarium Abbatem Regularem, & alios, in quo instrumento à Participantibus dicitur promissa solutio ducatorum 20. correspectiuè ad pascua, & ligna dumtaxat, & fascinas, quæ ex Casali Malagrottæ cohærenti percipiebantur ad claudendum stagnum, ac pro omni, & toto eo, quod Abbatia prætendere posset super dicto stagno, nullo facto verbo de aliqua recognitione dominij, fuit enim responsum instrumentum prędictum deseruire potius pro maiori probatione dominij ipsius Ecclesiæ, nam in principio ipsius referuntur quidem supradictæ prætensiones Participantium, qui tanquam studentes se subtrahere ab annua præstatione ducatorum 20.prætendebant, quòd illa esset correspectiua pascuis & lignis, quæ pro animalibus, & pro claudendo stagno respectiuè percipiebantur in Casali Malagrottæ, per cuius ademptionem ipsi Monasterio cessasset quoque ista correspectiua responsio, sed fuit ponderatum ex eodem instrumento clarè etiam patere, quod Abbas hanc correspectiuitatem absolutè negauit, & Participantes non obstantibus eorum prætensionibus non solum decursa soluerunt, sed decurrenda etiam soluere promiserunt, & quamuis promissio fuerit ita vniuersaliter concepta pro omni, & toto eo, quod Ecclesia prætendere posset; nulla facta expressione, quod fit pro recognitione
15 dominij directi; † attamen ex illa generalitate non potest dici probata negatiua dominij in præiudicium Ecclesiæ. *Ad text.in l.non hoc, C.vnde legit. c. in præ-*
16 *sentia de probationib.* De actu † enim negatiuo instrumentum non conficitur. *Io. Andr.in cap.1.de præscript.in 6.n.4.in fin. vbi Gemin.n.16.Alex.cons.16.n.17. lib.5.* & fuit dictum in allegata *Lauden. deuolutionis 26. Iunij 1596. coram Corduba.* Et tanto minus, dum postea in instrumento anni 1602. generalitas illa fuit specialiter agnita, & à partibus manife-
17 stata, † quod scilicet esset pro recognitione dominij, ad tradita per *Bal.in l.legatum, § qui plures, num. 1. in fin. vers. sed quando, ff.de legat.2.* Atque hic intellectus eò magis suadetur, quo solutio promissa in concordia anni 1573. non poterat amplius esse correspectiua ad pascua, & ad ligna pro claudendo stagno, cum hęc iam antea cessassent per ademptionem Casalis, & ideo necessariò debuit esse pro dominij recognitione, quæ congruè comprehendebatur sub generali prætensione Ecclesiæ respectu dictæ solutionis ducatorum 20.

Et ex his visum est etiam tolli, quod ex d. instrumento anni 1573. detegatur erronea concessio Card. Baronij, quia
18 vltra quod in actibus, † qui matura deliberatione fiunt, prout in eo casu, ad euitandam deuolutionem iam acceptatam, nemo errorem, vel ignorantiam potest allegare, vt per *glos. in cap.ex litteris, verb. admonita, de diuort. Roman. cons.346.n.10.vers.quia ibi,* & continua-
19 tæ solutiones, ac locationes † excludunt errorem, *Rot. d. decis.420.sub num. 4. vers. nec præsumitur, part. 3. recent.* fuit etiam ponderatum, quò cum ista duo instrumenta sint inter se compatibilia, cesset omnis præsumptio erroris, & pręsertim dum Io.Baptista Catalanus procurator ad illum actum deputatus ab
20 alijs participantibus, † agebat etiam rem propriam, cuius nemo præsumitur ignarus *l.fin.& ibi Bart. n. 2. ff. pro suo Socc.Iun.cons. 39. num. 118. lib. 1. Aym. cons.6.num.16.*

Nec obstat, quòd in eodem instrumento anni 1573. Participantes vocentur domini, & possessores huius stagni,
21 quia prædicta verba sunt referenda † ad dominium vtile, & naturale, quod iuxta subiectam materiam defertur in inuestitum, idque clarè patet ex instrumento anni 1602. in quo Catalanus, qui pro omnibus stipulatus fuit, vocatur vnicus ex vtilibus dominis Aquarij stagni,
22 vnum enim instrumentum † ab alio declaratur, ex notat.per *Bald. & Ias. in l. qui filiabus in prin. num. 5. ff. de legat. 1. cum similibus.*

Minus releuat, quod Laurentius de Quinque, ac Theulus dictum instrumentum Card.Baronij non ratificarunt, quia vltra quod respectu Laurentij manifestè

23 pro-

23 probatur ipsum † constituisse procuratorem Dominum Ioannem Baptistam Catalanum ad ratificandum, summario numer. 2. in fine, prout postea tàm dicti Laurentij, quàm proprio, & Thomæ fratris nomine illud ratificauit, ex abundanti dicitur, quod instrumentum prædictum fuit etiam ratificatum à deputatis creditorum dicti Laurentij, qui cum de eo tempore omnia eius bona admini-
24 strarent, † dicebantur singulares successores, & poterant facere quicquid ipse Laurentius de bonis suis facere potuisset iuxta trad. per *Rot. decis. 53. sub numer. 2. post Pacif. de saluian. inter dict. cum alijs adductis per Gratian. discept. 401. n. 39. & seqq.*

Respectu verò Theuli non solum ratificatum fuit à Magdalena ipsius matre
25 vti tutrice, & curatrice, † prout datur fides tutelæ cum decreto iudicis, alijsque solemnitatibus, ad not. *in l. 2. §, quod obseruari, C. de iuram. calum. Rom. cons. 389. num. 3. Gutt. de tutel. part. 3. c. 1. num. 79.* Verum etiam adest expressa ratificatio facta ab eo effecto maiore per
26 productionem, † & vsum dicti instrumenti in locationibus factis pro rata illi tangente, *Rom. cons. 63. n. 3. Afflict. dec. 25. n. 5. Caputaq. decis. 193. part. 1. Greg. decis. 238. n. 5. & ibi latè Adden.*

Cum igitur ex supradictis clarè probetur dominium ad effectum recognitionis, duo etiam tanquam in necessariam sequelam Domini putarunt esse admittenda; primum scilicet, quod in
27 † venditionibus Eminentissimo Abbati debebatur laudemium *iuxt. l. fin. C. de iur. emphyt. Rot. decis. 168. n. 1. part. 2. diuers.* & firmatum fuit in dicta *Lauden. deuolutionis 26. Iunij 1596. coram Corduba*,
28 laudemium enim soluitur † ad hoc, vt directus Dominus alienationem approbet, *Ias. in l. fin. n. 39. C. de iur. emph. Afflict. in §. illud quoque n. 14. tit. de prohibit. alienat. fact. per Feder. Bertrand. cons. 140. n. 2. lib. 6. latè Valasc. de iur. emph. quæst. 29. Alciat. lib. 1. Parergr. c. 45. n. 6.* qui dicit nuncupandũ esse Laudatitium,
29 † quia dominus contractum laudat suum præstando assensum; alterum, quod eidem Eminentissimo Abbati competat,
30 † prælatio iuxta iuris communis dispositionem, de qua in *d. l. fin. C. de iur. emph. & sensit Rot. in alleg. Lauden. deuolutionis 9. Decemb. 1599. coram Corduba.*

Et ita fuit decisum parte vtraque &c.

ANNOTATIO.

In eadem causa emanarunt coram eodem Reuerendiss. D. meo Patriarcha tres aliæ insignes, & famigeratæ decisiones, videlicet *sub diebus 27. Aprilis 1640. 10. Iunij 1641. & 16. Decemb. eiusdem anni*, in quibus viua ratione, optimisque fundamentis ventilatur, & resoluitur, quod
31 dispositio *text. in l. si quis conductionis C. locat.* in quo † per hæc verba disponitur, *si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcumque rem accipit, possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare*, vt scilicet dispositio *d. text.* licèt propriè loquendo, habeat lo-
32 cum inter locatorem, † & conductorem, itaut multi Doctores affirment nullo modo posse intrare in contractu emphy-
33 teutico, feudali, † aut in alio à contractu locationi dissimili, vt per *Contard. in l. vnic. in ampliat. n. 76. C. si de momen. poss. latè Rimin. sen. cons. 94. n. 19. & plurib. seqq. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 11. n. 61.* ea præcipua ratione, quia conductor, qui non sibi, sed Domino possidet,
34 si finita locatione rem † conductam restituere neget, dicitur spoliare, *Cephal. cons. 47. n. 40. lib. 1. cum alijs per ipsum al-*
35 *leg.* sed emphyteuta dum sibi † naturaliter possidet, etiam quod alterius dominium controuertat, non propterea est spoliator. Quicquid tamen sit, contra-
36 ria opinio est verior, † quod scilicet *d. l. si quis conductionis* procedat etiam in contractu emphyteutico, & ista fuit opinio *Bart. in l. legata inutilia n. 2. vers. nam siquidem ff. de adim. leg. Paris. in addit. ad Bart. in d. l. si quis conductionis littera Apost. med. Specul. de locat. §. nunc aliqua n. 82. cum multis alijs.* & in hac materia multus ero, *in altero Tom. in causa Colimbrien. prædij 18. Maij 1618. coram bon. mem. Reuerendiss. Dunozetto in Annot.*
37 *ad n. 6.* & prædicta conclusio † continua memoria est commendanda, cum valde proficua sit, nam eius intuitu Dominus directus ferè releuatur ab onere proba-
38 tionis dominij, quæ probatio † est omnium difficillima, vt notant Doctores communi calamo *in l. cum res C. de probat.* & quidem reputatur adeo difficilis,
39 & † inestricabilis, vt quandoque censeatur impossibilis, *vt inquit glos. in l. cum res. C. de probat. cum alijs copiosè relatis per Boer. decis. 42. sub n. 25.* quo casu, quæ pro-

40 probationes sufficiant ne quis, iuribus † omnibus reclamantibus, iniustè ob rigorem probationum, quod suum est amitti & alteri indebitè acquiratur, locu-
41 pletando se † cum aliena iactura *dicam latè, & plura circa hoc adducam in altero tomo in annotatione ad decisionem in causa Romana Domus S. Mariæ Maioris 28. Maij 1625. coram bon. mem. Reuerendiss. Pirouano,* in qua decisione firmatur, quod sicuti dominium per plures actus
42 se † extendit, ita etiam ex eisdem potest inferri ad illius probationem etiam ad effectum deuolutionis, &c.

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. P. D. CARRILLO.

Abulen. Iurispatronatus.

Die Lunæ 22. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Cappellam aliquam dotans, sibi acquirit iuspatronatus, etiam si illud expresse sibi non reseruauerit, dummodo illud non remiserit. Vniuersitas, vel populus vt acquirat iuspatronatus ex constructione Capellæ ex piorum eleemosynis, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus ex dotatione, quis acquirit, etiam si ipse illud expressè sibi non reseruauerit, dummodo illud non remiserit.*

2 *Iuspatronatus, quando vigore priuilegij optimè substinetur, & n. 5.*

3 *Cappella aliqua si sit fundata ex piorum eleemosynis, consequenter excluditur iuspatronatus alicuius particularis personæ.*

4 *Capella aliqua, etiam si sit constructa ab vniuersitate, vel Populo, adhuc illis non competit iuspatronatus, nisi simul probetur, eleemosynas fuisse datas animo acquirendi iuspatronatus.*

DECISIO DCXIV.

Postquam resolutum fuit sub die 8. præsentis mensis * constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem hæredum bonæ memoriæ Cardinalis de Spinosa aduersus sententiam Rotalem, quæ reformabat inscriptionem appositam in marmoreo lapide iuxta eius sepulchrum in Cappella maiori Ecclesiæ Parrocchialis Beatæ Mariæ del Varco Oppidi de Martinmuñoz de las posadas Abuleñ Diœcesis, proposui dubium an constaret de iurepatronatus in dicta Capella, & Domini affirmatiuè responderunt ex duplici capite. Primo ratione dotationis factæ per dictos hæredes, qui est vnus ex tribus modis, quibus acqui-
1 ritur iuspatronatus, † etiam si dotans illud expresè sibi non reseruauerit, dummodo illud non remiserit, ex *notat. per glos. in cap. quicumque 16. quæst. 7. Abbas in c. 3. n. 4. de Ecclesiæ ædif. Garz. de benef. 5 part. c. 4. n. 63. Viuian. de iurepatr. 1. part. lib. 2. cap. 1. num. 9. Campanil. in diuers. iuris Can. rubr. 11. c. 13. Rot. decis. 5. de iurepatr. in antiq.* & latius fuit comprobatum coram me sub dicta die 8. huius mensis, vt in dicta decis. §. sed etiam.

Secundò, quia de prædicto patronatu constat ex concessione facta in litteris sanctæ memoriæ Gregorij XIII. datis
2 in summario antiq. num. 1. & 2. † vbi clarè legitur fuisse obtentum ex titulo oneroso ratione dotis, & sic vigore priuilegij optimè sustinetur, *Garz. d. c. 9. numer. 121. Gonzal. in regul. 8. glos. 28. n. 22. & glos. 36. n. 36. Rot. decis. 269. part. 2. diuers. & dec. 161. & 189. part. 5. recent.*

Nec obstat repetita obiectio, quod prædicta Cappella fuerit etiam fundata
3 ex piorum † eleemosynis, & consequenter excludatur iuspatronatus hæredum dicti Cardinalis; quoniam vltra quod bene tollitur obiectum ex deductis in decisione huius causæ §. nec obstat dixerunt Domini, quod etiam si fuisset constru-
4 cta † Cappella ab Vniuersitate, vel Populo, adhuc iuspatronatus illis non competeret nisi simul probetur, eleemosinas fuisse datas animo acquirendi iuspatronatus, *Lambertin. lib. 1. part. 1. quæst. 5. art. 21. n. 9. & quæst. 7. art. 17. n. 10.* Vnde resolutum fuit constare de iurepatronatus, tàm ratione dotationis,
5 quàm † ex priuilegio obtento ex titulo oneroso in dicta Cappella maiori, sicut etiam in nouem alijs Cappellanijs in eadem Cappella erectis iuxta tenorem inscriptionis, & litterarum Apostolicarum, super quibus Cappellanijs nulla adest questio, nec inter partes hoc controuertitur.

Et

Et ita decisum vna tantum parte informante, &c,

* *Est supra in hac parte deciss.609.*

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO, Patriarcha Constantinopolitano.

Romana Officij Mandatariatus.

Die Mercurij 1. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Officium aliquod, si sit de regalibus Principis, vt eius resignatio facta à possidente ad fauorem tertij, valeat, quid requiratur, & ad hoc, vt non remaneat amplius sub periculo vitæ resignantis.

SVMMARIVM.

1 *Notarij fides, non facit fidem, & maximè si careat testibus.*
2 *Officium aliquod, si maneat sub vitæ periculo alicuius, secuta eius morte illud vacat.*
3 *Resignatio officij coram Notario, & testibus valet, quando in eius erectione id fuit cautum.*
4 *Officiorum tituli, quando non sunt in commercio sine auctoritate superioris, tunc necessariò requiritur consensus ipsius superioris in resignatione ad hoc vt dicta officia non dicantur vacare per obitum illius, qui resignauit.*
5 *Officia, quando sunt de regalibus Principis, nunquam alicui dicitur acquiri illorum possessio, in præiudicium superioris.*
6 *Officia aliqua, quando sunt de regalibus Principis, tunc etiam pro translatione possessionis dd. officiorum in resignatarium pro forma requiritur expeditio litterarum patentium, ac iuramenti præstatio.*
7 *Notarius si receperit resignationem alicuius officij nomine superioris, tunc d. officium desinit esse sub periculo resignantis vitæ.*
8 *Sed hoc intellige in simplici resignatione, & in abdicatione à se proprij iuris, sed secus est si fiat ad fauorem tertij, vt illo officium acquiratur.*
9 *Officij alicuius resignatio, quando fit ad fauorem tertij, tunc sunt adhibendæ plures diligentiæ, ne amissio sequatur in fraudem Domini directi.*
10 *Actus dicitur imperfectus, si dependeat, à futuris probationibus faciendis.*
11 *Officij resignationis admissio, superior denegare potest, si iustè, & probabiliter suspicari potest, quod fiat in fraudem eminentis vacationis.*
12 *Obitus attribuendus est causæ indubitabili, non autem incertæ.*
13 *Accessus è Ciuitate Neapolis ad Vrbem de mense Augusti, & Septembris est adeo periculosus, vt ferè nullus venientium mortem euitet.*
14 *Peritis in arte præstanda est plena fides.*
15 *Possessio anterior in concursu est manutenibilis.*
16 *Possessio proueniens à radice patenter infecta est minimè considerabilis, amplia n.17.*
18 *In Manutentionis summarijssimo iudicio inspicitur sola facti detentatio.*
19 *Petitorium, quando perimit ipsam possessionem, tunc potest de eo agi etiam in iudicio manutentionis.*

DECISIO DCXV.

CVm fuerit resolutum sub die 23. Martij præteriti * BenedictoRuggerio dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione officij Mantdatariatus Eminentissimi Cardinalis Vicarij, iterum hodie articulo discusso, Domini perstiterunt in decisis, quia prętensa resignatio Cicognolæ, in qua ex aduerso fit potissimum fundamentum, non probatur nisi per quandam Notarij
1 fidem, † quæ fidem non facere testatur *Cæs.de Grass. decis. 2. num. 13. de spons. Greg.decis.214.n. 2.* maximè cum careat testibus, *Rot.decis.624.n. 10. part. 1. recent.* Ac proinde, quod dum pro parte D. Equitis Iosephi concludenter non probatur, quod à bon. mem. Cardinale Mellino fuerat admissa resignatio dicti officij, quod erat sub periculo vitæ ipsius Cicognolæ, remanet indubitatum,
2 quod secuta interim † ipsius morte, officium vacauerit per ea, quæ tradit *Seraph.decis.1294.n.5.Gratian.discept.276. num.63.*Cum non versemur in officio, in cuius erectione fuerit cautum valere ipsius resignationem † coram solo Nota-
3 rio, & testibus, de quo loquitur idem *Seraph.decis. 389.n.3.*sed in ijs, quæ respectu tituli non sunt in commercio sine
4 superioris auctoritate, & † sic necessariò

riò requirebatur ipsius Cardinalis consensus in resignatione, ne officium diceretur vacare per mortem, *Roland. cons.* 11.*in princ.n.3.lib.2.Sarnen.de infirm. resign.quæst.*22.*Rot.decis.*495.*n.*2.*&* 3.*par.* 2.*recent.* Cum enim ista officia dicantur
5 de regalibus Principis, † nunquam alicui dicitur acquiri ipsorum possessio in præiudicium superioris, *Luc.de Penna n.*2.*C.de fundo limetrop.lib.*11. *Molin. de Magistrat.lib.*1. *cap.* 11. Quinimò etiam pro translatione possessionis officii in re-
6 signatarium, pro forma † requiritur expeditio litterarum patentium, *l. in offic. & l.ad probatorias.C.de diuers.offic.Boer. decis.*150.*n.*9.*in fine*, ac iuramenti præstatio, *Boër. decis.* 249. *n.* 9. Quæ omnia benè concurrunt in benedicto Ruggerio prouiso à Cardinali.

Non obstat, quod Notarius receperit resignationem nomine superioris, &
7 quod propterea † tunc officium desineret esse sub periculo vitæ Cicognolæ, per ea quæ tradunt *Boer.decis.*348. *Paris. de resignat.quæst.*9.*n.*126.quia hoc procedit in simplici resignatione, ac in abdica-
8 tione à se proprij iuris, † secus autem quando fit resignatio ad fauorem tertij, vt illi officium acquiratur, tali enim ca-
9 su fiunt plures † diligentiæ ne admissio sequatur in fraudem Domini directi, vt benè per *Seraph.d.decis.*1294.*n.* 2. *Boer. decis.*149.

Nec releuat dicere, quod D. Cardinalis dederit ordinem Odoardo Tibaldesco Secretario, vt constito de superuiuentia Cicognolæ per fidem authenticam resignationem admitteret, quia duplex tempus venit considerandum, primum dum Cicognola degebat Neapoli, & potest dici quod tunc ades-
10 set consensus quidam imperfectus, † tanquam dependens à probationibus faciendis circa vitam Cicognolæ,quæ probationes postea imperfectæ fuerunt declaratæ, alterum verò tempus postquam Cicognola venit ad Vrbem, nam tunc ob intempestiuam aeris cõmutationem æstiuis temporibus, Cardinalis iustè, & probabiliter de ipsius morte dubitans,
11 † prout casus euenit, tanquam in fraudem imminentis vacationis, potuit admissionem resignationis denegare, *Castrac.de societ cap.* 40. *num.* 43. *& seq. Seraph.d.decis.*1294. *num.*5. *& fuit resolutum in Conchen. Notariatus* 26. *Nouembr. coram bon.mem.Litta*.

Nec releuat si dicatur Cicognolam obijsse ex noua causa venationis, quia
12 non probatur, & sic obitus est † attribuendus indubitabili causæ aeris, *Farinac. de homicid. quæst.* 127. *num.* 72. Et per hoc optimè facit *decisio* 436. *per tot. par.* 2. *recen.* Accedente præsertim iudicio duorum principalium Medicorũ Vrbis attestantium accessum è Ciuitate
13 Neapolis † ad Vrbem de mense Augusti, & Septembris esse adeo periculosum, vt ferè nullus venientium mortem euadat, in tantum, vt quamuis iste, qui ad Vrbem accessit, steterit sanus per 20. dies, & vltra, si postea infirmetur, infirmitas tribuenda omninò sit mutationi
14 aeris, & non alteri causæ, peritis † autẽ in arte præstanda est plena fides, *Paris. de resign. lib.* 12. *quæst.* 6. *num.* 18. *Farinac. supracit. à num.* 101. *Rot. diuers. decis.* 620. *num.* 3. *par.* 1.

Nec dicatur constare quidem, quod D. Eques Ioseph exegerit fructus officij, tàm à Cicognola, quàm à Margano, non tamen constare, quod ab ipso Margano Domini Cardinalis exegerit, vel saltim controuerti non posse, quin possessio Dominus Equitis sit anterior, & sic in
15 concursu manutenibilis, † quia fuit responsum, quod data vacatione officij per mortem Cicognolæ, sub cuius periculo vitæ residebat officium, statim expirauit locatio facta ab Equite ipsi Margano, vt supra ostensum este, & propterea cessante in D.Equite dominio officij, dato etiam, quod post vacationem exegerit à Margano, ista exactio tanquam
16 proueniens à radice † patenter infecta, non visa fuit considerabilis, idque tanto magis, dum D. Eques post obitum Cicognolæ, sciens officium fuisse à D. Cardinali locatum eidem Margano, &
17 postea † venditum Benedicto Rugerio, agnoscens bonam fidem tacuit per quatriennium, *l.* 3. §. *in admittenda. l. si id quod.* §. *fin. ff. de acquir. possess. Bart. in l.* 1. §. *huius autem interdicti. num.* 3. *vers. secundo modo. ff. vti possid. Menoch. de retinend. remed.* 3. *num.* 34. *vers. sed declaratur. Mant. decis.* 95. *num.* 5. *Caual. decis.* 625. *num.* 12.

Demum non obstat, quod fundamẽta superius deducta respiciant petitoriũ, & ideo cum versemur in summarijssimo
18 matutentionis, † in quo sola detentatio facti inspicitur, non est locus discussioni, an resignatio officij fuerit benè, vel malè

malè facta, & per consequens, an per mortem Cicognolæ vacauerit, cum ista suis loco, & tempore veniant discutienda, fuit enim responsum, quod quando
19 petitorium perimit † ipsam possessionē, potest de eo agi, & in iudicio manutentionis, vt est celebre *consilium Baldi* 141. *num.*3.*lib.* 1. quod secuta est, *Rot.diuers. decis.* 34. *num.* 21. *in fine*, & *num.* 22. *par.* 2. & *coram Reuerendiss. D.meo Coccino inter eius impressas decis.* 488. *num.* 11. *in fine*, & *num.* 12.

Et sic parte vtraque informante fuit resolutum esse standum in decisis.

☞ * *Est supra in hac parte decis.* 605.

REVERENDISS. P. D. PANZIROLO. Patriarcha Constantinopolitano.

Camerinen. Spolij.

Die Veneris 5. *Iulij* 1637.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum immobilium minorum vt valeat, quid requiratur. Possessionis reintegratio, quando competat. Contractus etiam nominatus, quo casu ob non adimplementum rescindatur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei immobilis pupillorum, vel minorum, quando fit, non solum debet constare, quod alienatio fuerit necessaria, ex quo vrgeret æs alienum.*

2 *Verum etiam, vt pecuniæ rei alienatæ in extinctione d.æris alieni fuerint erogatæ*

3 *Et hoc præsertim si ad istum effectum fuerit præstitus consensus distractioni rei, & Iudex sub hac conditione suum decretum interposuit.*

4 *Decretum Iudicis super alienatione rerū minorū dolosè extortum, nō suffragatur. Consensus præstitus sub cōditione, si cōditio euanescat, dictus consensus nō nocet, n.4.*

5 *Possessionem ciuilem, si quis animo retinuerit, merito ad naturalem potest restitui, & n.6.*

7 *Possessionis reintegratio intrat in alienatione vitiosè facta.*

8 *Possessionis reintegratio, etiam competit ei, qui voluntariè cecidit à possessione, quando contractus non fuit ab altera parte adimpletus.*

9 *In Alienatione rerum minorum vigore constitut. Marchiæ requiritur solemnitas insinuationis.*

10 *Notario asserenti non creditur, nisi de actu à se rogato, vel gesto.*

11 *In Contractu nominato ob non adimplementum non potest agi ad rescissionem, sed debet agi, vt adimpleatur.*

12 *Sed ista conclusio non procedit, quando non fuit adimpleta causa finalis ipsius contractus.*

13 *Alienatio bonorum immobilium minorum si fiat ad effectum solutionis æris alieni, tunc causa finalis istius alienationis dicitur æs alienum.*

14 *Statut. Camerinen. mandans, quod stetur assertioni Notarij circa insinuationem requisitam in alienatione rerum minorum, qualiter intelligatur.*

15 *Gratia sanatoria contractus obtenta à Papa, non releuat, si ei non fuerunt narratæ omnes nullitates contractus.*

DECISIO DCXVI.

LAuinia, & Sorores de Turcarellis iam minores iudicium spolij intentantes super paternæ domus alienatione, ab A. C. fauorabilem sententiam reportarunt, quam in gradu appellationis Rota sub die 5. Octobris 1636.* ☞ me proponente vti validam, ac iustam confirmandam esse censuit. Hodie iterum auditis partibus super eisdem, DD. resoluerunt persistendum in decisis; Etenim cum versemur in alienatione rei
1 immobilis † minorum, ac pupillarum, non solum debet constare, quod alienatio fuerit necessaria, ex quo vrgeret æs alienum, *l. magis puto.* §. *si æs alienum. ff. de reb. eor. Surd. cons.* 115. *num.*35. & *seq. Bald. cons.* 184. *in princ. lib.* 2. *Roman. cons.* 321. *num.* 1. *ante med. vers. vnde in proposito. Roland. cons.* 33. *num.* 2. & *cons.* 99. *num.* 4. *lib.* 1. *Angel. Aretin.* 128. *num.* 2. & 19. *Paris. cons.* 98. *num.* 2. *lib.* 1. *Rot.decis.*40.*num.* 7.*par.*3.
2 *rec.* Verum etiam † quod pecuniæ rei alienatæ in extinctionem talium debitorum fuerint erogatæ, *Rot. in Romana census* 23. *Ianuarij* 1591. *coram Buhalo*, & *in Romana censuum de Romulis. Ven.* 18. *Iulij* 1599. *coram Penia impress. per Cenc. post. tract. de censibus*, altera in ordine *decis.* 25. *num.* 1. *altera decis.* 287. *num.*4. & 5. Præsertim cum explicitè ad istum effectum fuerit præstitus consen-
3 sus distractioni domus, & † Iudex sub hac conditione suum decretum interposuerit; vnde non adimpleta conditione,

sed retenta vna parte pretij penes tutorem, & altera penes emptorem, absque eo quod fuerit factum creditoribus, de-
4 cretum † Iudicis censetur dolosè extortum, & nihil refragatur, per *text. in l. & si Præses. C. de præd. minor. Corn. cons.* 207. *num.* 2. *in fin. & seq. Benintend. decis.* 2. *num.* 3. Et consensus sic præstitus à mulieribus, illis non nocet: nam
5 cum ipsæ ob non † seruatam formam contractus, saltem ciuilem possessionem animo retinuerunt, *Socc. iun. in l.* 1. *nu.* 514. *ff. de acqu. possess. Curt. iun. cons.* 53. *num.* 14. *vol.* 1. *Caual. deci.* 66. *num.* 1.
6 Meritò etiam † ad naturalem possessionem fuerunt per Iudicem restitutæ, *Natta cons.* 412. *num.* 8. *vers. & quemadmodum Crauet. cons.* 5. *num.* 11. *in fin. & seq. Rot. in rec. decis.* 560. *num.* 3. *par.* 1. *& coram Caual. decis.* 86. *num.* 3. *& in Sarsinaten. parochialis. Ven.* 27. *Martij* 1637. *coram me*, cum possessionis † re-
7 integratio non solum in alienatione vitiosa locum habebat, *Tiraq. de iur. primogen. quæst.* 34. *nu.* 3. *Crauett. cons.* 853. *num.* 3. sed etiam competat ei, qui vo-
8 luntariè cecidit à † possessione, quando contractus non fuit ab altera parte adimpletus *Socc. in l. rem quæ nobis num.* 8. *ff. de acqu. possess. Caputaq. decis.* 6. *num.* 1. *par.* 3.

Præterea fuit consideratum benè subsistere alterum decisionis fundamentum, in quo dicebatur contractum alienationis fuisse nullum ex defectu insinuatio-
9 nis, cum tamen hæc solemnitas † omninò requiratur tam vigore statuti ipsius Ciuitatis Camerini, quàm ex constitutionibus Marchiæ iuxta opinionem *Rotæ prout in decis.* 385. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *rec. & apud Greg. decis.* 260. *num.* 1. *& duob. seq.* Et quamuis fuerit replicatū de insinuatione satis constare ex Notarij assertione, qui instrumentum celebrauit; responsum fuit hoc sufficere,
10 ex † quo Notario asserenti non creditur, nisi de actu a se rogato, vel gesto, *Bald. in l. vlt. nu.* 17. *C. de re iudic. Natta cons.* 143. *num.* 5. *Cæphal. cons.* 299. *num.* 36. *Caual. decis.* 272. *nu.* 5. *in rec. decis.* 23. *num.* 3. *par.* 2.

Nec releuat, quod simus in contractu
11 nominato, qui ob † non adimplementū non rescinditur, sed debet agi vt impleatur *Bart. in l.* 2. *num.* 7. *C. de condic. ob caus. & l. in ciuile. C. de rei vendicat. Natta cons.* 171. *num.* 1. *&* 2. *Gabr. cons.* 49. *num.* 1. *vol.* 2. *Rota decis.* 129. *num.* 14. *par.* 5. *in rec. & coram Greg. decis.* 130. *num.* 1. Nam hæc conclusio non procedit quando non fuit adimpleta causa fi-
12 nalis † ipsius contractus prout euenit in casu nostro, in quo non fuit dissolutum æs alienum, cuius contemplatione fuit
13 præstitus † consensus ab alienantibus, & Iudicis decretum interpositum, *Crat. cons.* 299. *num.* 1. *Corn. cons.* 101. *sub. n.* 7. *vers. tamen dato lib.* 1. *Becc. cons.* 45. *nu.* 2. *&* 29. *cum alijs per Pacif. de salu. inspect.* 5. *cap. vnic. num.* 161.

Non obstat, quod statutum Camerini disponat credendum esse Notario as-
14 serenti † se interuenisse insinuationi, quia statutum loquitur de attestatione Notarij causarum ciuilium communis Camerini, & de insinuatione Notarij criminalis seu alterius, qui se rogauit de instrumento venditionis, nec sanatoria obtenta à Sanctissimo visa est sufficiens,
15 ex † quo non fuerunt ei narratæ omnes nillitates, *Catutaq. decis.* 159. *num.* 3. *par.* 1. *Caual. decis.* 500. *num.* 1. *Greg. decis.* 164. *num.* 7.

Et ita vtraque &c. cum in reliquis fuerit in prima decisione abundè satisfactum.

☞ * *Est decisio* 178: *infra tom.* 3.

R. P. D. GHISILERIO

Romana Census.

Die Veneris 27. *Nouemb.* 1637.

ARGVMENTVM.

In aliquo contractu si fideiussores plures intercesserint, si vnus ex eis soluat totū debitum, obtenta cessione contra alios fideiussores à creditore pro parte eis tangeñ, quando eam possit consequi, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores, quando sunt duo, & vnus ex eis soluit integram quantitatem, pro qua ambo fideiusserunt, potest is, qui integrè soluit, obtenta cessione agere contra alium pro consequutione portionis ad eum spectantis.*

2 *Debitor si in principio contractus promiserit certos, omnes fideiussores accessu-*

ros semper fideiussio postea secuta in executionem d. promissionis dicitur facta per fideiussores, contamplatione mutui eorum periculi.

3 *Quando enim ab initio conuentum est, vt alius daretur, tunc omnes fideiussores videntur simul dati, & obstat exceptio cedendarum.*

4 *Fideiussores, si fideiubeant respectu mutui periculi, quia (verbi gratia) non fideiuberem sine te, nec tu sine me, tunc habet locum beneficium cedendarum.*

5 *Fideiussores, quando se non obligant respectu mutui periculi, quod procedit quando (verbi gratia) primo fideiussi, postea tu, & sic non contemplatione alterius primus fideiussit, hoc casu non potest opponi exceptio cedendarum creditori à primo fideiussore, qui non intercessit contemplatione illius vltimi fideiussoris.*

6 *Nisi ab initio fuisset conuentum, quod alius detur fideiussor.*

7 *Creditori non potest opponi exceptio cedendarum si non intercessit vltimi fideiussoris contemplatione.*

8 *Fideiussores duo, quando fideiusserunt diuersis temporibus, vnus scilicet primo, & alius secundo, si creditor liberet eum, qui intercessit secundo loco non obstabit exceptio cedendarum.*

Quia primus fideiussor non intercessit contemplatione secundi, & ideo non potest petere, vt sibi cedatur contra illum, & num. 9.

10 *Fideiussor qui intercessit non contemplatione alterius fideiussoris, soluendo dicitur satisfecisse suæ obligationi, nec cessio ei suffragatur.*

11 *Fideiussor non dicitur se obligasse contẽplatione alterius fideiussoris, licet secũdo loco sit datus, si constet eum non habuisse notitiam de obligatione primi fideiussoris.*

12 *Contemplatio est impossibilis non data scientia. amplia num. 13.*

Fideiussorum obligatio, quando non possit dici insolidum.

15 *In Alternatiuis sufficit alterum adimplere.*

16 *In Alternatiuis remediorum electio est creditoris non debitoris.*

17 *Sed secus est, si versemur in promissione dandi vnum, vel alium idoneum fideiussorem, quia tunc electio est debitoris, nec vtrumque copulatiuè requiritur.*

18 *Fideiussores, quando plures sunt obligati contemplatione alterius, tunc cessio confideiussori suffragatur.*

19 *Inter Fideiussores præsumptio mutui periculi, si aliquis eorum non fuit nominatus expresse inter alios confideiussores, non potest considerari.*

20 *Creditor, si poterat agere contra debitorem etiam alius vigore cessionis à creditore reportatam.*

21 *In Alternatiuis per electionem vnius alter liberatur.*

22 *Contra Confideiussorem agitur ex iuribus suis cessis ratione mutui periculi in eis considerati, & ideo cessante dicto mutuo periculo non potest agi contra eum.*

23 *Fideiussores, si simul non contraxerint, sed diuersis temporibus, & ignoranter isto casu, ille qui soluit, censetur soluisse debitum proprium, & ideo non potest ab alijs repetere.*

DECISIO DCXVII.

Latinus Vrsinus de anno 1581. super quibusdam suis tenutis sitis in territorio Nomenti imposuit annuum perpetuum censum scutorum 325. monetæ iuliorum decem pro scuto, quem ita impositum pro pretio scutorum quinque millium vendidit, & titulo venditionis cessit, & transtulit Fuluio Ferratino, & Ioanni suo filio, filijsque masculis legitimis, & naturalibus natis, & nascituris dd. Fuluio, & Ioanni, & dd. filiorum hæredibus, & successoribus quibuscumque, promittens huic impositioni, & venditioni census, vti principales, & in solidum accessuros DD. Iulium Cæsarem Columnam Principem Prænestinum, ac Franciscum Vrsinum de Monterotundo Domicellum Romanum, vel alium æque idoneum, & licentia Sanctissimi Domini Nostri impetranda, & expedienda Communitates Nomenti, Turris Silicis, Castilionis, Arcis antiquæ, Podij Catini, & Catini: Eodem anno 1581. accesserunt prædictæ Communitates; Deinde sub die 11. Ianuarij 1582. Dux Ioannes Georgius Cæsarinus, qui non erat nominatus in Instrumento, nec promissus inter cæteros fideiussores accessuros in executionem promissionis dandi alium æquè idoneũ; Primus omnium prædictorum accessit vti principales & insolidum supradicto

censui, prout postea sub die 13. Ianuarij eiusdem anni vti principalis, & insolidum accessit prædicto annuo censui supradictus Franciscus Vrsinus, & deinde Iulius Cæsar Columna ad faciendam rem gratam prædicto Latino Orsino, vt in Instrumentis datis, sed cum Princeps Carbognani hæres supradicti Iulij Cæsaris, reportata iurium cessione à Ioanne Baptista de Aste, in quem tractu temporis peruenerat dictus census, dempta rata sua pro fructibus decursis, & ab eo solutis obtinuerit ab A. C. mandatum executiuum contra DD. Henricum, & Franciscum de Vrsinis hæredes dicti Francisci de Monterotũdo Confideiussoris, & isti pariter dempta sua rata pro residuo obtinuerint mandatum contra D. Ducem Cæsarinum Ioannis Georgij senioris hæredem, & fuerit à dicto mandato interposita appellatio iuxta formam rescripti Signaturæ, dubitaui, An dictum mandatum contra D. Ducem Cæsarinum esset exequendum.

Cuius dubij resolutio pendet ab eo, An hæredes dicti Francisci Confideiussoris ex cessione iurium obtenta, potuerit agere contra Ducem Cæsarinũ hæredem Ioannis Georgij, in quo articulo
1 regula est, † quod si duo fideiubent, & vnus ex fideiussoribus soluit integram quantitatem, pro qua ambo fideiusserunt, potest is qui integrè soluit, obtenta cessione, & non aliter, agere contra alium Confideiussorem pro consequutione portionis ad eum spectantis, *l. vt fideiussor. ff. de fideiuss. l. cum alter. C. eod. vbi gloss. Vincent. de Franch. decis. 55. num. 1.*

Secunda regula est, quod cum à prin-
2 cipio contractus debitor promiserit † omnes fideiussores accessuros, semper fideiussio postea subsequuta in exequutionem dictæ promissionis dicitur facta per fideiussores, contemplatione mutui eorum periculi, quando enim ab ini-
3 tio conuentum est, vt alius daretur, † tunc omnes fideiussores videntur simul dati, & obstat exceptio cedendarum, sicut quando darentur simul, ita declarat *Bart. in l. si stipulatus esses, §. si ex duobus, ante fin. vers. quia tunc. num. 3. ad med. ff. de fideiuss. per text. in l. Modestinus. ff. de solut. Castren. in d. l. si stipulatus. in fin. vers. secus si fuisset actum, de secundo in quarto casu. Negus. de pign. & hypoth. 3. memb. quintæ par. num. 39. in fin. in 5. fallen. vers. quod. tamen intellige, & declara*, & benè idem *Bart. in d. l. si stipulatus, d. §. si ex duobus, num. 2. vers. quandoque fideiuss.* vbi quod si fideiussores fideiubeant respectu mutui periculi, quia (verbi gratia) non fideiu-
4 berem sine te, † nec tu sine me, firmat, tunc habere locum beneficium cedendarum.

Tertia regula est, quod quando fi-
5 deiussores non obligant se respectu † mutui periculi, quod procedit quando (verbi gratia) primo fideiussi, postea tu, & sic non contemplatione alterius primus fideiussit, in isto casu non potest opponi exceptio cedendarum creditori à primo fideiussore, qui non intercessit contemplatione illius vltimi fideiusso-
6 ris, nisi ab initio † fuisset conuentum, quod alius detur fideiussor. Ita *Bart. in dicto §. si ex duobus. num. 3. vers. primo casu*, vbi, quod non potest opponi exceptio cedendarum creditori, si non in-
7 tercessit † contemplatione illius vltimi fideiussoris, *Negus. vbi supra num. 36. vers. quinto fallit*, vbi quod quando duo fideiussores fideiusserunt diuersis temporibus, vnus scilicet primò, & † alius
8 secundo, si creditor liberet illum, qui intercessit secundo loco, & agat contra illũ qui intercessit primo loco, non obstabit exceptio cedendarum, quia primus fideiussor non intercessit contemplatione secundi, & ideo non potest petere, vt sibi cedatur contra illum.

In proposito autem versamur in tertia regula, quia Latinus Vrsinus promisit dare in fideiussorem Franciscum, vel alium æquè idoneum, & propterea cũ Ioannes Georgius, non esset in Instrumento promissus, ipseque separatim se obligauerit, non potest dici, alios fideiussores, qui diuerso tempore, & in separato Instrumẽto accesserunt, & nullibi
9 constat † habuisse scientiam de d. Ducis Ioannis Georgij obligatione, se obligasse illius contemplatione, & mutui periculi causa; vnde sequitur hæredes Fran-
10 cisci soluendo, † satisfecisse suæ obligationi, nec cessionem eis suffragari iuxta resolutionem *Rotæ in causa Auximana fideiussionis 1. Iulij 1598. coram Litta*, deinde confirmata 30. Octobris eiusdem anni coram eodem cum alijs supra allegatis.

Non obstat, quod Ioannes Georgius se obligauerit prius, quam Franciscus, quia

quia non ideo sequitur, quod Franciscus
11 se obligauerit † contemplatione illius, cum non constet, ipsum Franciscum, & Principem Prænestinum, qui postea se obligarunt, habuisse scientiam de præcedenti Ducis obligatione, vt declarat *Castr. in d. §. si ex duobus num. 3. ad fin.* ibi si sciebat ipsum datum, *& Salicet. in l. creditori. num. 2. post med.* ibi, si id sciuit aliàs secus *C. de fideiuss. Bertazzol. de clausi. 40. glos. 2. num. 11. post med. Gratian. discept. 286. num. 8.* quoniam
12 non data scientia, † est impossibilis cõtemplatio, præsertim quia iuxta formam prædicti instrumenti census, alius fideiussor æquè idoneus dari non debebat, nisi in casu, quo Franciscus se minimè
13 obligaret, vnde † est prorsus inuerisimile, quod idem Franciscus, dum se postea obligauit, cogitauerit de dicti Ducis, & sic alterius fideiussoris obligatione, qui in ipsius tantùm defectum dari debebat.

Neque facit, quod Ioannes Georgius sciret tenorem instrumenti ex relatione facta in sua obligatione ad instrumentum census, de quo fassus fuit plenam notitiam habuisse, quia hodie non agit ipse contra alios fideiussores in dicto instrumento promissos sed agunt hęredes Francisci, qui ipsius Ioannis Giorgij contemplatione non se obligauit, vt supra fuit ostensum, nec ex illius obli-
14 gatione † insolidum potest reputari cõfideiussor respectu aliorum, qui accesserunt, cum se non obligauerit insolidum cum illis, sed cum Latino principali debitore, & alij non accesserunt vnico contextu, nec contemplatione mutui periculi.

Pariter non obstat, quod Latinus in instrumento impositionis census promiserit dare alium fideiussorem, quia illa promissio de faciendo accedere Franciscum Vrsinum, vel alium æquè idoneum, stat alternatiuè, vt patet ex illa dictione, vel quo fit, vt dum ipse Franciscus promissus, postea accessit promissio, quoad alium à creditore non acceptatũ,
15 euanuerit, ex regula, † quod in alternatiuis sufficit vnum adimpleri *l. si hæredi plures. ff. de condit. & demonstr. c. in alternatiuis de reg. iur. in 6 l. eum qui. §. cum purè, & l. si quis ita. ff. de verb. obli-*
16 *gat.* & quamuis † in alternatiuis remediorum electio sit creditoris, non debitoris *Castr. in l. cum proponas in fin. num. 4. C. de transact.* attamen hic non versamur in alternatiua remediorum, sed in promissione dandi Franciscum, vel alium
17 æquè idoneum, & † ideo electio est debitoris, nec vtrumque copulatiuè requiritur, sed satis est illam dictionem, vel, disiunctiuam in altero ex duobus verificari, *l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verb. oblig. Menoch. præsumpt. 83. num. 66. lib. 4.* & in specie de alternatiua inter personas adnotarunt *Cyn. in l. cum quidam. n. 3. Bart. & Bald. num. 1. C. de verb. signific.* cæterique scribentes ibidem. Quare etsi se obligauerit Ioannes Georgius ante Franciscum Vrsinum, non inde potest inferri, quod obligatio Ioannis Georgij fuerit ex dicta promissione, sed omninò excluditur, cum postmodũ se obligauerit prædictus Frãciscus Vrsinus.

Non obstant *decisiones san. me. Greg. 190. & bon. mem. Card. Sacrati 17. & 18. apud Zacchiam de societ. offic.* in qui-
18 bus dicitur, quod cessio † confideiussori suffragatur, quia illius decisionibus agebatur de Confideiussoribus scientibus, esse datos per obligantes, quo casu intrat eadem doctrina *Bart. in d. §. si ex duobus*, sed Ioannes Georgius non fuit nominatus expresſè inter alios Confideiussores, sed præter, ita quod præsumptio mutui periculi intrare
19 non potest, † quæ solet considerari ad effectum, vt plures obligati, dicantur Confideiussores, & subiaceant legis diuisioni, vt præter *Bart. Bal. & Castr. in d. l. si stipulatus. §. si ex duobus. ff. de fideiuss. not. Surd. decis. 308. num. 11. Pacif. de salu. inspect. 3. cap. 2. nu. 933. & seq.*

Minus facit, quod sicut creditor poterat agere contra Ducem, ita etiam
20 Confideiussor vigore cessionis, quia tollitur obiectum ex quo Dux non fuerat acceptatus, sed Franciscus à principio expresſè promissus, contra quẽ ipse creditor egerat, & cum non posset agere contra vtrumque, sed tantùm contra vnum, cum vna ex supradictis obligationibus esset extincta, & in alternati-
21 uis † per electionem vnius, alter liberetur, & contra Confideiussorem agatur ex iuribus cessis ratione mutui peri-
22 culi † in eis considerati, quod cessat in præsenti, ex quo non contraxerunt simul, sed diuersis temporibus, ac ignoranter, quo casu ille qui soluit, censetur
23 soluisse debitum proprium, & † ideo non potest ab alio repetere, *Rota decis. 163.*

163. apud Pacif. num. 4. & propterea cum creditor in fideiussorem acceptauerit Franciscum, & contra illum egerit, sequitur quod quemadmodum ipse non posset agere contra vtrumque, ita etiam non possunt Confideiussores agere ex iuribus cessis à creditore maximè quia debitor, vt fuit dictum supra, tenebatur alternatiuè, & non copulatiuè ad vtrumque.

Ex quibus Domini vtraque parte informante, censuerunt mandatum relaxatum ab A. C. contra D. Ducem Cæsarinum hæredem Io. Georgij non esse exequendum.

R. P. D. ROIAS.

Vlixboneñ Iuris confetendi habitum.

Die Veneris 11. *Decembris* 1637.

ARGVMENTVM.

Ius conferendi habitum Tertiarijs secularibus Ordinis S. Fancisci, cumulatiuè spectat ad Fratres Minores, ad Tertiarios Regulares eiusdem Ordinis reformatis sententijs alijs disponentibus.

SVMMARIVM.

1 *Habitus alicuius Ordinis collatio, spectat ad illos, qui habent connexionem cum recipiendis, & superioritatem in eo ordine.*

2 *De connexione inter aliquos non potest dici constare, si appareat de eorum expressa distinctione.*

3 *Fratres Tertij Ordinis S. Francisci in seculo degentes, non sunt de Religione Minorum.*

4 *Regula Ordinis de Pœnitentia, prout S. Franciscus instituit, ab omnibus Regulis, & Ordinibus eiusdem Sancti debet manere distincta.*

5 *Tertiarij seculares Sancti Francisci non habent tantam connexionem cum Minoribus, quantam habent cum Tertiarijs Regularibus.*

6 *Et hoc probatur ex eo, quia omnes probantur Tertiarij, & omnes deferunt eundem habitum.*

7 *Connexionis maximum signum est, cum omnia sub vnica oratione, & sub eodem verbo reguntur.*

8 *Connexio arguitur ex vnitate.*

9 *Ordo Minorum S. Francisci non habet superioritatem in Tertiarios seculares.*

10 *Subiectio vbi non est, superioritas tanquam correlatiua cessare debet.*

11 *Verbum, præsit, denotat superioritatem.*

12 *Obedientia non præstatur, nisi superiori.*

13 *Constitutiones, quæ derogatæ fuerunt, nequeunt amplius allegari. & nu. 16.*

14 *Qualitas, sub qua aliquid est concessum alicui, inspicienda venit.*

15 *Superioritas concessa Generali Minorum S. Francisci in Tertium Ordinem, intelligitur data, vti Generali Tertij Ordinis, non autem vti capiti Minorum.*

16 *Priuilegiorum communicatio non trahitur ad ea, in quibus specialiter est prouisum.*

18 *Cnnstitutiones illæ, quæ cadunt sub reuocationibus, amplius non suffragantur.*

19 *Pro Fratribus Minoribus S. Francisci nulla reperitur Bulla, quæ det facultatem eis recipiendi Tertiarios.*

21 *Subiectio, vbi non est, necesse est, vt cesset superioritas tanquam eius correlatiua.*

22 *Recipere quis aliquid non potest ab eo, si ille nondum extet.*

23 *Verba, de se ipsis, sunt personalissima.*

24 *Decretum irritans inficit omnis contraria consuetudo non modo præterita, sed etiam futura.*

25 *Aequitas amplectenda est.*

26 *Iurisdictio, quando dicatur acquisita cumulatiuè, non autem priuatiuè.*

27 *Iurisdictio tributa, & acquisita contra habentem iurisdictionem ordinariam intelligitur cumulatiuè, & non priuatiuè.*

28 *Præsens, quis non potest esse in omnibus locis.*

30 *Regula Tertiariorũ Regularium, & Secularium Sancti Francisci vnica est.*

31 *Dictio eadem, si referatur ad id, de quo immediatè fit mentio, ostendit quod ea sit in substantia vnum.*

DECISIO DCXVIII.

Dvabus sententijs Rotalibus pronunciatum fuit ius conferendi habitum Tertiariorum secularium Seraphici Patris S. Francisci spectare priuatiuè ad Minores de Obseruantia, exclusis Fratribus Regularibus de Pœnitentia.

Hodie in tertia instantia coram me, causa

causa vertente proposui dubium, vtrum essent, necne dictæ sententiæ confirmandæ, & Domini responderunt, illas esse reformandas, & ius conferendi hunc habitum pertinere cumulatiuè ad Minores, & Tertiarios Regulares, moti, quia ex nouiter deductis per Tertiarios Regulares visa sunt cessare fundamenta, quibus ad prędictas sententias deuentū fuit, & si quid in fauorem Minorum adduci pōtest, illud non arguere, nisi ius cumulatiuè conferendi.

Quantum enim ad fundamenta sententiarum, quæ ad quatuor capita reducuntur, nempe ad principia iuris communis, communicationem Priuilegiorum, constitutiones Pontificias, & consuetudinem.

Visum primò fuit, non sustineri, primum de principijs iuris communis, nam quamuis vera sit conclusio in decisione R.P.D. mei Merlini * firmata, & prius adducta coram R.P.D. meo Pirouano,
1 † * videlicet collationem habitus alicuius Ordinis Regularis, spectare ad illos, qui habent connexionem cum recipiendis, & superioritatem in eo Ordine, vt præter allegata in dictis decisionibus probat *cap. porrectum, &c. ad Apostolicam de Regular. traditque Oldrad. cons. 97. num. 1. vers. sed in contrarium*.

Nihilominus in facto defendi non potest Minores habere cum recipiendis ad habitum Tertiariorum secularium connexionem saltem tantam, quantam habent Tertiarij Regulares, minusque in tertio ordine superioritatem.

Siquidem initium sumendo à connexione, tantum abest, quod Ordo Mi-
2 norum connexionem habeat, † cum recipiendis ad habitum Tertiariorum in sæculo degentium, vt de manifesta inter eos distinctione appareat ex *clem. cum ex eo de sent. excomm. ex glos. ibidem discretiuè tres ordines numerante*, & ex *Calder. cons. 7. num. 2. in princ. vers. sed nec de illa de foro compet.* vbi probat Fratres Tertij
3 † Ordinis in seculo degentes, non esse de Religione Minorum, *per text. in d. clem. cum ex eo* quibus accedunt litteræ Iulij Secundi relatæ in Bulla Clementis Septimi incipien. *Ad vberes*, vbi Iulius præcipit, Regulam Ordinis de Pœniten-
4 tia, † prout Sanctus Franciscus instituit, ab omnibus illam pro tempore profitentibus absque alia cōmixtione cum alijs Regulis, & Ordinibus eiusdem Sancti, illorumque Fratribus, & Sororibus seruari.

Et in omnem euentum, quod Tertiarij seculares non habeant tantam con-
5 nexionem † cum Minoribus, quantam habent cum Tertiarijs Regularibus; dixerunt Domini constare, nedum ex eo,
6 quod omnes vocantur † Tertiarij ad *tex. in §. illud tamen, & §. seq. in auth. vt iudic. sine quoque suffrag. omnesque, deferunt habitum conformem, c. vt Iudex, §. idem de sent. excomm. in 6.* Verum etiam ex dicta Bulla Clementis Septimi, & ex bulla in hac tertia instantia producta Pauli Tertij, in quibus dicitur Tertium Ordinem, nedum coniugatis, vtriusque sexus; verum etiam Fratribus, & Monialibus in communi viuentibus, ac tria Vota substantialia solemniter emittentibus, florere, complectendo omnes prędictos
7 sub vno ordine, † & sub vnica oratione recta ab eodem verbo, florere, quod est maximum signum connexionis, *l. 1. C. si vnus ex pluribus appellauerit, Bald. in l. ampliorem. in princ. num. 4. vers. sed quæro C. de appell. Bero. cons. 76. num. 67. vers. neque inconueniens lib. 1. Surd. cons. 535. num. 19. vers. quia cum æque, Aldobrand. cons. 77. num. 37. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 45. num. 7.*

Prę sertim quia Clemens Septimus in eadem Bulla decreuit, vt pro conseruatione d. Ordinis, ac regulari modo viuendi, in Capitulo generali ipsius Ordinis tunc primum celebrando nonnulla pro Fratribus, & Sororibus coniugatis, ac in seculo viuentibus, necnon alia pro Eremitis, ac alia pro Fratribus in communi viuentibus, necnon alia pro Monialibus dicti Ordinis, cuilibet eorum, pro quibus fierent, statui conuenientia, quæ Regula dicti Ordinis de Pœnitentia perpetuis futuris temporibus existeret, ac nuncuparetur auctoritate Apostolica constitui possent, ac deberent, & Paulus Tertius Statuta huiusmodi in executionem d. Bullæ Clem. Septimi in Capitulo generali condita, & in vnam Regulam redacta ex certa sciē-
8 tia confirmauit. Ex hac namque † Regulæ vnitate, connexio pariter inter omnes illos arguitur *l. omnes populi, § nam quod quisque ff. de iust. & iur.*

Postea veniendo ad superioritatem, quod Ordo Minorum eam non habeat in Tertiarios seculares, probant litteræ
9 dicti Iulij Secundi relatæ in † præfata Bulla

Bulla Clementis Septimi, quibus reuocauit litteras Apostolicas subijcientes Ordinem de Pœnitentia Ordini Minorum, & voluit illum dicto Ordini Minorum subiectum non esse; nam vbi subie-
10 ctio non est, † superioritatem tanquam eius correlatiuam cessare necesse est, *l. final.ff.de acceptilat. Bald, in rubr. num. 10. C.de reb. credit,*

Demum alijs omissis, hoc idem probat dicta Bulla Clementis Septimi, in qua expresse derogatur omnibus, & singulis alijs litteris Apostolicis subij cientibus, Fratres, Moniales, Sorores, ac alias vtriusque sexus personas Ordinis de Pœnitentia Fratribus Ordinis Minorum de Obseruantia, seu Conuentualium, confirmanturq. aliæ similes litteræ derogatoriæ Pontificum prædecessorum, & statuitur, quod Fratres, Moniales, & Sorores, ac aliæ vtriusque sexus in seculo existentes personæ Visitatori generali ipsius Ordini de Pœnitentia pro tempore existenti obediant, illeq eis præsit. Hæc enim, & quod superius relatum fuit, vers. præsertim superioritatem Ordinis Minorum in Ordinem de Pœnitentia clarissimè excludunt, & illam Visitatoris generalis ipsius Ordinis de Pœnitentia confirmant, tum propter signi-
11 ficationem † verbi præsit, *l. 1.3. & 4.*
12 *ff. de offic. Præsib.* tum quia † obedientia non præstatur, nisi Superiori, *c.2.8. distinct. Federic. de sen.cons.* 191. *num.5. in fin. vers. & quia in obediendo, Oldrad. cons.* 172. *num.3.*

Nec obstat Bulla B. Pij Quinti, in qua extincto officio dicti Visitatoris generalis vniuersus Grex Tertiariorum subijcitur Generali, ac Prouincialibus Minorum, quam subiectionem prius quoque præceperunt Sixtus Quartus, & Leo X. vt dicitur in decisione D. mei Merlini.

Quia Constitutionibus horum duorũ Pontificum derogauit Clem. VII. in
13 Bulla superius citata. Quare † nequeunt hodie allegari, *Dec. in cap. 1. in 1.lect. de constit.*

Ad Bullã autem B.Pij Quinti responsum fuit superioritatem in ea concessam Prouincialibus Minorum fuisse sublatam à Clemente octauo Illam verò, quæ conceditur Generali, non arguere superioritatem ipsius Ordinis Minorum, quia non datur dicto Generali Minorum, sed tanquam subrogato in locum Visitatoris Generalis Tertij Ordinis, & consequen-
14 ter d. Generalis considerari † debet sub qualitatibus præfato Visitatori olim competentibus, non sub illis, quæ conueniunt Generali Minorum, *cap. postulasti in fine, de concess. præbend. c. A. collatione de appellat. l. si quando. C. de eod.* Quod Domini cõfirmarunt, quia ipsemet B. Pius Quintus in eadem Bulla expressè voluit d. Generalem Minorum in regendis personis Tertij Ordinis, nihil statuere posse, quod corũ regulæ aduersetur & in Breui super declaratione eiusdem Bullæ directo Nuncio Hispaniarum, iussit dicto Nuncio, vt nomine suo moneret Generalem, & alios Ministros Minorum, suæ intentionis non esse extinguere Tertium Ordinem, aut eius Regulam immutare, sed tantum illius professores ad obseruantiam ipsius Regulæ reformare, ex quo apertissimè liquet, B.
15 Pium voluisse, † vt superioritas concessa Generali Minorum intelligeretur ei data, vti Generali Tertij Ordinis, non autem vti capiti Minorum, ex benè adductis in simili per *Gonzal. in reg.* 8. *glos.* 5.§.7.*num.* 119. *& seqq.* eiusq. intentionis non fuisse quod habitus Tertiariorum daretur à Minoribus, cum hoc repugnet Regulæ Tertji Ordinis, quam declarat nolle immutare. In dicta enim Regula c. 2. expressè præcipitur, quod habitus per Ministrum ipsius Tertij Ordinis conferatur, sicut, & in Regula confirmata à Paulo Tertio.

Secundò non est visum Dominis tutum fundamentum desumptum ex communicationibus priuilegiorum. Nam si loquimur de communicationibus actiuis, hoc est de illis, quibus priuilegia Tertiariorum Sancti Francisci communicata fuerunt Tertiarijs Sancti Dominici, ac alijs, & in quibus supponitur Tertiarios vacari Ordinis Minorum, patet illas, si tempus earum concessionis inspiciatur, non suffragari, quoniam quæ factæ fuerunt à Martino V. & de tempore Eugenij Quarti, factæ fuerunt de tempore, quo Ordo Tertiariorum subiectus erat Ordini Minorum, & propterea mirum non
16 est quod in illis † Tertiarij Sancti Francisci vocentur Tertiarij Minorum; In ea verò quæ facta fuit Iulio Secundo post reuocatam ab ipso superioritatem Minorum in Tertium Ordinem, nullibi professores illius appellantur Tertiarij Minorum, sed tantum professores Tertij Ordinis, vt videri potest in communica-

nicationibus relatis à *Roderic. quæst. regul. tom. 3. quæst. 72. art. 2.*

Si autem sermo est de communicatione passiua, idest de ea, qua priuilegia concessa cæteris Ordinibus communicantur Ordini Minorum, respondetur huiusmodi communicationem, circa ius conferendi habitum Tertiarijs sæcularibus nihil operari, quia generalis
17 communicatio † priuilegiorum non trahitur ad ea in quibus specialiter est prouisum, *c. si propter de rescript. in 6. Calderin. cons. 1. nu. 2. per tot. signanter post princ. vers. ad idem de priuileg. Mandos. de priuileg. ad instar glos. 8. nu. 5. & 6.*

Tertio visum est facilè tolli fundamentum iactum in Pontificijs Constitut. Quoniam duæ tãtum in decision. D. Merlini adducuntur, ambe Sixti IV. altera qua Minoribus conceditur facultas corrigendi, & visitandi Tertiarios sæculares, ac si aliquis excessus ita postulet eos habitu priuandi; altera quod Prelati Ordinis Minorum recipere possint volentes aggregari Tertio Ordini, ac etiam valeant eisdem deputare confessorem, seu Visitatorem prædicti Ordinis Minorũ, quarum Constitutionum neutra nunc
18 suffragatur, † quia ambæ cadunt sub reuocationem, quam Iulius II. dicti Sixti successor fecit de Apostolicis Constitutionibus subiicientibus Tertium Ordinem Fratribus Ordinis Minorum, necnon sub reuocationem, quam de eisdem Apostolicis Constitution. nominatam Sixti IV. fecit Clem. VII. in sæpe d. Bulla.

In qua cum ille vlterius statuerit quod solus Antonius de Tablada (qui tũc erat Visitator Generalis Tertiariorum, non solum secularium, sed etiam Regularium à Leone X. iam approbatorum, omniũque aliarum personarum Tertii Ordinis) & pro tempore existens Visitator generalis eorumdem, & ab eo pro tempore deputati, & nullius alius venientes à sæculo, vel aliàs in Fratres, seu Moniales, vel Sorores vtriusq; sexus dicti Ordinis recipiant, nec ad professionem admittãt, & aliter habitum d. Ordinis recipientes, & professionem emittentes, pro non Fratribus ipsius Ordinis habeantur, nec habitum huiusmodi deferre possint, vtiq; apparet in puncto iuris conferendi hunc habitum Constitutiones Pontificias stare pro Tertiariis Regularibus, non pro Minoribus, pro quibus nullam reperiri
19 Bullam † dantem ius recipiendi Tertiarios, testatur etiam *Miranda* ex ordine ipso Minorum *in manuali Prælat. reg. to. 1. qu. 36. art. 7.*

Neq; hic obiici potest supradicta Con-
20 stitutio † B. Pii V. quia ad illam superiùs abundè responsum fuit.

Postremo visum est Dominis non esse
21 firmum fundamentum, quod pro † Minoribus factum fuit in consuetudine.

Nam illa, quæ deducitur ex eo, quod ab anno 1221. vsq; ad annum 1521. quo à Leone X. approbatus fuit Ordo Tertiariorum Regularium lapsi fuerunt 300.
22 anni ac cõsequenter † cum hoc lõgissimo tempore Tertiariis sæculares habitũ recipere non potuerint à Tertiariis Regularibus, qui non extabant, illum necessariò recepisse videantur à Minoribus, non subsistit, imò penitus corruit, siquidem in Regula Tertii Ordinis à Nicolao IV. anno 1289. 16. Kalen. Septembr. edita, & quæ ab ipso Seraphico emanasse creditur, quamuis ab eo promulgata non reperiatur, ius conferendi habitum Tertiarorum tribuitur dumtaxat ministris Tertii Ordinis, & idem Nicolaus IV. declarans hanc Regulam dicit Fratres istius Ordinis debere habere ministros de se ipsis iuxta formam in prædicta Re-
23 gula comprehensam, † Quæ verba de se ipsis sunt personalissima, *§ fuerat. in fine, vbi glos. instit. de action. Rol. cons. 59. nu. 28. lib. 3.* Ideoq; ab ipsis ministris Tertii Ordinis, & non à Minoribus habitus Tertiariorum dicto tempore collatus præsumi debet.

Quæ verò deducitur ex Chronistis, & Historicis, necnon ex testibus pro Minoribus examinatis affirmantibus Minores longo tempore contulisse habitum Tertiariis secularibus, vel sunt intelligenda in casu, quo dictus habitus à ministris Tertij Ordinis commodè haberi non potuerit, vel simul cum iis. Quæ gesta pretenduntur ab initio nascentis Ordinis non sunt hodie habenda in consideratione, ex quo cuicumq; consuetudini amplissimè derogarunt Clemens VII. &
24 Paulus III. in Bullis supradictis, quæ † habent decreta irritantia quibus inficitur omnis contraria consuetudo, non modo preterita, sed etiam futura, *Felyn. in cap. cum accessissent. n. 30. vers. quarto limit. de constit. Ru. n. cons. 13. n. 13. lib. 2. & cons. 102. n. 12. lib. 3. Gabr. de claus. conclus. 3. nu. 39. vers. tertius effectus.*

Ex quibus licet Tertiarii Regulares præ-

pretenderent ius conferendi dictum habitum ad Minores nullo modo spectare, & ad se pertinere priuatiuè ad omnes alios præterquam ad dictum P. Generalem Minorum consideratum tanquam caput Tertii Ordinis. Attamen Domini
25 rigore prætermisso, & † amplexi equitatem, resoluerunt, vt initio dictum fuit, ius conferendi habitum Tertiariis secularibus spectare cumulatiuè ad vtrosq; Minores scilicet, & Tertiarios Regulares, & in hac parte sententias esse reformandas.

Tùm quia etiamsi fauendo Minoribus admitteretur illos vigore consuetudinis acquirere potuisse iurisdictionem conferendi dictum habitum, nihilomi-
26 nus cum ipsi † non probent illam acquisiuisse priuatiuè ad Tertiarios Regulares, qui illam habent ex vi regulæ, & sic iure ordinario, censeri deberet acquisita cumulatiuè, non autem priuatiuè ex regula generali. Quod iurisdictio tribu-
27 ta, & acquisita † contra habentes iurisdictionem ordinariam intelligitur cumulatiuè, & non priuatiuè, *l. fin. vbi Bald. in princ. & n. 4. C. de iurisd. omn iud. Aretin. cons. 102. nu. 1. vers & quia. Rom. cons. 393. nu. 1. & seqq. Greg. XV. dec. 4. nu. 5.*

Tandem quia dictus P. Generalis Minorum subrogatus fuit in locum dicti Visitatoris generalis Tertii Ordinis à quo solo, vel deputatis ab eo ex dicta Bulla Clem. VII. & Pauli III. habitus iste conferri poterat, & ideo cum ipse P. Ge-
28 neralis præsens † esse non possit in omnibus locis in quibus iste habitus conferri debet, nec valeat facultatem illum dandi denegare omnibus, tàm Minoribus, quàm Tertiariis regularibus, ex quo hoc modo successu temporis extinguerentur omnes Tertiarii sæculares contra declarationem mentis suæ factam à B. Pio V. in dicto Breui directo Nuncio Hispaniarum, non est maior ratio cur ad illũ dandum deputare debeat Minores potiùs, quàm Tertiarios regulares quinimò
29 Tertiarii Regularibus † prætendunt se esse in hoc Minoribus præferendos, *arg. tex. in c. nouit de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. capit. & in c. in noua. 16. qu. 7.*

Nec obstat quod in decisionibus Reuerendissimorum DD. meorum Pirouani, ac Merlini dicatur Regulam, & alia adducta pro Tertiariis facere tantum pro Tertiariis sæcularibus, qui hodie nõ sunt in causa, non autem pro Tertiariis Regularibus.

Quia quod Regula Tertiariorum sæ-
30 cularium, & Regularium vnica sit, † & illa eadem, quàm Nicolaus IV. à Seraphico Patre traditã edidit, licet Leo X. in approbatione Tertiariorum Regularium separans pretiosum à vili, hoc est capita d. Regulæ facientia pro Regularibus, ab eis, que sæcularibus tantum conueniebant, illa vsui, ac statui Regularium adaptauerit. Probatur ex ipsamet Bulla Leonis X. ibi, nos iuxta Domini voluntatem pretiosum à vili separantes, eamdem Tertiam Regulam in modum, qui sequitur distinctam, de nouo constituimus, & approbamus, ac vobis, & successoribus vestris seruandam trans-
31 mittimus. Illa † enim dictio, eamdem, que refertur ad Regulam Nicolai IV. de qua immediatè ante fit mentio, ostendit illas esse in substantia vnam *Bald. in l. si vnius, §. pactus ne peteret in 2. lect. num. 6. ff. de pact.*

Quod verò Tertiarii seculares non sint in causa, nihil est, nam sufficit litem agi cum Regularibus, de quorũ interesse nõ videtur dubitandum cum Clem. VII. in d. Bulla post approbatos iam à Leone X. Tertiarios Regulares concesserit ius conferendi habitum Tertiariorum sæcularium Visitatori Generali, tàm ipsorum Regularium, quàm secularium. Quod etiam statuit in sua Bulla Paulus III.

Quibus fundamentis, & aliis per informantes adductis post sextam causæ propositionem re mature, & vtraq; parte semper informante discussa, ita resolutum fuit, &c.

Est supra in hac parte decisio 598.

Sunt pariter supra in hac part. decisiones 577. & 584.

Et causa ista adhuc in Rota pendet.

HOSANNA IN EXCELSIS DEO.

INDEX

INDEX MATERIARVM ET RERVM NOTABILIVM

QVÆ IN HAC SECVNDA PARTE TOMI PRIMI

DECISIONVM ROTAE ROMANAE

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTARVM CONTINENTVR.

Alphabetico ordine digestus.

A

Adim-

BENEPLACITVM.

BIGAMIA.

BONA.

BREVE.

BVLLA.

C

CADVCITAS.

CALVMNIA.

Cali

Cre-

D

DAMNVM.

D O S.

E

ECCLESIA.

E L E C T I O.

E M P H Y T E V S I S.

E M P H Y T E V T A.

Emphy-

FINIS.

FOEMINA.

FORMA.

te

H

HABITATIO.

HAEREDITAS.

HAERES.

HYPOTHECA.

I

IDENTITAS.

IGNORANTIA.

ILLEGITIMITAS.

IMMEMORABILIS.

N

NARRATA.

O

Pen-

POSSESSOR.

POSSESSORIVM.

PRAEIVDICIVM.

PRAELEGATVM.

Pro-

Ra-

R

TA-

T

IN-

INDEX
DECLARATIONVM
Variorum Capitulorum, Consiliorum, Regularum Cancellariæ, Legum, Statutorum, Decisionum, & Doctorum.

L. rem

Index Declarationum.

FINIS.